This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08248652 7

MEMORIAE

POPVLORVM, OLIM AD DANVBIVM, PONTVM EVXINVM, PALVDEM MAEOTIDEM, CAVCASVM, MARE CASPIVM, ET INDE MAGIS AD SEPTEMTRIONES INCOLENTIVM,

E

SCRIPTORIBVS HISTORIAE BYZANTINAE

ERVTAE ET DIGESTAE

A

IOANNE GOTTHILF STRITTERO,

GYMNASII ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE CONRECTORE.

TOMVS II.

SLAVICA, SERVICA, CHROVATICA, ZACHLVMICA, TERBVNICA, PAGANICA, DIOCLEICA, MORAVICA, BOSNICA, BVLGARICA, VALACHICA, RVSSICA, POLONICA, LITHVANICA, PRVSSICA, SAMOTICA, PERMICA ET BOEMICA

COMPLECTENS.

PETROPOLI,

IMPENSIS ACADEMIAE SCIENTIARVM.

MDCCLXXIV.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898

TOMI SECVNDI
PARS I.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

TOMI SECVNDI
PARS I.

SVMMARIVM DE SLAVIS.

Slauorum Nomen.

VT exterarum gentium fere omnium, ita et Slauorum nomen ſcriptores hiſtoriae Byzantinae corruperunt. Procopius enim, Menander, Theophylactus et Nicephorus Patriarcha eos Sclauenos (Σκλαβηνους, vel Σκλαυηνους), alii vero, aetate illis poſteriores, promiſcue Sclauenos, Sclauinos (Σκλαβινους), Sclauos (Σκλαβους), Sthlauos etiam et Sthlauinos (Σθλαβους, Σθλαβινους), Sthlabeſianos (Σθλαβησιανους) quid? et Aſthlauos (Αθλαβους) vocant.

Praeter hoc alia quoque iis tribuunt nomina ſcriptores Byzantini. Procopius eos olim *Sporos*, quod σποραδην i. e. *ſparſim* habitarint, Theophylactus *Getas* vetere nomine dictos eſſe refert. *Scytharum* quoque, *Hunnorum* (et quidem ſemel tantum apud Cedrenum), *Auarorum* denique apud Conſtantinum Porphyrogennetam, nominibus veniunt.

Nationes Slauicae.

NATIONES Slauicae numerantur plures. Procopius Slauos et Antas, vt duas eiusdem populi tribus, ſollicite diſtinguit. Antarum etiam Menander et Auctor Chronici Paſchalis meminerunt. Septem Slauorum tribus, quarum vna *Seberes* (Σεβερεις) appellata ſit, in auſtrali Danubii ripa ſedes habuiſſe, Theophanes docet. *Milengae* et *Ezeritae* (Μιληγγαι, Εζεριται) in Peloponneſo; in Dalmatia *Chrouati* (Χρωβατοι), *Seruii* (Σερβοι, Σερβλοι) *Zachlumi* (Ζαχλουμοι), *Terbuniatae* (Τερβουνιαται) *Canalitae* (Καναλιται), *Diocletiani* (Διοκλητιανοι), et *Arentani* ſeu *Pagani* (Αρεντανοι. Παγανοι), alii quidem vetere et ſuo, alii terrarum, quas incolebant, nomine vocati memorantur. Quibus addi poſſunt Slaui, quorum Conſtantinus Porphyrogenneta meminit, *Berbiani* (Βερβιανοι), *Drugubitae* (Δρουγουβιται), *Cribitzae* (Κριβιτζαι, vel Κριβιταιηνοι), *Vltini* (Οὐλτινοι), *Derblenini* (Δερ-

βλενινοι), *Seruii* (Σερβιοι), *Lenzenini* (Λενζενινοι vel Λενζανηνοι). Ruſſis omnes, vt auctor iſte ait, tributarii.

Sedes et Migrationes Slauorum.

SEDES Slauorum circa finem ſaeculi poſt Chriſtum natum quinti Herulos inter et Varnos fuere: at ita, vt ab his vaſta ſepararentur ſolitudine. Imperante vero Iuſtiniano primo propius ad Iſtrum acceſſerunt, et ſeptemtrionalis huius fluminis ripae partem maximam tenuerunt. Fluuii, qui terras eorum ſecabant, memorantur duo *Helibacia* et *Paſpirius*. Antae quidem, teſte Procopio. Vturguris, qui Ponti Euxini littus, in quod Maeotis palus euoluitur, inſederunt, ad ſeptemtriones finitimi fuerunt. Alios vero Slauos ad oceani occidentalis oram ſedes habuiſſe, Theophylactus memoriae prodit. Poſt imperium autem Mauricii e gente Slauorum alii ab occidente et ſeptemtrionibus in Dalmatiam commigrarunt, ab oriente alii ad ipſa Danubii oſtia et in Ponti Euxini littore conſederunt: ita vt a tergo Danubio, ab occidente ac meridie montibus, ab oriente mari Pontico tegerentur. Et ex his demum regionibus in prouincias Romanorum effuſi ſunt, et magnam Macedoniae, Theſſaliae, Helladis et Peloponneſi partem occuparunt. Quid? in Aſia adeo ipſa, ſiue ſponte eo transgreſſos, ſiue ab imperatoribus Conſtantinopolitanis in iſtis partibus collocatos, Slauos offendimus.

Hiſtoria Slauorum.

SLAVORVM gens ante vltimos ſaeculi poſt C. N. quinti annos Romanis neque de nomine, vt videtur, nota, cum ad Iſtrum acceſſiſſet propius, ſub exordia imperii Iuſtiniani I. fluuium illum traiicere et Romanas armis infeſtare coepit prouincias. quas, quamdiu ille imperauit, ſingulis fere annis Hunni, Slaui et Antae igni ferroque crudeliſſime vaſtarunt; cum Romanis vero exercitibus proeliis ſaepius congreſſi, ſemper fere, ſi, quas a Germano et Chilbudio accepere, clades excipias, diſceſſerunt victores. Caeterum eodem paene tempore, quo Slauorum agmina iſtas incurſarunt prouincias, alios ex eadem gente non paucos in Romanorum exercitibus ſtipendia meruiſſe deprehendimus.

Quae

Quae vero breui temporis ſpatio in tantum ad Iſtri ripas excreuerat Slauorum potentia, non ita multo poſt ab Auaris, circa vltimos imperii Iuſtiniani I. annos in Europam effuſis, poſt varia bella debilitata eſſe videtur. Mauricio enim Romanis imperante, Slauos in exercitibus Romanis militaſſe, iuſſa Auarorum Chagani feciſſe, ab eoque ciuium numero habitos eſſe, paſſim docent ſcriptores Byzantini. Tunc et Romani, traiecto ſaepius Danubio, Slauis, quae ab ipſis antea paſſi erant, mala, in eorum adeo hibernantes finibus, rependerunt.

Poſt Mauricii imperium quaedam Slauorum tribus, Chrouatorum et Seruiorum nomine inſignes, e regionibus Vetularum montibus [quos Carpathicos putant] obuerſis, in Dalmatiam deſcenderunt, ibique, debellatis, qui illam non diu ante occupauerant, Auaris, Heraclio imperatore concedente, ſedes fixere. Circa idem, vt videtur, tempus alia gentis pars in auſtrali Danubii ripa ad ipſa huius fluminis oſtia conſedit. Vnde, ſuccedente tempore, in alias quoque imperii Conſtantinopolitani prouincias, Peloponneſum adeo, penetrarunt. Quorum quidem alii varia cum Romanis geſſerunt bella, ab iisque ſaepius victi, nunc tributarii facti, nunc in alias terras, Aſiam quoque, coloni deportati; alii vero a Bulgaris ſubacti ſunt. Indeque accidit, vt in Romanorum, Bulgarorum et Saracenorum exercitibus in Europa atque Aſia militarent.

Principes et Viri inter Slauos illuſtres.

Chilbudius (Χιλβουδιος) Anta, a Slauo in proelio captus, ad ſuos reuerſus pro Chilbudio, Romanae militiae magiſtro, falſo habitus a. C. 546.

Mezamer, (Μεζαμηρος) filius *Idarizii* (Ιδαριζιου), frater *Celagaſti* (Κελαγαστου) a Slauis ad Auaros legatus miſſus, ab his occiſus, a. C. 557-562.

Lauritas (Λαυριτας l. Λαυρεντιος) dux Slauorum, circa a. C. 565—578.

Andragaſtus (Ανδραγαστος) princeps Slauorum a. C. 583.

Ardagaſtus (Αρδαγαστος), princeps Slauorum a. C. 592.

Muſocius (Μουσωκιος l. Μουσουγιος.) rex Slauorum, a. C. 592.

Piragaſtus (Πειραγαστος l. Πηρεγαστος) Slauorum dux a. C. 596.

Nebulas (Νεβϐλος l. Γεβϐλος), exercitus, e Slauis in Aſiam deportatis, a. C. 691. collecti, dux.

Nicetas (Νικητας) Slauus et eunuchus a. 762. patriarcha CPl. de gnatus, moritur a. C. 780.

Acamerus (Ακαμηρος) Slauorum Belzetiae princeps a. C. 799.

Damianus (Δαμιανος), tempore Michaelis III. accubitor et patricius. a. C. 842—867.

Gabrilopulus et *Baſilitzes* (Γαβριλοπϐλος, Βασιλιτζης) ab Alexandro imperatore honoribus et diuitiis aucti, ab eodem Conſtantino Porphyrogennetae tutores dantur; a Zöe Conſtantini matre aula eiiciuntur. a. C. 911, 912.

Borilus et *Germanus* (Βοριλος, Γερμανος), viri in aula Nicephori Botaniatae illuſtres, a. C. 1078—1081.

Scriptores de Slauis.

DE rebus Slauorum memoriae prodiderunt Procopius, Agathias, Menander, Theophylactus, Nicephorus Patriarcha, Auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Theophanes, Anaſtaſius Bibliothecarius, Leo Grammaticus, Auctor incertus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Scriptores poſt Theophanem, Cedrenus, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Nicetas Choniates, Georgius Acropolita et Codinus.

Quae Conſtantinus Porphyrogenneta de Dalmatia a Slauis, quos cum Auaris temere confundit, a. C. 449. occupata memorat; quod ad modum, quo id factum eſſe ait, et annum, ad quem iſta refert, attinet, fide parum digna eſſe videntur. caeterum ille vnicus eſt, qui huius rei conſeruauit memoriam. Haec ſi omittas, primus e ſcriptoribus Byzantinis Slauorum meminit Procopius, cum ſub anno quarto belli Gothici de antiquitate Herulorum eorumque tranſitu per terras Slauorum pauca quaedam delibat.

Poſt primam hanc Slauorum memoriam, ad initium vsque imperii Iuſtiniani I. nihil omnino de iis occurrit. Sub hoc autem imperatore ſaepius eorum mentionem facit Procopius. cui inter alia inſignem illum de religione, imperii ratione, victu cultuque Slauorum locum debemus. Quaedam vltimis imperii Iuſtiniani I. annis ab ipſis geſta Menander, alia Theophanes et Cedrenus, Aga-

thias

thias denique, qui ſemel tantum Slaui cuiusdam meminit, ab obliuionis iniuria vindicarunt.

Sub Iuſtino Iuniore nulla fit Slauorum mentio, niſi forte; quae de legatis Auarorum a Slauis occiſis, alieno loco Menander narrat, eo referenda putes. De rebus Auaros inter et Slauos imperante Tiberio Conſtantino geſtis, nonnulla idem Menander, isque ſolus, refert. Mauricii imperatoris temporibus Slauorum, in Romanorum prouincias, nunc Auarorum auſpiciis, nunc proprio conſilio, irrumpentium, interdum quoque a Romanis victorum Theophylactus et, qui ex eo hauſerunt, Theophanes, Anaſtaſius, Cedrenus et Zonaras paſſim meminerunt.

Haec fere ſunt, quae de Slauis ſeptemtrionales Iſtri fluminis ripas habitantibus ſcriptores Byzantini memoriae prodiderunt. Quae enim ab initio imperii Heraclii inde de Slauis narrantur, (ſparſa quidem illa et pauca, ſi ab iis, quae de Dalmaticis referuntur, diſcedas) ad eos tantum pertinent, qui ſuperato tunc Danubio in Romanorum prouinciis conſederunt. De Slauis vero trans-iſtrianis altum eſt apud dictos ſcriptores ſilentium. Cuius rei eam eſſe cauſam arbitror, quod tunc non niſi paruae eorum in iſtis regionibus ſupereſſent reliquiae, cum alii in terras Romanas commigraſſent, alii ſe Bulgaris, quorum tunc in iſtis partibus mire aucta erat potentia, ſiue ſponte, ſiue bello ſuperati, adiunxiſſent, alii forte in regiones magis ad ſeptemtriones ſitas conceſſiſſent. Caeterum Slauorum, ſub hoc nomine, poſt Mauricii tempora meminerunt Nicephorus Patriarcha, auctor Chronici Paſchalis, Conſtantinus Manaſſes, Conſtantinus Porphyrogenneta, Theophanes, Auctor Incertus, Leo-Grammaticus, Conſtantini Continuator, Ioannes Cameniata, Georgius Monachus, Cedrenus, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Anna Comnena, Nicetas Choniates, Georgius Acropolita et Codinus.

INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Migrationis Slauorum in Dalmatiam memoria; a. C.* 449.

§. 1. Salonae aliaeque Dalmatiae vrbes a Slauis captae; Salonitarum migratio Raguſium.

§. 2. Inſularum Dalmatiae adiacentium aliae habitatae, aliae habitatoribus vacuae; vrbes continentis a Slauis vaſtatae.

§. 3. Situs Dalmatiae.

§. 4. Mille equites quotannis Salonis ad Danubium cuſtodiendum miſſi, aliquando flumine traiecto, Slauorum (Auarorum) ad bellum profectorum vxores et liberos abducunt.

§. 5. Slaui iterum transgreſſos flumen Romanos caedunt vel capiunt omnes, ſumtis eorum veſtibus et armis Salonas petunt.

§. 6. Slaui ita portis recepti, oppidanos occidunt; Dalmatia vniuerſa potiuntur.

§. 7. Chrouati in Dalmatiam veniunt, Auaris debellatis, ibi ſedes ponunt.

§. 8. Idem paulo aliter narratur.

CAPVT II. *Res a Slauis ſub Anaſtaſio I. et Iuſtiniano I. vsque ad annum XI. belli Gothici, et detectam falſi Chilbudii impoſturam geſtae; ab a. C.* 494–546.

SECTIO I. *Memoria Slauorum vsque ad initium impoſturae falſi Chilbudii.*

§. 9. Slaui Herulis a Danubio in Thulen migrantibus tranſitum concedunt.

§. 10. Generaliora quaedam de irruptionibus Slauorum tempore Iuſtiniani I.

§. 11.

§. 11. *Slaui Iſtrum transgreſſi a Germano, Rom. duce, ad internecionem vsque caeſi.*

§. 12. *Slaui Iſtrum traiicere a Chilbudio prohibentur; Romani eodem duce terras Slauorum vaſtant.*

§. 13. *Chilbudius Iſtrum transgreſſus, a Slauis occiditur; Slaui terras Rom. liberius vaſtant.*

§. 14. *Bellum ciuile Antas inter et Slauos, quo Chilbudius, Anta, a Slauo capitur.*

§. 15. *Antae in Thraciam excurrunt. captus tunc Romanus domino ſuo, vt Chilbudium iſtum, quem Romanae militiae magiſtrum eſſe dictitat, a Slauo redimat, perſuadet.*

§. 16. *Emtor ſe deceptum queritur; Romanus Chilbudium iſtum eſſe Rom. militiae magiſtrum, contendit; res Antis cognita, ſit cauſa publica.*

SECTIO II. *Slauorum et Antarum religio, mores &c.; impoſturae falſi Chilbudii exitus.*

§. 17. *Imperii et ſacrorum vtriusque populi ratio.*

§. 18. *Viuendi ratio, militia, lingua, forma corporis, victus, ingenium, nomen et ſedes eorum.*

§. 19. *Chilbudius ſe militiae Rom. magiſtrum dicere cogitur.*

§. 20. *Foedus Antis a Iuſtiniano oblatum; conditiones foederis.*

§. 21. *Impoſtura Chilbudii a Narſete detecta, Chilbudius Byzantium abducitur.*

CAPVT III. *Slaui Romanorum imperante Iuſtiniano I. in bellis ſocii; ab a. C. 537—556.*

§. 22. *Mille et ſexcenti equites Hunni, Slaui et Antae ad bellum Gothicum in Italiam miſſi.*

§. 23. *Slauorum, hoſtes viuos capiendi, dexteritas; Burcentius proditor a Slauo quodam viuus capitur.*

§. 24. *Antae, Romanis militantes, Gothos in Lucaniae faucibus vincunt.*

§. 25. *Suarunas Slauus, durante bello Miſimiano in Rom. caſtris militat.*

CAPVT IV. *Variae Slauorum in terras Romanas irruptiones; ab a C. 546 - 552.*

§. 26. *Heruli, Romanorum ſocii, Slauos Thraciam populatos clade afficiunt.*

§ 27 *Slaui Illyricum vaſtant, Romano exercitu ad eos accedere non auſo.*

§ 28. *Ildiſgus Longobardus ad Slauos confugit.*

§. 29 *Cum Slauorum manu ad Gepaedes, indeque rurſus ad Slauos con edit; conſilio ſe Gothis adiungendi abiecto, ad Slauos redit.*

§. 30. *Tria millia Slauorum in Thraciam atque Illyricum irrumpunt; duces Romanos vincunt.*

§. 31. *Aſbadem proelio ſuperatum, igni cremant; plura Thraciae et Illyrici caſtella obſidione capiunt.*

§. 32. *Toperum, vrbem Thraciae maritimam, expugnant; nulli aetati parcunt.*

§. 33. *Slauorum in captiuos mira crudelitas; diſceſſus.*

§. 34. *Innumerae Slauorum cateruae Naiſum veniunt, Theſſalonicam aliasque vrbes capiendi conſilio.*

§. 35. *Germanus in illos ire iubetur; quo nuncio territi in Dalmatiam abeunt; moritur Germanus.*

§. 36. *Slaui cognito Germani obitu, Romanas prouincias rurſus incurſant; a Totila immiſſi, an ſponte, incertum*

§. 37 *Exercitu aduerſus eos miſſo, vtrique ad Adrianopolim haerent.*

§ 38 *Slaui, Romanis proelio victis, Aſticam regionem vaſtant; ad muros longos a Romanis fuſi, diſcedunt.*

§. 39. *Slaui iterum irrumpunt in Illyricum; Rom. ducibus ſe illis obuiam ferre non auſis, cum praeda reuerſi, Gepaedum ope Iſtrum incolumes traiiciunt.*

§. 40. *Iuſtinianus Gepaedibus ob nauatam Slauis operam auxilia contra Longobardos negat.*

CAPVT V. *Res Slauorum geſtae, ab aduentu Auarorum vsque ad Iuſtiniani I. obitum; ab a. C.* 552—565.

§. 41. *Auari Antas proelio vincunt, eorum legatos occidunt; vicinorum terras impune vaſtant.*

§ 42. *Hunni et Slaui in Thraciam irrumpunt, per ruinas muri Anaſtaſiani penetrantes, loca intra illum ſita vaſtant.*

§ 43. *Ad longum murum infeliciter pugnant Romani; milites praetoriani portas muri Theodoſiani defendunt.*

§. 44. *Beliſarius contra illos miſſus, eos ad Chetti vicum vincit; ad Arcadiopolin abeunt.*

§. 45.

§. 45. *Ad murum longum vterque exercitus a Paſchate vsque ad menſem Auguſtum haeret; naues in Danubium mittente Iuſtiniano, tutum rogant reditum; impetrant.*

§. 46. *Iuſtinianus Antici nomen ſumit.*

§. 47. *Iſtrum caſtellis aduerſus Hunnorum, Slauorum &c. incurſiones munit; eorum in orbem redeuntes graſſationes.*

§. 48. 49. *Adina et Vlmiton, illud Myſiae, hoc Scythiae caſtella, vnde Slaui viatores infeſtabant, a Iuſtiniano reparantur.*

CAPVT VI. *Legatio ab Auaris ad Slauos miſſa, bellum ab iisdem Slauis illatum, cauſſae illus; ab a. C. 565 – 581.*

§. 50. *Auari per legatos a Slauis tributum poſtulant; Slaui ſuperbe reſpondent, occidunt legatos.*

§. 51 *Centum Slauorum millia Thraciam &c. vaſtant.*

§. 52. *Tiberius miſſis legatis Auaros, vt Slauis bellum inferant, rogat.*

§. 53. *Baianus cum Auaris e Pannonia in Illyricum traiicit; in Scythiam vsque progreſſus, Romanorum nauibus Iſtrum traiicit et terram Slauorum igni ferroque vaſtat.*

§. 54. *Legatio Tiberii, veteres inimicitiae, praedae ſpes, cauſſae huius irruptionis.*

§. 55. *Auarorum Chaganus Sauum fluuium ponte iungere parat, expeditionem in Slauos ſuſcipiendam praetexens*

§. 56. *Legatus CPlin miſſus naues ad traiiciendum rogat imperatorem, Slauis bellum inferendi conſilio; vt expeditionem iſtam in aliud tempus differant, imperator ſuadet.*

§. 57. *Legatus per Illyricum rediens a Slauorum graſſatoribus occiditur.*

CAPVT VII. *A Slauis contra Romanos, inſtigantibus Auaris, ſuſcepta expeditio. Slaui Auarorum in bello cum Romanis ſocii; ab a. C 583 – 591.*

§. 58. *Slaui ab Auaris ſummiſſi, vsque ad murum longum omnia vaſtant; murum longum cuſtodia munit Mauricius.*

§. 59. *Comentiolus ad Erginiam fluuium Slauos caedit; eos, Andragaſto ad Enſinum caſtellum victo, Aſtica expellit.*

§. 60. *Slaui Thraciae finitima vaſtant.*

§. 61. *Slaui tres, a gentis ſuae principibus ad Chaganum legati miſſi, a Romanis capiuntur.*

§. 62. *Bellum Romanis inferre parans Chaganus, nauigia Slauos iubet conſtruere.*

CAPVT IIX. *Slaui in terra ſua a Romanis victi; a. C. 592.*

§. 63. *Priſcus ad Iſtrum, Slauos tranſitu prohibitum miſſus, Doroſtolum venit; Chaganus hac re pacem violari ait, quod Priſcus negat.*

§. 64. *Priſcus, flumine traiecto, Ardagaſtum et Slauos imparatos opprimit; Ardagaſto fuga elapſo, Romani eius regionem vaſtant.*

§. 65. *Tatimer cum praeda CPlin miſſus, in Slauos incidit, aegre fuga euadit.*

§. 66. *Romani praelio cum Slauis congreſſi, eos vincunt praedamque recipiant.*

§. 67. *Alexander Rom. dux, Helibaciam fl. transgreſſus, in ſummo diſcrimine conſtituitur.*

§. 68. *Gepaes transfuga Romanis, qua in terram hoſtilem penetrare poſſint, indicat. Slaui nonnulli a Romanis capti.*

§. 69. *Gepaes, vbi Muſocius rex agat, docet; idem, vt dolo Muſocium circumueniat, mittitur.*

§. 70. *Muſocius, dolo Gepaedis circumuentus, a Romanis capitur, Slauis inſigni clade affectis.*

§. 71. *Romani cuſtodia neglecta a Slauis oppreſſi, a Genzone aegre ſeruantur.*

CAPVT IX. *Iteratae Romanorum in Slauorum terras irruptiones; ab a. C. 593–601.*

§. 72. *Priſcus in Slauorum terra hibernare iubetur, in quod exercitus aegre conſentit.*

§. 73 *Priſcus ſibi a barbaris timens, inde diſcedit, quo audito Chaganus Auarorum Slauos Iſtrum traiicere iubet.*

§. 74. *Slaui plures Rom. vrbes populati, Romanis imminentibus captiuos trucidant; proelio inito, clade afficiuntur.*

§. 75 *Petrus a Mauricio fratre contra Slauos cum exercitu miſſus, Slauis CPlin petentibus, in Thracia manere iubetur.*

§. 76. *Exploratores Romanorum, Iſtrum tranſgreſſi, a Slauis capiuntur omnes.*

§. 77. *Mille viri a Petro trans Iſtrum miſſi, a Piragaſti copiis caeduntur; Romanis vniuerſis Iſtrum tranſgreſſis, occiditur Piragaſtus, verſis in fugam Slauis.* §. 78.

§. 78. *Romani ad Helibaciam fluuium a Slauis funduntur.*

§. 79. *Pace Auaros inter et Romanos facta, poteſtas Iſtrum contra Slauos traiiciendi conceditur.*

§. 80. *Auaris a Romanis ad Iſtrum proelio victis, multi ſimul Slaui vel caeſi vel capti ſunt.*

§. 81. *Gunduis a Petro contra Slauos miſſus, multis eorum occiſis, cum ingenti praeda reuertitur.*

§. 82. *Imperator Mauricius Petrum in Slauorum terra hibernare iubet, exercitu renuente, fruſtra.*

CAPVT X. *Slaui Auarorum, Saracenorum, Romanorum et Bulgarorum in bellis ſocii vel ſtipendiarii; ab a. C. 626–702.*

§. 83. *Slaui vna cum Auaris oppugnantes CPlin, inſigni a Romanis afficiuntur clade.*

§. 84. *Imp. Conſtans II. Slauiniam ſubigit.*

§. 85. *Slauorum decem millia Saracenis in Syria militant.*

§. 86. *Bulgari ſeptem Slauorum tribus, ad Danubium et Pontum Eux. habitantes, ſibi tributarias faciunt.*

§. 87. *Iuſtinianus rhinotmetus aduerſus Bulgaros et Slauinias expeditionem parat.*

§. 88. *Idem Slauos vel bello captos vel ſponte ad ipſum transeuntes in Obſicii themate (in Aſia) collocat.*

§. 89. *Scythas (Slaui) in montibus Strymonis a Iuſtiniano rhin. habitare iuſſi, Macedoniam infeſtant.*

§. 90. *E Slauis in Aſiam deportatis, peculiarem exercitum conſcribit Iuſtinianus.*

§. 91. *Maxima eorum parte ad Saracenos deficiente, reliquos omnes occidi iubet Iuſtinianus.*

§. 92 *Sabinus, Arabibus victis, Slauorum ducem in amnem deiectum tantum non ſuffocat.*

§. 93. *Slaui vna cum Saracenis in ſolum Romanum irrumpunt.*

§. 94. *Terbeles, coacto Bulgarorum et Slauorum exercitu, Iuſtinianum in imperium reſtituit.*

CAPVT XI. *Prouinciae Romanis antea a Slauis ereptae, ab illis receptae. Slauorum in Aſiam migratio; Nicetas Slauus genere, patriarcha CPl.; a. C. 746–799.*

§. 95. *Peloponneſus a Slauis imp. Conſtantino Copronymo occupatus.*

§. 96. *Slaui in exercitu Saracenorum militant.*
§. 97. *Conſtantinus Slauiniam ad Macedoniam ſitam ſubigit.*
§. 98. *Ducenta et octo Slauorum millia Euxino Ponto traiecto ad Artanam fluuium ſedes ponunt. Teleſius cum Bulgaris et Slauis Conſtantino occurrit.*
§. 99. *Seuerus vnus e Slauorum optimatibus a Romanis e Bulgaria abducitur.*
§. 100. *Nicetas Slauus CPli patriarcha deſignatur.*
§ 101 *Patriarcha Conſtantinus praeſente Niceta excommunicatur.*
§. 102. *Nicetas patriarcha imagines ſanctorum deſtruit.*
§. 103. *Conſtantinus imperator captiuos Romanos a Slauis redimit.*
§. 104. *Nicetas patriarcha moritur.*
§. 105. *Stauracius ab Irene Auguſta contra Slauos miſſus, Theſſalonicam et Graeciam tributarias facit, e Peloponneſo captiuos abducit.*
§. 106. *Stauracius de Slauis triumphat.*
§ 107. *Acamerus Slauorum Belzetiae princeps Conſtantini filios in libertatem vindicare nititur, fruſtra.*

CAPVT XII. *Slauorum, inprimis Peloponneſiorum, temporibus Nicephori I. memoria; ab a. C.* 802-813.

§. 108. *Slaui Peloponneſii defectione facta Patras, a Saracenis adiuti, oppugnant, ciues deditionis conſilia agitant.*
§. 109. *Obſeſſi a Corinthi praetore ſubmiſſa auxilia aduenire falſo opinati, eruptionem faciunt, Slauos in fugam vertunt; praetor rem omnem imperatori nunciat.*
§. 110. *Nicephorus ſpolia et Slauorum familias templo Apoſt. Andreae addicit; Leo imperator hanc donationem confirmat.*
§. 111. *Nicephorus milites in Slauiniam migrare cogit.*
§. 112. *Caput Nicephori in proelio occiſi Slauorum principibus in poculum a Crumo efformatur.*
§. 113. *Crumus expeditionem contra CPlin parans, ex Slauiniis copias colligit.*

CAPVT XIII. *Generaliora quaedam de Slauis Dalmaticis, a temporibus Heraclii imperatoris vsque ad imperium Baſilii Macedonis; ab a. C.* 820-886.

§. 114. *Slaui Dalmatici, Seruii, Chrouati &c. poſt Heraclii imperium a Romanis deficiunt.*

§. 115. *Principes non habent, ſed ſeniores; plurimi baptiſmi expertes ſunt.*

§. 116. *Imp. Baſilio Mac. baptizantur et ſacerdotes accipiunt; principes ſibi de ſuis legunt, caetera Romanis imperatoribus ſubiecti.*

§. 117. *Saraceni Dalmatiam infeſtant, Raguſium oppugnant, claſſe Romana aduentante in Longobardiam abeunt; quo cum Rom copiis etiam Slaui Dalmatici contra eos mittuntur.*

§. 118. *Procopius cum Slauis et reliquis ſuis copiis infeliciter contra Saracenos pugnat.*

CAPVT XIV. *Res geſtae Slauorum Peloponneſiacorum et Theſſalicorum a temporibus Theophili imperatoris vsque ad imperium Conſtantini Porphyrogennetae, ab a. C.* 829-945.

§. 119. *Milengi et Ezeritae, Slaui Pelopon. imperante Theophilo a Romanis deficiunt.*

§. 120. *Protoſpatharius Theoctiſtus a Michaele III. contra eos miſſus, praeter Milengos et Ezeritas, omnes ſubiugat.*

§. 121. *Milengi et Ezeritae ad montem Pentadactylum ſedes habent, iis tributum imperat Theoctiſtus.*

§. 122. *Quaedam ex oppidis Theſſalonicae finitimis Slauis tributa pendunt; Slauorum cum Theſſalonicenſibus commercium.*

§. 123. *Theſſalonica, ex quo tempore Slaui fidem Chriſtianam amplexi ſunt, ab eorum excurſionibus libera.*

§ 124 *Theſſalonica a Saracenis imp. Leone Sap. oppugnata: Slauorum accerſuntur auxilia; pauci veniunt, duce Strymonis eos retinente.*

§. 125. *Slaui ſagittarii optimi in muro diſpoſiti, ſe clam ex vrbe proripiunt.*

§ 126. *Milengi et Ezeritae impp. Romano Lacap. et Conſtantino Porph. deficiunt; a Crinite ad officium redire coacti, grauioribus onerantur tributis.*

§ 127 *Slauis aliis in Peloponneſum irrumpentibus, Milengis et Ezeritis de tributo aliquid remittitur.*

§. 128. *Habitatores vrbis Maines a Slauis originem non ducunt.*

CAPVT

CAPVT XV. *Miſcellanea quaedam de Slauorum gente et viris a Slauis oriundis, a temporibus Michaelis Balbi vsque ad imperium Ioannis Ducae, ab a. C. 821 — 1226.*

§. 129. *Thomas in Michaelem Balbum rebellis, Slauus genere.*

§. 130. 131. *Damianus Michaelis III. accubitor, Slauus, dignitate mouetur. Monaſterium exſtruit.*

§. 132. *Slaui prouinciae Subdelitiae rebellant, a Michaele cum aliis Slauis in gratiam recipiuntur.*

§. 133. *Gabrilopulus et Baſilitzes Slaui, ab Alexandro imp. inter amicos recepti, Conſtantini Porph. tutores ab eodem deſignati.*

§. 134. *Iidem iuſſu Zoës Auguſtae palatio eiiciuntur.*

§. 135. *Slaui calcandis follibus, qui fiſtulas organicas animant, CPli adhibiti.*

§. 136. *Slaui Hugoni Italiae regi a Romano Lacap. auxilio miſſi; ſtipendium iis ſolutum.*

§. 137. *Slaui ad bellum Cretenſe miſſi.*

§. 138. *Romanus Iun. lectas e Thracia, Macedonia et Sclauonia copias in Cretam mittit.*

§. 139. *Slaui cum Ruſſis et aliis vrbem Chandacem capiunt.*

§. 140. *Slaui imp. Michaele Parapinacio Bulgariam infeſtant.*

§. 141. *Nicephorus Slauis debellatis Bulgariam imperatori ſubiicit.*

§. 142, 143. *Borilus et Germanus, Slaui, Georgium Monomachatum perdere conantur. Iidem Comnenis inſidias ſtruunt.*

§. 144. *Vrbs Perſthlaua a Slauis nomen accepit.*

§. 145. *Emanuel I. Comn. Slauorum naues contra Venetos ad Chium inſulam mittit.*

§. 146. *Petrus Plancius, Latinus, cuiusdam Slaui Vareni ope Pegas capit.*

§. 147. *Res ab Aſthlauo, oppidorum Rhodopiorum tempore Ioannis Ducae domino, geſtae.*

§. 148. *Dioeceſis Romani Pontificis Theſſalonicam vsque et Slauos pertinet.*

§. 149. *Epiſcopi quidam throno Theſſalonicenſi ſubiecti.*

SLAVI-

SLAVICORVM

CAPVT I.

Migrationis Slauorum in Dalmatiam memoria;

a. C. 449.

§. 1.

a. C. 449.[a])

RAVSAEI olim tennerunt vrbem Epidaurum[b]) nuncupatam; at 1.
poſtea, cum reliquae vrbes expugnatae eſſent a Sclauis, qui in

a) Si nempe Chriſtus natus eſt a. M. 5508. erit a. M. *6457.* = a. C. 949. demtis autem annis 500. habes a. C. 449. „ Sed [inquit Bandurius in Animaduerſionibus in librum Conſtantini Porph. de Adm. Imp. p. 80.] numerum — 500. annorum, quem ponit Porphyrogenitus ab a. C. 949. quo haec ſcribebat, ad illud tempus, quo Salonitae ciues Rauſium tranſierunt, corruptum fuiſſe a librario, vel perperam Conſtantinum ſupputaſſe, putat Ioannes Lucius, cum Salonae euerſio nullo modo ad Attilae tempora referenda ſit: vtpote quae ſuperſtes fuit Iuſtiniani I. temporibus, maximaque commoda Iuſtiniani ducibus bello Gothico praebuit [conf. infra §. 36. et *Gothica §. 158. 165. 167. 168.* et alibi]. Quomodo autem Dalmatia a variis barbaris vexata ac poſſeſſa, et a Iuſtiniano ſimul cum Italia recuperata fuerit: quomodo eadem Dalmatia a Slauis populata: denique quando Dalmatia ab Abaribus vel Slauis occupata, et ciuitates maritimae deſtructae fuerint; pluribus iſtaec omnia a Io. Lucio in tractatu de Regno Dalm. et Croat. cap. VII — IX. pertractantur, ſed ita tamen, vt non omnem ſcrupulum mihi demant — „.
1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. cap. 29. p. 91.

b) *Πιταυρα.* Procopius eam de B. G. Lib. I. p. 325. *Επιδαυρον* vocat, eamque ſinum Ionium ingredientibus a dextra ſitam eſſe ait. Caeterum vrbs antiquis etiam Geographis hoc nomine nota eſt.

a. C. 449.

in hoc themate c) ſunt, haec etiam vrbs ab ipſis capta fuit: et ciuium alii quidem interfecti fuere, alii vero in vinculis abducti Qui autem fuga ſalutem inuenire potuerunt, loca praerupta inhabitarunt. Vbi nunc vrbs eſt, primo exiguam illam aedificantes, et poſtea iterum maiorem, mox rurſum et quartum, paulatim aucta multitudine pomoeria protulerunt. — Ex quo autem ciues Salonitani Rauſium demigrarunt, anni ſunt D. in hunc vsque diem, indictione VII. anni [Mundi] 6457. (Chriſti 949. d)) —.

§. 2.

2. Inſulae paruae ſunt Dalmatiae ſubiacentes Beneuentum vsque frequentes plurimaeque, ita vt tempeſtatem illic naues nunquam timeant. Ex illarum vna eſt vrbs Becla, ex alia Arbe, ex alia rurſum Lumbricatum, quae omnes in hodiernum vsque diem habitantur; reliquae vero habitatoribus vacuae deſertas vrbes e) habent, quarum haec ſunt nomina: Catautrebeno, Pizuch, Selbo, Scerda, Aloëp, Scirdaciſſa, Pyrotima, Meleta, Eſtiunetz, et aliae complures, quarum nomina ignorantur. Reliquae vero vrbes, quae in continente thematis ſunt, et a Sclauis praedictis captae fuerant, deſertae ſunt, et incolas non habent.

§. 3.

3. DE Dalmatia ſcire cupientibus, quomodo a Sclauicis nationibus capta fuerit, hinc diſcere licet. Sed primo ſitus eius narrandus eſt. Antiquitus igitur Dalmatia f) incipiebat a confiniis Dyrrachii, ſiue ab Antibari, et ad Iſtriae montes vsque pertingebat, in latitudine vero ad Danubium flumen ſe extendebat: eratque omnis ille finitimus tractus ſub Romanorum poteſtate, et praeſtantiſſimum thema omnium occidentalium habebatur.

§. 4.

c) παρα των Σκλαβων των ὀντων ἐν τω θεματι. Dalmatia, puta.

d) Addit haec interpres.

2. Id ibid. p. 93.

e) ἐρημοκαστρα.

3. CONSTANTINVS de Adm. Imp. cap. 30. p. 93—95.

f) Bandurius in Animaduerſſ. ad h. l. p. 88. „ Dalmatia hic a Porphyrogenito pro vniuerſo occidentali Illyrico, praeter Noricos, ſumitur, ut optime animaduertit Lucius de

a. C. 449.

§. 4.

Caeterum a Sclauis g) occupata fuit hoc modo. Prope Aſpalathum h) vrbs Salona eſt, a Diocletiano imperatore condita, quemadmodum et Aſpalathus, vbi palatium item eius erat: Salonam vero magnates incolebant, et magna populi multitudo. Atque haec vrbs Dalmatiae totius caput erat. Congregabantur itaque quotannis ex reliquis Dalmatiae vrbibus equites, et mittebantur Salona vsque

C 2 ad

Regno Dalm. et Croat. l. 1. cap. 6.— Dalmatia autem maritima, inquit idem Lucius, ſicut tempore Monarchiae Rom. in Iapidiam, Liburniam et Dalmatiam diſtinguebatur; Iapidia ab Iſtria; a Liburnia, Tedauio; Liburnia a Dalmatia, Titio; Dalmatia a Macedonia, Drino fluminibus diſterminatis: ita, quando a Slauis occupata fuit, ſublatis his diſtinctionibus, ab oriente, Dyrrachio ſiue Drino flumine; ab occidente, Iſtria ſiue Arſia flumine; a ſeptentrione, Albio, Bebio et Ardio montibus; a meridie, mari Adriatico ſiue Dalmatico terminabatur. Poſtmodum vero, cum ferme tota Dalmatia occupata eſſet a Slauis, in Scláuoniam, ſiue Croatiam, Seruiam et ipſam Dalmatiam diſtincta fuit: poſterioribus autem temporibus Serula in Ramam, Raſciam, Boſnam ipſamque Seruiam diuiſa fuit, quae ſingulae, diuerſis tamem temporibus, Regio nomine decoratae fuerunt. A recentioribus vero ſcriptoribus ſicuti Sauia Sclauonia nuncupatur, ita apud Italos Dalmatiae maritimae nomen cum Sclauonia confunditur, quae quomodo quandoue ſecuta ſint, indagandum erit. Caeterum Dalmatiae fines ac partitiones ſic recenſet Andr. Dandulus in Chron. MS. a. 854. vbi de Suetopolo Rege Dalmatiae, *Eſt autem Dalmatia*, inquit, *prima prouinciarum Graeciae, quae habet ab oriente Macedoniam, ab occaſu Iſtriam, a meridie mare Adriaticum et inſulas Liburnicas, et a ſeptentrione Pannoniam, quae eſt pars Myſiae. A plano itaque Dalmatiae vsque ad Iſtriam, Croatiam Albam vocauit; et a dicto plano, vsque Dyrrachium, Croatiam Rubeam; et verſus montana a fluuio Drino vsque Macedoniam, Raſciam; et a dicto fluuio citra, Boſnam nominauit.* Et mox. *Moderni autem maritimam totam vocant Dalmatiam; montana Croatiam*„.

g) παρα των Σκλαβινικων ἐθνων. — Quando autem Salona ac reliquae Dalm. vrbes a Slauis occupatae fuerint, pluribus tradit Lucius de Regno Dalm. et Croat. lib. I.

h) Bandurius ad h. l. p. 82. „Vrbs Spalatum ſiue Aſpalatum, quae olim Diocletiani palatium fuit, habitari coepta eſt a Salonitanis ciuibus, poſtquam Salona a Slauis ſeu Gothis euerſa eſt, vt ſcribit Thomas Archidiaconus Spalatenſis in hiſt. Salonit. cap. x. vide et Michae Madii hiſt. editam apud Lucium cap. xv„.

a. C. 449.

ad mille ad flumen Danubium, vt ibi excubias contra Abares *i*) agerent. Ad illam enim Danubii partem Abares tunc commorabantur, vbi hodie Turci degunt, Nomadum inſtar viuentes. Venientes autem quotannis Dalmatae, cum ſaepe illic iumenta hominesque viderent, traiicere illis aliquando viſum fuit, et inueſtigare, quinam ibi degerent. Cum itaque traieciſſent, Abarum feminas et pueros ſolos inuenerunt, viris et iuuenibus ad expeditionem bellicam profectis; vnde ſubito ingruentes omnes ceperunt, nulloque accepto damno reuerſi ſunt, praeda hac Salonam abducta.

§. 5.

Abares autem ex bellica expeditione reuerſi, re cognita conſternati quidem erant, at, vnde vulnus hoc ipſis inflictum eſſet, ignorabant, quamobrem obſeruandum ſibi tempus ſtatuunt et ab eo omnia diſcenda. Poſtquam igitur pro more rurſum miſſi ſunt Salona praeſidiarii, et alii eſſent a primis, idem conſilium et ipſi ceperunt, traieceruntque contra Abares. Incidentes vero in illos, non ſparſos, vt antea, ſed collectos, non ſolum nihil effecerunt, ſed omnium grauiſſima paſſi ſunt; quippe partim caeſi, partim capti fuere; neque quisquam fuit, qui e manibus illorum euaderet. Percontati vero, quinam, et vnde eſſent, intellectoque, ab ipſis ſe mala ſupra commemorata perpeſſos eſſe, inſuper de loci qualitate inquirentes, quaſi ex auditu amore accenſi, in vinculis eos tenuerunt, veſtibus eorum ſumtis, equisque conſcenſis, flammula et reliqua ſigna, quae ſecum attulerant, tollentes more exercitus, Salonam petierunt.

§. 6.

Cognito igitur tempore, quo a Danubio redire ſoliti erant praeſidiarii, quod erat magnum ſabbatum, etiam eodem die venerunt. Multitudo autem omnis cum vrbi appropinquaret, ſeſe occultauit; mille vero, qui equos et veſtes Dalmatarum ſumſerant, vt fallerent, vlterius perrexerunt. Oppidani, cognitis ſignis ſuis et veſtitu, praeterea die, quo redire ipſis ſolenne, portis apertis gratulabundi eos exceperunt. Illi vero ſtatim ac intraſſent, portas occu-

i) ἑνεκα των Αβαρων. Slauos, ex mente certe Conſtantini, intelligi, ſuperiora docent.

a. C. 449.

occupant, et ſigno reliquis, qui in inſidiis erant, dato, occurrere ac ingredi iubent. Interfecerunt itaque omnes ciues, et ex eo tempore Dalmatiam vniuerſam occuparunt, ſedemque illic ſuam collocarunt, exceptis oppidulis mari adiacentibus, quae ſeſe ipſis non tradiderunt, ſed in Romanorum poteſtate permanebant, eo quod ex mari victitarent. Videntes itaque Abares, pulcherrimam eſſe hanc terram, ſedes illic poſuerunt.

§. 7.

Chrobati k) vero tunc temporis habitabant vltra *Bagibariam* l), vbi nunc ſunt *Belochrobati*. Vna autem eorum generatio, nempe quinque fratres, *Clucas*, *Lobelus*, *Coſentzes*, *Muchlo*, *Chrobatus*, duaeque ſorores, *Tuga* et *Buga*, vna cum ſuis populis diſcedens ab ipſis, in Dalmatiam venit, vbi Abares incolas inuenerunt; belloque per annos aliquot inter eos geſto, vicerunt Chrobati; Abarumque alios quidem interfecerunt, alios vero parere ſibi coëgerunt. atque ex illo tempore a Chrobatis poſſeſſa haec regio fuit, ſuntque etiamnum in Chrobatia Abarum reliquiae, et Abares eſſe m) cognoſcuntur n) —.

§. 8.

Iſtorum—Romanorum [Diocletianorum] protendebantur termini ad flumen Danubium vsque. Quod cum aliquando transmiſiſſent, diſcendi gratia, quinam trans Danubium habitent, inuene- 4.

 runt

k) Hi imperante Heraclio primum in Dalmatiam venerunt; vnde ea, quae de Slauis, vel Auaris potius, Dalmatiam occupantibus, Conſtantinus refert, non diu ante accidiſſe, fere dubio caret.

l) ἐκεῖθεν Βαγιβαρείας. Bandurius ad h. l. p. 88. 89. „ *Βαγιβαρεια* eſt Slauum vocabulum, graece detortum, i. e. Βαβεια ὄρεια i. e. Babii montes, Slaue; *Babie Gore*, videlicet *Vetulae* vel *vetularum montes*, quo nomine Carpatii montes, Poloniam ab Hungaria disterminantes ab aliquibus nuncupantur. Ex his apparet, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta vel Bohemia, veniſſe „.

m) Hinc apparet, Auares fuiſſe, non Slauos, qui primum occuparunt Dalmatiam.

n) Reliqua vide in *Chrouaticis* §. 2.

4. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 29. p. 86, 87.

a. C. 449.

runt *Sclabinos, qui et Abari nuncupantur*, gentem inermem o). Neque vero hi trans flumen habitare aliquos, neque cis flumen iſti arbitrabantur. Quia autem inermes atque ad bellum imparatos Abaros comperiebant Romani, debellantes eos praedam inde et captiuos abducentes receſſerunt.

Et ex eo tempore permutationes duas inſtituentes Romani a Paſchate ad Paſcha ſuos permutabant, ita vt magno ſanctoque ſabbato obuiam ſibi fierent, et qui a manſionis ſuae loco diſcederent, et qui in hanc ſeruitutem ſuccederent. Etenim prope mare ſub hac ipſa vrbe [Dioclea] vrbs eſt Salona nuncupata —: in ea congregati omnes Romani arma ſumebant, indeque diſcedentes ad Clauſuram pergebant, quatuor millia paſſuum ab ipſa vrbe Salona diſtantem, quae in hodiernum vsque diem Cliſſa p) nuncupatur, quod illac praetereuntes quaſi concludat, atque inde ad flumen proficiſcebantur. Hac igitur permutatione multis annis facta, *Sclaui*, qui trans flumen habitabant, *qui et Abari* dicti q), re conſiderata dixerunt inter ſeſe; Romani hi, ex quo primum traiecerunt, praedamque nacti ſunt, nunquam traiicere deſinent; itaque aliquid contra machinemur. Hoc igitur conſilio *Slaui ſiue Abari* r), cum Romani aliquando flumen transmiſiſſent, poſitis inſidiis illos adorti oppugnarunt, viceruntque; ac ſumtis eorum armis, vexillis et reliquis ſignis bellicis, traiecto praedicti Sclaui flumine ad cluſuram venere: quos vbi viderunt Romani, qui illic excubias agebant, conſpectis vexillis et armatura gentilium ſuorum, gentiles eos ſuos eſſe arbitrati, cum ad cluſuram praefati Sclaui acceſſiſſent, transitum illis permiſerunt; ſed intromiſſi Romanos oppido expulerunt, nec non etiam laudatam vrbem Salonam occuparunt: ibique ſedibus poſitis, paulatim ex eo tempore incipientes praedari, Romanos in

o) ἑυϱον ἔϑνα Σκλαβινικα ἀοπλα ὀντα, ἁτινα καὶ Ἀ'βαϱοι ἐκαλȣντο.

p) Κλεισα. Bandurius in Animaduerſſ. p. 67. „ Nimirum Cliſſa, non vero Cluſa, vt Meurſius perperam interpretatur. Olim dicta fuit Andetrium, vt Io. Lucius (de Regno Dalm. et Croatiae) opinatur. Haec hodie Latinis Cliſſa vocatur, et Slauis Klis. Diſtat a Salona 4. milliaribus et 10. a Spalato. v. Iac. Sponii Itinerarium T. I. p. 108. ſeqq. „

q) ὁι — Σκλαβοι ὁι καὶ Ἀ'βαϱοι καλȣμενοι.

r) ὁι Σκλαβοι ὁι Ἀ'βαϱοι.

a. C. 449.

in campis et in locis editioribus habitantes deleuerunt, eorumque loca inuaſerunt. Caeteri vero Romani in orae maritimae oppidis ſeruati ſunt, eaque etiamnum tenent, et ſunt iſta: Rauſium, Aſpalathum, Tetrangurium, Diadora, Arbe, Becla et Opſara: eorumque habitatores in hodiernum vsque diem Romani nuncupantur [s]).

s) Bandurius in Animaduerſſ. p. 67. „ Incolae illarum vrbium Romani appellati ſunt, quod Roma illuc commigrauerint, vt ſcribit Conſtantinus initio h. cap.; et quod Latinam linguam diu ſeruauerint, vt tradit Wilh. Tyrius lib. 2. c. 27. Et quidem Raguſini ciues ad XI. ſeculum vsque Latina lingua vtebantur: poſtmodum vero quia multae familiae Slauorum Raguſiam commigrarunt, ciues Raguſini paulatim patria lingua poſthabita, Sclaua vti coeperunt, vti ſcribit Iac. Luccari L. I. Degli Annali di Raguſa p. 15. — Quod vero ait Maurus Orbini Raguſinus, Abbas Melitenſis, in opere, cui titulus, Il Regno degli Slaui p. 173. in Illyrico, antequam a Slauis occupatum eſſet, Slaua lingua ſemper Illyrici populos vſos fuiſſe; mihi quidem non probatur; quippe St. Hieronymi teſtimonium, quod profert, non de alia lingua, quam Latina, intelligendum eſt, vt pluribus viri docti probarunt: neque audiendi ſunt, qui de linguis et earum originibus ſcripſerunt; opera quippe illa nugis plena eſſe comperio. Caeterum licet Raguſini ciues circa vndecimum ſeculum vti Illyricae lingua coeperint, non tamen a Slauis vrbs Raguſina occupata fuit, cum ab origine ſua vrbs illa ſemper libera et ſui iuris fuerit, vti ex Porphyrogenito facile colligi poteſt —„.

CAPVT

CAPVT II.

Res a Slauis ſub Anaſtaſio I. et Iuſtiniano I. vsque ad annum vndecimum belli Gothici et detectam falſi Chilbudii impoſturam geſtae; ab a. C. 494. — 546.

SECTIO I.

Memoria Slauorum vsque ad initium impoſturae falſi Chilbudii.

§. 9.

Imp. ANASTASIO. I.

a. C. 494.

Imp. ANASTASIO I.

5. Cvm Eruli [circa annum quartum imperii Anaſtaſii [a]] acie victi a Longobardis, migraſſent e patria; pars — in Illyrico conſederunt: caeteri Iſtrum fluuium noluerunt traiicere; ſed in extremis orbis partibus fixere ſedes. Hos ducentibus multis, qui regio ſanguine creti erant, 'cuncti Sclauenorum populi per fines ſuos transmiſere [b]. Inde vaſtam ſolitudinem permenſi, ad Varnos veniunt; poſtea transcurrunt Danos.— Exinde ad oceanum progreſſi, nauigant; in Thulen inſulam appellunt, ibique manent.

Sub
Iuſtino Thrace
nulla fit Slauorum mentio.

§. 10.

5. PROCOPIVS de Bello Goth. L. II. c. 15. p. 422.

a) Coll. Procop. de B. G. p. 420. vid. *Herulica* §. 6.

b) ἠμειψαν μεν τα Σκλαβηνων [duobus locis Σκλαβινους vocat, vide infra §. 48, 49.] ἐθνη ἐφεξης ἁπαντα,

§. 10.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527.

EX quo tempore rerum potitus eſt Iuſtinianus, Hunni, Sclabeni et Antae pene quotannis incurſionibus crudeliſſime depopulati ſunt Illyricum Thraciamque totam, Graeciam, Cherſoneſum et omnes quae a faucibus Ionii maris ad Byzantiorum vsque ſuburbana interiectae regiones populique ſunt. Crederem Romanorum ſupra ducenta millia ſingulis irruptionibus qua fuſa, qua in ſeruitutem abacta; vt in his prouinciis paene Scythicas ſolitudines videre ſit. — Neque vero — vel Hunni, vel Sclabeni, aliiue barbari ex agro Romano integros exercitus domum reduxere. Nam in impreſſionibus factis, multoque magis in obſidionibus proeliisque ſiniſtro ſaepe Marte atque cruento et ipſis pugnatum eſt, vt non modo Romani, ſed barbari quoque ſanguinarium Iuſtiniani furorem experti ſint. 6.

§. 11.

QVO tempore Iuſtinianus, Germani patruus, imperium obtinuit, Antae, Sclauenorum accolae, transito Iſtro, in Romanorum fines cum magno exercitu irruperunt. Germanus, recens ab imperatore creatus magiſter militum totius Thraciae, inito cum hoſtium copiis proelio, vi illas profligauit, et fere ad internecionem cecidit: quo facto Germanus cum apud omnes clariſſimus euaſit, tum vero maxime apud hos barbaros. c) — 7.

§. 12.

a. C. 530.

a. 4. imperii Iuſt.

QVIDAM erat Chilbudius inter Iuſtiniani Auguſti domeſticos bellator acerrimus, adeoque egregius contemtor opum, vt ſuis in fortu- 8.

6. Id. in Hiſt. Arcana c. 18. p. 54, 52.

7. PROCOPIVS de B. G. L. III. c. 40. p. 560. vbi haec alieno loco occurrunt, cum nimirum Procopius Slauos a. 16. B. G. in ſolum Romanum irrupiſſe, et nomine Germani, qui a Iuſtiniano tunc contra illos mittebatur, territos, inde receſſiſſe docet cf. infra §. 34, 35.

c) Quae hic ſequuntur, infra §. 35. adfero.

8. Id. ibid. c. 14. p. 496. Haec ſub a. 11. B. G. occaſione detectae falſi Chilbudii impoſturae occurrunt, iisque, quae infra ad §. 21. not. p. habes, apud Procopium ſubiunguntur.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 530.

fortunis magnae loco poſſeſſionis duceret, nihil poſſidere. Hunc imperator, anno imperii quarto, militari Thraciae magiſterio ornatum, Iſtri fluminis cuſtodiae praefecit, atque operam dare iuſſit, vt amnis transitu barbari in poſterum prohiberentur. Iam enim ſaepe Hunni, Antae et Sclaueni, traiecto fluuio, Romanos peſſime foediſſimeque vexauerant. Chilbudium barbari adeo reformidarunt, vt toto triennio, quo ibi cum poteſtate fuit, fluuio aduerſus Romanos euadere nemo quiuerit d): immo vero Romani in aduerſam continentem cum Chilbudio ſaepe transgreſſi, illius orae barbaros affecerint ſtrage, et captiuos inde abduxerint.

§. 13.

a. C. 533.

Poſt annos tres, cum Iſtrum Chilbudius copias de more traduxiſſet, numero paucas; Sclaueni, conflato ex tota gente exercitu, venere obuiam. Duro certamine inito, Romani multi cecidere, atque in his militum magiſter Chilbudius; ex quo barbaris libera ſemper fuit amnis transmiſſio, et Romana res incurſibus eorum patuit. Qua in parte vniuerſum Romanorum imperium virtutem adaequare vnius viri non potuit.

§. 14.

a. C. 546. e)

Poſtea inter Antas et Sclauenos orto diſſidio, res ad manus et pugnam venit: qua ab hoſtibus Antae victi ſunt. In eo proelio Sclauenus quidam vnum ex hoſtibus, iam pubeſcentem, *Chilbudio* nomen erat, cepit, ac domum abduxit. Chilbudius hic, tempore procedente, ſtudioſiſſimus domini belloque impiger euaſit: ita vt multis, domini cauſa, aditis periculis, et re praeclariſſime geſta, magnum ſit nomen adeptus.

§. 15.

d) *ὀυχ ὅσον διαβηναι τον Ιϛρον ἐπι τȣς Ρωμαιους ὀυδεις ἰσχυσεν.*

e) Annus eſt, ſub quo haec a Procopio narrantur, [a. 11. Belli Goth. Procop. p. 492. coll. p. 501.] caeterum ea non diu poſt cladem Romanorum et caedem Chilbudii geſta eſſe videntur, vt ex iis, quae de Anta Chilbudio narrantur, patet.

a. C. 546.

§. 15.

Sub idem tempus Antae, facta in Thraciam irruptione, Romanorum illic degentium multos expilarunt, et in patriam abripuerunt captiuos. Quorum vnus, fortunae beneficio, humanum ac 9.
mitem nactus herum, vir ipſe inſignite vafer, iisque inſtructus artibus, quibus obuium quemque caperet, praecluſo penitus, quem optabat, in ſolum Romanum reditu, hanc fraudem commentus eſt. Herum conuenit, et laudata eius humanitate, Deum quidem ampliſſima illam remuneraturum affirmat; ſe autem non commiſſurum, vt erga herum benigniſſimum ingratus videatur; at facturum breui, vt magnam conſequatur pecuniam, ſi modo optima ſuadenti ſibi refragari nolit: Chilbudium enim, Romanae militiae magiſterio functum, a Sclauenis teneri inter captiuos, nec ſcire barbarorum quemquam, quid hominis ſit. quare, ſi redimere velit Chilbudium, et ad Romanos reportare, ne dubitet, quin et laudem et opes maximas ab imperatore obtineat. His Romanus dictis herum ſtatim quo vult inducit, ſeque in medios Sclauenos cum ipſo infert: iam enim amicitiam hi barbari foedere percuſſo iunxerant, ac ſine metu inter ſe verſabantur. Ergo multa Chilbudii domino numerata pecunia, hominem redimunt, omnique abiecta mora cum illo abeunt.

§. 16.

Vbi domum rediere, quaerit emtor, Sitne Chilbudius Romanae magiſter militiae? Ille id, quod res erat, fateri non abnuens, omnia ordine vere pandit, ſe Antam genere et ipſum eſſe: quo tempore cum popularibus contra Sclauenos, a ſe bello diſtractos, pugnaſſet, veniſſe in manus hoſtium: iam vero, '*quandoquidem rediiſſet in patriam, ſe quoque, uti lex iuberet, liberum deinceps fore* f). Tum qui pro ipſo aurum pependerat, vehementer ſtupere, ſeque ingenti ſpe depulſum queri. Hunc Romanus ſolari volens et a vero longe abducere, ne quid obſtaret ſuo domum reditui; inſiſtebat firmiſſime aſſeuerare, hunc eſſe Chilbudium;

 at

9. Id. ibid. p. 497.

f) ἐπει ἀφικετο ἐς τα πατρια ἠδη, ἐλευθερος τολοιπον κατα γε τον νομον και αυτος ἐσαι.

Imp IVSTI-
NIANO I.

a. C. 546.

at circumſtantium barbarorum metu impediri, quóminus rem plane ederet; ſi ſemel in ſolo Romano pedem poneret, non modo faſſurum verum; ſed illo etiam nomine procul dubio gloriaturum.

Atque haec primo caeteris barbaris inſcientibus acta. Poſtquam autem res in vulgus emanauit; Antae fere omnes conuenere illius cauſa, vtque in commune transigeretur ſanxerunt, magnum ſibi emolumentum ex eo venturum rati, quod Chilbudium, Romanae militiae magiſtrum, in ſua iam tenerent ditione.

SECTIO II.

Slauorum et Antarum religio, mores &c.; impoſturae falſi Chilbudii exitus.

§. 17.

10. Et vero hi populi, Sclaueni, inquam, et Antae, non vni parent viro; ſed ab antiquo 'in populari imperio [g]' vitam agunt, ac propterea vtilitates et damna apud ipſos in commune vocari ſolent. 'Aliarum etiam rerum fere omnium ratio ab vtrisque barbaris ſeruatur eadem, ſuitque olim conſtituta [h]).

Vnum enim Deum, *fulguris effectorem*, dominum huius vniuerſitatis ſolum agnoſcunt, 'eique boues et cuiusque generis hoſtias immolant [i]).

Fatum minime norunt, nedum illi in mortales aliquam vim attribuunt; at cum ſibi, vel morbo correptis, vel proelium ineuntibus, iam mortem admotam vident; Deo vouent, ſi euaſerint, continuo victimam pro ſaluo capite mactaturos: elapſi periculo, quod promiſere ſacrificant, eaque hoſtia vitam ſibi redemtam credunt.

Praeterea fluuios colunt et nymphas, 'et alia quaedam numina [k]': quibus omnibus operantur, et inter ſacrificia coniecturas faciunt diuinationum.

§. 18.

10. Id. ibid. p. 498.

g) ἐν δημοκρατιᾳ.

h) ὁμοιως δε καὶ τα ἀλλα, ὡς εἰπειν, ἁπαντα ἑκατεροις ἐστι τε καὶ νενομισαι τουτοις ἀνωθεν τοις βαρβαροις.

i θυουσιν ἀυτῳ βοας τε καὶ ἱερεια ἁπαντα.

k) καὶ ἀλλ' ἀττα δαιμονια.

a. C. 546.

§. 18.

In tuguriis habitant vilibus et rare ſparſis, atque habitationis locum ſubinde mutant.

Cùm pugnam inuadunt, multi pedibus tendunt in hoſtem, ſcutula ſpiculaque geſtantes manibus. Loricam non induunt: quidam nec ſubuculam habent, nec pallium; ſed cum femoralibus tantum ad virilia vsque aptis l) hoſti ſe offerunt ad certamen.

Vna eſt vtrisque lingua admodum barbara, nec forma corporis inter ſe differunt. ſunt enim proceri omnes et robuſtiſſimi. Colorem nec ſumme candidum habet cutis, nec flauum coma: neque is plane in nigrum deficit; at ſubrufus eſt, et quidem omnibus m).

Vitam aeque, vt Maſſagetae, victu arido incultoque tolerant, toti, ſicut illi, ſordibus et illuuie ſemper obſiti.

Ingenium ipſis nec malignum, nec fraudulentum; et cum ſimplicitate mores Hunnicos in multis retinent.

Nomen etiam quondam Sclauenis et Antis vnum erat: vtrosque enim appellauit *Sporos* antiquitas, ob id, opinor, quia *σποραδην*, hoc eſt, *ſparſim* et rare poſitis tabernaculis regionem obtinent: quo fit, vt magnum occupent ſpatium. Et vero vlterioris ripae Iſtri partem maximam habent n). Hactenus de gente illa.

§. 19.

TVNC Antae, vt dictum eſt, virum hunc in conuentu declarare coëgerunt, ſe Chilbudium eſſe militiae magiſtrum Romanae, ac neganti ſupplicium minati ſunt.

§. 20.

Dum haec ibi aguntur, interea Iuſtinianus Auguſtus, miſſa ad hos barbaros legatione, petit, vt commigrent omnes in anti- II.

 quam

l) *τινες δε ὀυδε χιτωνα, ὀυδε τριβωνιον ἐχουσιν· ἀλλα μονας τας ἀναξυριδας ἐναρμοσαμενοι μεχρι ἐς τα αἰδοια.*

m) *τα δε σωματα και τας κομας ὀυτε λευκοι ἐσαγαν, ἠ ξανθοι εἰσιν· ὀυτε πη ἐς το μελαν ἀυτοις παντελως τετραπται, ἀλλ᾽ ὑπερυθροι εἰσιν ἁπαντες.*

n) *νεμονται.*

II. Id. ibid. p. 499.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 546.

quam vrbem (Turrim [o]) appellant) quae trans Iſtrum fluuium ſita, conditaque olim a Traiano Romanorum imperatore, multis abhinc annis vacabat, a vicinis direpta barbaris. Hanc ipſis vrbem agrosque circumiacentes, pro iure veteri, quo ad Romanos pertinerent, daturum ſe Iuſtinianus Auguſtus ſpopondit, eorumque amicitiam aliturum omni ſtudio, et pecuniam liberaliſſime largiturum, modo vt icto ſecum foedere, Hunnis Romanorum imperium incurſare volentibus ſeſe vsque opponerent.

His auditis aſſenſi barbari, omnia praeſtaturos ſe receperunt, ſi modo inter ipſos habitare Chilbudium iuberet, reſtitutum in dignitatem magiſtri Romanae militiae; eum, quem tenebant, Chilbudium ipſum eſſe, ex animi ſententia aſſeuerantes. Ille ſpe obiecta elatus, iam et ipſe haberi ſe volebat, et dicebat eſſe Chilbudium magiſtrum militum Romanorum.

§. 21.

Ea de cauſa proficiſcentem Byzantium Narſes in itinere offendit, et inſtituto colloquio, vbi impoſtorem deprehendit (quamquam Latine is loquebatur, et Chilbudii notas iam multas edoctus, ſcite ſimulabat) coniectum in vincula ſubegit technam omnem aperire, itaque ſecum Byzantium duxit [p]).

o) Τȣϱιν. in marg. Τȣϱ̓ϱιν.

p) Procopius cum p. 495. Slauos, qui in Thraciam irruperant, ab Herulis, clade affectos narraſſet [vide infra §. 26.]; pergit, *Tum quoque Narſes quemdam nactus arrogantem ſibi nomen Chilbudii, viri illuſtris, qui antea Romanae magiſter militiae fuerat, facile impoſturam detexit. Id vero quid rei ſit, protinus dicam. Quidam erat Chilbudius* &c. vide ſupra §. 12.

CAPVT

CAPVT III.

Imp. Ivsti-
niano I.

Slaui Romanorum, imp: Iuſtiniano I., in bellis ſocii; ab a. C. 537—556.

§. 22.

a. C. 537.

a. 2. bell. Goth. *a*) 12.

Diebvs—poſt viginti, quam portum vrbemque cognominem obtinuerant [Gothi], aduenere Martinus et Valerianus cum mille et ſexcentis equitibus, quorum plerique Hunni erant, Sclaueni et Antae: qui trans fluuium Iſtrum, non procul a ripa, ſedes patrias habent. Recreatus eorum praeſentia Beliſarius, iam hoſtem proeliis fatigandum putauit.

§. 23.

a. C. 540.

a. 5. B. G. *b*) 13.

[cvm diu iam Auximum, Picenorum metropolin, quam Gothi praeſidio tenebant, obſediſſent Romani;] dabat operam Beliſarius, vt eorum, qui inter hoſtes praeſtabant, aliquem viuum caperet, ex quo cauſam cognoſceret tantae in malis conſtantiae barbarorum. Id ſe facile effecturum Valerianus recepit: cum in ſuorum haberet numero Sclauenos aliquot, qui ſub anguſto ſaxo aut virgulto quolibet obuio deliteſcere et hoſtem quemlibet rapere conſueuiſſent: hoc illos ad Iſtrum fluuium, vbi ſunt gentis ſedes, in alios barbaros ac Romanos factitaſſe. Laetus auditis Beliſarius, rem ocyus accurari iubet.

Itaque Valerianus vni ex omnibus Sclauenis delecto, mole corporis ac ſtrenuitate inſigni, grandem a Beliſario pecuniam pollicitus, iniungit, vt hoſtium aliquem viuum capiat. Id barbarus facile

a) Coepit bellum Gothicum in Italia a. 9. imperii Iuſtiniani I. i. e. a. C. 535. Procop. de B. G. p. 319. exiit a. 1. huius belli ibid. p. 326. alter exiit. p. 393.

12. Procopivs de B. G. Lib. I. c. 27. p. 377.

13. Id. ibid. L. II. c. 26. p. 451.

b) Exiit a. 4. B. G. p. 442. exiit quintus, p. 464.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 540.

cile in eo loco, qui herba veſtitus erat, perfecturum ſe dixit: iamdiu enim eſſe, cum Gotthi, cibariis abſumtis, inde ſe alerent. Summo igitur mane Sclauenus ad murum accedit, et frutice tectus contracto corpore ad herbam latet. Vt primum illuxit, vir quidam eo progreſſus, raptim herbas colligere coepit, nihil mali a frutice metuens, ac ſolum in caſtra hoſtium coniiciens ſaepius oculos, ne quis infeſtus illinc veniret. Repente Sclauenus a tergo irruens ipſum arripit, et valide ambabus manibus medium ſtringens, in caſtra aufert, traditque Valeriano: cui quaerenti, quid tantam ſpem Gotthis faceret, vt, quamuis accifis viribus, duriſſima conſtanter perpeti mallent, quam ſeſe dedere? fraudem omnem Burcentii [Romani, qui litteras Gothorum, quibus Vitigen auxilium rogabant, Rauennam pertulerat c)] barbarus enunciauit, ipſumque ante oculos adductum conuicit.

§. 24.

a. C. 547.

a. 12. B. G. d)

14. [DVM legati a Totila ad Iuſtinianum, vt de pace cum eo agerent, miſſi] in Italiam Byzantio redeunt, interea res ita geritur in Lucania. Tullianus [Romanarum copiarum dux e)], collectis illius regionis [Lucaniae] agricolis, fauces anguſtiſſimas inſederat, ne Lucaniam hoſtes infeſtarent. Cuſtodiam coniuncte agebant Antae trecenti, quos, Tulliani rogatu, ibi Ioannes [Vitaliani nepos, dux Romani exercitus] ante reliquerat. Etenim peritia pugnandi in ſalebris anguſtiisque cunctos antecellunt hi barbari. Quae cum reſciſſet Totilas, ſi Gotthos tantum in illud diſcrimen mitteret, ſe non ex re facturum duxit. Quare multitudinem ruſticorum contraxit, vnaque miſſa exigua Gotthorum manu, viribus omnibus tenta-

c) Cf. *Gothica* §. 230. 233.

14. PROCOP. de B. G. L. III. c. 22. p. 517.

d) Exiit a. 11. B. G. p. 501. exiit a. 12. p. 523.

e) De quo Procopius p. 508. *Venantii filius Tullianus Romanus genere, inter Brutios ac Lucanos plurimum pollens, Ioannem adiit, deque facinoribus in Italos a Caeſariano exercitu antea admiſſis queſtus, recepit, ſi quid clementiae illis in poſterum exhiberetur, ſe ita Brutios ac Lucanos in ius ac ditionem imperatoris reuocaturum, vt ei vectigalia perinde ac prius penderent.*

a. C. 547.

tentare aditum iuſſit. Vbi congreſſi ſunt, ſeſe diu tulerunt inuicem. Demum Antae virtute ſua, quam ſitus loci difficilis adiuuabat, cum Tulliani agricolis in fugam hoſtes verterunt, affecerunt-que ingenti clade.

§. 25.

a. C. 555, 556. f)

[CVM in bello aduerſus Miſimianos, gentem Lazis finitimam, geſto caſtellum Ferreum a Romanis oppugnaretur, et Miſimianorum nonnulli teſtudinem portantes ad Romanorum munitiones ſe conferrent;] priusquam—appropinquarent, atque obtegerentur, *Suarunas* quidam nomine, vir Sclauus g), haſtam iacit in eum, qui minus tectus erat, et ferit letaliter. quo collapſo, ſtatim excuſſa eſt teſtudo, inuerſaque corruit; atque ita reſupinato eius ſinu et capacitate, detecti ſunt nudatique viri, quos Romani facile iaculis petentes interfecerunt.

CAPVT IV.

Variae Slauorum in terras Romanas irruptiones; *ab a. C. 546—552.*

§. 26.

a. C. 546. a. 11. B. G. a)

[NARSETEM ad bellum Gothicum in Italiam proficiſci parantem non pauci] Eruli ſecuti ſunt, Philemuthi et aliorum ductu 16.

15. AGATHIAS L. IV. p. 129.

f) Res a Romanis contra Perſas geſtas ab anno 28. inde imperii Iuſtiniani I. i. e. a. C. 555. narrare incipit Agathias p. 66. terrae motus, quo Byzantium concuſſum eſt, quem vulgo ad a. C. 555. referunt, belli-que aduerſus Miſimianos ſuſcepti meminit p. 121.

g) Σουαρουνας τις ὄνομα Σκλαβος ἀνηρ.

16. PROCOPIVS de B. G. L. III. c. 13. p. 495, 496.

a) Exiit a. 10. B. G. p. 492. exiit a. 11. p. 501.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 546.

ductu, et cum eo venerunt in Thraciam, vbi in hibernis collocati, ad Beliſarium ineunte vere profecturi erant—. Iter agendo, caſu quodam ac praeter exſpectationem magnum illi in Romanos contulerant beneficium. Cum enim Sclauenorum multitudo ingens, amne Iſtro nuper traiecto, partes illas vaſtaſſet, ac Romanos quamplurimos abripuiſſet in ſeruitutem; hos barbaros aggreſſi repente Eruli, ipſis, numero licet longe ſuperioribus, praeter opinionem victis, ſtragem dederunt, ac domum dimiſere captiuos omnes [b].

§. 27.

a. 13. B. G. [e]

a. C. 548.

17. SVB idem tempus [quo Beliſarius, Romanis ad Ruſciam a Totila victis, Meſſanam cum claſſe venit] Sclauenorum copiae, traiecto Iſtro flumine, totum Illyricum, Epidamnum vsque, foede vaſtarunt: obuios quoque ſine vllo aetatis diſcrimine, partim mactantes morte, partim abducentes in ſeruitutem, ac pecuniis ſpoliantes. Caſtella quoque regionis illius, quae firma prius videbantur, ceperunt, nemine reſiſtente; ita vt circumcurſando impune quouis penetrarent: cum illorum [d] [Illyriorum] duces, collecto ad XV. M. exercitu ſic ſequerentur, vt propius ad illos accedere non auderent.

§. 28.

a. 14. B. G. [e]

a. C. 549.

18. FILIORVM Riſiulfi [quem lex ad regnum Langobardicum vocabat, Vaces rex vero exſilio mulctatum et ad Varnos profugum occidendum curauerat [f]]—alter, cui nomen Ildiſgus, ad Sclauenos euadit—.

§. 29.

Nato demum—bello Gepaedes inter ac Langobardos, protinus Ildiſgus cum Langobardis, qui ſe ipſi adiunxerant, ac numeroſa

b) Sequuntur hic quae ſupra §. 21. not. p. attuli.

17. Id. ibid. c. 29. p. 532.

c) Exiit a. 12. B. G. p. 523. exiit a. 13. p. 533.

d) οἱ δὲ των Ιλλυριων ἀρχοντες.

18. Id. ibid. c. 35. p. 549.

e) Exiit a. 14. B. G. p. 550.

f) Cf. *Longobardica* §. 8.

roſa Sclauenorum manu ad Gepaedes ſe contulit. 'Facta vero Langobardos inter et Gepaedes pace, cum Auduinus Langobardorum rex ipſum a Gepaedibus repeteret', eum ſuis ac nonnullis Gepaedibus voluntariis ſeſe ad Sclauenos retulit. Hinc profectus, Totilam Gotthosque adire inſtituit; armatorum non minus ſex millia ſecum habens.— Nec tamen ſe admiſcuit Gotthis; ſed iterum tranſito Iſtro flumine, ad Sclauenos conceſſit g).

§. 30.

a. C. 550. a. 15. B. G. h) 19.

SVB idem tempus [quo Verus i) Romanorum dux, a Gothis non procul ab vrbe Rauenna victus, occubuit] Sclauenorum exercitus, ex tribus ſolum conflatus virorum millibus, nemine prohibente Iſtrum fluuium traiecit, ac nullo negotio ſubinde transmiſſo Hebro flumine, bifariam diſceſſit. Conſtabat pars altera mille octingentis, altera reliquis. Vtrosque, quamuis inuicem, vt dictum eſt, ſeparatos aggreſſi in Illyrico Thraciaque exercitus Romani duces, praeter opinionem victi ſunt, ac partim ibi ceciderunt, partim euaſerunt, incompoſite fugientes.

§. 31.

Poſtquam ab vtroque barbarico exercitu, quamuis numero longe inferiore, Romani duces omnes ita fuſi fugatique ſunt; cum Aſbade pars hoſtium altera manum conſeruit. Erat hic vir Iuſtiniani Auguſti ſtipator, Candidatis, quos appellant, aſcriptus, et equitibus praeerat, veteribus ſtationariis Tzuruli, Thraciae caſtelli, numero animoque pollentibus. His quoque Sclaueni disiectis, quamplurimos turpiſſime fugientes interfecerunt, captumque Aſbadem tum quidem viuum ſeruarunt; ſed poſtea coniectum in flammas, combuſſerunt, deſectis prius loris e dorſi illius pelle. His peractis, Thraciam omnem atque Illyricum impune vaſtarunt, ac multa vtrique

g) Cf. *Longobardica* §. 8. *Gepaedica* §. 14.

h) Exiit a. 15. B. G. p. 559. 19. PROCOP. de B. G. L. III. c. 38. p. 555—557.

i) Genere, vt opinor, Herulus, is, cuius in *Herulicis* §. 35. 39. mentio facta eſt.

que caſtella obſidione ceperunt, qui antea nec muros oppugnare, neque in campum deſcendere audebant. Enimuero ne tentauerant quidem vnquam hi barbari incurſionem facere in Romanum imperium. Immo vero ante illud tempus, quod ſupra dixi, nunquam cum exercitu videntur fluuium Iſtrum traieciſſe.

§. 32.

Qui Aſbadem vicerant, ad mare vsque continenter omnia populati, vrbem maritimam, quamuis militari praeſidio munitam, expugnarunt [k]. Toperus dicitur, vrbiumque maritimarum Thraciae prima eſt, ac Byzantio dierum iter duodecim diſtat.

Sic autem eam ceperunt. Cum eorum pars maxima ſub moenibus in locis confragoſis delituiſſet, exigua manus ad portam, quae ſolem orientem ſpectat, Romanos, qui ſtabant ad pinnas, laceſſere coepit. Rati milites, quicunque hic agitabant praeſidium, haud plures eſſe, quam qui coram aderant, captis extemplo armis, in eos cuncti erumpunt. Mox barbari retro cedere, aggreſſoribus ſpeciem praebentes fugientium metu. Romanis a muro procul inſequendo prouectis, illi ex inſidiis conſurgunt, et inſequentibus imminentes a tergo, reditum in vrbem praecludunt. Tum ora vertentes qui fugere videbantur, Romanos intercipiunt. His ad internecionem caeſis, admouent ſe moenibus barbari. Iam a militibus imparati ciues, grauiter aeſtuare. Nihilominus pro re nata arcebant impetum: ac principio quidem feruentiſſimo oleo et pice oppugnatores rigabant; cumque omnis aetas lapides iaceret, nihil propius factum eſt, quam vt diſcrimen auerterent. Poſt tandem barbari ingenti telorum vi illos e pinnis deiecerunt, et, ſcalis ad muros applicitis, vrbem expugnauerunt. Nec mora; viris omnibus ad XV. M. contrucidatis, penitusque direptis opibus, pueros ac feminas ſeruituti addicunt, cum ad eam diem nulli aetati pepercisſent, verum et ipſi, et qui in altero erant exercitu, ex quo in fines Romanorum irruperant, obuios quosque ſine vllo aetatis

k) Huius rei etiam meminit Procopius de Aedif. L. IV. c. 11. p. 90. *Toperus antiqua vrbs Rhodopes, ſtrea vndique ambita fluuio, collii arduo ſubiacebat; quae non ita pridem a Sclauenis barbaris capta fuerat.*

C. 550.

aetatis discrimine de medio ſuſtuliſſent; ita vt Illyrico Thraciaque inſepultis cadaueribus ſolum longe ac late conſtratum eſſet.

§. 33.

Obuios autem non enſe, non haſta, non alio quoquam viſitato necis genere conficiebant, ſed depactis valide in terram ſudibus praeacutis, miſerorum ſedes multa vi impingebant, et infixas inter nates palorum cuſpides adigentes aduſque viſcera, illis vitam extorquebant. Praeterea defoſſis humi lignis quatuor craſſioribus alligabant hi barbari eorum, quos ceperant, manus ac pedes: deinde capita fuſtibus aſſidue tundendo, veluti canes aut ſerpentes aliudue ferae genus, mactabant. Alios, cum bobus et ouibus, quas in patriam abducere non poterant, in tuguria compactos, immiſericorditer cremabant. Ita Sclaueni illos, in quos incidebant, necare erant ſoliti.

Iam vterque eorum exercitus, quaſi nimio ſanguine ebrius ac ſatur eſſet, quos in poſterum caperet, illorum parti donare vitam ſtatuit. Quo factum eſt, vt domum omnes reuerſi ſint, cum captiuorum innumeris myriadibus.

§. 34.

a. C. 551. a. 16. B. G. 1)

SARDICAE, quae Illyrici vrbs eſt, collectum exercitum inſtruebat Germanus [Iuſtiniani Aug. ex fratre nepos], et omnia ad validiſſimum belli apparatum expediebat; cum Sclauenorum cateruae, quantae nunquam antea prodierant, ad imperii Romani fines progreſſae, traiecto Iſtro flumine, Naïſum venere. Eorum pauci abiunxerunt ſe ab exercitu; cumque ita vicinos agros pererrarent, vt ſinguli ſeparati diſcurrerent in Romanorum quorundam manus inciderunt: a quibus vincti interrogatique, cuius rei cauſa et quid tandem acturus hic Sclauorum exercitus Iſtrum fluuium transmiſiſſet? aſſeuerarunt, eo ſe venire conſilio, vt Theſſalonicam vrbesque illi circumiectas obſidione caperent. 20.

1) Exiit a. 16. B. G. p. 625. 40. p. 560, 561.
20. PROCOP. de B. G. L. III. c.

a. C. 551.

§. 35.

Cuius rei nuncio valde commotus imperator, ſtatim Germano ſcribit, vt in praeſens omiſſa in Italiam profectione, Theſſalonicae caeterisque vrbibus ſuppetias ferre ac totis viribus impetum Sclauenorum repellere maturet. Dum in his Germanus haeſitat; Sclaueni ex captiuis comperto Germani Sardicam aduentu, trepidant. Erat enim apud hos barbaros Germani nomen ex hoc admodum celebre, quod Antarum agmen, quod initio imperii Iuſtiniani in Romanorum prouincias irruperat, ad internecionem fere cecidit m). Itaque Sclaueni, ipſum, vt a me dictum eſt, veriti, ac ſimul rati, florentiſſimo exercitu ſuccinctum eſſe, vtpote qui aduerſus Totilam et Gotthos ab imperatore mitteretur; coeptum Theſſalonicam iter ſtatim abrumpunt, neque auſi amplius in campos digredi, omnibus Illyrici montibus ſuperatis, in Dalmatiam intrant.

Securus iam ab illis Germanus, — inde biduo poſt in Italiam profecturus [erat]. At infeliciter contigit, vt morbo correptus, repente vita cederet.

§. 36.

21. Ioannes vero [Vitaliani ex fratre nepos Germanique gener, in locum Germani ſuffectus] et imperatoris exercitus cum in Dalmatiam perueniſſent, Salonis hiemem traducere conſtituerunt, ſtatim ab illius exitu Rauennam ire habentes in animo. At Sclaueni, tum qui prius in oras imperatori ſubditas ſe intulerant, quemadmodum proxime commemoraui, tum qui paulo poſt, traiecto amne Iſtro, illis ſe permiſcuerant, impuniſſime Romanum imperium incurſarunt. Nec deerant, qui ſuſpicarentur, hos barbaros multa pecunia pellectos inmiſſosque a Totila in Romanos fuiſſe, vt ab illis diſtrictus imperator bellum Gotthicum bene adminiſtrare non poſſet. Sintne Totilae gratificati Sclaueni, an eo venerint non vocati, dicere nequeo.

Diuiſis tripartito copiis, toti Europae damna grauiſſima intulerunt hi barbari, non curſim populabundi, ſed perinde ac ſi eſſent in ſuis finibus, ſine vllo hoſtium metu hibernantes.

§. 37.

m) Cf. ſupra §. 11. 21. Id. ibid. p. 563, 564.

a. C. 551.

§. 37.

In eos poſtmodum imperator egregium deſtinauit exercitum: cuius cum alii duces erant, tum Conſtantinus, Aratius, Nazares, Iuſtinus alter Germani filius [n] et Ioannes cognomine Heluo. Porro Scholaſticum praefecit omnibus, vnum e numero eunuchorum palatii [o]. Barbarorum partem offendit hic exercitus ad Adrianopolin, vrbem Thraciae mediterraneam, ac dierum iter quinque Byzantio diſſitam. Iam barbari progredi non poterant. Etenim captiuorum ac pecudum innumerabilem vim cum opibus cuiusquemodi abducebant. Quare eo loci haerentes ad pugnam ita ſe expediebant, nihil vt hoſti ſuboleret [p]. Ac Sclaueni quidem in monte, qui illic eminet, Romani vero in planitie caſtra metati ſunt.

§. 38.

Diu ſederant, cum victi impatientia milites, de ducibus cum indignatione coepere queri, quod, dum ipſi, vtpote Romani duces, cibariis omnibus abundarent, milites deſpicarentur victus inopia preſſos, nec manum cum hoſtibus conferre vellent. His querelis adacti duces, cum hoſte confligunt. Feruet proelium: vi demum victis Romanis, milites multi, iique fortiſſimi, ibi cadunt; duces ab hoſtibus tantum non capti, vixque elapſi cum reliquis, euadunt quo cuique licet. Conſtantiani vexillum cepere barbari, ac ſpreto Romanorum exercitu vlterius progreſſi, Aſticam, quam appellant, regionem vaſtarunt, iamdiu intactam: quam ob rem praedam ibi copioſiſſimam inuenerunt. Late facta populatione, peruenerunt ad muros longos, qui Byzantio diei itinere paulo amplius diſtant.

Aliquanto poſt Romanus exercitus hos ſecutus barbaros, partemque eorum nactus, repentino ipſos fuderunt impetu, ac, caeſis plurimis, captiuorum Romanorum ingentem receperunt numerum, et inuentum Conſtantiani vexillum retulerunt: reliqui barbari cum reliqua praeda domum reuerſi ſunt.

§. 39.

n) και Ιȣςινος ὁ Γερμανȣ παις.

o) ἐπιςατην δε Σχολάςικον ἐφ᾽ ἁπασι κατεςησατο, των ἐν παλατιῳ ἐυνȣχων ἑνα.

p) μενοντες δε ἀυτȣ, ἠπειγοντο τοις πολεμιοις ἐς χειρας ἰεναι, τȣτοις δε ἀυτοις ἀισθησιν ὡς ἡκιςα παρεχομενοι.

Imp. IVSTINIANO I.

§. 39.

a. 17. B. G. q)

a. C. 552.

22. CVM Sclauenorum ingens multitudo, facta in Illyricum eruptione, infanda perpetraret; in eos Iuſtinianus Auguſtus miſit exercitum, cui, praeter alios, Germani filii praeerant. Hi numero longe hoſtibus inferiores, obuiam illis obſiſtere non poterant; ſic autem ſubibant a tergo, vt poſtremos carperent. Multis caeſis, nonnullos cepere viuos, et ad imperatorem miſerunt. Nihilo tamen minus graſſabantur hi barbari.

Fuit haec populatio impendio diuturnior r); ita vt cadaueribus vias omnes conſtrauerint, et cum infinita captiuorum multitudine praedaque omni, quam cuncta vaſtando collegerant, domum redierint, nemine prohibente. neque enim ad Iſtri fluminis traiectum illis inſidias Romani ſtruere, nec vim vllam afferre poterant: propterea quod a Gepaedibus excepti transuehebantur, pacto transmiſſionis pretio non exiguo: quippe aureum ſtaterem vnum pendebant in capita. Ex eo anxius imperator, quod iam illos inhibere non poſſet, ſiue fluuium Iſtrum tranſirent, Romanum direpturi imperium, ſiue hinc repente excederent; hac de cauſa paciſci cum Gepaedibus cupiebat. — s).

§. 40.

HAVD multo poſt, quae aduerſum Gepaedes Langobardi ſociali iure poſtulabant, miſit auxilia Iuſtinianus Auguſtus, Gepaedes inſimulans, quod in Romanorum perniciem, poſt foedus ictum, Sclauenorum agmen Iſtrum fluuium tranſportaſſent.

22. PROCOP. de B. G. L. IV. cap. 25. p. 637, 638.

q) Exiit a. 17. B. G. p. 639.

r) ἐν ταυτῃ τε τῃ λεηλασιᾳ χρονε τι μεγα κατατριψαντες μηκος.

s) Reliqua vide in *Gepaedicis* §. 20.

CAPVT

CAPVT V.

Res Slauorum geſtae, ab aduentu Auarorum vsque ad Iuſtiniani I. obitum;
ab a. C *557—565.*

§. 41.

a. C. 557.—562. a)

Cvm autem eorum duces parum proſpere res geſſiſſent b), et contra eorum ſpem concidiſſent, confeſtim Abari hoſtium terram vaſtarunt, et regionem ſunt depopulati. 'Hi vero inimicorum excurſionibus vexati, ad Abaros legationem miſerunt c), ad quam '*Mezamirum Idariſii* filium, *Celagaſti* fratrem d) ſuffragio elegerunt, quicum etiam precibus egerunt, vt captiuorum aliquos ex eorum tribu redimeret. Mezamirus igitur legatus, vir vanus et magniloquus, vbi ad Abaros peruenit, in verba ſuperbiora et arrogantiora erupit. '*Cotragegus* autem, ille Abarorum perquam familiaris et neceſſarius e), cum Mezamirus inſolentius, quam legatum decebat, eſſet locutus, illis peſſimum conſilium dedit, et dixit Chagano: 'Vir ille in eo quod faciendum ſuſceperit, magnae eſt apud ſuas tribus auctoritatis, et quantum voluerit hoſtium poteſt in pugnam educere f). Oportet igitur ipſum de medio tollere, deinde intrepide in regionem inimicam excurſiones facere. Ab illo perſuaſi 23.

a) Cf. *Auarica* §. 6. not. *a.*
23. MENANDER in Excerptis de Legationibus p. 100, 101.

b) ὁτι ἐπει ὁι ἀρχοντες των [Valeſius: lege Ἀ᾽ντων] ἀθλιως διετεθησαν.

c) πιεζομενοι δ᾽ ὀυν ταις των πολεμιων ἐπιδρομαις ὀιονται, [Valeſ. leg. ὁι Αντα] ἐπρεσβευσαντο ὡς ἀυτους.

d) Μεζαμηρον τον Ιδαριζιȣ, Κελαγαςȣ ἀδελφον.

e) ὁ Κοτραγηγος ἐκεινος, ὁ τοις Αβαροις ἐπιτηδειος.

f) ὀυτος ὁ ἀνηρ μεγιςην ἐς ὁ, τι περιβεβληται δυναμιν ἐν ἀυταις [Valeſius: lege, ἐν Ανταις], ὁιος τε πεφυκε κατα των ὁποσουν ἀυτῳ πολεμιων ἀντιταττεσθαι.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 557—562.

ſuaſi Abari, transgreſſa et ſpreta ea, quae legatis debetur, reuerentia, 'nulla habita iuris religionisque ratione g), Mezamirum necant, et ab eo tempore 'latius et liberius depopulari vicinorum terras coeperunt h), neque captiuos aut praedas agere ceſſauerunt i).

a. M. 6051. a. C. 551. a. 32. imp. Iuſtiniani I.

§ 42.

a. C. 558.

24. a) VNNI et Sclaui k) cum maximis copiis in Thraciam irruentes, eam bello vaſtarunt, multosque homines vel occiderunt, vel in captiuitatem abduxerunt: ſed et Sergium, militiae magiſtrum, Bac-

a) CEDRENVS: *Eodem anno* [XXXII. imperii Iuſtiniani I.] *Hunni, qui et Slauini dicuntur* (οἱ Οὖννοι, οἱ καὶ Σθλαβῖνοι), *Thraciam infeſtarunt, multosque—abduxerunt, capto etiam praefecto eius prouinciae. Cumque—vicum ſita. Eo cognito, imperator multos de ciuibus—multi Romanorum ceciderunt.*

g) ἐν οὐδενὶ τε λογῳ θεμενοι την δικην.

h) πλε ν τε [in marg. ἢ] προτερον ἔτεμνον την γην των αὐτων. Valeſius: των Αυτων.

i) Hic Menandri locus de Antis varia tantum lectione nititur, ſed ſatis, vt videtur, probabili. Ita enim optime cohaerent omnia, cum textus, vti nunc expreſſus eſt, mutilus ſit, et plura vix ſanum ſenſum admittant. Deinde nomina quoque Μεζαμηρος et Κελαγαςος Slauica ſunt, vt Ακαμηρ, Ανδραγαςος, Αρδαγαςος, Πειραγαςος, Πηραγαςας, quae apud Theophylactum et Theophanem occurrunt. vide infra § 107. 59. 77. optima denique bellum cum Antis gerendi occaſio Auaris fuit, cum patriis ſedibus relictis, Eitaſalis et Sabiris ad Caucaſum deuictis, ad Danubium, vbi Antae habitabant, deſcendiſſent.

24. THEOPHANES p. 197, 198. Cedren. T. I. p. 386, 387. Annum in margine adſcriptum Theophanes habet.

k) ἐπανεστησαν Οὖννοι καὶ Σκλαβοι. Goar in Notis in Theophanem p. 597. „Totam hiſtoriam ordine copioſeque pertexit Agathias, cuius Lib. 5. ea ſolum, quae praeſenti ac ſuperiore anno contraxit Theophanes, prolixo dicendi genere recenſentur, et praecedentibus ceu tempore connexis adiunguntur. Sclauos porro Agathias vocat Cotriguros Hunnos„. Nihil plane de Slauis ibi Agathias. At Slaui forte vna cum Hunnis, quippe finitimis teſte Procopio de B. G. p. 573., hanc in Rom. prouincias fecere irruptionem. Quae vero de hoc bello referunt Agathias et Menander, ea vide in *Hunnicis* §. 135—156.

Bacchi ſenioris filium, et Ederman ducem Calopodii clariſſimi cubicularii et praepoſiti filium ceperunt. Cumque partes quasdam muri Anaſtaſiani terrae motibus collapſas reperiſſent, per eas ingreſſi, in poteſtatem ſuam redegerunt loca ad Drypiam, Nymphas et Chittus vicum ſita: cunctique, facultatibus ſecum aſportatis, in vrbem confugerunt.

§. 43.

Quamobrem imperator multos ex ciuium numero delectos ad Longum murum miſit: ibi commiſſa pugna multi Romanorum et Scholariorum ceciderunt. Poſtremum autem iubente imperatore ciboria argentea, et ſanctae menſae pariter ex argento, quae extra ciuitatem in eccleſiis erant, ſuis locis exportatae ſunt: portas vero omnes Theodoſiani muri defenderunt Scholae, Protectores, Numeri et vniuerſus ſenatus.

§. 44.

β) Sed cum barbaros illic pertinaciter permanere videret imperator, patricium Beliſarium vna cum aliis ſenatus contra ipſos progredi iuſſit. Porro Beliſarius, ſumtis omnibus equis, tam imperatoris, quam circi, ſed et ſacrarum domorum, nec non vniuscuiusque hominis priuati, cui fuit equus in poteſtate, populoque armis inſtructo, ad Chitti pagum l) profectus eſt: ibique aciem omnem compoſuit m). Tum quosdam ex barbaris capere et interficere coepit: quin etiam arbores caedi et pone exercitum in terram trahi imperauit: ex quo puluis ingens vento excitatus, et in barba-

β) CEDRENVS: *Beliſarium ergo Iuſtinianus contra Hunnos* (κατ' αὐτῶν) *mittit. Is equis ciuium ſumtis, armata multitudine venit ad Chiti pagum: foſſaque acta* (ποιησας Φοσσατον), *quotquot barbarorum cepit, eos necauit. Iuſſit etiam arbores caedi — in Hunnos delatus — exiſtimarent, vsque Arcadiopolin profugerunt.* reliqua vide ad §. 45.

l) εἰς Χιτȣ κωμην. In variis lectt. textus Theoph. p. 528. ad p. 197. Pal. Χιτȣκομεως, Peyrez. Στιτȣκομεως. ad p. 198. Peyrez. Στιτȣκωμην. Goar in Nott. p. 597. „Chetumeſum appellat Agathias„. vel potius ἐν Χεττȣκωμῃ τῳ χωριῳ, habet. vid. *Hunnica* §. 141.

m) και ἐποιησε Φȣσσατον.

a. C. 558.

barbaros delatus ſuper eos incubuit. Qui cum maximas copias inde adeſſe exiſtimarent, in fugam verſi, ad regionem Sancti Stratonici, ad Decatum receſſere. Ac cum ſubinde a ſpeculatoribus reſciuiſſent, CPlis muros magno militum numero eſſe defenſos, Tzurulum, et Arcadiopolin, et Sancti Alexandri Zupparorum verſus digreſſi ſunt: ibique caſtris poſitis vsque ad Paſcha ſubſtitere.

§. 45.

Peracto feſto paſchali imperator cum vniuerſis ciuibus vrbe relicta, ad reparandas muri longi ruinas Selybriam perrexit: quare pedem retulerunt barbari, et trans murum abierunt n). Ibi manſit imperator ad Auguſtum vsque menſem: ſimiliter et barbari vsque ad menſem Auguſtum extra vrbem circumuagabantur.

γ) Caeterum imperator bipuppes naues confici iisque in Danubio aduerſos Vnnos, ſi quando transfretarent, excipere, et cum eis manus iuſſit conſerere o). His auditis barbari, miſſis legatis petiuerunt, vt ſibi reditus tuto permitteretur, et Danubium traiicerent. Miſit ergo imperator Iuſtinum nepotem ſuum p) et Curopalatem: eosque dimiſit incolumes.

§. 46.

a. C. 552. q)

25. [IVSTINIANVS I. in Edicto ſiue Doctrina et accurata expoſitione immaculatae ac rectae fidei noſtrae Chriſtianae hoc titulo vtitur:

γ) CEDRENVS: *Iubet ergo imperator naues bipuppes parari, iisque — adu. Hunn. vti* (και πολεμησαι αὐτοις) — *permitteretur. Miſit — Iuſtinum, ſorore ſua natum* (ἀνεψιον) —: *qui eos traduceret.*

n) ἐξηλθεν ὁ βασιλευς και παντες της πολεως συν αὐτω ἐν Σελυμβρια ἐπι το κτισαι το τειχος το μακρον· ὁθεν οἱ βαρβαροι εἰσηλθον.

o) ὡςε ἀπελθειν εἰς τον Δανȣβιν, και ἀπαντησαι τους βαρβαρους, εἰ περνȣσι, και πολεμησαι αὐτȣς. Cod. Reg. ἀπαντησαι τοις βαρβαροις περνȣσι. Combeſis in Nott. Poſterr. p. 645. In variis Lect. p. 528. Peyrez. και ἀπ τ. β. περνȣσι, και πολεμȣσιν αὐτους. Barberinus nihil aliud legit praeter πολεμησαι αὐτȣς.

p) τον ἀνεψιον αὐτȣ.

25. CHRONICON PASCHALE p. 345. Hunc locum et quae ſequuntur vsque ad finem huius Capitis, quod in ſuperioribus commode afferri non poterant, huc reſeruanda putaui.

q) Hoc anno Synodus celebrata eſt CPli contra dogmata Origenis ac

tur:] Imperator Caeſar Chriſti amans, Iuſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, *Anticus*, Alanicus, Wandalicus &c.

§. 47.

a. C. 527.—565. r)

IVSTINIANVS in Europa—opera fecit—talia—, qualia poſtulat fluminis Iſtri vicinitas et conſequens inde neceſſitas, ob imminentes illis partibus barbaros. Et vero inſtant Hunni Gotthique accolae: s) vim faciunt t) gentes Tauricae Scythicaeque, Sclaueni, et quicunque vel Sauromatae Hamaxobii, vel Metanaſtae ab hiſtoricis antiquiſſimis dicti ſunt; ac ſi qua alia ferina hominum natio ibi domos habet, aut per paſcua vagas, aut ſtabiles. Cum autem illis in bellum vsque prurientibus occurrere contenderet Iuſtinianus Auguſtus, nec defunctorie quidquam ageret, neceſſe habuit, munitiones innumeras excitare, ac neſcio quot praeſidia militaria conſtituere, nihilque non obiicere, quo hoſtes implacabiles atque inſociabiles arcerentur: bellum ita ſoliti facere, vt illud nec cum cauſa ſuſcipiant, nec praeuia clarigatione inferant, nec finiant aliqua compoſitione, vel pactis induciis intermittant; ſed capeſſant absque praetextu, nec niſi ferro dirimant. 26.

§. 48.

[IN Myſia] caſtello Palmatis proximum de nouo ſtatuit [Iuſtinianus] caſtellum Adina; propterea quod Sclaueni v) barbari ibi deliteſcere et ex inſidiis in viatores graſſari ſoliti, ne iter illac fieret, impediebant. 27.

§. 49.

[IN Scythia] arx vetus erat Vlmiton dicta; quae quoniam Sclauenis barbaris graſſatoribus diu ſedem praebuerat, vacabat peni-

Didymi et Euagrii &c. in eaque hoc edictum editum.

26. PROCOPIVS de Aediff. L. IV. c. 1. p. 66.

r) Sunt anni imperii Iuſtiniani I.

s) ἔθνη γὰρ αὐτῇ γειτονεύοντα διακεκλήρωται Οὐννικά τε καὶ Γοτθικά.

t) ἀντταίρει.

27. Id. ibid. c. 7. p. 83.

v) Σκλαβηνοί, ita et in §. ſeq.

28. Id. ibid. p. 84.

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 527—565.

tur, nec iam niſi nomen ſeruabat. Tota a fundamentis reaedificata, oram illam ab incurſibus et inſidiis Sclauenorum liberam reddidit.

CAPVT VI.

Legatio ab Auaris ad Slauos miſſa; Bellum Slauis ab Auaris illatum, et cauſſae illius;

ab a. C. 565—581.

§. 5.

Imp. IVSTINO II.

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565—578. [a)]

29. MISERAT—Abarorum dux ad *Laurentium* [b)], ʿSclauinorum ducem [c)], et eos, qui apud gentem auctoritatem habebant, vt Abaris dicto audientes eſſent, et eorum numero ſe aſcribi paterentur, qui tributa illis pendebant. ʿAt Lauritas et gentis principes [d)]: „Quis hominum, inquiunt, eſt, qui ſolis radiis tepeſcit, qui noſtram potentiam poſſit ſibi ſubigere et domare. Aliorum enim regionis dominatum acquirere ſolemus, non alii noſtrae, ʿqui nos certo manet [e)], donec erunt bella et enſes„.

Ad

a) Sunt anni imperii Iuſtini II. Annus, quo haec geſta ſunt, non conſtat: caeterum diu ante illam a Tiberio ad Auaros miſſam legationem, contigiſſe ipſe innuit Menander; *ἐπικλημα ποιȣμενος ὁ Βαϊανος ἐκ πολλȣ* &c. vid. infra not. g.

b) *ὡς ἀυτον Λαυρεντιον.*

c) Addit haec interpres.

d) *Λαυριτας δε και οἱγε ξυν ἀυτῳ ἡγεμονων.* etiam hoc loco interpres *Laurentius* ſcribit; ſed rectius forte vtroque loco *Lauritas* ponitur.

e) *Και ταυτα ἡμιν ἐν βεβαιῳ.*

Imp. IVSTINO II.

a. C. 565—578.

Ad hunc modum ſuperbe et arroganter loquentibus Sclauenis f), non minori ſuperbia et arrogantia erga eos Abari ſunt vſi. Hinc in probra et conuicia itum, et, vt barbarorum eſt ferox et impotens ingenium, in rixas et contentiones inter ſe praecipites ferri. Sclauini cum irae moderari nequirent, legatos, qui ad ſe venerant, occiderunt. Haec audita—Baianum abalienarunt g)—.

§. 51.

Imp. TIBERIO *Conſtantino.*

Imp. TIBERIO *Conſt.* a. 4. imp. Tib.

a. C. 581.

CIRCA quartum imperii Tiberii h) Conſtantini annum centum 30.
fere millia Sclauorum i) in Thraciam irruperunt, et Thraciam multasque alias regiones praedati ſunt.

§. 52.

Vaſtata a Sclauinis Graecia, cum vndique alia ex aliis peri- 31
cula imminerent et exorirentur, neque Tiberius ſatis copiarum haberet, quibus cum vna parte hoſtium, nedum cum toto hoſtili agmine, manus confereret, neque in eius poteſtate eſſet, hoſtibus obuiam ire, propterea quod Romanorum vires ad orientis bellum conuerſae erant, legatum miſit ad Baianum Abarorum. Is tunc temporis non erat erga Romanos male animatus; imo quo tempore primum Tiberius imperium ſuſcepit, iure reipublicae noſtrae frui cupiebat. Mittebat autem ad illum, vt ſuaderet cum Sclauinis

f) των Σκλαβηνων. ita et infra Graeca Menandri.

g) — ως ετεροθεν αμελει εκπυςα γενεσθαι ταυτα Βαιανω. Pergit Menander „ *Cum igitur a multo tempore, hoc haberet* &c. vid. infra §. 54.

30. MENANDER p. 124.

h) Καισαρος. omiſit interpres.

i) Σκλαβηνων.

31. Id. p. 164. 165. Haec ſequi debere, docet Henr. Valeſius in Notis ad h. l. p. 220. vbi addit: „ In Chronico quidem Abbatis Biclarienſis haec Sclauorum in Thracias irruptio refertur a 5. Tiberii Aug., ſed Menandri potior eſt auctoritas „. Res ſecundo Tiberii anno geſtas libro 8. p. 161. narrare incipit, ſed, vt ibidem addit, paulo poſt bellum cum Choſroe geri coepit; cuius initium ad tertium imperii Tiberii annum Theophanes p. 212. refert.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

nis bellum facere, quo illos, ſi forte deſiderium caperet, Romanorum terras inuadere, ad ſua defendenda propriis malis reuocaret, et cum patriae ſuae opitulari Sclauini potius ducerent, rapinas agere ex Romanae ditionis terris ceſſarent.

§. 53.

Hac igitur legatione ad Baïanum a Caeſare decreta, ei nequaquam non obtemperauit. Ad ea procuranda Ioannes mittitur. Huic tunc inſularum, quae in eo tractu erant, praefectura et Illyricarum vrbium adminiſtratio erat demandata. Is cum in Paeoniam acceſſiſſet, Baïanum et Abarorum copias in Romanorum ditionis terras tranſtulit, et holcadibus, quae longae appellantur, barbarorum exercitum traduxit. 'Erant, vt fertur, fere ad quindecim equitum armatorum millia. quae vbi huc transmiſit [k], 'ea rurſus per Illyricum duxit, et Scythiam verſus iter tendens, cis Iſtrum nauigiis, quae vtrimque puppim habebant, reportare inſtituit [l].

Baïanus in vlteriorem fluminis ripam transgreſſus, 'vicos et pagos Sclauinorum igni ferroque vaſtauit [m]: et cum nemo barbarorum auderet cum illo manus conſerere (etenim in ſiluas et cauernas confugerant) omnia, quae potuit, rapuit.

§. 54.

Atque huic Abarorum in Sclauinos eruptioni non ſola Caeſaris legatio cauſam dedit, aut quod Baianus Romanis gratiam referre vellet, quod eum Caeſar liberalitate proſecutus fuerat; ſed etiam eum priuatae inimicitiae mouebant, quia Baïanus erat Sclauinis priuatim infenſus. Miſerat enim Abarorum dux ad Laurentium Sclauinorum ducem 'de tributo Abaris pendendo legatos, quos Sclauini occiderunt [n]. Cum igitur a multo tempore hoc haberet, quod

k) και λεγεται ἀμφι τας ξ' χιλιαδας (LX.M.) ἱππεων θωρακοφορων ἐς την Ρωμαιων διαπορθμευθηναι.

l) ἐνθενδεν αὐθις δια των Ιλλυριων διαγαγων, ειτα ἐς την Σκυθων ἀφικομενος, ἐμπαλιν διελθειν παρεσκευασε τον Ιςρον.

m) παραχρημα τας τε κωμας ἐνεπιμπρα των Σκλαβηνων, και ἐσινετο τους ἀγρους.

n) Quem hic excerptum dedi, integrum vide locum ſupra §. 50.

quod illis obiiceret, reconditum odium in pectore gerebat. 'Atque adeo quia imperata facere noluerant moleſte ferebat. Et vero, ne etiam oblata occaſione ſe malo afficerent, timebat [o]; 'tum quoque Caeſari gratificari volebat. Accedebat, quod multum auri ſe in eorum regione reperturum ſperabat, 'quia vicinas Romanorum terras, quas nunquam vlla alia gens attigerat, depraedati fuerant [p].

§. 55.

'CVM Abarorum Chaganus foedera, quae cum Tiberio, initio 32.
eius imperii, fecerat, rupiſſet, et cum omni exercitu inter Sirmium et Singidonem caſtra ponens, fluuium ponte iungere ſuſcepiſſet: Sethus Singidonis praefectus ad Chaganum miſit, qui ex ipſo quaereret, quid ſibi vellet, quod ad Saum veniſſet [q]. Ille non, *vt quicquam* mali Romanis machinaretur, pontem ſtruere ait; ſed *vt* contra Sclauinos expeditionem ſuſciperet. Se, transmiſſo Sao, 'Romam iturum; inde ſibi in animo eſſe, multis ad traiectionem ab imperatore Romanorum impetratis nauibus, rurſus Iſtrum traiicere [r]. Ille quidem antea in gratiam Romanorum imperatoris haec fecerat, et multa Romanorum millia, qui ſeruitutem apud Sclauinos [s] ſeruiebant, libertate donata, Romanis reſtituerat. 'Nunc vero dicebat, ſe a Sclauinis iniuria affectum, quia nollent, tributum quotannis conuentum et per eas partes indictum ſibi ſolui; tum etiam quia Abarorum legatos, a ſe miſſos, ſuſtuliſſent: et eam eſſe cauſam, cur ad Saum conſediſſet.

§ 56.

o) και ἀλλως ἀχαλλων, ὅτι ἀυτῳ ὑπηκοοι ὀυκ ἐγενοντο, μητι γε προς ἀυτων και τα ἀνηκεστα πεπονθεναι.

p) ἁτε ἐκ πολλȣ της Ρωμαιων ὑπο Σκλαβηνων, της δε κατ' ἀυτȣς γης προς ἑτερȣ τινος παντων ἐθνων ὀυδαμως.

32. MENANDER p. 127—129.

q) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Auaricis* §. 36—38.

r) ἐπιβαινων τε ἐς την Ρωμην, ἀυθις τον Ιςρον διαβησεσθαι (κατ' ἀυτων. omiſit interpres).

s) Hic et infra aliquoties Σκλαυηνοι ſcribitur.

t) νυν δε ὑβρισθαι μεν ἐλεγε προς ἀυτον [leg. ἀυτων. i. e. a Slauis] ὀυ βȣλομενων το συνταχθεν τηνικαυτα τελος παρα σφων καθ' ἑκαςον ἐτος ἐπ' ἀυτον κατατιθεναι.

Imp. TIBERIO *Conſt.*

a. C. 581.

§. 56.

Sethum itaque excipere iuſſit legatos, quos ad imperatorem mittebat, qui peterent, vt ſibi, in Sclauinos traiecturo, naues per Iſtrum praepararet. Adiecit, ſe v)—paratum iurare,—ſe tantum, quo ſibi aditum ad Sclauinos faciat, pontem facere inſtituiſſe.— Itaque profecti Abarorum legati in regiam vrbem, ad imperatorem, petierunt, vt naues praepararet Chagano et Abarorum exercitui, quibus Iſtro traiecto in Sclauinos mouerent. Etenim Chaganum fidentem amicitia, quae illi cum Romanis erat, pontem ſtruxiſſe ſuper Sao flumine, propoſitumque habere, communes ſuos hoſtes et Romanorum conterere ac labefactare.— Imperator, mentem Chagani cognoſcens, reſpondit, ſe quoque velle Sclauinos, quoniam plerasque Romanorum regiones praedati fuerant, et latrociniis vexauerant, bello perſequi; ſed tunc temporis non opportunum eſſe Abaris, eam expeditionem ſuſcipere, quia Turci Cherſonem cum exercitu obſidebant, neque ſatis ſpatii ad Iſtrum traiiciendum daretur. Itaque commodius illis eſſe, ſuperſedere et differre expeditionem in aliud tempus.—

§. 57.

Itaque legatus, qui praecipue Chaganum ad bellum Romanis inferendum impulerat, ampliſſimis donis acceptis, quibus leniretur, e regia vrbe proficiſcitur. Sed cum per Illyricum iter faceret, et pauci Romani ad eum tutandum eſſent praemiſſi, a Sclauinis, excurſiones in eas partes facientibus, contigit vt occideretur.

v) Hic et in ſequentibus omiſſa vide in *Auaricis* §. 39—44.

CAPVT

CAPVT VII.

A Slauis contra Romanos, inſtigantibus Auaris, ſuſcepta expeditio. Slaui Auarorum in bello cum Romanis ſocii;

ab a. C. 583 — 591.

§ 58.

Imp. MAVRICIO. *Imp.* MAV-RICIO.

a. C. 583. a. 2. imperii Maur. e)

a) ROMANOS Abari, non illi quidem manifeſte, ſed inertius 33.
quodammodo ac doloſius adoriuntur. Nam Sclauini b),
ſiue Sclaui c), ab ipſis ſubmiſſi, ac ſubornati, impreſſione facta,

 Roma-

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Chaganus* [Auarorum princeps] *pacem perfidia ſoluere ſtudebat. Sclauinorum ſiquidem gentem* (τα Σκλαβινων ἐθνη Anaſt. *Sclauenorum gentes*) *ad Thraciam inuadendam armis inſtruxit* (ἐξωπλισεν. Anaſt. *armauit*): *quae quidem vsque ad murum Longum progreſſae, magnam ſtragem captiuitatemque ſubditis induxere* (πολλην ἁλωσιν ποι-

33. THEOPHYLACTVS SIMOCATTA L. I. c. 6, 7. p. 17, 18. Theophanes p. 215. Anaſtaſius Bibliothecarius p. 71. Zonaras T. II. p. 74. Cedren. T. I. p. 395. qui haec iis, quae in *Auaricis* ad §. 55. ex eodem attuli, ſubiungit. Menander [vel potius Theophylactus] in Excerptis de Legationibus p. 118. *Abarorum gens bello, non tamen indicto, Romanos adorta eſt. At Sclauorum gens ignota, improbior et verſutior, Romanos eſt aggreſſa* (ἀλλ᾽ ουκ ἀναφανδον, ῥαδιουργικωτερον δε πως, και δολερωτερον, το Σκλαβηνων ἐθνος ἐπαφησι. ita etiam Graeca apud Theophylactum p. 17. ſonant, et vertenda ſunt, vt in §. 58. leguntur) *et ſolitudinem per eorum ditionis terras fecit, et vsque ad longos muros* (*ſic locus ille appellatur*) *omnia longe lateque deformata, oculis conſpicienda praebuit* (ὁια διαττοντες [emenda e Theophylacto: ὁια δη ἁπτοντες], ἀθροον προσβαλοντες ταις ὀψεσι πολυν ἀπεργαζονται φονον).

e) Annum Theophanes et Cedrenus habent.

b) το των Σκλαβηνων ἐθνος.

c) Addit haec interpres.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 583.

Romanae telluris partem latiſſimam occupant, et vsque ad murum longum, vt vocatur, confertim proſilientes graſſantesque funera multa faciunt. Quare etiam timens imperator, murum cuſtodit: quas apud ſe habebat cohortes, ex vrbe educit: ʻet circum Chriſtopolin tumultuarie veluti vallum ac tutamentum inprimis eximium molitur [d].

§. 59.

β) Comentiolo tum praefectura militaris, honeſtum ſane munus, iniungitur, qui Sclauis per Thraciam inſtans, eos pellit. Deuenit autem ad fluuium Erginum [e] vocabulo: ibi de improuiſo in illos [f] facto impetu, complures extemplo mactat. Qua de cauſa ab Auguſto imperator [g] dictus, rurſum in hoſtes mittitur, Romanisque dignitatibus illuſtratur, ʻet quam Romani Praeſentis nominant (is honor eſt ducum militiae) ea condecoratur [h].

Dein-

ȣμενα. Anaſt. *multum facientes excidium*). *Imperator igitur praetorianos milites, populique factiones* (τȣς Δημȣς. Anaſt. *plebibus* eductis) *vrbe eductos longum murum iuſſit propugnare.* reliqua ad §. 59. adfero. ZONARAS: *Chaganus, vt inſatiabilis et perfidus, dolo Romanos aggreſſus, ipſe quieuit: Sclauorum vero gentes quasdam* (ἐθνη τινα των Σκλαβηνων) *ad populandas prouincias concitauit, quae vsque ad longum murum ſunt progreſſae.* reliqua vide infra ad §. 59.

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Commentiolum vero ducem creauit, et cum armata manu contra barbaros ſummiſit: qui ipſos ex improuiſo adortus, magna multitudine caeſa, eos demum abegit. Cum Adrianopolin perueniſſet, in Andragaſtum incidit, qui magnam Sclauinorum aciem* (πληθη Σκλαβινων: Anaſt. *multitudines Sclauenorum*) *cum ingenti praeda* (μετα αἰχμαλωσιας. Anaſt. *cum praeda*) *ducebat: eumque adortus, praedam* (αἰχμαλωσιαν. Anaſt. *captiuitatem*) *recepit, inſigni potitus*

d) ὥσπερ ἀξιολογωτατον ἐρυμα περι το ἀςυ αὐτοχεδιον μηχανωμενος.

e) κατα τον Εργινιαν.

f) ἐπι τοις Σκλαβηνοις.

g) ϛρατηγος.

h) την τε τȣ Πρεσεντιȣ την παρα Ρωμαιοις ἐνοπλον ἡγεμονιας τιμην ἀποφερεται.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 583.

Deinde reliqua aeſtate congregatis Romanorum copiis, Adrianopolin contendit, atque in *Andragaſtum* [i]) incidit, quem ingens Sclauorum caterua cum opima praeda captiuorumque ſelectiſſimorum numero ſequebatur. Exacta illic nocte, mane ad caſtellum Enſinum graditur, et cum barbaris proelio generoſe dimicat. Illi paulatim cedunt, et Aſtice tota expellantur, fuitque captiuis dies ille ob virtutem Romanorum candidus. Dux epinicion cecinit, ac tropaeum erexit.

a.M. 6080. a. C. 580. a. 6. imp. Mauricii.

§. 60.

a. C. 587.

[ANNO ſexto imperii Mauricii [k])] *Getae*, ſeu, quod idem eſt, Sclauini [l]), Thraciae proxima valide deuaſtant. 34.

§. 61.

a. 9. imp. Mauricii.

a. C. 590.

γ) [CVM Mauricius bellum aduerſus Auares apparatum in 35.
Thraciam profectus eſſet [m])] viri tres [n]), nec gladiis accincti, nec vllo

victoria. ZONARAS: *Quapropter imperator, Commentiolo duce creato, barbaros improuiſo aduentu Romanis finibus expulit, multis caeſis, et praeda omni captiuisque receptis.* CEDRENVS; *Cum Chaganus pace violata ad longum murum praedando excurreret, Commentiolus dux Rom. exercitus de improuiſo barbaros* (τουτοις) *adortus, magna multitudine caeſa, eos abegit. Inde cum ad Adrian. veniſſet, in Andrag. incidit, Slauinorum ducem* (τῳ Σθλαβινων ϛρατηγῳ), *qui praedam agebat* — reliqua, vt Theophanes.

γ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno, ineunte vere, et copiis in Thracia iam collectis, Mauricius cum eis egreſſus, ruinas a barbaris excitatas viſum perrexit* — ibi *viri tres, Sclauinorum*

i) Ανδραγαϛῳ.

34. THEOPHYLACTVS L. III. c. 4. p. 66.

k) Cf. Theophan. p. 220.

l) το Γετικον ταυτον δ' ειπειν αἱ των Σκλαβηνων αγελαι.

35. THEOPHYL. L. V. c. 2. p. 145, 146. Theophanes p. 226. Anaſtaſius Bibl. p. 77. annum e Theophane adſcribo.

m) Theophylact. p. 140. ſeqq.

n) Σκλαβηνοι το γενος, omiſit interpres.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 590.

vllo genere armorum praediti, tantummodo citharas geſtantes, a ſatellitibus imperatoris capiuntur. Quaerit ex iis imperator, qua gente oriundi, 'qua regione [o]), quibus de cauſis Romana loca obeant. Reſpondent, ſe Sclauos eſſe, 'ad oceanum occidentalem habere ſedes [p]). Chaganum eo [q]) legatos ad colligenda auxilia cum muneribus multis ad principes gentis miſiſſe; principes muneribus ſuſceptis auxilia recuſaſſe, affirmantes, itinerum longitudinem ſibi oneroſam ac moleſtam eſſe. Et ſe, qui modo capti ſint, ad Chaganum miſſos, vti re ipſa illi reſpondeant [r]). Menſes quindecim in itinere peragendo conſumſiſſe. Chaganum, legis legatorum immemorem, eorum reditum conſulto impedire. Audiiſſe, 'Romanos potentia et humanitate ſummam, quod dicere liceat, adeptos claritudinem; opportunitatem proinde arripuiſſe et in Thraciam reuertiſſe. Citharam porro curare, quod arma tractare neſciant, quandoquidem ipſorum regio ferro careat; vnde extra ſeditiones ac tumultus in pace ac tranquillitate aeuum degant. Lyris canere, cum tubis circumſtrepere non didicerint. Bellum enim ignorantibus optabiliorem autumabant eſſe exercitationem muſicam. Imperator hinc gentem laudans, et illos ipſos ad ſe adductos hoſpitalem in modum habens, eorumque magna corpora et magnos artus membrorum admiratus, Heracleam miſit.

§. 62

genere orti—a Romanis capti ſunt. Vnde traherent ortum, ve moram facerent, imperator rogare. Reſpondent—ad Ocean (Anaſt. addit, *occidentalis*, quod apud Theophanem deeſt) *limites habitare.— auxilia aduerſus Romanos — miſiſſe: ſe vero ab familiarum capitibus* (ταξιαρχαι) *miſſos, qui eos apud Chag. excuſarent, quod ob viarum remota interualla manum auxiliarem ei praebere nequeant. Octodecim vero menſium iter confeciſſe; ac ita demum in Romanorum manus ſe prolapſos aſſeuerabant: citharas—careat. Imperator hominum ſtaturam miratus—miſit.*

o) ποι τας διατριβας ἐκληρωσαντο.

p) προς τῳ τερματι τε τȣ δυτικȣ ῳκηκεναι Ωκεανȣ.

q) μεχρι των αὐτοθι.

r) ἀπολογιαν ὑποθεσιν ἐχοντας.

Imp. MAVRICIO.

§. 62.

a. C. 591.

a. 10. imp. Mauricii. 36.

CHAGANVS—pacta tributa augeri a Caeſare contendebat. Cui cum aures non darentur, continuo bellum moliri et Sclauis bonum numerum parandorum actuariorum ad Iſtrum traiiciendum indicere.

Ciues Singidonii Sclauorum labores crebris impreſſionibus depopulantur, eorumque in fabricandis nauibus opera ignibus exurunt.— 'Chaganus luce ſeptima ſuis Singidone diſcedere iuſſis [s]), ad Mirſium caſtra metatur, ac multitudini Sclauorum componendarum nauicularum ad amnem Saum transeundum negotium iniungit. Et ille quidem expeditionem vrget, hi iuſſa illico complexi, et conſtitutos decuriones ad opera exigenda metuentes, curandae nauigationi operam dant. Fabricatis igitur iam nauigiolis, et in medio propoſitis, vicinum flumen barbari transmittunt [t]).

CAPVT VIII.

Slaui in terra ſua a Romanis victi;

a. C. 592.

§. 63.

a. C. 592.

a. 11. imp. Mauricii. 37.

a) VERE ineunte, Priſcus auctoritate imperatoris ad Iſtrum mouet, vt ab eo 'Sclauorum gens [a]) flumen traiicere prohibita

a) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno imp. Mauricius Priſcum Romanorum cum copiis omnibus ad Iſtrum flumen ablegat, vt*

36. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 3, 4. p. 147, 148. Annum ſuppeditat Theophanes p. 226., qui hoc loco Auarorum tantum meminit. cf. *Auarica §. 87.* lit. *a.*

s) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Auaricis §. 88.*

t) Reliqua vide in *Auaricis §.* *89. ſeqq.*

37. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 6. p. 151, 152. Theophanes p. 228. Anaſtaſ. p. 78. Cedren. T. I. p. 398. Annum habent Theophanes et Cedrenus.

a) τὸ τῶν Σκλαβηνῶν γένος

Imp. MAVRICIO.
a. 11. Maur.

a. C. 592.

bita, vel nolens ſecuritatem et otium Thraciae praeſtaret. Aiebat ſiquidem Priſco imperator, barbaros nunquam quieturos, ni Romani Iſtrum quam acerrime cuſtodirent. Priſcus itaque copias equeſtres ducit, pedeſtribus Genzonem praeponit. Adulto vere, ad Heracleam Romani congregantur. Die ſeptimo dux caſtra mouere iubet, luſtratisque auxiliaribus, et copiis recenſitis, ſtipendia in orbem redeuntia conſtituit. Abiens inde, quartis caſtris Driziperis adeſt: quo in loco diebus quindecim conſumtis, viceſimis caſtris Doroſtolum aduenit.

Chaganus de infeſto Romanorum aduentu certior factus, legationem ad Priſcum mittit, 'et de pace hac re violata queritur [b]. Priſcus — bellum hoc aduerſus Sclauos ſuſceptum eſſe confirmauit. 'Non igitur pactis et foederibus cum Abarum gente initis etiam in *Getas* expeditionem impediri [c].

§. 64.

β) Die duodecimo nauibus conſtructis, dux fluuium transnauigat, 'auditoque, Ardagaſtum Sclauorum manum ſedibus ſuis ad

Sclauinorum gentes, amnem traiicere molientes, impediret. Cum vero Doroſtolum veniſſet, Chaganus — queritur. Reſpondit Priſcus: Bellum in barbaros [pro βαρβαρȣς, legendum videtur, Αβαρȣς] *moturus minime miſſus ſum: ſolas Sclauinorum gentes a me coërcendas iuſſit imperator.* reliqua vide ad §. 64. CEDRENVS: *Anno vndecimo* [imperii Mauricii] *Priſcus rem contra Slabinos* (Σθλαβινοις) *praeclare geſſit, magna barbarorum edita ſtrage.*

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Priſcus autem Sclauinorum populum ab Ardagaſto duce ſparſim per Romanam prouinciam effuſum cum reſciſſet: Iſtro traiecto, noctis ſub medium ex improuiſo Ardagaſtum adoritur, et cum eo manus conſerit. Ardagaſtus cognito periculo, nudo equo inſiliens, vix ſalutem fuga conſequitur. Romani multis Sclauinorum copiis caeſis, at-*

b) Haec fuſius narrata vide in *Auaricis §. 95.*

c) μη γαρ ὀυν ταις Αβαρικαις συνθηκαις τε και σπονδαις και τον Γετικον καταλυσασθαι πολεμον. Getarum nomine Slaui ſupra §. 60. et infra §. 74. apud eundem Theophylactum veniunt

Imp. MAVRICIO. a. II. imp. Maur.

ad praedas agendas eduxiſſe d), vbi plerumque noctis proceſſit, hoſtiliter in eum tendit. Ardagaſtus, ſtrepitus magnitudine expergefactus, viſa ſomniorum valere iubens, et equum nudum conſcendens, fuga ſaluti conſulit. Porro in Romanos incidens, equo relicto, pugna ſtataria ſe defendit. Sed quia contra certantibus haud quaquam par erat, per loca impedita fugam capeſſit. 'Caeterum Ardagaſtus pedibus euaſit, quod natura illum huic rei aſſuefecerat e). Fortuna porro quadam ſiniſtra inter fugiendum in magnae arboris truncum offendit, vnde inſequentibus perquam optata praeda fuiſſet, niſi fluuius ei ſalutem dediſſet: quo tranato diſcrimen effugit. Romani ingentem Slauorum numerum gladiis perimunt: 'Ardagaſti regiunculam, arboribus ſegetibusque corruptis, deuaſtant f): 'captos boiis in ceruices inductis g) Byzantium ablegant. —

§. 65.

Simul — Priſcus verbis obtinuit [tumultum enim excitauerant praeda ab ipſo ſpoliati milites] quod voluit, praedam laborum praemia ad imperatorem cum trecentis cuſtodibus, Tatimere praepoſito, miſit. 38.

γ) Tatimer Byzantium pergebat, cum die ſexto, Sclauis occurrentibus, periculo improuiſo eſt implicitus. Nam cum meridie, animo vacuus curarumque liber, ſubſiſteret, et equi gramina tonde-

que vniuerſa Ardagaſti regione deuaſtata, captisque innumeris, multos ex eis Byzantium per Tatimerem transmiſere.

γ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Tatemer iter agens incautus et reſolutus* (ἐκλυτως την πορειαν ποιȣμενος. Anaſt. *expeditus*

d) ἀκηκοως τε τον Ἀρδαγαϛον ποιησαμενον τα των Σκλαβηνων πληθη ἀποδημα, ὁπως λειαν ἐπικυρησειε.

e) ὁ ὀυν Ἀρδαγαϛος ἐπρδεδρευε τοις κινημασι, ἐθαδα προς τȣτο κεκτημενος την φυσιν.

f) την ἀμφι τον Ἀρδαγαϛον διατεμνονται χωραν.

g) ἐν ἐρσει τε ξυλων τȣς ζωγρηθεντας ποιησαντες.

38. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 8. p. 154—156. Theophan. p. 228, 229. Anaſtaſ. p. 78.

Imp. MAVRICIO.
a. II. imp. Maur.

a. C. 592.

tonderent, barbari imminent. Clamore exorto, Romaniſque ab equis haud paratis, Tatimer aliquantum praecurrens, et hoſtibus appropinquans, ſummum diſcrimen adiit, et cum a fronte prementes ſuſtinere nequiret, fugam arripuit. Quanquam vero letalibus plagis non eſt ictus, exitium tamen aegre vitauit. h)

§. 66.

g) Superueniunt Romani pedites; ac, Tatimere conſeruato, arma in Sclauos conuertunt, et pugna ſumma contentione pugnata, victoriam adipiſcuntur, multiſque interemtis, et quinquaginta captis, ac praeda a Sclauis defenſa, in caſtra ſe referunt. Tatimer, plagis conſaneſcentibus, Byzantium cum manubiis minime vulgaribus intrat. Quibus rebus recreatus imperator, in ampliſſimo vrbis templo peruigilium agit. Deinde ſupplicationem cum populo obiens, Deum precatur, vt illuſtriora tropaea largiatur.

§. 67.

Die poſtero Priſcus ſpeculatoribus praemiſſis, hoſte vacare locum cognouit. Itaque trans fluuium *Helibaciam* mane vt progrediatur, Alexandro mandat i). Alexander amne vicino traiecto, Sclauos offendit. Qui, viſis hoſtibus, in proximas paludes ſiluamque trepide aufugiunt. Iis capiendis Romani inſiſtunt. Sed in limum incur-

iter faciens) vino inſuper et voluptatibus per viam indulgens, tertia die in irruentium Sclauinorum manus incidit: tum metu correptus fuga Byzantium attingit.

g) THEOPHANES, ANASTASIVS: *At Romani reliqui viae comites Sclauinorum impetum fortiter ſuſtinentes, praeter ſpem omnem barbaros ſuperant, et vniuerſam praedam captiuorumque turmas incolumes ad imperatorem Byzantium detulere. His imperator laetatus —.*

h) βαλλομενος τε ου καιριοις βολαις, μολις απεδρα τον κινδυνον.

i) ουκ ουν εις τα προσω τε Ηλιβακια ποταμου εξ εωθινου ποιεισθαι την βαδισιν τω Αλεξανδρω προσετεταχει.

Imp. MAVRICIO, a. u. imp. Maur.

C. 592.

incurrentes, malo vix eluctabili ſe induunt, periiſſetque vniuerſum agmen, niſi Alexander tribunus celeriter e paluſtribus et coenoſis illis locis eos eduxiſſet. 'Qui cum igne vndique circumiecto Sclauum perdere conaretur k), flamma, humore praepedita, conualeſcere non potuit. Et omnino aggreſſio illa parum honorifica Alexandro cecidit.

§. 68.

ε) GEPIDA porro quidam, olim Chriſtianus l), a barbaris ad Romanos transfugiens, qua via intrarent, intenta manu demonſtrauit. Romani aditu potiti, ſimul barbarorum potiuntur. Captos Alexander 'flagris ſubiiciens m), percunctabatur, vnde illis genus. Qui, veſana ſubnixi confidentia, 'cruciatus et mortem nihili 'faciebant n), doloresque flagellorum velut in alienis corporibus patiebantur.

§. 69.

ζ) At enim Gepida enarrabat omnia, et minima quaeque rerum indicabat, dicebatque, captiuos illos ſubeſſe MVSOCIO o) cuidam nomine, quem barbari regem appellarent p). Eum triginta

para-

ε) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Porro Priſcus ſucceſſu audentior redditus, interiores Sclauinorum partes penetrat. Tum vero Gepes* (Γηπαις, Anaſt. *Gipes*), *vir Chriſtianorum religioni addictus—intrarent, indicat: qui nullo labore barbarorum regionem obtinent* (Των βαρβαρων ἐκρατησαν. Anaſt. *barbaros tenuit*).

) THEOPH., ANAST.: *Muſugium* (Μυσυγιον) *autem barbarorum regem ad trigeſimum lapidem morari referebat* (deſunt haec

k) ὁ μεν ουν Αλεξανδρος ὁ ταξιαρχος περιστοιχισας τον χωρον, παραδιδοναι τουτους ἐπειρατο πυρι.

l) Γηπαις (ita ſemper Theophylactus) ἀνηρ ἐκ των χριστιανων θρησκειας παλαι ποτε πεφυκως.

m) ἀνεταζων.

n) θανατου χαριν ἐφραζον ταις κολασεσιν.

o) Μυσωκιον. Goar ad Theophanem p. 603. Cod. Pal. legit Μουσουγιον. Barb. Μυσουκιον.

p) τον λεγομενον ῥηγα των βαρβαρων φωνῃ.

Imp. MAVRICIO.
a. II. imp. Maur.

a. C. 592.

paraſangis ab eo loco habitare: captos illos ad Romanorum copias explorandas miſiſſe; audiiſſe enim, quam cladem paulo ante Ardagaſtus acceperit, hortabaturque Romanos, vt repente eo copias promouerent, ac barbarum inexſpectato aggreſſi captiuum facerent. Alexander itaque barbaros ſecum trahens, ad Priſcum proficiſcitur, quos ille e medio tollit. Ad eum Gepida veniens, cogitata barbarorum eidem memorat, et regis opprimendi conſilium impertit, ac promiſſione doli, quo barbarum irretiret, rem bene eueturam, fidem ſibi conciliat.

His Priſcus non ſine voluptate auditis, transfugam muneribus eximiis et promiſſis magnificis proſecutus, ad barbarum fraude circumueniendum mittit.

§. 70.

Gepida Muſocium adit, monoxylorum ſeu lintrium copiam ad calamitoſos Ardagaſti ſubditos transuehendos petit. Muſocius pro emolumento non ſperato amplectens, quam Gepida fraudem conſuebat: monoxyla ad Ardagaſti populum transuectione conſeruandum attribuit. 'Actuariolis igitur centum quinquaginta cum remigibus triginta acceptis r), in vlteriorem fluminis, quem accolae Paſpirium vocant, ripam traiicit.

Priſcus ex conſtituto mane iter ingreditur. Gepida multitudinem fallens, nocte media ad ducem Romanorum vadens, centum armatos ab eo poſcit, quorum opera barbaros ad ripam interficiat. Dux ducentos armatos Alexandro tribuno committit. Poſtquam flumini Paſpirio appropinquarunt, Gepida 'eos s) in inſidiis locat. Noctu

apud Anaſt.). *Priſcus itaque Gepedis proditione vſus, profunda iam nocte, Muſugium* (Anaſt. *Muſacium*) *vino plane obrutum comperit, funebrem etenim ſolemnitatem proprio fratri ſacrauerat. Eo igitur viuo comprehenſo horrendam omnino barbarorum ſtragem edidit.*

q) γινεται γȣν προς τον ϛρατηγον ὁ Γηπαις ἐκεινος ὁ βαρβαρος, και διεξεισι Πρισκῳ τα των βαρβαρων διανοηματα, εἰσηγειτο τε ἐπιϛηναι τῳ βαρβαρῳ τον Πρισκον.

r) ἑκατον τοινυν προς τοις πεντηκοντα ἀκατιοις λαβων, και προσκωπȣς τριακοντα. akerum horum numerorum falſum eſſe, apparet.

s) τον Αλεξανδρον.

Imp. MAVRICIO. a. II. imp. Maur.

a. C. 592.

ctu barbari, ſomno vinoque ſepulti, ſomniis ſuis detinentur. Gepida eos occiſurum diſſimulans, tertia vigilia paululum abſcedens, Alexandrum ſubducit, eumque ad fluuium dirigens t), compoſita teſſera, ad barbaros greſſum recipit. Quibus etiamnum ex *Auaricis cantilenis* conſopitis, Alexandro ſignum dat. Is in eos irruens, ſomno et vita pariter multat. Poſtquam nauiculas obtinuit; nuncios ad polemarchum pro numero ad impreſſionem corroborandam mittit. Priſcus cum tribus millibus in acatia diſtributis Paſpirium tranſit, mediaque nocte infeſti acceſſus initium facit. Barbarus prae ebrietate mentem amiſerat: illo quippe die funeralia feſta fratri, vt mos eſt barbaris, celebrabat. Itaque ſingulari timore perculſis omnibus, rex viuus in poteſtatem adducitur. Romani reliquum noctis totum in ſanguine fundendo conſumunt. Lucis exortu dux receptui canit. Diei hora tertia praedam et exercitum per flumen reducit.

§. 71.

η) Romani, his rebus geſtis, confidentia elati, ad delicias et compotationem conuertuntur, felicitatemque ſuam helluatione corrumpentes, cuſtodiae, quam Sculcam patrio ſermone nominant, obliuiſcuntur. Victi ſiquidem denſata caterua Romanis irruptionem rependunt, ſuperaſſetque acceptam calamitatem viciſſim illata ſaeuitia, niſi Genzo peditatu circumfuſos pugnando fregiſſet. Mane Priſcus cuſtodiae praefectos palis ſuffixit, et quosdam de exercitu durum in modum flagellauit.

η) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hic vbere praeda potiti Romani in crapulas et voluptates reſoluuntur. Quare barbari in vnum agmen denuo collecti—fregiſſet. Porro Priſcus cunctos, quibus ſui corporis cuſtodiam demandauerat, in patibulum egit* (ἀνεσκολοπισεν. *Porro—egit.* deſunt ap. Anaſt.).

t) καὶ προς την ἐνεδραν γενομενος, ὑπεξαγει τȣ λογȣ Ἀλεξανδρον. και ὀυν διιθυνας Ῥωμαιους ἐπι τον Πασπιριον ποταμον.

CAPVT IX.

Iteratae Romanorum in terras Slauorum irruptiones;

ab a. C. 593 — 601.

§. 72.

a. M. 6086. a. C. 586. a. 12. imp. Maur.

a. C. 593.

39. *α*) IMPERATOR Taſimerem ad ſummum ducem cum litteris mittit, quibus mandatur, vt illic exercitum in hibernis habeat. Quod vt milites compererunt, tumultuoſe ac ſeditioſe mandata repellentes, domi hiberna agitare contendunt, in regione barbara permanere detrectantes: tum quod illic frigora intoleranda ſaeuiant, tum quod barbari ob multitudinem ſint inexpugnabiles. Dux ſuadela quadam officio ſuo conueniente refractarios illorum ſpiritus moderatur: ac poſtquam eos in ſolo barbaro obedientes habuit, concionem dimittit [a]. §. 73.

α) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.] *cum Priſcus iterum Danubium occupaſſet, et Sclauinorum ditionem* (τα Σκλαβινων ἐθνη. Anaſt. *gentes Sclauinorum*) *depopulatus, magnam inde praedam et captiuorum numerum* (in gr. vnica voce αἰχμαλωσιαν, Anaſt. *haud modicam partem*) *ad imperatorem ſummiſiſſet: imperator — habeat. Placito imperatoris accepto, moram deprecabantur Romani, ac cum propter barbarorum ſibi oppoſitum exercitum, tum hoſtilis et infeſtae regionis periculum, et intoleranda frigora* [*et int. fr.* deſunt ap. Anaſt.], *id nusquam fieri poſſe in aduerſum obiiciebant. Priſcus ſuauibus verbis — habuit.* CEDRENVS: *Anno duodecimo Priſcus Danubium rurſus occupat, Sthlabinorum agros populatur, magnamque imperatori praedam mittit; atque ab eo in hoſtico hiemare iubetur.*

39. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 10. p. 157. Theophan. p. 229. Anaſtaſ. p. 78. Cedren. T. I. p. 398. Annum margini adſcriptum Theophanes habet.

a) ἐπι βαρβαρȣ γης ὁ των Ρωμαιων πολεμαρχος διαλυει τον χαρακα.

Imp. MAVRICIO.

§. 73.

a. 13. imp. Maur.

a. C. 594.

IMPERATOR Priſcum exauctorans, Petrum fratrem Romanorum copiarum praefectum inſtituit. 40. Cuius rei Priſcus adhuc neſciens, cum copiis, quas in regione barbara haerere moleſte ferret, amnem tranſit. Timebat enim, ne a barbaris de ſubito irruentibus diriperentur. Chaganus, Romanorum deſcenſu audito, etiam atque etiam admiratus, per internuncium reditionis huius cauſam ſtudioſe exquirit. Priſcus qua poteſt verborum probabilitate Chaganum ludit. Poſt triduum nunciatur Priſco, Chaganum in Romanos inuaſurum, et iam Sclauos Iſtrum iuſſiſſe traiicere. b) —

§. 74.

a. 14. imp. Maur.

a. C. 595.

β) [PETRVS dux] excedens Odeſſo, laeuam regionis viam flectit, et Marcianopolin veniens, mille de ſuis exercitum praecurrere iubet. 41. Qui in ſexcentos Sclauos, praeda Romana onuſtos, incidunt. Zaldapa namque, Acys et Scopos depopulati, de integro miſeros expilauerant, plauſtra complura ſpoliis impleuerant. Barbari vt Romanos imminentes viderunt, et ab iis viſi ſunt, ad captiuos iugulandos prorumpunt, pubemque totam e medio tollunt.

Quoniam vero occurſum Romanorum vitare ſe vix poſſe cernebant, vehiculis iunctis pro vallo ſe circumſepiuut, pueros et muli-

β) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.] — *Petrus Marcianopolin accedens, milites mille, qui praecurrerent, miſit. Iſti vero in Sclauinos, qui magnam e Romanorum finibus praedam auexerant, incidentes, in fugam barbaros vertere* (Anaſt. *hos inſequentes occiderunt*). *At barbari captiuis interfectis, caeteram praedam, quae maxima fuit, ſecum abducentes, in*

40. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 11. p. 159. annum e Theophane p. 230. adſcribo, qui h. l. tantum de Auaris loquitur, cf. *Auarica §. 97.*

b) Reliqua vide in *Auaricis §. 98.*

41. THEOPHYLACTVS L. VII. c. 2. p. 167, 168. Theophanes p. 231. Anaſtaſ. p. 79. Cedren. T. I. p. 398. annum Theophanes et Cedrenus habent. Caeterum Theophanes et Anaſtaſius h. l. e Cedreno emendandi eſſe videntur.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 595.

a. 14. imp. Maur. mulieres in medium recipiunt. Romani *Getis* c), hoc enim illis nomen vetus eſt, propiores facti, manum conſerere cominus non audebant, e vallo accidentia in ipſorum equos tela metuentes, cum Alexander praefectus eos ad diſcrimen ſtataria pugna ſubeundum patria lingua cohortatur d). Ergo Romani de equis deſcendentes ad vallum procedunt, tela vtrinque iaciuntur. Et ex parte vtraque Marte continuato, Romanus quidam inſilit, enitensque plauſtrum vallo coniunctum, et pro defenſione obiectum, conſcendit, illique inſiſtens, accedentes gladio ferit. Barbaris deeſt cladis effugiendae conſilium. Perrumpunt quippe vallum Romani, ex quo barbari ſalutis ſpe orbati, reliquum captiuorum necant. Romani magna mole irruentes, ſero licet et vix, barbaros intra vallum trucidant. Altero die victores Petro duci euenta exponunt. Qui die quinto in eodem loco verſans, praemiaque a praecurrentibus parta conſpiciens, donis eos ob virtutem eſt proſecutus. e)

§. 75.

a. C. 596.

a. 15. imp. Maur.

42. γ) IMPERATOR moras [Petri, qui ex vulnere inter venandum accepto decumbens, in illis locis ſeſe tenebat,] indignans, tan-

Romanorum fines regreſſi ſunt (Anaſt. *multaque praeda recepta Romaica redierunt ad rura*). CEDRENVS: *Petrus* anno XIV. imperii Mauricii *Sthlabinos adortus eſt, qui captiuos* (αἰχμαλωσιαν) *ex Romanorum ditione abigebant. ii captiuis necatis fugae ſe dederunt; et Romani, paucis eorum captis, ad ſua redierunt.*

γ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [vid. marg.] *cum Petrus dux venatum prodiiſſet, agreſtis ſus obuiam factus pedem dicitur, domum, in qua ſenes morboſi alerentur: quod viuarium ſumtuoſum dicitur: eo quod a Sthlabinis crematum id fuerat, quod ligno erat tectum.*

c) τοις Γεταις (τετο γαρ τοις βαρβαροις το πρεσβυτερον ὀνομα).

d) τῃ πατρῳ των Ρωμαιων φωνῃ τοις Ρωμαιοις ἐνεκελευετο.

e) Sub hoc adhuc anno Cedrenus T. I. p. 399. haec narrat: *Condidit etiam* [Mauricius] *in loco, qui Erii* dicitur, domum, in qua ſenes morboſi alerentur: quod viuarium ſumtuoſum dicitur: eo quod a Sthlabinis crematum id fuerat, quod ligno erat tectum.

42. THEOPHYLACTVS L. VI. c. 4. p. 170. Theophanes p. 231. Anaſtaſ. p. 79. Cedren. T. I. 399.

Imp. MAVRICIO. a. 15. imp. Maur.

tantamque belli ceſſationem admirans, ſtomachoſiores litteras ad eum ſcribit. Petrus conuicia non ferens, quanquam adhuc acerbis oppreſſus cruciatibus, itineri ſe dat, et quartis caſtris loca, vbi Slcaui morabantur, attingit.

Decimo die Mauricius fratri epiſtolam transmittit, qua praecipit, vt, quoniam audierit, Sclauorum copias infeſtas Byzantium aduentare, ipſe Thracia ne excedat. Ob hoc Piſtum caſtellum, deinde Zaldapa contendit. Poſtero die Iatrum vrbem venit, Latarcioque caſtello praeterito, Nobas appropinquat. – Biduo ibidem peracto, diſcedit, et ad Theodoropolin caſtrametatur, primoque diluculo Curiſcam venit. Tertio die in oppido Aſimo ſubſiſtit. —

§. 76.

Sexto die mille viros ad hoſtes explorandos legit, qui in mille Bulgaros praeter opinionem incurrunt — *f*). Quarto die flumini vicinior Petrus, viginti delectis negotium dat, vt, illo traiecto, hoſtium ſenſus et conſilia odorari ſtudeant *g*). Traiiciunt, capiunturque omnes in hunc modum. Conſtitutis exploratoribus noctu ſemper ambulare die redeunte ſomnum capere mos eſt. Hi quod nocte praeterita longa ambulatione corpora delaſſauerant, primo diluculo in propinqua virgultorum denſitate quieti concedunt. Tertiam circiter horam conſopitis omnibus, ad virgulta illa Sclaui acce- 43.
dunt

eius ad arborem contriuit: ex quo doloribus plane intolerandis diu cruciatus eſt. Imperator autem litteris inclementioribus, probroſis, conuiciisque grauiſſimis eum perſtrinxit, cum Sclauinos (Σκλαβινα ἔθνη. Anaſt. *multae Sclauinorum gentes*) *Byzantium verſus aduentare reſciuiſſet. His Petrus commotus ac vere coactus, Nouas ſe contulit.* CEDRENVS: *Anno* XV. *imperator Petrum, quod eius culpa exercitus a Sthlabinis eſt deletus, loco mouet; rurſusque Priſcum cum imperio in Thraciam mittit.*

f) Quae hic ſequuntur, vide in *Bulgaricis* §. 9.

g) διανοησαι τα των πολεμιων κινηματα.

43. THEOPHYLACTVS L. VII. c. 4. 5. p. 171, 172. Theophan. p. 232. Anaſtaſ. p. 80.

Imp. MAVRICIO.
a. 15. imp. Maur.

a. C. 596.

dunt, ob equis deſcendunt, frigus in vmbra captare, et equis tantiſper inducias dare inſtituunt. Dum praetereunt, Romanos deprehendunt, miſeros capiunt, et ab iis quid molirentur Romani expiſcantur. Capti, ſalutem deſperantes, aperiunt omnia.

§. 77.

δ) PIRAGASTVS, tribunus cateruae barbaricae h), cum ſuis ad tranſitum fluminis procedit, atque in proxima ſilua, haud ſecus quam racemus ſub frondibus, latet. Porro dux, imperatoris frater, haud ratus illic hoſtes latitare, amnem traiicere ſuos iubet. Mille traiiciunt, quos ad vnum barbari interficiunt. Id vbi dux ſenſit, dat operam ſedulo, vt non palatim, ſed iunctim omnes ſimul traiiciant, ne alioqui ab hoſtibus deleantur. Sic igitur Romano agmine aggregato et adornato, ad ripam barbari acie digeſta conſiſtunt. Romani e nauiculis i) tela mittunt, quorum multitudinem barbari cum defendere non poſſent, ripam deſerunt, caditque ipſorum ductor, cui Piragaſto nomen fuiſſe diximus. Sagitta quippe in eius ilia contorta, letale vulnus mors eſt conſecuta. Occiſo Piragaſto, hoſtes in fugam conuertuntur. Romani ripam obtinentes, et in barbaros multa caede graſſantes, caeteros item fugere cogunt. Cum autem fugientes longius inſequi nequirent, propterea quod equis carebant, ad vallum ſeſe recipiunt. §. 78.

δ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Caeterum* [haec iis, quae in *Bulgaricis* §. 9. adtuli, ſubiunguntur.] *Petrus contra Peregaſtum* (κατα Πηρεγαςȣ. Anaſt. *Pergaſtum*) *Sclauinorum praefectum* (ἐξαρχȣ) *expeditionem ſuſcepit. At barbari ſecundum fluminis ripam Romanis obuiam facti, eos amnem traiicere prohibebant. Romani contra e vectoriis nauibus* (ἀπο των πορθμιων. Anaſt. *a fretis*) *tela mittentes, barbaros auerterunt. Dumque in fugam vertuntur, Peregaſtus ilio ſauciatus* (πληττεται κατα λαγονος ὁ Πηρεγαςος. Anaſt. *percutitur illic* [in marg. *ilico*] *Peragaſtus*), *moritur. Romani ergo flumen transgreſſi, praeda maxima coacta in propria loca ſe recepere.*

h) Πειραγαςος, Φυλαρχος της των βαρβαρων. ὁ δε ουτος της πληθυος ἐκει-

i) ἀπο των πορθμιδιων.

a. C. 596.

§. 78.

i) Poſtridie multum de via aberrantibus, qui exercitui pedibus praeibant, in loca inaquoſa deueniunt; creſcitque ſemper calamitas. Milites aqua ſe deficí non ſuſtinentes, vrina ſitim conſolantur. Cum in diem tertium duraret, augereturque miſeria; periiſſent vtique vniuerſi, ni barbarus quidam captus de Helibacia *k*) fluuio, quatuor paraſangis diſtante, illis indicaſſet. Ita mane Romani aquam inueniunt. Tum alii inclinatis genibus proni, ore auido hauriunt, alii ſe incuruantes manu caua potum excipiunt, alii vaſculis ad idem vtuntur. Et quia ex aduerſo fluminis 'opacum nemus erat *l*), in quo ſe barbari condiderant, iterúm Romani ope maxima inuaduntur, iaculisque in aquantes immiſſis, non parua de improuiſo ſtrages editur. E duobus igitur alterum oportebat eligere; aut aqua penitus deſtitutos deſperare, et prae ſitis magnitudine emori, aut vna cum aqua etiam interitum haurire. Verumtamen ſcaphis compactis flumen tranant, quo hoſtes comprehenderent. Vbi in vlteriorem ripam venerunt, confeſtim barbari proſilientes, Romanis ſuperiores euadunt: victi fugae ſe mandant. Petro a barbaris debellato, Priſcus dux renunciatur, et Petrus abrogata ſibi functione Byzantium reuenit.

i) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Sed ductores recta via aberrantes, et arida inaquoſaque* (gr. vna voce ἀνυδροις. Anaſt. *in aquoſa*) *loca deflectentes* (περιπεσοντες. Anaſt. *incedentibus*, in marg. *incid.*), *exercitum in magnum coniecere periculum. Iter porro noctu peragentes, diuerterunt* (περιτυγχανουσιν. Anaſt. *veniunt*) *ad Ilbacium* (τῳ Ιλβακιῳ. Anaſt. *Heliciam*) *amnem. Barbari vero in inſidiis, quas trans flumen collocauerant, deliteſcentes* (λοχμης δε εἰς το ἀντιπερα ὑπιουσης τῳ ποταμῳ, ὁι βαρβαροι ἐν ταυτῃ κρυπτομενοι. A. *cum vero* [in marg. *diuini* leg. *dumi*] *trans fretum fluminis eſſent, barbari in his abſconditi*) *in Romanos, qui hauſtum venerant, tela iaculabantur. Ex quo Romani cum magna clade afficerentur, a barbaris demum debellati, verſi ſunt in fugam. Mauricius his auditis, Petrum officio priuauit, et Priſcum iterum Thraciae ducem delegauit.*

k) τον Ηλιβακιαν. *l*) δασεως δε τεμπους ὑποντος.

Imp. MAVRICIO.
a. M. 6092. a. C. 592. a. 18. imp. Maur.

§. 79.

a. C. 599.

44. [PACE Abaros inter et Romanos conciliata] ex pacto Iſter ad Romanorum Abarorumque fines dirimendos conſtituitur, et poteſtas eiusdem contra Sclauos traiiciendi conceditur.

a. M. 6093. a. C. 593. a. 19. imp. Maur.

§. 80.

a. C. 600

45. ς) [ALIQVOTIES iam cum Romanis proelio congreſſus et victus Abarorum Chaganus] denuo — ad huncce fluuium [Tiſſum, puta] copias congregat, quo in loco atrociſſimo et inprimis memorabili proelio decertatur, in quo barbari, vt paucis dicam, magna virtute victi, et aquis ſubmerſi ſunt: cum quibus etiam Sclauorum pars maxima interiit. Seruati et capti obtenta victoria Abarum tria millia, aliorum barbarorum ſena millia ducenti, Sclauorum octo millia. Omnibus iniecta vincula et in vrbem Tomeum a duce miſſi. — §. 81.

ς) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Chaganus — exercitu reſtaurato ad Iſtrum venit: vbi commiſſa pugna barbari victi ſunt, et in amnis fluentis ſubmerſi: cum quibus etiam Sclauini multi periere. Viui in poteſtatem Romanorum venerunt Auarum tria millia ducenti* (Anaſt. *tria millia* et addit, *Sclauinorum vero octingentos*) &c. cf. *Auarica* §. 130.

44. THEOPHYLACTVS L. VII. c. 15. p. 184. Theophanes, qui annum ſuppeditat, p. 235. *Iſtrum vero,* inquit, *fluuium ſe non amplius traiecturos* [*vtrinque Romani et Bulgari*] *conuenere.* Incluſa interpres addit; qui *Abari* non *Bulgari* ſupplere debebat, vel nomina populorum, cum in Graeco deeſſent, plane omittere. Caeterum hic locus quoque in Excerptis de legationibus p. 180. occurrit. vbi Cantoclarus perperam ita interpretatur. Dirimit Romanos Iſter ab Abaris, veluti ſequeſter, vltra vero ſi quis fluuium transmittat, Slauorum ditio eſt. Gr. vtroque loco ita: *διομολογειται Ρωαιοις και Αβαροις ὁ Ιστρος μεσιτης· κατα Σκλαβηνων ἐξουσια* (Iota ſubſcr. in excerptt. de Legatt. delendum) *τον ποταμον διανηξασθαι.* Caeterum quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Auaricis* §. 122 — 130.

45. THEOPHYLACTVS L. VIII. c. 3. p. 200, 201. Theophan. p. 237. Anaſtaſ. p. 82. Cedren. T. I. p. 401. huius pugnae meminit, et omnia vt Theophanes narrat. Cf. *Auarica* §. 130, 131.

Imp. MAVRICIO. c. M. 6094. a. C. 594. a. 20. imp. Maur. 46.

§. 81.

a. C. 601.

η) AESTATE m) iam proxima, Mauricius certior fit; Chaganum differre pugnam de induſtria, vt vagantibus Romanorum copiis ac negligentibus, improuiſo Byzantium inuadere queat. Itaque duci in mandatis dat, Adrianopoli relicta Iſtrum tranſeat. Petrus aduerſus Sclauos expeditionem parat n), et Bonoſo, ex ſatellitibus imperatoris illuſtri (quem ſcribonem vulgo appellant: et cui tum Petrus ſubeſſe debebat) ſcribens, lembos militibus traiiciendis ſuppeditari poſtulat, quibus Gundoin o) pro hypoſtratego praeponit.

Gundois, fluuio transmiſſo, in ore gladii non exiguum barbarorum numerum abſumit, ingenti praeda, et gloria potitus non mediocri. Romanis per fluuium redire in ſedes ſuas cupientibus Gundoïs obſtat. Chaganus Romanorum impreſſione intellecta, Apſichum ad *Artos* Romanorum ſocios delendos p) mittit.—

§. 82.

θ) Autumno aduentante cum Mauricius Petro moleſtiam exhiberet ſuper copiis in Sclauorum regione per hiemem retinendis, copi-

η) THEOPHANES: *Vbi Chaganum Byzantium accedere cognouit imperator, Petro, vt ad Iſtrum redeat, ſcribit. Scribonem etiam Bonoſum cum nauigiis militem trans flumen deuehendo mittit. Petrus, miſſo Gundue legato exercitus trans Iſtrum, praedam captiuosque innumeros eius virtute coëgit. Quod cum Chaganus reſciuit, Apſech cum copiis miſit ad nautarum turbam illic conficiendam* (ὅπως το τῶν ναυτων διολεσῃ ἔθνος) *vtpote qui Romanis auxiliati fuiſſent* (ὡς συμμαχον Ἰων Ρωμαιων).

θ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Autumno—abhorrerent, multam praedam ſe auehere—cauſati, in rebellionem verſi ſunt. Quare dux exercitus in rebellantes inuectus, duris eos laboribus ſub-*

46. THEOPHYLACTVS L. VIII. c. 5. p. 203—205. Theophanes p. 239—241. Anaſtaſ. p. 83, 84. Cedren. T. I. p. 402, 403. Zonar. T. II. p. 78.

m) Cf. *Auarica* §. 132, 133.

n) κατα της Σκλαβηνιας πληθυος ϛρατοπεδευεται.

o) Γȣδȣιν, ita et infra.

p) ὅπως το των Αρτων διολεσειεν ἔθνος. Combefis in Notis

a. C. 601.

copiae autem ab eo magnopere abhorrerent, 'tum propter praedae ſpem exiguam, tum propter equorum paucitatem q), et barbaricam illorum locorum frequentiam: ipſeque dux in imperatoris iuſſu omnia poneret, ſeditio maxima exorta eſt. Mauricius crebris litteris Petrum vrget, vt ita fiat. Romani acerrime recuſant, ira inflammatiſſimi. Petrus ab iis viginti leucis abſens, indignatur, atque, eorum inſania et inſolentia irritatus, manere cum iis dedignatur. 'Aliquot diebus poſt' caſtra mouet exercitus, praetereunteſque Aſema (caſtelli nomen eſt) Cariſcam veniunt, vnde in barbarorum domicilia irrupturi erant; paululum quippe de ferocia remiſerant. Per illos igitur dies naues compinguntur. Interea cum imbribus maximis frigus ingruit. Tali impedimento obiecto nolentes traiicere, ad Petrum, leucis viginti, vt dictum eſt, diſtantem a caſtris, legatos mittunt octo, e quibus etiam erat Phocas tyrannus immitiſſimus. Petebant autem, vt liceret in hiberna domum redire. At imperator per tabellarium Petrum exſtimulat, vt, traiectis copiis, barbarorum regionem incurſet: quo inde alimentis in militem comparatis, ipſe e prytaneo annonam praebere ne cogeretur. 'Sed fruſtra fuerunt omnia'.

igere moliebatur: tunc admodum copioſi imbres, friguſque ingens caſtris incubuit. Porro Petrus ad paſſuum viginti millia a via remotior moram agebat. Mauricius interea per litteras etiam moleſte iuſſitabat exercitum trans Iſtrum duci et ex Sclauinorum agris annonam in hiemem ei ſubminiſtrare, ne ipſe ex publico commeatum praebere cogeretur. — CEDRENVS, ZONARAS: Mauricius *Petrum, qui exercitum ductabat, miſſis litteris, cum iuberet Iſtro traiecto in hoſtico milites in hibernis habere* (addit Zonaras: *id conſilium ab auaritia eſt profectum, vt, legionibus ſe latrocinio ſuſtentantibus, militaria ſtipendia lucraretur*): *multitudo, ea re cognita, ſeditionem mouit, et Phocam centurionem, in ſcutum ſublatum, ducem exercitus creauit.*

Poſterioribus ad Theophanem p. 648. το των Αντων ἔθνος: vbi male ναυτων ex Reg. habetque P. Goar, ac fruſtra ad varias lectiones recurrit. *Mittit Chaganus ad Antorum gentem* (Hunnicam [Slauicam potius] ſcilicet ad Maeotidem paludem) *vt tanquam Romanis fauentem deleat.* —

q) δια δε την λειαν αυτην, δια δε την της ιππυ ταπεινωσιν.

CAPVT

CAPVT X.

Slaui Auarorum, Saracenorum, Romanorum et Bulgarorum in bellis ſocii, vel ſtipendiarii;

ab a. C. 626 — 702.

Sub
Phoca nulla fit Slauorum mentio.

§. 83.

Imp. HERACLIO.

a. C. 626.

Imp. HERACLIO.
a. imperii 16.

α) ABARI diſſoluta — pace, — expeditione facta caſtra ad Conſtantinopolin admouent, ibique ſuburbana omnia incendio vaſtant —. Erant in eorumdem exercitu ‘Sclauinorum auxiliares copiae bene multae a), quas illi ſecum adduxerant: quibus et ſignum dederant, vt cum accenſas faces ex Blachernarum munitione conſpexiſſent, quam Alam nuncupant, ſtatim actuariis lembis b) irrumperent, et remigio ad vrbem ſubuecti, tumultum ac terrorem iniicerent; per quem nullo prohibente, ipſi de muris ſubito impetu facto vrbem inuaderent. 47.

Quibus

α) THEOPHANES, ANASTASIVS, CEDRENVS, ZONARAS: *Hoc anno* [vid. marg.] *Perſarum rex Choſroes—Sarbarum—cum—exercitu CP. verſus miſit: vt initis pactis cum Vnnis, Abaros quidam vocant)* (τȣς ἐκ δυσεως, omiſit interpres, habet vero Anaſtaſius), *Bulgaris*, *Sclauis* (Σκλαβους Cedr. Σθλαβινων) *et Gepedibus* (Γηπαιδας. Anaſt. *Gipedibus*) *vna cum eo vrbem*

47. NICEPHORVS PATRIARCHA p. 12, 13. Theophanes p. 263, 264. Anaſtaſ. p. 95, 96. Cedren. T. I. p. 415, 416. Zonaras T. II. p. 84. hic quidem Byzantii ab Auaris oppugnati meminit, ſed nihil de Slauis habet. Conſtantinus Manaſſes p. 76, 77. Auarum, Scytharum et Tauroſcytharum meminit. Chronic. Paſch. p. 392—397. cf. *Auarica* §. 143—151.

a) Σλαβηνα πληθη.

b) μονοξυλοις ἀκατιοις.

Imp. HERACLIO.
a. imperii 16.

a. C. 626.

Quibus ad Bonum patricium perlatis, mox biremibus ac triremibus inſtructis, armisque diſpoſitis, ad eum locum, vnde ſignum attollendum erat, claſſem dirigit, eodemque tempore biremes contrarium ad littus applicat. Inde facibus erectis ſignum dari iubet. Hoc vbi Sclaui [e]) conſpicati ſunt, e fluuio, quem Parnyſſum vocant, recta ad vrbem nauigiis feruntur. At noſtri obuiam progreſſi, in medium receptos et circumuentos opprimunt, tantaque caedes hoſtium facta eſt, vt mare ipſum purpureo colore tingeretur. Inter caeſorum cadauera Sclauinae quoque mulieres inuentae ſunt. Quae cum omnia barbari conſpexiſſent, obſidionis ac morae pertaeſi in patriam reuertuntur. —

Sub

Conſtantino III. et Heracleona nulla fit Slauorum mentio. §. 84.

impreſſione facta obſiderent.— Reliqua de Auaris tantum citati auctores referunt. CHRONICON PASCHALE: Die XXXI. menſis Iulii Chaganus *acceſſit ad proelium paratus, manſitque a prima luce vsque ad horam* XI. *bellum fortiter ciens a porta Polyandrii vsque ad portam Quinti, atque adeo vlterius: ibi enim plurimum militem ſtatuit in ipſius vrbis conſpectu, in reliqua vero muri parte Sclauos* (Σκλαβȣς), *ac primam quidem eorum aciem pedeſtrem nudam* (πεζων Σκλαβων γὺμνων), *alteram pedeſtrem loricatam* (πεζων ζαβατων).— *Nocte feriae ſecundae, ſub diluculum, non potuere eorum* [Auarum] *trabariae* (μονςξυλα) *fallere noſtras excubias, ac ad Perſas traiicere, Sclauis omnibus, qui in trabariis inuenti ſunt, vel in mare praecipitatis, vel a noſtris interfectis. Sed et Armenii ex Blachernarum muro egreſſi, ignem in porticum, quae aedi St. Nicolai adiacet, immiſerunt. Cumque Sclaui, qui ex trabariis in mare natandi gratia ſe demiſerant, Auares eſſe, qui ad mare ſtationem haberent, ex igne coniicerent, huc venere, vbi ab Armeniis ſunt interfecti. Pauci vero alii ex Sclauis, natatu euadentes, cum ad Chagani caſtra perueniſſent, illius iuſſu trucidati ſunt.— Quidam aiunt, Sclauos, cum quod actum fuerat vidiſſent, caſtris relictis receſſiſſe, eoque exſecrandum Chaganum reuerti illosque ſequi coactum fuiſſe.*

e) ὁι Σκλαβοι.

§. 84.

Imp. CONSTANTE II.

Imp. CONSTANTE II. a. 16. imp.

a. C. 657.

β) HOC anno imperator in Sclauiniam expeditionem ſuſcepit: pluribusque barbaris in captiuitatem actis, prouinciam ſubegit *d*). 48.

§. 85.

a. 23. imp. Conſt.

a. C. 664.

ABDERACHMAN [Saracenorum princeps] Chaledi filius, exercitu in Romanam ditionem deportato, illic hiberna duxit, et multas prouincias depopulatus eſt. Sclauini vero ad quinque millia ipſi adiuncti, per Syriam effuſi ſunt, ‘et in Apamaeorum agro ad Sceuocobolum oppidum habitauere *e*). 49.

§. 86.

Imp. CONSTANTINO *Pogonato.*

Imp. CONSTANTINO *Pogon.* a. 11. imp. Conſt. *f*)

a. C. 678.

[CONSTANTINI temporibus, Crobati Bulgarorum principis filii, relictis patriis ſedibus, alii alia ſibi quaeſiuere domicilia. Tertius 50.

β) CEDRENVS: *Anno* XVI. *imperator in Slauinos* (κα]α Σκλαβινων) *exp. fecit: multisque captis, ‘et imperio ſuo ſubactis* [addit haec interpres], *domum rediit.*

48. THEOPHANES p. 288. Anaſtaſ. p. 10[illegible]. Cedren. T. I. p. 435.

d) ἐπεϛρατευσὲν ὁ βασιλευς κατα Σκλαβινιας, και ἠχμαλωτευσεν πολλȣς, και ὑπεταξεν.

49. THEOPHANES p. 289. Anaſt. p. 109.

e) και ᾠκησαν εἰς την Απαμειαν χωραν ἐν κωμῃ Σκευοκοβολῳ. interpres perperam *Sceuocobolum*. Anaſt. *In Pamienſium* [in marg. *Apamienſium*] *regione in caſtello Seleucoberi.*

50. THEOPHANES p. 297—299. Anaſtaſ. p. 113, 114. Niceph. Patriarcha p. 22, 23.

f) Occaſione irruptionis Bulgaricae, hoc anno in Thraciam factae, haec narrat Theophanes. locum integrum vide in *Bulgaricis* §. 13—18.

Imp. CONSTANTINO *Pogon.*

a. C. 678.

tius fratrum Aſparuch, Danapri et Danaſtri fluuiis praeternauigatis, inter hos et Onclum conſedit. Poſtea per regionem Danubio adiacentem graſſari coeperunt Bulgari, tandemque a Conſtantino bello laceſſiti, ſuperato Danubio,] Barnam ita dictam vrbem, Odyſſo vicinam, et mediterraneos agros perueniunt. γ) Cumque locum omnem retrorſum ab amne Danubio, ante vero et ab vtroque latere cluſuris, ſiue montium anguſtiis, et mari Pontico probe munitum conſpexiſſent, et Sclauinorum illic degentium ſeptem generationes, quae dicuntur, in poteſtatem redegiſſent, '*Seberenſes* g) quidem ab anteriore Beregaborum cluſura ad orientales plagas, meridiem vero et occidentem verſus 'ad Abarum vsque h) reliquas gentes ſeptem ſibi vectigales factas illuc tranſtulit ac collocauit i).—

Imp. IVSTINIANO *Rhinot.* a. 2. imperii. 51.

§. 87.

Imp. IVSTINIANO *Rhinotmeto.*

a. C. 686.

δ) [IMPERATOR Iuſtinianus] Bulgaros et Sclabiniae prouincias k) in ſeruitutem mittere meditatus, equeſtres legiones in Thraciam tranſire iuſſit.

§. 88.

γ) NICEPHORVS: *Cum eum locum vndique et a fluuio et a regionis aſperitate munitum animaduerterent, ibidem caſtrametati ſunt. Sed et Sclauinorum gentem* (των Σκλαβηνων ἐθνων—κρατȣσι), *quae illic in propinquo degebat, in poteſtatem redigunt, ac partem ſuorum in eo limite, qui Auares reſpiciebat, collocant; alios Romanorum finibus obiiciunt* (και ὁυς μεν τα προς Αβαρȣς πλησιαζοντα φρȣρειν, ὁυς δε τα προς Ρωμαιȣς ἐγγιζοντα τηρειν ἐπιταττȣσιν).

δ) NICEPHORVS; Iuſtinianus *initam cum Bulgaris pacem diſſoluit. Hinc equitibus ad Thraciae loca miſſis, contra Sclauinos* (κατα των Σκλαβηνων) *proficiſcitur.*

g) *τȣς Σεβερεις.*

h) *μεχρι Αβαριας.*

i) *κατωκησαν* leg. *κατωκισαν* *collocarunt.*

51. THEOPHANES p. 303. Anaſtaſ. p. 116. Niceph. Patr. p. 24. cf. *Bulgarica* §. 19.

k) *τας Σκλαβινιας.*

CAPVT X.

§. 88.

Imp. IVSTINIANO *Rh.* a. M. 6180. a. C. 680. a. 3. Iuſt.

a. C. 687.

ε) IVSTINIANVS in Bulgariam et Sclauiniam l) eduxit exercitum m).— Et excurſionibus ſubinde Theſſalonicam vsque habitis, immenſum Sclauorum numerum, qua belli virtute domitum, qua ſponte ad ſe transeuntem et deditum, e patria educens, ad Opſicii partes traiecto Abydi freto habitare decreuit—. 52.

§. 89.

THEMA Strymonis Macedoniae coniunctum eſt—et Scythae n) 53.
ipſum loco Macedonum depaſcuntur, poſtquam Iuſtinianus Rhinotmetus eorum ſedes in montibus Strymonis, ſeu in traiectu cluſurarum collocauit.

§. 90.

a. C. 691.

a. 7. imp. Iuſt.

ζ) EX deportatis in Aſiam Sclauis viros bello idoneos elegit 54.
Iuſtinianus, et in exercitum ad triginta millia adlectos armis inſtruxit

ε) NICEPHORVS: *Et* [haec iis, quae ad §. 87. adtuli, ſtatim ſubiungit Nicephorus] *Theſſalonicam vsque progrediens, quamplurimas illic Sclauinorum gentes* (*πολλα των ἐκεισε Σκλαβηνων γενη*)—. reliqua vt Theophanes. CEDRENVS: *Anno tertio Iuſtinianus expeditionem in Slauinos* (*κατα Σθλαβινων*) *et Bulgaros ſuſcepit.*— reliqua vt Theophanes. ZONARAS: Iuſtinianus *expeditione in plagas occidentales ſuſcepta, multas Sclauicas gentes* (*πολλα των Σκλαβικων ἐθνων*) *partim in deditionem accepit, partim bello domuit.*

ζ) CEDRENVS: *Anno ſeptimo* [imperii, Iuſtinianus] *ex Sthlauinis; quos ab eo deportatos fuiſſe diximus—nuncupauit. His* [§. 91.] *fretus, Arabicum foedus rupit, et cum his—contendit. Arabes*

52. THEOPHANES p. 303, 304. Anaſtaſ. p. 116. Niceph. Patr. p. 24. Cedren. T. I. p. 441. Zonar. T. II. p. 92.

l) *κατα Σκλαβινιας* (interpres perperam Thraciam) *και Βουλγαριας*.

m) Cf. *Bulgarica* §. 20.

53. *Conſtantinus* de Them. p. 23.

n) Slauos intelligi e §. 124. apparet.

54. THEOPHANES p. 305, 306. Anaſtaſ. p. 117. Cedren. T. I. 441. Zonar. T. II. p. 92. Niceph. Patr. p. 24.

Imp. IVSTINIANO *Rh.*

a. C. 691.

xit, quos 'Aciem ſuperabundantem o) nuncupauit, et eorum ductorem *Nebulum* p).

§. 91.

Eorum robori confidens, Arabibus ſcripſit, ſe pacis a ſe ſcriptae conditionibus non amplius ſtare poſſe. Et ſuperabundanti illa acie equeſtribusque legionibus eductis, Sebaſtopolim, quae ad mare eſt, contendit. Arabes ex aduerſo pacis ſe ſtudioſos ſimulare —. Deinde Sebaſtopolim accedunt, — tandem in Romanos irruunt, et bellum committunt. Et primo quidem conflictu vincuntur Arabes.

At Muamed Sclauorum, qui cum Romanis auxiliares militabant, ducem clam tentans, transmiſſa ad eum pharetra q), nummis aureis plena, pluribus etiam pollicitis delinitum 'cum ſociorum viginti millibus r) ad ſuas partes transire ſuadet. Ita fugam, quam Romani tulerunt, ille mercatus eſt. Sub idem tempus Sclauorum reliquias s), etiam mulieres et pueros, Iuſtinianus e medio ſuſtulit ad Leucatam, locum praeruptum atque maritimum, et ad Nicomediae ſitum littora.

§. 92.

inuiti, tamen pacem infringere Iuſtiniani temeritate coacti, armis ſumtis denuo ad eum acceſſerunt, obteſtantes, Deumque vltorem huius facinoris inuocantes. cumque imperator iſta audire nollet, pugnamque accelerarет, tabulis pacis de vexillo ſuſpenſis, Romanis ſe obuios dederunt, duce Moamedo. Victi — mercatus eſt. ob hoc Iuſtinianus quidquid Sthlauinorum reliquum — ſuſtulit in Leucaſta (Λευκακτῃ) *Nicomediae.* ZONARAS; *Vnde* [continuantur, quae ad §. 88. attuli] *nouas legiones conſcripſit, delectis iuuenum fortiſſimorum circiter triginta millibus; — nuncupauit. Iis gaudens et fretus, etiam Arabicum foedus rupit. — Bellum igitur eis intulit, non tam Romanis legionibus fretus, quam nouo iſto et acquiſito populo* (τῷ νεῷ

o) λαον περιεσιον. Combefis in Notis poſterioribus ad Theophanem, p. 604. „ *Peculiarem aciem factam comparabilem*, velut peculium chariſſimum; vt in 1. Petri, et ad Titum exponitur „. Anaſt. *populum acceptabilem.*

p) ἀρχοντα τε ἀυτων Νεβουλον τοὔνομα.

q) Κουρκουρον Anaſt. *marſupium.* Cedr. κουκουρον.

r) μετα και κ΄. χιλιαδων.

s) τοτε — το τουτων ἐγκαταλειμμα.

Imp. IVSTINIANO Rh. a. 8. imp. Iuſt.

§. 92.

a. C. 692.

[AB Arabibus etiam interior ad orientem Perſia, Choraſan dicta, ſubiugata eſt. Porro iſtic emerſit nouator, nomine Sabinus, qui multos Arabes ad necem deduxit, ipſumque etiam Chaganum t) in amnem deiectum tantum non ſuffocauit v). 55.

§. 93.

a. M. 6186. a. C. 686. a. 9. imp. Iuſt.

a. C. 693.

MVAMED—in Romanum imperium expeditionem ſuſcepit, et profugis Sclauis, ceu Romanorum locorum probe peritis, ſibi adiunctis, magnam hominum copiam abduxit captiuam. 56.

Sub

Leontio nulla fit Slauorum mentio.

K 3 §. 94.

τȢτῳ και περιȢσιῳ λαῳ). Quamuis enim Arabes orarent, ne inducias rumperent—[haec vt Cedrenus] *ſuſpenſis, cum Romanis congrediuntur. Statim autem viginti millia Sclauorum acquiſiti populi ad hoſtes defecerunt, quae res animos Romanis minuit, cladem que attulit, illis auxit, ac victoriae cauſa fuit.— Ipſe imperator turpi fuga cum paucis conſeruatus, cum ad Leucatem perueniſſet, reliquias Sclauicae illius et acquiſitae gentis* (τȢ περιȢσιȢ λαȢ των Σκλαβικων) *omnes occidi, cadauera in mare abiici iuſſit.* NICEPHORVS: *Ex quibus ad* XXX. M.—

55. THEOPHANES p. 306. Anaſtaſ. p. 117.

t) τον χαγανον. Anaſt. *Chaganum*, in marg. *Kaïanum*. Combefis in Notis poſterioribus ad Theophanem, p. 614, 615. „ Bulgari, Sclauini, Vnni ducem ſuum cognominant Chaganum [Auarorum, Turcorum, Chazarorum, Hunnorum et Tatarorum principibus hoc nomen proprium fuiſſe videtur. Bulgarorum principi a Conſtantino Manaſſe et Codino tribuitur; de Slauorum vero principibus me illud vsquam legere, non memini]. Hic ille eſt, quem annus ſuperior ΝεβȢλον, Nicephorus ΓεβȢλον ſcripſit „.

v) Anaſt. pro poenae modis omnibus [*prope m. o.* in mar.] *in amne necauit.*

56. THEOPHANES p. 306. Anaſt. p. 117. Cedren. T. I. p. 442.

x) προσφυγας ΣκλαβȢς. Cedrenus, ΣθλαβȢς, qui reliqua vt Theoph.

§. 94.

Imp. TIBERIO Apſim.: a.6.imp.Tib.

Imp. TIBERIO *Apſimaro.*

a. C. 702.

57. [TERBELES Bulgarorum princeps Iuſtinianum imperio deiectum] perhonorifice ſuſcipiens, omnes Bulgarorum et Sclauorum copias collegit: qui demum omnes anno inſequenti arreptis armis ad imperatoriam vrbem profecti ſunt.

Sub

Philippico, Artemio Anaſtaſio, Theodoſio Adramyteno et Leone Iſaurico nulla fit Slauorum mentio.

CAPVT XI.

Prouinciae Romanis antea a Slauis ereptae, ab illis receptae;

ab a. C. 746—799.

§. 95.

Imp. CONSTANTINO Copr. a. 6. imp. Conſt. a)

Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 746.

58. In ſeruitutem redacta fuit vniuerſa regio [Peloponneſus] ac barbara-effecta b), quando peſtilens morbus in omnem terrarum orbem

nuncupauit. Cui Gebulum (Γεβυλον) *ex nobilioribus quendam praepoſuit—bellum committunt*; *quos* [Romanos] *in fugam conijciunt; ſed et peculiaris ille Sclauorum populus, ad Saracenos deficit. quibuſcum Romanos communiter caedebant.*

57. THEOPHANES p. 312. Cf. *Bulgarica §. 21.*

58. CONSTANTINVS de Them. p. 25.

a) Hoc anno peſtilentis illius morbi meminit Theophanes p. 354.

b) ἐϑλαβωϑη [*Slauica facta eſt.* redderem] δε πασα ἡ χωρα, και γεγονε βαρβαρος.

Imp. CONSTANTINO *Copr.*

bem graſſatus eſt. quo tempore Conſtantinus Copronymus Romani imperii ſceptra rexit. Itaque quempiam e Peloponneſo oriundum de nobilitate ſua—gloriantem Euphemius, illuſtris ille Grammaticus, cauillatus ſalſe fuit hoc trito et peruagato ſenario: Vieta facies in ſeruitutem redacta [c].

§. 96.

a. C. 754.

a. 14. imp. Conſt. 59.

ABVSALIM [Saracenorum princeps, conſertis cum Abdela filio Ali, Salem Syriae ſupremi ducis fratre, qui poſt Muamedis Abulabaſi obitum principatum affectabat, ad Tyanam manibus,] victor remanſit. Etenim plerique Sclaui erant et Antiocheni.

§. 97.

a. C. 758.

a. 18. imp. Conſt. 60.

HOC anno Conſtantinus Sclauiniae prouincias ad Macedoniam ſitas in ſeruitutem redegit, reliquos vero imperio Romano plane ſubiici coëgit [d].

§. 98.

c) Γαρασδοειδὴς ὄψις ἐσθλαβωμενη. Bandurius ad h. l. p. 26. „Σθλαβονειν et Σκλαβονειν; *in ſeruitutem redigere.* Paſſim autem occurrit haec vox apud Scriptores Byzantinos; quae quidem latebat Morellum, vt ipſe ingenue in Notis ad eundem Porphyrogeniti locum fatetur: ſed quae ibi ipſe adfert, ad explicationem huius vocis, vna et riſum et ſtomachum mouent„. Id quicquid ſit, non ſolum hoc loco, ſed omnibus etiam reliquis, vbi vox iſta apud Scriptores Byzantinos occurrit, de Slauis intelligi et poteſt, et debet. Cfr. tamen Carolum Du Freſne ad Alexiadem Annae Comnenae p. 243. Petr. Lambecii Animaduerſiones in Georg. Codini excerpta, p. 202. et Gloſſarium Nicetae Choniatae praefixum in voce: Σκλαβοι.

59. THEOPHANES p. 360. Anaſt. p. 145.

60. THEOPHANES p. 361. Anaſt. p. 146.

d) τας κατα Μακεδονιαν Σκλαβινιας ᾐχμαλωτευσεν και τȢς λοιπȢς ὑποχειριȢς ἐποιησεν. Anaſt. *Sclauinias penes Maced. poſitas captiuauit, et reliquos ſubiugauit.*

Imp. CONSTANTINO *Copr.* a. 22. imp. Conſt.

§. 98.

a. C. 762.

61. α) SCLAVINI patriis finibus extorres, Euxinum traiciunt; quorum numerus ad octo et ducenta millia perueniſſe dicitur. Hi ad fluuium, quem Artanam nominant, conſederunt[e]. 'Dum haec geruntur, Bulgari, legitimis principibus occiſis, ducem ſibi Teleſium praeficiunt. Quo Romanorum ditionis terras populante, Conſtantinus claſſem' per Euxinum mare in Iſtrum immittit. Ipſe cum alio exercitu Anchialum peruenit, ad quam ei Teleſius cum Sclauinorum auxiliis haud poenitendis occurrit. ibique proelio victus in fugam vertitur.—

a. M. 6256. a. C. 756. a. 24. imp. Conſt.

§. 99.

a. C. 764.

62. [CONSTANTINVS] miſſis—latenter in Bulgariam militibus, '*Seuerum* Sclauinum optimatem[f], multorum pridem in Thracia malorum auctorem, in poteſtatem recepit.

a. 26. imp. Conſt. Indict. 5.

§. 100.

a. C. 766.

63. β) MENSIS Nouembris die 16. quintae indictionis *Nicetas* a Sclauis originem ducens eunuchus[g], praeter fas canonum Conſtantinopolis patriarcha imperatoris ſuffragio conſecratur.

§. 101.

α) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Bulgari ſeditione mota—Teletzin ſibi ducem praefecerunt. Multi propterea* (Σκλαβων δε πολλων. Anaſt. *m. praeterea Scl.*) *patria excedentes. ad imperatorem vltro ſe contulere: quos ille Artanam* (ἐπι τον Αρτανων. Anaſt. *ſuper Artanam* in marg. *Araanam*) *incolere iuſſit.*

β) CEDRENVS: *Imperator patriarcham deſignat Nicetam eunuchum genere Slauum* (Σθλαβον). ZONARAS: *Patriarcha* [Conſtan- *Sclauinum.*

61. NICEPH. PATR. p. 44. Theophan. p. 364. Anaſtaſ. p. 147. cf. *Bulgarica* §. 35.

e) κατοικιζοντας.

62. THEOPHANES p. 367. Anaſt. p. 149.

f) τον Σεβερον αρχοντα Σκλαβινον. Anaſt. *Seuerorum principem*

63. THEOPHANES p. 370. Cedren. T. II. p. 466. Zonar. T. II. p. 111. Glycas p. 284. Niceph. Patr. p. 48. Anaſtaſ. p. 151.

g) Νικητας ὁ ἀπο Σκλαβων ευνουχος.

Imp. CONSTANTINO Copr. a. 27. imp. Conſt.

§. 101.

a. C. 767.

MENSIS Octobris die ſexto, indictione ſexta, Conſtantinus falſi nominis patriarcha ex inſula Principo in vrbem accitus, 'verberibus affectus, lectica in eccleſiam magnam effertur. Ibi' vniuerſo—vrbis populo imperatoris iuſſu congregato et ſpectante, in omnium auditu libellus [quo omnia accuſationum capita deſcripta erant] publice recitabatur: et ad ſingula capita faciem eius A ſecretis percutiebat: patriarcha Niceta in throni conſeſſu ſedente, ac omnia proſpiciente. Eo deinde in ambonem euecto, et recto in pedes conſtituto, libellum accipit Nicetas: mox epiſcopo ad eum miſſo, et anathemate in eum pronunciato, pallium ſuſtulerunt, Scotiopſimque ſaepius vocitatum retrogrado paſſu ab eccleſia iuſſerunt excedere. 64.

§. 102.

γ) EODEM etiam anno Nicetas, falſo nomine patriarcha, imagines in patriarchalis aedis minore ſecreto opere teſſelato depictas b) eraſit: magni quoque ſecreti ambitum imaginibus ligneis dimidiata eminentia effictis ornatum depoſuit, et reliquarum omnium imaginum 65.

tinus] *relegatus eſt, et alius a tyranno creatus Nicetas, eunuchus, non ingenuus, ſed ſeruili genere ortus* (ὀυδ᾽ ἐξ ἐλευθεϱων, ἀλλ᾽ ἐκ δȣλων ἑλκοντα την τȣ γενȣς σειϱαν) *qui vix legere poterat, in muliebribus miniſteriis verſatus.* GLYCAS: *Tunc et Nicetas quidam eunuchus, principe apud Copronymum loco, qui nihil aliud ſciret, quam edere et bibere, patriarcha creatus eſt.* NICEPHORVS: *In Hieriam pontifex* [Conſtantinus] *relegatur—. moxque Nicetas ſanctorum Apoſtolorum eccleſiae presbyter eunuchus in eius locum ſubſtituitur. Atque haec omnia Auguſto menſe indictione quarta contigerunt.*

γ) CEDRENVS: *Eodem—eraſit, aliasque etiam omnes per totam patriarchae domum.* NICEPH.: *Indict.* VII.—*Nicetas patriarcha ca-*

64. THEOPHANES p. 371. Zonar. Niceph. Anaſtaſ. ll cc.

65. THEOPHANES p. 373. Anaſtaſ. p. 153. Cedren. T. II. p. 467. Niceph. Patr. p. 49.

h) ἐικονας – δια μȣσαιȣ ȣσας. Anaſt. *iconas ex muſio* [*muſiuo*] *factas.*

Imp. CONSTANTINO *Copr.*

a. C. 767.

num facies alio colore perunxit: idemque prorſus in Abramiaeo praeſtitit.

§. 103.

a. C. 768. *i*)

indict. 7.

66. INDICTIONE ſeptima—Conſtantinus legatis ad Sclauinorum principes miſſis, Chriſtianos, qui iamdudum apud eos captiui detinebantur, recipit, quos illi ex inſulis Imbro, Tenedo ac Samothracia duxerant. Hos omnes, bis mille ac quingentos fere ſericis veſtibus permutatos, cum muneribus abire, quoquo vellent, permiſit.

§. 104.

Imp. LEONE *Porph.* a. 5. imp. Leonis.

Imp. LEONE *Porphyrogenneta.*

a. C. 780.

67. *k*) MENSIS Februarii die ſexto, eoque dominico, indictione tertia, die dominico, quo ante quadrageſimam vltima caſeum comedendi fit poteſtas, Nicetas, genere Sclauus, eunuchus, CP. patriarcha diem extremum obiit. §. 105.

tholicae eccleſiae aedificia quaedam, quae vetuſtate collapſa fuerant, inſtaurat. Tum in attinentibus domiciliis, vbi ſtationes in proceſſibus obiri ſolent, quae Romani ſecreta vocant, tam in maiore, quam minore, Chriſti domini ac ſanctorum imagines, opere teſſelato (δια ψηφιδων χρυσων) *atque ex cera factas eradit.*

k) CEDRENVS: *Anno quinto* [imp. Leonis] *Nicetas e Slauo patriarchae dignitatem adeptus eunuchus* (ὁ ἀπο Σθλαβων ἐυνȣχος) *moritur.* ZONARAS: *Mortuo Niceta caſtrato patriarcha, cum eccleſiam CP. per annos quatuordecim praefuiſſet, Paulus Cyprius patriarcha eligitur.* NICEPHORVS: *Nicetas presbyter SS. Apoſtolorum et monaſteriorum praefectus, eunuchus, annis 13. menſibus 4.*

66. NICEPHORVS PATR. p. 49.
i) Annus margini adſcriptus.
67. THEOPHANES p. 382. Anaſtaſ. p. 157. hic paulo breuius, quam Theophanes. Cedren. T. II. p. 468. Zonar. T. II. p. 114. (Imper. Orient. Bandurii. Niceph. p. 190. Niceph. Calliſt. p. 195. Anonym. p. 204. Anonym. p. 212. Phil. Cyprius p. 221.)

Imp. CONSTANTINO VII. *Porph.* a. 3. imp. Conſt.

§. 105.

Imp. CONSTANTINO VII. *Porph.*

a. C. 78$\frac{2}{3}$.

ε) IRENE, pace cum Arabibus confecta, a bellorum cura vacans, Stauracium, patricium et celeris curſus logothetam cum numeroſo exercitu aduerſus Sclauinorum nationes miſit: qui cum Theſſalonicam et Graeciam adiiſſet, regionem omnem imperio ſubiecit, et tributum pendere coëgit. Quin etiam Peloponneſum penetrans, captiuorum ingentem turbam et ſpolia in Romanam ditionem retulit. 68.

§. 106.

a. C. 783. a. 4. imp. Conſt.

MENSIS Ianuarii die ſeptimo Stauracius, quem memoraui, ex Sclauina expeditione regreſſus *k*), victoriae ſolemnia, ducto per circum triumpho, peregit. 69.

Imp. IRENE. a. 2. imp. Irenes. indict. 7.

§. 107.

Imp. IRENE.

a. C. 799.

ζ) MENSE Martio indictionis ſeptimae *Acamerus* Sclauinorum, Belzetiae princeps *l*) a Graecis quibusdam excitus, filios Conſtantini 70.

in

patriarchatum tenuit. NICEPH. CALLISTVS: *Nicetas eunuchus* *** *menſ. 4. ſub eodem Copronymo et Leone, quem ex Chazara ſuſcepit,* patr. ten. ANONYMVS: *Nicetas eun. Slauorum gente natus* (ὁ ἀπο Σθλαβων)—*a. 13. m. 4.*— ANONYMVS: *Nicetas eun. monaſt. praeſ. ſub Copron. et Leone a. 13. m. 4.* PHILIPP. CYPRIVS: omnia vt praecedens Anonymus.

ε) CEDRENVS: *Anno tertio, Irene—logothetam contra Sthlauinos mittit; qui et omnes eos imperio Irenae ſubegit, adque eam magnam ex Peloponneſo praedam multaque ſpolia attulit.*

ζ) ZONARAS: *Ibi* [Athenis] *cum agerent* [fratres Conſtantini], *Graeci quidam Sthlauicarum gentium principem conuenere, orantes,*

68. THEOPHAN. p. 385. Anaſtaſ. p. 159. Cedren. T. II. p. 470.

69. THEOPHANES et Anaſtaſius ll cc.

k) κατελαβεν ἐκ των Σκλαβινων. Anaſt. *rediit a Sclauis.*

70. THEOPHAN. p. 400. Anaſtaſ. p. 166.

l) Ακαμηρος ὁ των Σκλαβινων της Βελζηλιας ἀρχων. Anaſt. *Aramirus* [in marg. *Acam.*] *Sclauinorum Betziciae princeps.*

a. C. 799.

in libertatem aſſerere molitus, ex eis nonneminem imperatorem creare ſtatuit. Quod vbi imperatrix Irene accepit, ad Conſtantinum cognomento Serantapechum, Patricium eius filium, qui tum ſpatharius erat et imperatricis ipſius nepos, Theophylactum miſit, qui omnes oculis orbauit: atque ita paratam in ſe coniurationem diſſipauit.

CAPVT XII.

Slauorum, inprimis Peloponneſiorum, temporibus Nicephori I. memoria;

a. C. 802—813.

§. 108.

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 802—811. a)

Imp. NICEPHORO I.

71\. QVI ſcire volet, quomodo Patrenſi eccleſiae ſubiecti fuerint Sclaui b) hinc diſcat.

Romani imperii ſceptra Nicephorus tenebat; et hi [Sclaui] in Peloponneſi themate cum eſſent defectionem cogitantes, primo quidem vicinorum Graecorum aedes vaſtabant, praedaeque ac direptioni exponebant; deinde etiam in Patrenſes ciues irruentes, praedia eorum muris proxima euertebant, vrbemque obſidione cingebant, adiuti ab Afris et Saracenis. Idque cum aliquamdiu duraſſet, eamque rerum neceſſariarum, maxime aquae et ciborum, penuria

vt eos inde educeret, et vnum ex eis imperatorem deſignatum in vrbem imperatoriam reduceret. Quae res cum ad imperatricem delata eſſet, omnibus eruti ſunt oculi.

71\. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 49. p. 131—133.

a) Sunt anni imperii Nicephori.

b) Σκλαβοι.

ſuria premere oppidanos coepiſſet, conſilium ineunt de paciſcendo, et, indemnitate accepta, vrbe illis ſubiiciunda.

§. 109.

Cum autem eius temporis praetor eſſet in arce thematis, in vrbe Corintho, ſperarentque, eum adfuturum et Sclauinios c) oppugnaturum, quia ſcilicet prius ipſe a principibus admonitus fuerat de ipſorum excurſione: viſum fuit oppidanis ſpeculatorem prius mittere ad orientaliores montium partes, exploraturum, an praetor adeſſet, ſpeculatori ſignum dantes, vt, ſi venientem praetorem videret, in reditu flammulum inclinaret, vnde aduentum eius cognoſcerent; ſin autem rectum teneret, ne de caetero adfuturum eum ſperarent.

Cum itaque abiiſſet ſpeculator, et non adeſſe praetorem intelligeret, rediit cum flammulo erecto. Deo vero ita volente, propter interceſſionem ſancti Andreae Apoſtoli, accidit, vt equo ceſpitante excuſſus vector flammulum inclinaret; quod videntes oppidani, veluti ſigno dato, exiſtimantes, omnino praetorem veniſſe, portis vrbis apertis, contra Sclauinios d) ſtrenue egreſſi ſunt, videruntque clare Apoſtolum primo vocatum equo inſidentem, et in barbaros ruentem, quos terga vertere ac diſperſos in fugam ſe dare procul ab vrbe coëgit. Nam conſpecto inuicto bellatore, contra ſe irruente, barbari perculſi tam vehementi impetu inſuperabilis ducis ac victoris primi vocati Apoſtoli Andreae, nec non ſupra modum ab eodem perterriti trepidantes, ad venerandam eius aedem confugerunt.

Praetor autem cum triduo poſt aduenisſet, et Apoſtoli victoriam intellexiſſet, Nicephoro imperatori ſignificauit incurſionem Sclauinorum, item direptionem, captiuorum numerum, vaſtationem, praedam et quaecunque alia mala Achaiae in partibus intuliſſent; item diuturnam obſidionem, continuamque oppidanorum oppreſſionem, deinde Apoſtoli inſpectionem, auxilium, tropaeum et integram victoriam; vtque ſub oculis hominum viſus eſſet hoſtes inuadere, eosque perſequi, et in fugam conuertere, adeo vt ipſi

 etiam

c) Σκλαβινων. d) Σκλαβηνων.

Imp. NICEPHORO I.

a. C, 802—811.

etiam barbari eius vires et ſuppetias nobis praeſtitas perſentiſcerent, ideoque ad ſacram eius aedem confugerent.

§. 110.

His cognitis imperator iuſſit, poſtquam ab Apoſtolo victoria contigiſſet, eique hoſtium expeditio imputari deberet, omnia ei ſpolia deberi: et ſtatuit, ipſos quoque hoſtes cum omni familia et cognatione ac propinquis vniuerſis facultatibusque adtribui templo Apoſtoli, quod in Patrarum metropoli eſt, vbi primo vocatus Chriſtique diſcipulus pugnam hanc pugnaſſet: et ſigillum ſuper hac re in metropoli illa dedit. Atque haec quidem antiqui poſteris ſuis ſine ſcripto tradiderunt.—

Ex illo autem tempore Sclauinii, qui metropoli deſtinati fuere, praetores, caeſarianos et quoscunque gentium legatos veluti obſides alunt [e], habentes ſtructores ſuos, coquosque, et quicunque cibos apparant, metropoli quidem nihil innouante, ſed ipſis Sclauiniis ex diuiſione et contributione vniuerſitatis ſuae res huiusmodi neceſſarias colligentibus. Dedit vero etiam ſigillum Leo ſemper memorandus ac praeclarus imperator, ſingillatim complectens, quid hi adſcriptitii metropolitano praeſtare debeant; quod quidem neque ipſe adaerare, neque quauis alia iniuſta ratione damno eos afficere poſſit.

§. 111.

a. 8. imp. Niceph.

a. C. 809, 810.

72 α) ʽNICEPHORVS, datis in publicum veteratoriae et a Deo penitus alienae ſuae mentis, per calliditates et aſtutias, tot indiciis, mili-

α) CEDRENVS: Nicephorus, *vt exercitus deprimeret, quid non mali excogitauit aduerſus Chriſtianos? Primo enim Chriſtianos ex omnibus regionibus in Slauiniam* (ἐπι τας Σθλαβινιας) *coëgit*

e) ἐκτοτε δὲ οἱ ἀφοριϑεντες Σκλαβηνοι ἐν τῃ μητροπολει και τȣς ϛρατηγȣς, και τȣς βασιλικȣς και παντας τȣς ἐξ ἐϑνων ἀποϛελλομενȣς πρεσβεις ὡς ὁμηρȣς διατρεφȣσι.

72. THEOPHANES p. 411. Anaſtaſ. p. 172. Cedren. T. II. p. 479. cf. *Bulgarica* §. 52.

Imp. NICE-PHORO I.

a. C. 809, 810.

militares copias affligere ac deprimere meditatus, milites Chriſtianos ex vnoquoque themate patriam deſerere, et facultatibus diuenditis in Sclauiniam migrare edicto promulgato ſanxit *f*). Extitit hoc captiuitate inducta non minus horrendum ſpectaculum.— Et haec quidem a Septembri ſumſerunt initium, et ad ſanctum Paſcha ad finem perducta ſunt.

§. 112.

a. C. 811.

a. 9. imp. Niceph.

β) [ROMANIS die viceſimo quinto Iulii, indictione quarta a Bulgaris ad internecionem vsque caeſis:] Crummus, [Bulgarorum princeps] amputatum Nicephori caput aduentantibus ad ſe variis nationibus oſtentandum per dies multos in Romanorum dedecus et vituperium in ligno ſuſpendit. Poſtmodum vero illud ſuſpendio reuulſum, carnibus nudatum, et argento tectum, compotaturis Sclauinorum principibus in poculum gloriabundus efformauit. 73.

Sub

Michaele I. nulla fit Slauorum mentio.

§. 113.

Imp. LEONE *Armeno.*

Imp. LEONE *Armeno.*

a. C. 813. *g*)

CRVMVS ingentem exercitum coëgit, Abareſque et ex Sclauiniis cunctis copias *h*) collegit: praeparat inſuper inſtrumenta machinas- 74.

demigrare, et eorum habitationes (στασεις) *diuendidit: quae res nihil ab hoſtili captiuitate abfuit, omnibus in ſummas anguſtias coniectis.*

β) CEDRENVS: —*argento incluſit, iuſſitque principes Bulgarorum ex eo bibere atque inſultare Nicephoro, vt inexſatiabili et pacem detrectanti.*

f) Νικηφορος μετα τας ἀθεους ὑπεξελευσεις, τα στρατευματα παντα ταπεινωσαι σκεψαμενος, χριστιανους ἀποικισας ἐκ παντος θεματος, ἐπι την Σκλαβινιαν γενεσθαι προσεταξεν.

73. THEOPHAN. p. 416. Anaſt. p. 175. Cedren. T. II. p. 482. cf. *Bulgarica* §. 56.

74. AVCTOR INCERTVS [Theophan. p. 434, 435.]. cf. *Bulgarica* §. 69.

g) τους Ἀβαρεις τε και πασας τας Σκλαβινιας.

h) Eſt primus imperii Leonis annus.

Imp. LEONE *Arm.*

a. C. 813.

chinasque cunctas expugnandis vrbibus idoneas,— vt ad occiduam vrbis partem Blachernarumque murum vrbem aggrediatur.— Murum alium exſtruunt, et foſſam ducunt Romani; ſed vix operi manu admota,— Bulgariae principis Crumi obitus nunciatur.

CAPVT XIII.

Generaliora quaedam de Slauis Dalmaticis a temporibus inde Heraclii vsque ad imperium Baſilii Macedonis;

ab a. C. 820—886.

§. 114.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 820—829. [a)]

75. α) Ab imperio—Heraclii Romanorum imperatoris, vti, cum de Croatis et Seruiis agemus, dicturi ſumus, vniuerſa Dalmatia, nec non finitimae illi gentes, *Croati, Serui, Zachlumitae, Terbuniotae, Canalitae, Diocletiani*, ac *Arentani*, qui et *Pagani* nuncu-

α) CONSTANTINVS in Baſilio: *Rebus occidentis maiorem in modum Michaele imp. neglectis,—etiam qui in Dalmatia et Pannonia, ac qui vltra hos Scythae, Chrobati ſcilicet — et Rentani, excuſſo Romani imperii iugo, cui pridem ſuberant, ſui iuris atque liberi facti, ſuis duntaxat regulis ac magiſtratibus parebant* (ὑπὸ ἰδίων ἀρχόντων μόνον ἀρχόμενοι) *Plerique vero, maioris defectionis ſpecimine, etiam baptiſmum eiurauerant, vt nul-*

75. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 29. p. 87. Idem in Vita Baſilii Maced. n. 52. (Scriptt. poſt Theophanem p. 178.) Conſtantini Porph. Contin. L. II. n. 28. (Scriptt. poſt Theoph. p. 52.) Cedren. T. II. p. 576.

a) Anni imperii Michaelis Balbi.

Imp. Mi- CHAELE *Balbo.*

nuncupati ſunt b), ditioni Romanae ſe ſubtraxerunt: quippe cum Romanum imperium per imperantium tunc temporis ſocordiam atque ignauiam, maxime Michaelis Amorienſis Balbi, tantum non exſpiraſſet; qui Dalmatiae oppida incolebant, ſui iuris facti, neque Romanorum imperatori, neque cuiquam alteri ſubiecti. Itidem conterminae illis gentes c), Croati, Seruii, Zachlumitae d), Terbuniotae, Canalitae, Diocletiani et Pagani, excuſſis Romani imperii habenis, liberi ſuisque non alienis legibus vſi ſunt.

§. 115.

Principes vero, vt aiunt, hae gentes non habent, praeter *Zupanos ſenes* e), quemadmodum etiam reliqui Sclauorum populi

lum erga Romanos amicitiae ac ſubiectionis pignus retinerent. CONSTANT. CONTINVATOR: *Omnis Dalmatia ſub id tempus*

b) Χρωβατοι (in Vita Baſ. Κρωβατοι), Σερβλοι (ita vbique Conſtantinus, alii, Σερβοι et Σερβιοι), Ζαχλυμοι (Cedr. Ζαχλυβοι), Τερβυνιωται, Καναλιται, Διοκλητιανοι, και Αρεντανοι και οἱ Παγανοι προσαγορευομενοι. De ſingulis vide *Seruica*, *Chrouatica* &c.

c) και τα ἐκεισε ἐθνη.

d) Ζαχλυμιται.

e) πλην Ζυπανυς γεροντας. Bandurius in Animaduerſionibus in libr. Conſt. de A. I. p. 68. „Ζυπανος, Latinis Scriptoribus Zupanus, Zuppanus et Iupanus, dignitas apud Slauos. v. Ioannem Lucium de Regno Dalmat. et Croatiae, nec non Notas Ducangii in Alexiadem p. 347.„, vbi ille ad vocem Ζυπανων, „Ita, inquit, appellabant Seruii et Dalmatae regionum praefectos, ſeu qui proximam a rege poteſtatem habebant, inquit Cinnamus [p. 67. de Μαπανῳ ſeu *Bano* Vngrorum]. *Zupani* dicuntur Gotefrido Monacho S. Pantal. An. 1285. et 1290. *Suppani* Will. Tyrio lib. 12. c. 4. Nec ſcio, iidemne, qui *Supparii* apud Polonos, de quibus Cromerus in Polon. et Chopinus in LL. Polon. ad calcem lib. 3. de Domanio. Autor incertus Hiſt. Dalm., quem a natalium ſede Diocleatem vulgo indigitant, Banorum et Giupanorum inſtitutionem tribuit Suetopeleco primo Dalm. regi Chriſtiano, qui in Concilio Dalmatico, coacto, vt ait, ſub Stephano PP. Prouincias, Epiſcopatus et Archiepiſcopatus regni ſui diuiſit. — At qui Banis et Zupanis ſupremo iure imperabant, Magni Iupani et Megaiupani dicuntur Innocentio III. PP. lib. 1. et 2. Epiſt. in Actis eiusdem, et Thomae Archidiac. in Hiſt. Salonit. cap. 26. et Αρχιζυπανοι Nicetae in Man. lib. 2. N. 7. [vid. *Seruica* §. 40.] —. Zupa vero, vnde deducta vox Zupanus, aut Zupania, populum Slauis ſonat, vel regionem a populo cultam, atque hinc Zupanus dux regionis, vt autor eſt Io. Lucius L. I. Hiſt. Dalm. c. 13„.

M

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 820—829.

puli[f]. Plurimi etiam ex his Sclauis non baptizantur, imo diu baptiſmi expertes manſerunt[g].

§. 116.

Imp. BASILIO *Maced.*

Imp. BASILIO *Macedone.*

a. C. 867—886.

76. β) POST aliquod vero temporis, praeclaro illo ac ſemper memorando Baſilio fraena imperii moderante, venientes ab Africa Saraceni cum Soldano, Saba et Calphone[h], nauibusque XXXVI. applicuerunt in Dalmatia; atque vrbes Butoba, Roſa[i] et inferius Decatera expugnarunt: inde aduerſus Raguſium profecti, eam vrbem obſidione cinctam quindecim tenuere menſes. Tunc a Raguſinis auxilium rogatus imperator Baſilius, cum claſſem, Niceta patricio, drungario rei naualis, Orypha cognominato, duce, in Dalmatiam mitteret, Saraceni ab obſidione Raguſii diſceſſerunt, et in Longobardiam traiicientes, vrbem Barium obſidione cinxerunt, expu-

[Mich. Balbo imp.] *a Romano imperio defecit, ſuique omnes iuris ac capita exſtiterunt, quoaduſque inclytus ille Baſilius imperium regendum ſuſcepit. Tunc enim Romanae facti ſunt ditionis.* CEDRENVS: Michaele res occidentis negligente *Scythae — in libertatem ſeſe aſſeruerant.* Reliqua omnia vt Conſtantinus in vita Baſilii Macedonis.

β) CONSTANT. in Baſilio: *Sic igitur* [haec iis, quae ad §. 114. attuli, ſtatim ſubiunguntur.] *Occidentis rebus conſtitutis, inque eum modum per anarchiam laborantibus ac perturbatis, arrepta*

f) *αἱ λοιπαι Σκλαβινιαι.*

g) Sequuntur ea, quae infra §. 118. adfero.

76. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 29. p. 88, 89. Idem in Vita Baſ. Maced. n. 53—55. (Scriptt. poſt Theoph. p. 178—180). Cedren. T. II. p. 576, 577. Meminit huius belli etiam Zonaras T. II. p. 169, 170. ſed nomen Slauorum reticet. Ceterum his praemittit Conſtantinus: *Deinde vero* [haec ſubiunguntur iis, quae in *Paganicis* §. 4. adfero], *vt antea dixi, per imperantium ignauiam atque ſocordiam retro lapſae ſunt res Romanorum ac incolae oppidorum Dalmatiae ſui iuris facti, neque Romano imperatori, neque cuiquam alteri paruerunt. Poſt aliquod* &c.

h) Κλαφους.

i) *το καστρον την Ρωσσων.*

pugnaruntque. Hinc Ludouicus, Franciae rex, et papa Romanus, rogante Baſilio imperatore, cum magna manu iungunt ſe copiis ipſius, vna cum Chrobatis, Seruiis, Zachlumis, Terbuniotis, Canalitis et Raguſinis, cunctisque Dalmatiae oppidorum incolis; (nam hi omnes ex imperatoris mandato aderant) qui in Longobardiam traiicientes vrbem Barin obſederunt, expugnaruntque. Sciendum autem eſt, quod Chrobatos reliquosque Sclauorum principes, Raguſini ciues ſuis nauibus in Longobardiam transmiſerint.

§. 117.

[FERVENTE adhuc in Italia Saracenico bello] inciderat Leoni 77
aliquid cum Procopio diſcordiae. Nondum autem redintegrata horum gratia, pugnae cum hoſtibus committendae ſe obtulit occaſio. Ea in pugna Leo cum Thracibus et Macedonibus dextram aciei tenens partem, Saracenos fudit —. Ab altera autem parte Procopium, Sthlauinos et occidentales ducentem, hoſtes cum premerent, neque ei a Leone, diſcordiae tenace, ſubſidium mitteretur, euenit, vt is, inclinata ſuorum acie, fortiter pugnans caderet.

Agareni Carthaginenſes occaſione, coniunctis viribus expeditionem ſuſcipiunt; creatisque ducibus Soldano, Sambano et Calphuſo — vrbes Dalmatarum plures captae ſunt, Butoma —. Sic cum ſecundis auris res hoſtibus ſuccederent, ad ipſam venerunt totius gentis metropolim, quam Raguſium vocant, eamque ad longum tempus circumſederunt — expugnaruntque. Baſilius itaque *ad Ludouicum Franciae regem et ad Romanum antiſtitem legatos mittit, vt abs ſe miſſis copiis opem ferant, ac cum eis aduerſus Agarenos Barii ſedes habentes pugnam inſtruant; iubens, vt et quas paulo ante memorauimus, Sclauenorum* (των Σκλαβηνων) *gentes inſtitutum ſuum iuuent, transmiſſo Raguſii incolarum ope ſuisque ipſorum nauigiis Dalmatarum mari.* His in Italiam traiectis, capitur Barium. CEDRENVS: *Quos* [continuantur quae ſupra ad §. 114. attuli] *capta occaſione adorti Carthaginenſes Agareni* —. reliqua vt Conſtantinus in vita Baſ. Macedonis.

77. CEDRENVS T. II. p. 584.

§. 118.

78. γ) QVOD ita Dalmatarum auxiliis a Romanis geſtum erat [k]), videntes, quas paulo ſuperius memoraui, nationes, Chrobati nimirum et Serbli, et reliqui, eiusque, qui tum rerum potiretur, aequitatem in omnibusque iuſtitiam et virtutem audientes; beneque ſubeſſe, quam periculoſe auſuque temerario praeeſſe ac imperare pluris facientes, operam adhibent, vt ad priſtinum redeant dominatum, iterumque Romanis ſeruiant. Quare et ipſi oratores mittunt ad imperatorem; tum ſcilicet qui eadem ipſa integraque religione defecerant, tum qui excuſſa prima ſua ſeruitute ipſi ſponte baptiſmum prorſus eiurauerant; quamque vtiles quandoque Romanis exſtitiſſent, opportune memorantes rogantesque, humaniſſimo Romanae potentiae iugo, ac illius ductori rectorique ſubiici.

Horum votis ac petitioni, vt quae niti ratione viderentur, ſe facilem praebens imperator (quippe qui etiam antea pro illis animi angeretur atque doleret, velut ditionis ſuae non modica acciſa parte, raptaque ac diſcerpta) placide, quemadmodum humaniſſimus pater filium, qui ſtulte imperium detrectarat, ductusque poenitentia redierat, ipſe quoque iſtos admiſit, atque recepit; ac ſtatim cum illis ſacerdotes, ſuoque nomine delegatum hominem miſit, vt ante alia,

γ) CONSTANTINVS: *Imperante autem* [haec iis, quae ad §. 116. attuli, ſtatim ſubiunguntur] *piiſſimo imperatore Baſilio legatos miſerunt, petitum, vt qui ex ipſis baptizati nondum eſſent, baptizarentur, eſſentque veluti ab origine imperio Romano ſubiecti. Horum precibus auditis, beatus ille praeclarusque imperator Caeſarianum vna cum ſacerdotibus miſit, omnesque illos, qui in praedictis gentibus nondum baptizati erant, baptizauit; baptizatis autem ipſis, tunc principes eis deſignauit, quos vellent eligerentque, e ſtirpe, quam maxime diligerent amarentque. Atque ex eo tempore in hodiernum vsque diem principes ipſis ex eadem ſtirpe, et non aliunde, eliguntur.* CEDRENVS: *At Chrobati, Serui* (Σέρβοι), *reliquaeque Scythicae gentes, quas ſupra* (§. 114. lit. α.) *nominauimus, cum vidiſſent, quomodo miſſis a Ro-*

78. CONSTANTINVS in Vita Baſ. Mac. n. 54. p. 180. Id. de Adm. Imp. c. 29. p. 88. Cedren. T. II. p. 576, 577.

k) Raguſium, quod Saraceni obſidione cinxerant, liberatum. vid. §. 116.

ſis, ab ipſo animarum periculo eos eriperet, ac priſtinae fidei reſtitueret, atque ex delictis, quae vel ignorantia, vel temeritate ac dementia contraxerant, liberaret. Peracto autem religioſo iſtiusmodi opere, cunctisque diuino baptiſmate impertitis, atque Romanorum faſcibus inclinatis, hac parte redintegratus eſt imperatoris principatus, cunctis humaniſſima eius iuſſione, ex ſuis eiusdemque gentis hominibus, magiſtratus rectoresque, qui illis imperio praeeſſent, accipientibus. Non enim ille magiſtratus illis praepoſitos venales habuit; vt inde, eaque ratione, qui plus darent, exque ſubditis amplius meterent, illis praeficeret: ſed qui ab eis ipſis electi eſſent ac velut ſuffragio creati, tanquam arbitros magiſtratus, paternaque beneuolentia eos proſecuturos, eis pro imperio praeeſſe prudenter conſtituit.

CAPVT XIV.

Res geſtae Slauorum Peloponneſiorum et Theſſalicorum, a temporibus Theophili imperatoris vsque ad imperium Conſtantini Porphyrogennetae;
ab a. C. 829—945.

§. 119.

Imp. THEOPHILO.

a. C. 829—842. a)

Imp. THEOPHILO.

De Peloponneſi thematis Sclauis, *Milengis* et *Ezeritis* b), eorumque quae ſoluunt tributis. M. 3. Sci- 79.

mano imperatore auxiliis res in Dalmatia acta eſſent, (vid. ſupra §. 116.) *miſſis ad eum legatis, petunt, rurſus ſub iugum Romanae poteſtatis ſe recipi. quorum honeſtam iudicans petitionem Baſilius, humaniter aſſenſit. Ita iſtae gentes omnes ſub imperium Romanum redierunt, iisque praefecti ex ipſorum corpore dati.* Sequuntur quae ſupra §. 116. de Slauis Dalmaticis imperatori in Italia contra Saracenos militantibus habes.

79. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 50. p. 133.

a) Sunt anni imperii Theophili.

b) Περι των ἐν τῳ θεματι Πελοποννησȣ Σκλαβων, των τε

Imp. THEOPHILO.

a. C. 829—842.

Sciendum eſt, thematis Peloponneſi Sclauos, temporibus imperatoris Theophili eiusque filii Michaelis deſciſcentes, imperium excuſſiſſe, et ſuo libitu viuentes direptiones, captiuitates, praedas, incendia ac furta exercuiſſe.

§. 120.

Imp. MICHAELE III.

Imp. MICHAELE III.

a. C. 842—867. c)

IMPERANTE vero Michaele, Theophili filio, miſſus fuit protoſpatharius Theoctiſtus, cognomento Broeniorum, praetor ad thema Peloponneſi cum magna manu Thracum, Macedonum, caeterorumque thematum occidentalium, ad eos debellandos ſubiugandosque. Et omnes quidem Sclauos, reliquosque thematis Peloponneſi nondum ſubiectos vicit, ac ſubiugauit.

§. 121.

Soli vero Ezeritae et Milengi relinquebantur ſub Lacedaemonia et Elos. Ac quandoquidem mons illic magnus eſt et valde altus, Pentadactylus nomine, qui ceruicis inſtar longe ſe in mare porrigit, propter loci difficultatem ad latera eius ſedes poſuerunt, hinc Milengi, inde Ezeritae. Et praedictus quidem protoſpatharius Theoctiſtus Peloponneſi praetor cum ſubiugare illos potuiſſet, impoſuit Milengis quidem nomiſmata ſexaginta; Ezeritis vero nomiſmata trecenta; quae ipſo praetore ſoluebantur, vt etiamnum conſtans fama eſt inter incolas d).

§. 122.

ante imperium Leonis ſapientis.

ante p. C. 886.

80. PLANITIES [Theſſalonicenſis] medio ſuo ambitu oppida promiſcue continet, quorum aliqua vrbis ditionis ſunt, eique contribuuntur,

Μιληγγων και Εζεριτων &c. Eſt inſcriptio huius capitis.

c) Sunt anni imperii huius imperatoris.

d) Reliqua infra §. 126. adfero

80. IO. CAMENIATA de Excidio Theſſalonicenſi n. 6. (Scriptt. poſt Theoph. p. 322—325.)

ante a. C. 886.

buuntur, Drugubitae et Sagudati nomine [e]; aliqua finitimae Scytharum [f] genti, non longe diſſitae, tributa ſoluunt. Caeterum oppida e proximo habitantur; quod ipſum, praeter alia, in Theſſalonicenſium rem non parum conducit, dum quaeſtuoſa mercatura Scytharum commercia ambiunt: tum praeſertim cum vtrique genti inter ſe bene conuenerit, nec quibus ad proelia efferantur, arma mouerint (quod vtique ab antiquis olim temporibus iis diligenter quaeſitum) communibus vitae rationibus merces alias aliis commutant, admirandam quandam altamque inter ſe ſeruantes pacem. Item fluuii, iique ingentes, ex Scytharum regione erumpentes — ipſi quoque vberem vrbi praeſtant annonam.

§. 123.

Licet—pleraque ſaepius bella, eaque crudeliſſima, ciuitas, tum barbarorum, tum finitimorum Scytharum, machinamenta et oppugnantium aſtus varios excogitantium, arenaeque exaequatis copiis influentium, ac cunctos minis terrentium (erant enim effraenato impetu, et armorum omni genere ſepti) ſuſtinuerit: cum eſſet terreſtris conflictus, inſidias eludebat, — muri ſecuritate irruptionem declinans. Ciuitas igitur ob eas, quas dixi, cauſas omnis periculi ſecura agebat. Quo enim ex tempore Scytharum gens, ſacri Fontis aquis abluta ac Chriſtiano populo ſociata, pari illi munere pietatis lac ſugere deſtinauerat, vrbium deſolationes finem habuerant: — nec vsquam bellum erat; omnesque omnino finitimae gentes in pace agebant. —

§. 124.

Imp. LEONE Sapiente,

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 904.

81. [SARACENIS Theſſalonicae, quam numeroſa claſſe petebant, iam iam imminentibus] Nicetas dux — coepit — pro virili, quae ſuarum

e) Δρυγυβῖται τινες και Σαγουδατοι την κλησιν ονομαζομεναι.

f) Slauos intelligi e. §. 124. apparet.

81. Id. ibid. n. 20—23. p. 333—336.

rum partium erant, exhibere. Aiebat vero, „Vicinorum Sclauenorum g), tum eorum, qui ſub noſtra ditione erant, tum qui ſub poteſtate ducis Strymonis h), vt imperatum erat, magnam multitudinem in vrbem conceſſuram, ſagittandi arte inſtructiſſimam; ne ipſi forte, pro hoſtium armatura ac potentia, non ſatis inſtructi inueniremur; ſed haberemus, vnde primam illorum aggreſſionem repellere poſſemus„. Quod et opere praeſtare enixe conabatur. Exaratas enim epiſtolas in omnem circumuicinam regionem miſit, ſerio vrgens circumiacentes Sclauenos, vt quam celerrime, pro eo ac cuique licebat, armis inſtructi conuenirent: quo et factum eſt, vt pauci quidam tenues accurrerent, nec quot neceſſitas poſtulabat, ſed qui facillime numerari poſſent, et ad pugnandum prorſus imparati eſſent. In cauſa erat, quod moroſis quibusdam et improbiſſimis ducibus illa prouincia demandata erat, qui propria commoda publicis anteferrent, et vicinis inſidias ſtruere aſſueti eſſent, ac muneribus inhiarent, nihilque eorum lucris ſibi fortunatius ducerent. Nam licet iterum tertioque ac ſaepius laudatus Nicetas miſſis litteris Strymonis ducem terrere conatus eſſet, eique tarditatis dicam ſcriberet; ac ſi quid ciuitas, praeſenti periculo, grauius pateretur, illi vni adſcribendum, eiusque apud imperatorem reum peragendum aſſereret; haud tamen ille melior factus quicquam remiſit de conſueto ſuo malignoque conſilio; quin primum diuino, deinceps humano metu depoſito, de tantae vrbis excidio nihil curans, neque ipſe per ſe venire, neque pro ſe alium, qui ſub poteſtate illius eſſet, et ſuppetias ferret, nobis, in ſummas adductis anguſtias, voluit mittere: ſed exſpectatione nunquam ſui defuturi aduentus, ad extremum belli diem, illudens, intentas aduerſus nos inſidias, imprudentibus nobis, abſoluit; et eo, cui obnoxii ſumus, exitio, magnum lepidumque inſultans, riſit.

Sic vero indignis modis a ſociis Sclauenis deludificati, tametſi neque nos eſſemus numeratu faciles, ſed copioſa longe multitudine barbarorum copias nimis ſuperaremus: attamen, quod nulla

g) *των πλησιοχωρων Σκλαβηνων.*

h) *των ὑπο των Στρατηγων Στρυμμονος.* In marg. *του Στρατηγου.* Non enim ii eius loci plures.

la in nobis eſſet belli experientia, — formidabilem ac conſternationis plenam eorum nobis aggreſſionem reddebat. — Interim — venit quidam, qui barbaricas naues iam proxime Ecboli — ceruici acceſſiſſe nunciet. Dominica tunc illuceſcebat IV. Kal. Auguſti, anno ab O. C. 6412. (Chriſti 904.)

§. 125.

[Leone Tripolita vrbem adorto] neque oppidani iaculandi artem neglexerant; ſed ea acrius dexterioreque conatu vtebantur, omnibus, qui ex finitima regione confluxerant, Sclauenis iis in locis diſpoſitis, quibus in reliquis nihil ſic expeditum, quam vt rite collineent, et ſcopum feriant, nec ruentia ipſorum iacula quicquam ſuſtineat. — 82.

[Vrbe ex parte iam capta, et omni vndique praecluſa fugae ſpe,] vix — pauci — in occidentali ora portus ſeſe e muris proiicientes, periculum euaſerunt. Quidam etiam alii e porta, quae ad Acropolin eſt, ſeſe clam ſubducentes, cum necdum calamitas appetiiſſet, ſaluti conſuluerunt. Et hi fuerunt Sclauenorum duces, meditati fugam multo ante, atque eam in rem portarum illarum claues pridem ſuffurati. Quos decebat, mali mole inſpecta, cuiuis exitum permittere. Sic namque multi ibi conſtituti, antequam aduentaſſent barbari, caedem declinaſſent. Hi tamen nihil eiusmodi in animum ſaltem inducere ſuſtinuerunt: ſed ſuis ſemper rebus proſpicientes, attentisque animi rationibus, quomodo hinc quoque periculum a ſe depellerent, portis paululum ſubapertis, ſeque promte ſubducentes atque dilapſi, vno quodam ibi relicto, qui et rurſus, egreſſis illis, portas clauderet. In eum modum omnium ſaluti inſidiati ſunt. Tunc quoque id dolo commenti, non ſe fugam inire, ſed potius ad ſocios Strymonitas ſuſcipiendos (ita nimirum iubente praetore) exire. 83.

§. 126.

82. Id. ibid. n. 25. p. 339. 83. Id. ibid. n. 41. p. 351, 352.

§. 126.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta* et ROMANO *Lacapeno.*

a. C. 919—945. [i]

84. IMPERANTE vero domino Romano, Ioannes protoſpatharius eiusdem thematis [Peloponneſi] praetor, ad imperatorem per litteras retulit, Milengos et Ezeritas defeciſſe, neque aut praetori, aut imperiali mandato obedientiam vltra exhibere; ſed, quaſi liberi ac ſui iuris eſſent, neque principem a praetore accipere, neque cum eo ad bellum proficiſci, aut officium denique vllum fiſcale praeſtare velle.

Dum autem hae litterae in itinere eſſent, contigit, vt Peloponneſi praetor deſtinaretur protoſpatharius Crinites Arotras. cumque allatae eſſent protoſpatharii Ioannis et Peloponneſi praetoris litterae, et coram imperatore Romano lectae, intellectumque eſſet, praedictos Sclauos defeciſſe, et imperialibus mandatis aut aegre aut omnino non parere, iniunctum eidem protoſpathario Crinitae fuit, vt, quandoquidem deſciuiſſent, atque ad inobedientiam deueniſſent, arma contra eos ſumeret, oppugnaret, ſubiugaret, exſtirparetque. Bellum igitur auſpicatus menſe Martio, frugibus exuſtis, et agris eorum omnibus vaſtatis, repugnantes habuit vsque ad menſem Nouembrem: ſed ex eo perniciem ſuam videntes, de ſubiectione conuenire voluerunt, et praeteritorum delictorum veniam poſtularunt. Itaque praedictus protoſpatharius Crinites et praetor tributa illis grauiora impoſuit: Milengis quidem ad ſexaginta nomiſmata, quae antea ſoluebant, alia quingenta et quadraginta; ita vt vniuerſum ipſorum tributum eſſet numiſmatum ſexcentorum: Ezeritis vero ſupra trecenta nomiſmata priſtina alia trecenta, vt eſſent ſexcenta; quae exegit quoque idem protoſpatharius Crinites, intulitque in ſacrum cubiculum.

§. 127.

84. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 50. p. 133—135. haec iis, quae ſupra §. 121. attuli, ſubiunguntur.

i) Anni ſunt, quibus Romanus vna cum Conſtantino Porph. imperium tenuit.

a. C. 919—945.

§. 127.

Protoſpathario autem Crinite in Graeciae thema transpoſito, cum in Peloponneſo ſucceſſiſſet protoſpatharius Bardas Platypus, et turbae ac factio exortae eſſent inter ipſum protoſpatharium Bardam Platypodem aliosque eius partis protoſpatharios atque principes, qui protoſpatharium Leonem Agelaſtum themate expulerant: protinus in thema illud Sclabeſianis [k] irruentibus, miſerunt illi ipſi Sclaui, Milengi et Ezeritae, ad dominum Romanum imperatorem, commiſerationem petentes ſuper auctis tributis, permitterenturque ea pendere, qualia pridem penderant. Imperator autem ob Sclabeſianorum aduentum veritus, ne Sclauis coniuncti omnino eum themate Peloponneſi exuerent; auream illis bullam dedit, vt tributa tantum ſoluerent, quemadmodum primitus ſolebant, Milengi ſcilicet nomiſmata ſexaginta; Ezeritae vero nomiſmata trecenta. Atque haec quidem cauſa fuit aucti imminutique rurſus Milengorum et Ezeritarum tributi.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

§. 128.

Sciendum vero eſt, habitatores vrbis Maines [l] a praedictis Sclauis originem non ducere, ſed ab antiquioribus Romanis.— Locus vero, quem habitant,—iacet—in Malea promontorio vltra Ezerum [m] verſus oram maritimam.

k) οἱ Σκλαβησιανοι.

l) Bandurius in Animaduerſionibus in libr. Conſt. Porph. de A. I. p. 133. „ Μαΐνη Laconicae vrbs in Poloponneſo, ſic appellata etiam a Gemiſto; Pauſaniae vero et Ptolemaeo λευκτρον dicitur: Nigro, Maina„.

m) Codinus Notitt. Graecc. Epiſcopp. p. 393. *Ex conſtitutione Leonis Sapientis Thronus eſt triceſimus quartus* (ex iis, qui Conſtantinopolitano ſubiecti ſunt) *Lariſſae ſecundae, Theſſaliae—cui ſubiicitur epiſcopus Ezeri.* An inde dicti *Ezeritae Slaui?*

CAPVT

CAPVT XV.

Miſcellanea quaedam de Slauorum gente et hominibus Slauicis, a temporibus Michaelis Balbi vsque ad imperium Ioannis Ducae;

ab a. C. 821—1226.

§. 129.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 821. [a]

85. [DE genere Thomae, qui imperante Michaele Balbo rebellionem fecit, duplex opinio eſt] vna, eaque prima, opinio, in quam et ego manibus pedibusque eo, ſcriptis quibusdam monumentis facientibus fidem, haec eſt; nempe ortum Thomam ex obſcuris tenuibusque parentibus adhaec Sclauorum ortis proſapia; qui ſaepius in oriente et Aſia cohaeſerunt [b]. Aegre itaque pauperem vitam ſuſtentans, fortunarumque aliquid quaeſiturus, relicta patria, Conſtantinopolim venit. Vbi viro cuidam ordinis ſenatorii adhaerens, eiusque addictus obſequiis ac miniſter effectus, eo libidinis ac foeditatis proceſſit, vt et heri cubile thorumque polluere conatus ſit. Qua re detecta, cum probrum ingens ferre non poſſet, ac praeterea poenas metueret, ad Agarenos profugit: quibus cum ſe ſatis multorum iam annorum periculo (annos enim quinque ſupra viginti exegerat) ac tum ex morum conuenientia, tum ex Chriſti Dei noſtri eiurata fide, probaſſet; militari cohorti ab eis praeficitur, ac contra Chriſtianos armatur, robuſtiſſima manu Romanum imperium illorum ſe ditionis facturum pollicitus.—

Altera [opinio] hunc Thomam eum eſſe affirmat, nulla nominis diuerſitate, qui in Bardanii quondam familia fuerat, ac quem Leo

85. CONSTANTINI CONTINVATOR lib. 2. (Scriptt. poſt Theophanem p. 32, 33.

a) Ad hunc annum initium rebellionis Thomae vulgo refertur.

b) ἐξ ἀσημων τε γονεων και πενιχρων, ἀλλως δε και Σκλαβογενων, των πολλακις ἐγκισσευθεντων κατα την Ανατολην.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

Leo, imperator creatus, honoribus auxerat. Is tunc Foederatorum agmini praepoſitus, in orientalium themate degebat.— c)

§. 130.

Imp. MICHAELE III.

Imp. MICHAELE III.

a. C. 842—867.

a) ERAT—Michaeli accubitor eunuchus, *Damianus* nomine, genere Sclauus d). Is pro ea propenſione, qua in herum ferebatur, haud raro cum de aliis nonnullis referebat, non ſatis ex officii ratione negotia pertractantibus, tum praeſertim de Barda Caeſare, imperatoris auunculo; quod nimirum poteſtatis partem longe maximam in ſe transferret.— [Multis itaque a Bardae amicis calumniis oneratus apud imperatorem, dignitate mouetur; in cuius poſtea locum Baſilius Macedo ab imperatore ſurrogatus eſt]. 86.

§. 131.

MONASTERIVM Damiani aedificatum fuit a Damiano, praepoſito cubiculi, natione Sthlauo e), tempore Theophili et Michaelis. 87.

 §. 132.

a) CEDRENVS: *Erat eo tempore imperatoris cubicularius, Scytha genere, eunuchus, nom. Dam. patricia dignitate ornatus.*— reliqua vt Conſtantinus.

c) Rebellionis huius viri plures e Scriptoribus Byzantinis meminerunt; ſed vnicus hic Anonymus eum a Slauis ortum eſſe dicit. Cedrenus T. II. p. 499. eum fuiſſe ait ἐξ ἀσήμων γονέων καὶ πενιχρῶν καὶ τὸ γένος βαρβάρων eadem fere de illo refert Zonaras T. II. p. 136.

86. CONSTANTINVS in Vita Baſ. n. 16. p. 146. Cedren. T. II. p. 565.

d) τὸν εὐνοῦχον Δαμιανὸν (τὸν πατρίκιον omiſit interpres) τῷ γένει Σκλάβον.

87. ANONYMVS in Imp. Orient. Bandurii P. III. Antiquitt. CPl. L. III. p. 58. Codin. Origg. CP. p. 58. eadem omnia.

e) ὁ Σθλάβος. P. Lambecius in Animaduerſionibus in Codinum p. 202. „Cod. Vat. ὁ Σκλάβος, quod idem eſt. Vtroque enim modo Graecobarbare dicitur ὁ σθλάβος et ὁ σκλάβος, i. e. *ſeruus*: et ἡ σθλαβία et ἡ σκλαβία, i. e. *ſeruitus*: et σθλαβεῖν et σκλαβεῖν, i. e. *in ſeruitutem redigere*. Fruſtra igitur Gloſſarii Graeco-barbari

Imp. MICHAELE III.

a. C. 842—867.

§. 132.

88. NON indignum eſt, noſſe, quomodo Michael *f*) imperator Sclauos exceperit, qui, poſtquam in regione Subdelitia contumaciter et inſolenter ſe geſſiſſent, et in montes ſeceſſiſſent, rurſus ad obedientiam excelſi imperii confugerint. Scilicet indutus imperator ſago purgureo, quod aureum margaritis obſitum limbum habebat, et coronam in capite habens gemmis et margaritis diſtinctam, qualem Caeſaricium appellant, ſedebat ſuper throno in Chryſotriclinio; factaque receptione [ſuorum procerum *g*)] exibat oſtiarius, virgam geſtans, et introducebat Sclauos vna cum logotheta. Quibus cum imperator collocutus fuiſſet, exibant, et protinus introducebantur alii Sclaui ex praefectura Theſſalonicenſi. Hos, vt ſuperiores, vnus oſtiarius introducebat. Imperator eos, vt collocutus ipſis fuerat quae voluerat, dimittebat, donatos ſingulos ſingulis interulis, in ſignum vaſallatus vel obſequii. Et ſic abibant etiam hi.

§. 133.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ALEXANDRO.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta* et ALEXANDRO.

a. C. 911, 912. *h*)

89. *β*) [ALEXANDER Leonis Sap. frater, et tutor Conſtantini Porphyrogennetae] nihil imperatore dignum meditatus, aut exſecutus

β) CEDRENVS: *Alexander—Gabrielopulum et Baſilitzam* (Βασιλείτζην), *quibus, antequam imperator fieret, colluſoribus ſuarumque libi-*

Author voces ἐϑλαβώϑη [cf. ſupra §. 95.] et ϑλαβογενης vt mendoſas reiicit. In praeſentia vero Codinus Damianum patricium et cubicularium imperatoris Michaelis Methyſtae ϑλαβον ſiue σκλαβον appellat, propterea quod oriundus eſſet ex Schlauonia ſiue Dalmatia. ϑλαβος ergo hic [et alibi ſaepius] idem valet, quod Σκλαβηνος vel ϑλαβηνος,,.

88. CONSTANTINVS de Caerim. A. B. L. II. c. 27. p. 366, 367.

f) Michael Theophili filius intelligi videtur, et haec noſtra ad ea reſpicere, quae ſupra §. 120. leguntur.

g) Addit haec interpres.

89. LEO GRAMMATICVS p. 487, 488. Cedren. T. II. p. 607, 608. Zonar. T. II. p. 182, 183. Incert. Cont. in Alexandro n. 3. 5. p. 233, 234. Georg. Monach. in Alexandro, n. 2. p. 563. n. 7. p. 564.

h) Sunt anni imperii Alexandri.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ALEXANDRO.

a. C. 911, 912.

citus, ſed ſemper deliciis, luxuriae et ebrietatibus indulgens, totum ſe huiusmodi tradiderat. Vnde protinus Ianem clericum, cognomine Lazarem, rectorem inſtituit.— *Gabrielopulum* pariter et *Baſilitzen*, Sclauinorum genere ortos [i]), palatii diuitiis vehementer auxit, 'adeo vt nulla prole ſuſcepta Baſilius iſte imperatorem, vt aiunt, heredem inſtituere meditatus fuerit [k]). Conſtantinum etiam Leonis filium eunuchum reddere conſuluit; et frequenter id aggreſſus, ab iis, quos Leo beneficiis affecerat, modo infantilem aetatem, modo infirmitatem praetendentibus, praepeditus fuit.— [Moriens demum] Nicolao patriarcha et Stephano magiſtro Elada, et Ioanne rectore, et Euthymio, et Baſilitze et Gabrielopulo procuratoribus inſtitutis, Conſtantino Leonis filio reliquit imperium.

§. 134.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta*, ſub tutela matris.

Impp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 913. [l])

ILLA [Zoë] imperii compos Conſtantinum accubitorem—in palatium accerſit, eiectis, Ioannis Eladae conſilio, Alexandri impera- 90.

dinum miniſtris et ſociis vſus fuerat, pecuniae effuſis largitionibus ditatos ad patriciam dignitatem extulit.— reliqua vt Leo Grammaticus. ZONARAS: *Alexander—res imperii et reip. mandauit circulatoribus et hominibus e triuiis, quos ante imperium clandeſtinorum facinorum habuerat ſocios: quorum vnum Baſilitzen ſucceſſorem imperii declarare in animo habuit.*— reliqua vt Leo Grammat. INCERTVS CONTINVATOR: *Alexander—rectorem fecit. Similiter quoque Gabrilopulum et Baſilitzem Sclabinorum ortum genere* (Βασιλιτζην τον ἀπο Σκλαβισιαν)— reliqua vt Leo Gr.

i) Γαβριλοπȣλον καὶ Βασιλιτζην ἀπο τȣ Σκλαβιωνων (Georg. Mon. Σκλαβινων. qui reliqua vt Leo Gr.) ἐθνȣς.

k) ὡς φασιν δε, ἀυτον Βασιλειον (ſupra Βασιλιτζην vocauit) καὶ βασιλεα ἠβȣλετο ποιησαι, ὡς ἀπαις ἀυτος ὠν [ὁ Αλεξανδρος]. Interpretare: *Ipſum quoque, vt ferunt, Baſilitzen imperatorem creare, ipſe cum improles eſſet, in animo habuit.*

90. LEO GRAMMATICVS p. 490, Cedren. T. II. p. 611. Zon. T. II. p. 184, 185. Incert. Contin. in Conſtantino n. 6. p. 238. Georg. Mon. in Conſt. n. 8. p. 567.

l) Hoc anno Zoë rerum potita eſt.

a. C. 913.

peratoris domeſticis et familiaribus, Ioanne rectore et Gabrielopulo et Baſilize et caeteris.

§. 135.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacapeno*

a. C. 919 — 945.

91. [DIE Voti] praepoſitum mandata dare, omnesque conſueta miniſteria in decurſione equeſtri peracturos commonere oportet. — Sclauos quoque organa inflaturos m), ibi [ad ianuas a Cyphe educentes] ſtare non ſinat, ſed in ſcalas ac tabulata, vbi duo curſores praeſto ſunt, deducat, ne quis ingreſſus impedimentum vllum iniiciat.

§. 136.

a. C. 935.

92. MISSI regi Italiae [Hugoni] ſub Romano imperatore [Lacapeno], vt eductis copiis ſubigeret rebelles Landulfum et Atenulfum fratres [Capuae et Beneuenti] item Waimarium et Waiferium [Salerni dominos], pariter fratres, et omnes Longobardos de Themate Longobardiae, qui defecerant; et vt ademta illis caſtra reſtitueret ſtratego illius prouinciae. — [Ex his] Sthlabeſiani n), in Obſicium thema o) traducti et ibi depoſiti, rogam accipiebant hanc. Tres eorum capitanei p) numos quinos, reliqui ternos.

§. 137.

91. CONSTANTINVS de Caerim. A. B. L. I. c. 72. p. 211.

m) ὁι Φυσωντες τα ὀργανα Σκλαβοι. Reiſkius in Comment. ad Conſtant. Porph. Ceremoniale A. B. p. 44. „Slaui igitur adhibebantur, vt mancipia, calcandis follibus, qui fiſtulas organicas animarent, quemadmodum apud nos eidem officio faex plebis adhibetur„.

92. Id. ibid. L. II. c. 44. p. 381-383. incluſa interpres addit.

n) Σθλαβησιανοι.

o) De quo vide Conſtantinum Porph. de Themat. L. I. p. 9.

p) Κεφαλαι.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

§. 137.

a. C. 949.

[EXPEDITIONI aduerſus Cretam tempore Conſtantini et Romani porphyrogennetarum in Chriſto fidelium impp. indict. VII. Anno Chr. 949. aderant] de Sthlabeſianis [ſeu Slauis q)] ſedentibus in Opſicio viri 220. 93.

Sthlabeſianorum excubantium in themate Opſicii, numero 126. capitanei tres acceperunt numiſmata quina, reliqui 124. terna. ſumma litr. 5. num. 27. 94.

§. 138.

Imp.ROMANO Iun.

Imp. ROMANO *Iuniore*

a. C. 960

ROMANVS imperator [Conſtantini Porphyrogennetae filius] — ex omni Romana ditione congregatis nauibus bellicis, igneque Graeco, ac ex Thracia, Macedonia, Sclauonia r) lectis copiis, in Cretam mittere ſtatuit. 95.

§. 139.

a. C. 963. Indict. 6.

[Romani cum menſes fere octodecim et amplius vrbem [Cretenſem] obſediſſent; tandem] menſe Martio ſexta indictione Scholarum domeſticus aciem inſtruxit, diuerſosque ex illis cuneos et phalangas ac turmas conſtituit. Quibus ita conſtitutis, ex legionariis et Armeniis et Ruſſis et Sclabinis s) et Thracibus lectos in vrbem immiſit. — Breuique [hi] conſerto proelio, vrbem ceperunt. 96.

Sub

Nicephoro II. et reliquis vsque ad Romanum III. Diogenem imperatoribus nulla fit Slauorum mentio.

§. 140.

93. CONSTANT. de Cerim. A. B. L. II. c. 44. p. 385.

q) Addit interpres.

94. Id. ibid. p. 386.

95. INCERT. CONTIN. in Romano Iun. n. 8. p. 296.

r) Σθλαβησιανων, in marg. Σκλαβ.

96. Id. n. 16. p. 300.

s) Σθλάβησιανων.

Imp. MICHAELE *Duca.* a. 3. imp. Mich.

§. 140.

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 1073.

97. [VRSELII Franci rebellione diſſipata] imperator Michael curis innumerabilibus conflictabatur; Scythis quidem Thraciam et Macedoniam incurſantibus, Slauorum vero gente *t)* iugum Romanae dominationis excutiente, et Bulgariam rapinis atque incendiis agente et ferente. Scupi quoque et Naiſſus vaſtabantur, quin ipſum etiam Syrmium, et quae circa Sagiam amnem ſita ſunt oppida, quaeque ad Iſtrum iacent ciuitates grauiter laborabant *v)*.—

§. 141.

His commotus et in grauem adductus metum imperator Michael, cogitabat conſortem aſſumere imperii—Bryennium –. Cum—[vero] adueniſſet Bryennius, imperator Michael, mutata priori voluntate, ducem ipſum declarauit vniuerſae Bulgarorum regionis, vt praeualentem illic Sclauinorum gentem comprimeret. In quo non ſane ſpes fefellit. Illuc enim profectus, breui tempore animos audacium Slauorum belli ſucceſſibus deiecit *x)*, vt iugo Romanae potentiae rurſus colla ſubmitterent, et facile paterentur, tali Bulgariae duci obſequi ac ſeruire ſeſe *y)*.

§. 142.

Imp. NICEPHORO *Bot.*

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1078—1081. *z)*

98. DVX erat tum [cum, Corypho vrbe occupata, Dyrrhachium peteret Normannorum dux Robertus] Illyrici totius Georgius Mono-

97. NICEPHORVS BRYENNIVS L. III. n. 1. 2. 3. p. 68, 69. Haec ſub a. 3. imperii Michaelis de Chrouatis narrat Zonaras T. II. p. 288.

t) τȣ τε Σθλαβινων ἐθνȣς. ita et infra.

v) Cf. *Chrouatica* §. 17. 18.

x) ἐς τοσȣτον το Σθλαβινων ἐταπεινωσεν ἐθνος, ὡς &c.

y) Reliqua vide in *Chrouaticis*.

98. ANNA COMNENA L. I. p. 38. Scylitzes (Cedren T. II.) p. 867. Zonaras T. II. p. 293.

z) Sunt anni imperii Nicephori Botan.

nomachatus miſſus ab imperatore Botaniate. Is initio quidem procurationem eam aſpernatus oblatam fuerat; verum γ) ſerui duo barbari Scythici generis, familiares imperatoris, *Borilus* et *Germanus* a), inuidentes ei, et quoditianis apud imperatorem obtrectationibus perdere conantes, — effecerunt tandem, vt ille, periculo ſuo cognito, relatione ſummi amici ſui Ioannis Alani, vltro iam ambiret ab imperatore, quod munus antea repudiauerat. Et habuit in ea petitione fauentes inuidos; qui ſuam ad rem ſatis tunc putabant eſſe, ſummoueri aula hominem. Itaque, imperatore ſalutato mandatisque ipſius ſcripto acceptis, inſtantibus Borilo et Germano, vt poſtridie diſcederet, Byzantio Epidamnum et Illyricum verſus iter arripit—.

§. 143.

[ALEXIVS et Iſaacius Comneni cum multum gratia apud Nicephorum Botaniatem valerent:] haec cum aliorum in ipſos accenderunt inuidiam, tum duorum maxime, quorum ſuperius meminimus, barbarorum Slauici generis b), Borili et Germani. — Hinc multa clam ſecum machinabantur in Comnenos Germanus et Borilus, multa in aures imperatoris inſuſurrabant, multa palam obtrectabant, per ſe aliosque, arte atque impetu variis ad vnum propoſitum incumbentes vtriusque de medio tollendi. — c) 99.

 §. 144.

γ) CEDRENVS, ZONARAS: *Erant ipſi* [Nicephoro Botaniatae] *duo qui non ei vt ſerui obediebant, ſed, quaecunque ipſis liberent, ſine controuerſia peragebant. propter quos ille odioſus erat ſenatus principibus, qui aegre ferebant illorum in omnes facinora.*

a) Σκυθαι γαρ ἠσαν Βεργιλος (in marg. Βοριλος) τε και Γερμανος. et paulo inferius των Σκυθων ἐκεινων.

99. ANNA COMN. L. II. p. 43, 44.

b) Σθλαβογενων. Du Fresne in Notis in Alexiadem p. 243. „*Seruilis conditionis et obnoxiae:* ita Borylum et Germanum perſtringit Anna. — Porro Slauorum nomen tam late patuit, vt paene aeſtimatione careat; ait Helmoldus L. I. c. 1. Effuſi enim in Septentrionem et Orientem, prouincias et amplas regiones ſuo aſſeruere imperio. Tandem a principibus ſenſim et variis ſubinde temporibus debellati, ſeruire coacti ſunt, eorumque nomen in contemtum et probrum trahi coeptum, quo appellati ſeruilis et obnoxiae conditionis homines„.

c) Borili et Germani Anna meminit p. 47. 48. 49. 50. 67. 68. 70.

§. 144.

Imp. ALEXIO I. Comn.

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1081—.

100. EST haec vrbs [Magna Periſthlaba] inter Iſtro circumpoſitas nobilis in paucis. Ex quo—Mocrus Bulgarorum rex et qui ex illo fuere—occiduum incurſauere limitem: nomen iſti vrbi factum eſt partim ex Graeco veteri compoſitum [cum nimirum Megalopolis vocaretur], 'partim ex colonorum recentium, a Sthlauis genus trahentium, gentili nomine, vt magna Periſthlaba paſſim apud gentes circumpoſitas] iam audiat [d].

Sub

[Ioanne Comneno nulla fit Slauorum mentio.

§. 145.

Imp. EMANVELE I. Comn.

Imp. EMANVELE I. *Comneno.*

a. C. 1170.

101. [IMPERATOR Emanuel Comnenus cum Venetorum claſſem ad Chium inſulam appulſam eſſe audiiſſet] magnum ducem Contoſtephanum Andronicum cum nauibus circiter centum et quinquaginta ablegat: quod nec Veneta claſſis minor erat,—multis etiam Sclauinorum [e] nauibus adſcitis.

Sub

71. it. Nicephorus Bryennius L. IV. p. 97. qui, cum Bryennium ab Alexio Comnenro captum, de eaque re ad imp. Botaniatem nuncium, qui ſimul purpurea calceamenta adferret, miſſum eſſe narraſſet, pergit, *qui* [Botaniates] *delectatus et nuncio et munere, quem fideliſſimum intimumque habuit Borilam nomine, ſiue illum Scytham ſiue Myſum, quem protoproëdri dignitate et titulo ethnarchae honorauerat, miſit ad Comnenum domeſticum ſcholarum, cum mandatis, vt ipſi Bryennium in manus traderet, ipſe vero domeſticus ingreſſu CPl. vrbis abſtineret.*

100. ANNA COMN. L. VII. p. 194, 195.

d) και την απο των Σθλαβογενων ἐπισυρομενη λεξιν, μεγαλη Περισθλαβα πανταχοθεν τετοις φημιζομενη.

101. NICETAS CHONIATES in Man. Comn. L. V. n. 9. p. 112. annum tabula Chronol. Nicetae praefixa habet.

e) Σθλαβινων.

Sub
Alexio II. et reliquis imperatoribus vsque ad Balduinum nulla fit Slauorum mentio.

§. 146.

Imp. HENRICO.

Imp. HENRICO.

a. C. 1203.

PETRVS Plancius [vnus e praefectis Francorum]—ſe Pegis vrbe recipi ſuo veluti iure poſtulabat, quod primum ibi appuliſſet, cum Latini Romanis orientalibus bellum intuliſſent.— Quia vero parum aperto Marte perfecerat;—ex ſuis clam paucos ſimul Pegas introducit, cuiusdam Sthlaui *Vareni f*) et huius coniuratorum opera. Deinde—tota vrbe potitus eſt. 102.

§. 147.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1226.

[QVO tempore Ioannes Ducas Adrianopolin occupauit] Theodorus Comnenus—vicinis omnibus potitus, praeter Rhodopes montem, cui et Achrido nomen eſt, et in eo oppida, et Melenicum, quibus Sthlauus g), Aſani regis [Bulgarorum] affinis, et ab imperatore Conſtantinopolitano Erico, cuius filiam e pellice ſuſceptam ſibi matrimonio iunxerat, deſpotae munere decoratus dominabatur. Sthlauus hic—caſtro Melenico potitus, valido illo quidem et hoſtibus inexpugnabili, ſuo ipſe iure vtebatur, nemini vicinorum principum obnoxius. quandoque enim Italis, affinitate cum eis coactus, auxilio erat; quandoque Bulgaris, generis fretus coniunctione; quandoque etiam Theodoro Comneno: nemini vnquam ſe neque ſubdens, neque pacem conciliatam vere ſeruans, neque aſſenſus ſuſtinens. Illi, poſt elatam vxorem, Petraliphae, Theodori Comneni vxo- 103.

102. Id. in Henr. Bald. fratre n. 10. p. 412.

f) Σθλαβȣ τινος Βαρηνȣ.

103. GEORG. ACROPOLITA p. 21. in Chronico Compend. p. 122.

g) ὁ Αθλαβος. ita et infra ſcribitur. in Chron. Comp. eſt Σθλαβος.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1226.

vxoris fratris, filia nupſerat.— Praeter itaque vrbes Sthlauo tributarias, reliqua omnia Theodoro Comneno ſubdebantur.

§. 148.

* * *

104. PRIMVS Thronus coryphaei Apoſtolorum Petri, ſenioris Romae praeſulis; — vsque Theſſalonicam, Schlauos h), Arrabos i), Auares et Scythas, ad Danubium fluuium, eccleſiaſticas conſtitutiones terminorum epiſcopalium complectitur.

§. 149.

105. ORDINE praeſidentiae metropolitarum Apoſtolico CP. throno ſubiectorum et epiſcoporum his inferiorum — thronus [eſt] decimus ſextus Theſſalonicae totius Theſſaliae, [cui ſubiiciuntur, praeter alios, epiſcopi] Citri, Drugubitiorum k), Serbiae l), Letes et Rentinae.

104. CODINVS in Deſcriptione finium patriarch. p. 363.

h) Ἀϑλαβων. in marg. Σκλαβων.

i) Interpres in margine: „Arrabi videri poſſunt, qui Araui in vetuſta inſcriptione apud Goltzium: Arauiſci Plinio forte, Arabiſci Ptolemaeo, Pannoniae populi„.

105. Id. in Notitiis Graec. Epiſcopp. p. 386.

k) Reg. Cod. Δεργαβιτιας. I. Γρεγαβιτιας, cfr. ſupra §. 122. Codin. p. 407. haec habet: *Damianus Philippopoleos metropolita ſcribens ad nos ſe ipſum inſcripſit Hypertimum atque Exarchum totius Europae et Dragobintiae.*

l) Σερβιων. Reg. Cod.

SERVICA

SERVICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE SERVIIS.

Seruiorum genus.

SERVIOS Slauorum progeniem eſſe, etiam ſcriptores Byzantini affirmant. Chalcocondylas, in Seruiorum, quos gentem totius orbis antiquiſſimam eſſe ait, originem, praeter ſcriptorum illorum morem, curatius inquirens, eos cum *Myſis* (ſeu *recentioribus* Bulgaris) *Illyriis* (quos Boſnios alias vocat), *Croatiis*, *Polonis* et *Sarmatis* (ſeu Ruſſis) vnum conſtituere hominum genus, e ſimili eorum lingua coniecturam facit. Conſtantinus porphyrogenneta, Dalmaticos Seruios a Seruiis *Albis* ortos et in varias poſtea nationes, Seruios, puta, proprie ſic dictos, Zachlumos, Terbuniatas, Canalitas et Paganos diuiſos eſſe refert. Caeterum inter Slauos Ruſſis tributarios etiam gentis, cui Seruiorum nomen tribuit, meminit.

Seruiorum Nomen.

PECVLIARE gentis nomen Scriptores Byzantini non vno modo efferunt. Conſtantinus enim *Serblos* [a] (Σερβλους), alii plerumque *Seruos* (Σερβους) interdum et *Seruios* (Σερβιους) vocant. *Chrouatorum* ſemel, *Scytharum* etiam, *Dalmatarum* praeterea, ab Anna Comnena, *Triballorum* denique a temporibus inde Ioannis Comneni, et hoc quidem omnium frequentiſſime, inſigniuntur nominibus.

Seruiorum Migrationes.

DVO ſunt, qui de migratione Seruiorum memoriae prodiderunt, Conſtantinus porphyrogenneta et Chalcocondylas. Quorum ille eos e regione, ab ipſis *Boiki* vocata, Turcia ſeu Hungaria vlteriore, et Franciae ac Chrouatiae Albae ſeu Magnae finitima, per Iſtrum in Romanorum ditionem transgreſſos, in Theſſalonicenſi prouincia (in qua Seruia caſtellum ab iis nomen acceperit) conſediſſe; inde in patriam redire inſtituiſſe, ſed omiſſo hoc conſilio, reuerſos in Dalmatia tandem ſtabiles ſedes fixiſſe, refert. Hic vero, Chalcocondylam dico, inter duas, quas de hac migratione pro-

a) Cedrenus p. 790. Leonis cuiusdam meminit, quem *Serblium* (genere, opinor) vocat.

profert, ſententias incertus fluctuat. Vtrum enim illos e regionibus Sinui Ionico et Venetis conterminis, non in CPlitani ſolum imperii prouincias, ſed vltra Iſtrum quoque in terras ad ſeptemtriones vsque pertinentes (quippe quas gentes iis cognatae incolant) commigraſſe, an a mari inde ſeptemtrionali, Croatia et Pruſſiis profectos, in regiones auſtrales veniſſe dicat, ambigit. attamen poſterius a veritate propius abeſſe autumat.

Seruiorum Hiſtoria.

SERVIOS, quamdiu quidem in antiquis ſubſtitere ſedibus, ignotos fuiſſe ſcriptoribus Byzantinis, ex alto eorum de hac gente ſilentio colligi poſſe videtur. Succedente vero tempore cum duorum fratrum, qui tunc genti vniuerſae imperabant, vnus, cum parte illius dimidia, patriis (ſponte an coactus incertum) relictis ſedibus, ad Romanos conceſſiſſet; qui tunc CP. rerum ſummam tenebat, Heraclius, eos, humaniter ſuſceptos, in Theſſalonicenſi prouincia habitare iuſſit. Vbi cum breui admodum tempore habitaſſent, eis in patriam redire viſum eſt. Ab Heraclio itaque dimiſſi, cum iam traieciſſent Danubium; hoc rurſus abiecto conſilio per Belegrado praefectum imperatorem, vt alias ſibi in ſolo Romano ſedes aſſignaret, rogarunt. Quorum facile concedens precibus Heraclius, Dalmatiae regiones, tunc ob Auarum incurſiones deſertas, iis ad inhabitandum aſſignauit. Hic in plures gentes vel tribus ſeparatae, Heraclio, a quo multi eorum ad fidem Chriſtianam perducti ſunt, tanquam ſupremo domino paruerunt.

QVI vero Heraclio ſucceſſerunt imperatores cum partim aliis bellis, cum Bulgaris inprimis et Saracenis, diſtricti, partim per ſocordiam res Dalmaticas negligerent; Seruii vna cum reliquis gentibus Slauicis, Romanorum iugo excuſſo, ſe in libertatem vindicarunt.

DVCENTIS circiter, et quod excedit, elapſis annis, cum Baſilius Macedo Conſtantinopoli imperaret, Saraceni, viribus iam in immenſum aucti, Dalmatiae quoque oras claſſe ad illas appulſa, infeſtarunt: claſſe vero, Raguſinorum rogatu, ab imperatore miſſa, inde ſoluere coacti ſunt. Quod cum Seruii et reliqui Slaui viderent: legatis ad Baſilium miſſis, ſponte ſub Romanorum redierunt imperium. His mire laetus imperator, eos non ſuſcepit tantum; ſed, iis rogantibus, etiam ſacerdotes miſit, qui omnes, quotquot

ad-

adhuc a fide Chriſtiana alieni erant, ad eam perductos ſacro fonte initiarent. E regibus, qui his temporibus Seruiis imperarunt, memorantur Boiſthlauus, Radoſthlauus et Proſegoës. Qui poſt illos regnum potitus eſt Blaſtemerus, a Bulgarorum rege Preſiamo bello, quod tunc gentes iſtae primum inter ſe gerebant, [circa a. C. 870.] petitus, hoſtes clade affecit. Hanc vlturus, qui Preſiamo ſucceſſit Michael Boriſes F., in Seruios eorumque principes Muntimerum, Stroëmerum et Goinicum, Blaſtemeri filios, exercitum duxit; at hic quoque non meliori vſus fortuna, filio adeo ipſius ab hoſtibus capto, pacem facere coactus eſt.

ORTIS vero non diu poſt inter fratres iſtos ciuilibus bellis, quae ſub eorum filiis et nepotibus adeo durarunt, ſollicite ea alentibus Bulgaris, res Seruicae ſenſim inclinatae ſunt, et Seruia tandem ipſa, rege Zacharia ad Chrouatos fuga elapſo, a Symeone Bulgaro ſubacta, et, incolis in Bulgariam deportatis, penitus deſolata eſt.

POST Symeonis Bulgari obitum [a. C. 931.] Tzeeſthlauus, Stroëmeri ex Clonimero filio nepos, Perſthlaua (Bulgariae metropoli), vbi degebat, cum quatuor aliis profugiens, in Seruiam venit. Hic cum quinquaginta tantummodo viros, quos venatus alebat, inueniſſet, imperatorum, Conſtantini porphyrogennetae, et Romani Lacapeni, opem ad conſtituendum principatum implorauit. Qui cum ipſi in omnibus ſubuenirent, Seruii e Chrouatia, Bulgaria, et aliis regionibus, in quibus a Symeone diſſipati commorabantur, ad Tzeeſthlauum gregatim conuenerunt; ita vt breui tempore regione incolis rurſus frequentata, omnia ad priſtinum ſtatum redirent [circa a. C. 938—949.]. Tzeeſthlauus vero cum gente ſua ſe Romano imperio ſubiecit.

POST quinquaginta demum, et quod excurrit, annos [a. C. 1019.] Seruiorum rurſus meminerunt ſcriptores Byzantini. Tunc enim a Baſilio porphyrogenneta, Bulgaria ſubacta, [a. C. 1019.] Seruiae quoque caſtella ſolo aequata eſſe memorantur. Et non diu poſt [a. C. 1036.] quum Seruia, defectione facta, a Romano imperio auulſa eſſet, Michael Paphlago eam rurſus cum illo coniunxit.

QVATVOR tantum elapſis annis, Stephanus quidam Boiſthlauus, Conſtantinopoli profugus, in Seruiam venit, et Romano praetore, Theophilo Erotico, pulſo, Seruiorum principatum occupauit. Quo ſimul ac potitus eſt, nauem, quae pecuniam imperatoriam a auri cen-

centenaria decem, vehebat, littoribus Illyricis turbine alliſam, dirí-puit, et tribus annis poſt [a. C. 1043.] fines Romanorum irruptione facta depopulatus eſt: exercitus vero a Michaele Paphlagone et Conſtantino Monomacho miſſos, eosque numeroſiſſimos, deleuit. Qui Stephano huic ſucceſſit Michaelas filius, foedere cum Conſtantino [circa a. C. 1050.] percuſſo, protoſpatharii dignitate ab imperatore ornatus, ſocius et amicus Romanorum appellatus eſt. Viginti circiter annis poſt [a. C. 107$\frac{1}{3}$.] cum bulgari imp. Michaele Duca defectionem feciſſent, Michaelae Seruiorum principis filium, Conſtantinum Bodinum, regem ſalutarunt, mutato nomine Petrum appellantes. Graui hinc orto Romanos inter Bulgaros et Seruios bello, Romani tandem victoria potiti, Bodinum ipſum ceperunt, qui Conſtantinopolin et inde Antiochiam miſſus, aliquamdiu ibi in cuſtodia detentus eſt, donec eum Veneti, quos pater ipſius Michaelas ingenti pecunia conduxerat, clam inde furati, in Seruiam reduxerunt.

CONSTANTINVS hic poſt patris obitum principatu potitus, cum varia cum Nicephoro Botaniate et Alexio Comneno geſſiſſet bella: tandem a Ioanne Duca, tunc Dyrrhachii praefecto, proelio victus et captus eſt. Bolcanus alius Seruiorum princeps, Romanorum ditionem ſub Alexio I. Comneno iteratis incurſionibus depopulatus, poſt multas Romanorum clades tandem pacem amplexus, quieuit.

NON diu poſt [a. C. 1122.] Seruios, iterum res nouas molitos, Ioannes Comnenus pacem ſeruare coëgit, multosque ex hac gente captos in Nicomedienſem prouinciam colonos miſit, alios in legiones retulit.

POST triginta fere annorum pacem, [a. C. 1153.] cum Emanuelem Comnenum in bello Siculo occupatum audiiſſent, eorum Archizupanus Bacchinus mouit in Romanos arma. Quo imperator cognito, cum exercitu contra eos profectus, terram eorum late vaſtauit, multa caſtella cepit, et innumeram captiuorum turbam inde abductam in Sardica et aliis Romani imperii prouinciis habitare iuſſit. At ſequenti ſtatim anno Seruii, adſcitis in belli ſocietatem Hungaris, quibus tunc Geiza imperabat, bellum repararunt. Cum his coniunctis Seruiorum et Hungarorum copiis ad Taran fluuium proelio congreſſus imperator, inſignem reportauit victoriam, ipſo etiam capto Bacchino. Qui, ſe in poſterum ſeruum Romanorum fore, et ſi quidem imperatori in Europa bellum eſſet, ipſum

ipſum cum duobus armatorum millibus ſecuturum; ſin in Aſiam exercitum duceret, trecentis, quos prius mittere conſueuerat, ducentos additurum, pollicitus, pacem obtinuit.

QVI ſub idem tempus Seruiae (ſupremus, vt videtur, dominus) imperabat Primiſlauus, defectionis a Romanis factae veniam impetrauit. Sed cum poſtea [circa a. C. 1156.] iterum nouis rebus ſtudere deprehenderetur: principatu ab Emanuele Comneno amotus eſt, ſurrogato in eius locum fratre Beluſe. Qui cum non diu poſt, ſponte regno excedens, in Hungariam abiiſſet; imperator minimum natu fratrem, Deſen nomine, Dendrae regionis, quam tunc imperatori permiſit, dominum, Seruiae Archizupanum renunciauit. Hic ſimulac rerum potitus eſt, fidei, quam imperatori obſtrinxerat, ſecurus, ei contra Hungaros militare renuit, et Dendram adeo regionem occupauit. Accedente itaque, vt eum vlciſceretur, cum exercitu imperatore; ſupplex veniam rogauit. Qua impetrata, cum dolo agere cognoſceretur, de principatu deiectus, et Conſtantinopolin captiuus abductus eſt.

STEPHANVS Neeman, qui poſt Deſen Seruiis imperauit, et ipſe res nouas molitus, cum armis coërcendus eſſet; territus, delictorum veniam rogatum legatos miſit. Vbi nihil obtinuit, ipſe capite aperto, nudatis vsque ad cubitum brachiis, pedibusque nudis, dependente a ceruice fune, gladium manu praeferens, ad imperatorem acceſſit. qui tandem, his commotus, ſupplici veniam dedit. Sed breui poſt [a. C. 1166.] ciuibus ſuis non minus, quam finitimis moleſtus, Romanorum quoque ditionem inuaſit. Poſtquam autem imperatorem cum exercitu accedere cognouit: bello relicto, ad preces conuerſus, veniam impetrauit.

NEEMANI in principatu ſucceſſit filius Stephanus, qui bello Romanos adortus, Scopia euertit. Sed ab Iſaacio Angelo victus ad Morabam fluuium [a. C. 1191.], pacem amplexus eſt; deſponſa ſibi Iſaacii ex fratre Alexio nepte Eudocia. Verum breui poſt in Papicio monte monachi habitum induit.

HVIVS filius Stephanus, Eudocia [nouerca] in matrimonium ducta, ex ea liberos procreauit. Succedente vero tempore ortum eſt inter coniuges diſſidium, Stephano vxori pruritum libidinis, hac illi bibacitatem et aliarum mulierum conſuetudinem obiiciente. Stephanus itaque illam ignominioſe repudiauit, fratre Vulco fruſtra

pro ea intercedente. Breue interceſſit tempus, cum Vulcus fratrem Stephanum, de principatu deturbatum, patria excedere coëgit.

QVINQVAGINTA circiter annis poſt [a. C. 1255.] qui tunc Seruiae imperabat, Stephanus Vreſis cum variis iam Romanos affeciſſet iniuriis, impune eorum diripiens prouincias: imperator Michael Palaeologus, vt has clades auerteret, eum ſibi affinitatis vinculo, Anna filia filio eius Melotino deſponſa, iungere decreuit. Iam legati, qui virginem in Seruiam deducerent, Ioannes Veccus et alii mittebantur. Hi cum imperatori in eo, quod caput rei erat, filium nimirum Cralis ſeu regis, cui filiam ſuam deſpondere imperator volebat, licet natu minorem, patri in regno ſucceſſurum, fucum eſſe factum intelligerent, et rebus praeterea domeſticis regis Seruiorum curatius inſpectis, coniugium iſtud filia imperatoris indignum eſſe arbitrarentur; re infecta redierunt. Seruii vero, vt prius, Romanorum fines incurſarunt, magis eos ad id inſtigante Cotanitza, qui, ab imperatore Michaele Palaeologo defectione facta, ad eos transfugerat.

HAC vice rerum fato functis apud Seruios quidem Stephano Vreſi, apud Romanos Michaele Palaeologo, ſucceſſerunt in Seruia Stephanus Melotinus [quem alii Vroſium Sanctum dicunt], Conſtantinopoli Andronicus. Hi bellum, quaſi hereditate a patribus transmiſſum, inſtaurarunt; Andronico Tataros in Seruiorum, Melotino vero Cotanitzam cum valido exercitu in Romanorum fines immittente. Quo diuturno bello, cum res Romanae non parum afflictae eſſent: Glabas Conteſtaulus, cui bellum Seruicum imperator Andronicus demandarat, huic, vt inita cum Crale affinitate, pacem redimeret, auctor fuit. Legatis itaque Andronicus ad Cralem miſſis, Eudociam ſororem, Lazorum regis, nuper defuncti, viduam, ei, licet vxorem iam tertiam haberet Terteris Bulgarorum regis filiam, in matrimonium obtulit. Lubentiſſime hanc admiſit legationem Crales; cum propter harum nuptiarum ſplendorem, tum propter metum a fratre natu maiore Stephano, quem praeter fas principatu ſpoliauerat. Re vero imperator cum Eudocia ſorore communicata, cum illam nullo modo adducere poſſet, vt coniugium iſtud admitteret: de Simonide filia, ſextum tunc agente annum, ei deſpondenda, Crali ſignificauit. Qui hoc maxime laetus, Theſſalonicam, quo et imperator profectus erat, venit, et omnibus, quae ad nuptias rite et ſplendide celebrandas pertinebant, peractis, Cotanitza

et

et Terteris filia traditis, cum noua coniuge [a. C. 1299.] in Ser-uiam rediit.

PER idem tempus Turci, tunc primum in Europam effuſi, Seruiis quoque innotuerunt: quippe qui nunc a Romanis victi ad eos confugerent, nunc ab iisdem, ſe Romanis adiungentibus, bello peterentur. Ortis vero non diu poſt [a. C. 1321.] inter Andronicos, auum et nepotem, ciuilibus diſcordiis, Andronicus iunior per legatos, quos Crales ad Andronicum ſeniorem miſerat, vt Comanorum auxilia, quae ab ipſo acceperat, repeterent, ſibi eundem contra auum ſocium adiunxit. Crales tunc quidem nihil mouit, et eodem fere tempore, quo imperatores inter ſe conciliati ſunt, fatis conceſſit.

STEPHANVS, Vroſii filius, rerum potitus, Ioannis panhyperſebaſti filia in matrimonium ducta, ſocero vires ſuas adiunxit, quibus illi Romanum imperium acquireret: ſed Ioanne vt cum imperatore in gratiam rediret perſuaſo, et ipſe pacem ſeruauit. Renouato [a. C. 1327.] inter Andronicos bello, auus Cralem auxilia rogauit. Submiſit haec quidem Crales; ſed breui poſt, accedente cum exercitu Andronico iuniore, cum, qui ipſis aderant Romani duces, prius fugam feciſſent, Seruii quoque, nulla re geſta, domum abierunt. Neque poſtea Crales, licet cum exercitu ad fines Rom. progreſſus, vllo modo, vt Andronicum iuniorem prior armis adoriretur, adduci potuit. Sub id quoque tempus [a. C. 1330.] Michael Bulgarorum rex factam ſorori ſuae a Crale, qui eam repudiauerat, vlturus iniuriam, mouit in eum arma, Andronico iuniore, quocum foedus percuſſerat Michael, ſe ex alia parte eundem adoriturum pollicito. Cum exercitu itaque Seruiam ingreſſus Michael, a Crale per tempus induciarum, quas in diem vnum pacti erant, ſubito oppreſſus, vincitur, et maxima ſuorum parte amiſſa, ipſe vulneratus in hoſtium manus venit, et breui poſt exſpirauit. Caeterum Crales, in imperatorem, qui cum exercitu in finibus Seruiorum et Romanorum ſtabat, nihil mouens, copias reduxit. Ab externis hoſtibus Crales liberatus, ab internis per ſummum nefas oppreſſus, cum principatu libertatem et vitam adeo ipſam amiſit. Filius enim ipſi ex priori coniuge ſuſceptus, cum, ne a liberis, qui patri ex Eudocia nati erant, regno tandem ſpoliaretur, timeret, defectionem meditatus, a proceribus, nouarum rerum ſtudioſis, magis adhuc ad impium iſtud ac ſceleſtum conſilium exſequendum in-

inſtigatus eſt. Factione itaque ſatis valida comparata, et exercitu quoque in eius partes tracto, a coniuratis rex ſalutatur; pater autem in carcerem detruſus, ibique, inuito fortaſſis filio, occiſus eſt.

ITA principatum adeptus Stephanus, ſtatim in Romanas prouincias irruptione facta, ad Strymonem vsque et Amphipolin progreſſus, pleraque in poteſtatem redegit. Breui poſt [a. C. 1332.] Syrgiannes, laeſae maieſtatis reus, e ſolo Romano profugus, ad Cralem tranſiit: cui ſe, ſi eius ope imperium adipiſceretur, vniuerſa Macedonia ceſſurum promiſit. Crales hac ſpe inductus primo vere [a. C. 1333.] cum eo Theſſalonicam verſus contendit. A qua vrbe cum non procul abeſſent, Syrgiannes a Sphranze quodam, qui ſe transfugam ſimulauerat, dolo occiſus eſt: Crales vero, re deſperata, pacem ſibi ab imperatore oblatam, lubens admiſit. Amicitia tunc Seruios inter et Romanos reſtituta vsque ad Andronici iunioris obitum permanſit. Eo autem fatis functo, Crales ſtatim irruptione in Macedoniam facta, eam late vaſtauit: tamen legatos mittentibus Romanis, pacem ſibi perſuaderi paſſus, foedera renouauit.

CANTACVZENVS, magnus domeſticus, quem cum aliis filio ſuo Ioanni Palaeologo, impuberi adhuc, tutorem Andronicus iunior reliquerat, imperii inſignia et ſimul bellum contra Ioannem Pal. ſuſcipere coactus, cum ſibi parum ad id virium eſſe videret, ad Cralem Stephanum cum duobus ſuorum millibus confugit: a quo humaniſſime et ſummo cum honore ſuſceptus eſt. Multis dehinc inter illos de foedere et auxilio, quod Cantacuzenus gratuitum poſtulabat, diſputatis, ceſſit tandem Crales, eique de dynaſtarum ſuorum opulentiſſimis, viginti attribuit, quos cum exercitu, quem ducebant, ei in omnibus parere iuſſit. Cum his ad Pheras vrbem accedens, eam deditione capere, ſed fruſtra tentauit. Interim per aliquot ibi moratus dies, ob morbum, qui Seruicum inuaſit exercitum, ex quo plurimi moriebantur, rebus infectis in Seruiam redire coactus eſt. Eodem tempore Byzantii crebris ad Cralem miſſis legationibus, ingentibus eum promiſſis adducere nitebantur, vt Cantacuzenum vel occideret, vel vinctum mitteret Byzantium. Sed illi tunc non ſolum nihil effecerunt; ſed Crales etiam nouas Cantacuzeno copias dedit, cum quibus hic ſemel iterumque, parum quidem felici ſucceſſu, in Rom. ditionem irruptionem fecit: donec tandem Berhoeam et plures alias vrbes deditione in poteſtatem accepit. Ex

hoc

hoc vero tempore cum Cantacuzeno res ex voto ſuccederent: Crales inuidia ductus, varia contra eum moliri coepit, id inprimis agens, vt eum inſidiis caperet. Quibus a Cantacuzeno euitatis, Crales foedere aperte rupto, bellum illi denunciauit. Vtrique igitur hoſti cum ſe imparem eſſe Cantacuzenus intelligeret, Turcorum ſibi adiunxit auxilia. qui ſaepius cum Seruiis congreſſi proelio, eos cladibus affecerunt, et in eorum terram excurſionibus factis, eam (quamquam id Cantacuzenus, quantum quidem potuit, impedire ob veterum beneficiorum memoriam conaretur) peſſime afflixerunt. Poſt Turcorum autem diſceſſum Crales Romanorum fines liberius incurſans, Theſſaliam, Acarnaniam et Macedoniam, vna Theſſalonica excepta, vniuerſam ditioni ſuae adiecit. His ſucceſſibus elatus Stephanus, imperatoris titulo ſumto, et filio Crale renunciato, huic regiones a Ionio ſinu et Iſtro flumine ad Scopiorum vrbem vsque attribuit, ſibi vero Romanas vrbes et regiones, Romanis inſtitutis regendas, ad Chriſtopolitanas fauces vsque reſeruauit.

CAPTA interim CP. [a. C. 1347.] Cantacuzenus, cum a bellis ciuilibus liber eſſet; ad Cralem, vt, quas bello durante occuparit, Romanas vrbes ac regiones, ex pactis antea initis, reſtitueret, poſtulatum, legatos miſit. Quibus cum Crales adeo non obtemperaret, vt alias etiam vrbes occuparet: Cantacuzenus, adſcitis Turcorum auxiliis, contra eum profectus eſt. Eoque Theſſalonica, quam vrbem obſidebat, repulſo, Berrhoeam, Edeſſam aliasque vrbes recepit: Seruiis vero (caſtello in Theſſalonicenſi prouincia) fruſtra oppugnatis, Berrhoeam rediit.

HAEC dum ita aguntur, e multis Seruiorum vrbibus, Scopiis adeo, quae Cralis regia erat, ipſis, et a pluribus gentis proceribus ad Cantacuzenum venerunt, qui de deditione cum ipſo agerent. Imperator itaque, magno comparato exercitu, et Turcorum aduocatis auxiliis, cum expeditionem ſuſciperet: Crales quoque cum ſuis copiis Theſſalonicam contendit. qui viribus diffidens ſuis, de pace ad Cantacuzenum legatos miſit, eumque, vt coram ſecum de rebus controuerſis componendis agere vellet, rogauit. Ad Theſſalonicam itaque progreſſi ambo, in colloquium venerunt. Vbi cum multa in vtramque partem diſputata eſſent: tandem, proponente id imperatore, ita inter eos conuenit; vt Romani Acarnaniam, Theſſaliam, Seruia (caſtellum) et intra has ad mare ſitas vrbes, Berrhoe-

rhoeam praeterea, Edeſſam, Gynaecocaſtrum et Mygdoniam cum inſtauratis oppidis, et circum Strymonem vicos, vsque ad terminos Pherarum et Tanteſſani montes reciperent; Crales vero Zichna, Pheras, Melenicum, Strumpitzam, Caſtoriam, aliosque vicos et oppidula Macedonica, quae extra dictos montes eſſent, retineret. Pace his conditionibus facta, cum poſtero die ab vtraque parte mittendi eſſent, qui dictas vrbes et regiones traderent, atque accipe-rent: Cralem noctu quidam de Romanorum proceribus adierunt; eumque, vt bellum aduerſus Cantacuzenum proſequeretur, hortati ſunt; ſe ſimul Ioanni Pal. vt in belli huius ſocietatem veniat, perſuaſuros polliciti. Orta luce Crales foedus renunciauit; et, niſi imperator, vtrumque, quae iam haberet, retinere, vellet, rem armis decernendam eſſe ſignificauit. Quibus vero cum imperatorem nihil moueri videret, neque bellum prior inferre vellet; cum exercitu Edeſſam abiit. quam vrbem paulo poſt proditione cepit. Poſtquam Byzantium Cantacuzenus rediit, qui cum genero eius Ioanne Pal. Theſſalonicae remanſerant, ei, vt ſocerum de imperio, quo praeter fas potitus eſſet, Cralis ope deiicere conaretur, auctores fuerunt. Hic facile perſuaſus, ſtatim legatis ad Cralem miſſis, eum ſibi ſocium adiunxit. Quae omnia Anna Auguſta, Cantacuzeni conſilio Theſſalonicam profecta, facile diſiecit. Cum vero non diu poſt Ioannes Pal. bellum ſuſcepiſſet, Crales promiſſas ei copias ſubmiſit; quarum maximam partem Turci, quos interim ab Orchane genero auxilia acceperat Cantacuzenus, deleuerunt, duce cum paucis aegre fuga elapſo.

MORTVO [a. C. 1357.] Stephano Crale, inter fratrem filiumque orta eſt diſſenſio. Simon enim, id fratri nomen fuit, tunc Acarnaniae dominus, totius Seruiae imperium affectabat, a proceribus gentis adiutus, filius autem Cralis, Vreſis nomine, paternum principatum, iure ad ſe pertinentem, armis tuebatur. Durantibus his ciuilibus diſcordiis, praefectorum multi prouincias, quibus praeerant, ſibi proprias vindicarunt; Nicephorus deſpota, Romanus, Theſſaliam a Seruiorum ditione ſeiunxit; vrbium Mygdoniae praefecti, legatis ad Matthaeum, Cantacuzeni filium, miſſis, eum, vt ſe illi permitterent, aduocarunt. Hic cum Turcorum auxiliis ante conſtitutum diem adueniens, cum a ſociis coactus Seruios bello laceſſiſſet, victus eo infortunii deuenit, vt a Philippenſibus captus Ioanni Pal. traderetur.

CRALE

CRALE Vreſi fatis functo, Romani cum eius vidua Eliſabetha pacem fecerunt. Sub idem fere tempus Solimanus Orchanis F. de Crale et Vngleſe, fratribus, qui parti cuidam Seruiae imperabant, inſignem reportauit victoriam. Amurates alter Orchanis F. [a. C. 1359.] rerum apud Turcos potitus, bello Seruiis illato, regiones Macedoniae, Axio flumini finitimas, Pheras inter alia et loca Rhodopen ſpectantia, in poteſtatem accepit. His motus, qui tunc Seruiae imperabat, Stephani filius Lazarus, numeroſo conſcripto exercitu, [a. C. 1389.] in Coſſobo campo cum Amurate proelio decertauit. Ibi Amurates a Seruio quodam, cui Miloes nomen erat, ſe transfugam ſimulante, letaliter vulneratus, paulo poſt exſpirauit: Baiazetes vero, Amuratis F., celata patris morte, proelio victor Lazarum captum occidi iuſſit. His ita geſtis, Stephano, Lazari filio, pacem dedit; hac lege, vt is annuum Turcis penderet tributum, Mariam ſororem ſibi in matrimonium daret, quocumque cum exercitu moueret, ſub ſignis ſuis militaret. Cum itaque [a. C. 1397.] Baiazetes a Tatarorum Chano Temyre bello peteretur, Stephanus cum decem (ſecundum alios quinque) haſtatorum millibus ei militauit, et re in Ancyrano proelio fortiſſime geſta, victo et capto Baiazete, cum filio eius Solimane fuga euaſit. Ortis poſtea inter Baiazetis filios ciuilibus bellis, Stephanus ſe Muſae partibus adiunxit, quibus, ſuadente Emanuele II. Pal., relictis, Byzantium venit. Quam Muſa, Solimane iam occiſo fratre, vlturus perfidiam, Seruiam inuaſit, eamque, Stephano ſibi fuga conſulente, late vaſtauit. Poſtea contra eundem Muhammedi ſe adiunxit ſocium Stephanus, et ab illo, victo et occiſo Muſa, in huius auxilii praemium amplam regionem dono accepit. Cum Amurate, qui poſt Muhammedem patrem Turcis imperauit, pacem habuit.

MORTVO [a. C. 1435.] Stephano, Georgius, Vulci (qui gener Lazari fuit) filius, Seruiae principatum obtinuit. Quo cognito Amurates ad eum legatos miſit, poſtulatum, vt ſibi Seruia, quippe hereditatis iure ad ſe pertinente, cederet, regione, cui Vulcus ipſius pater imperauerit, contentus. Georgius, legatis benigne ſuſceptis, Amurati ſignificat, ſe, ſi pacem ſecum facere vellet, filiam ipſi in matrimonium dare, maxima Seruiae parte dotis nomine conceſſa. Amurates itaque his conditionibus pacem admiſit, et Georgio praeterea, quam rogarat, in ripa Danubii caſtrum (Smedrouum) exſtruendi

licentiam dedit. Breue admodum interceſſit tempus, cum Phadulach, vnus e proceribus Amuratis, huic conſilium dedit, vt Smedrouum ſocero eriperet, et praeterea auri argentique fodinas, quae in Seruia eſſent, ſibi vindicaret: ita enim Turcis tranſitum in Hungariam apertum, et opes idoneas fore, quibus Hungariam et Italiam adeo ipſam ſubigere poſſint. His facile perſuaſus Amurates [a. C. 1438.] in Seruiam legatos miſit, qui Georgium ipſi Smedrouo cedere iuberent. Qui cum re infecta rediiſſent, Amurates cum exercitu Seruiam ingreſſus, vrbem iſtam, per tres menſes obſeſſam, vna cum Georgii filio, quem pater in Hungariam profugus ibi reliquerat, in poteſtatem accepit. Praeſidio ibi relicto, Nouopridum progreſſus, hanc vrbem cum Seruia vniuerſa ſubegit. Georgius, cui praeter pauca caſtra, quae in Hungaria poſſidebat, nihil iam ſupererat, Hungaros, vt ſibi contra Amuratem auxilium ferrent, ſupplex rogauit. Qui tandem eius moti precibus, cum numeroſo exercitu Iſtrum traiecerunt. Regionem omnem ad Sophiam vsque depopulati ſunt, et, qui ſe ipſis cum copiis ſuis obuium ferebat, proelio ſuperarunt Amuratem. Hic itaque rebus ſuis timens, Georgio per legatos, quos, vt animum Amuratis explorarent, miſerat, ſe ipſi principatum et filios redditurum ſpopondit, ſi Hungaris, vt ab armis diſcederent, perſuaderet. Pace hac lege compoſita, Georgius in poſterum amicitiam Sultani ſtudioſe coluit, et cum poſtea ſaepius ab Hungaris rogatus eſſet, vt cum ipſis contra Amuratem belli ſocietatem iniret, id perpetuo recuſauit.

MORTVO [a. C. 1450.] Amurate, Georgius ad filium et ſucceſſorem eius Muhammedem legatos miſit, qui foedus, quod cum patre ipſius percuſſerat, renouarent, et ſimul, vt filiam ſibi remitteret, rogarent. Muhammedes, licet parum grata haec ipſi accideret legatio, tamen, principatu nondum ſatis ſtabilito, conſenſit, et Georgio filiam, eamque nouercam ſuam, cui praeter ſplendidiſſima munera regionem adeo in Seruiae finibus aſſignauit, remiſit. Poſtquam vero CP. capta [a. C. 1453.] vires ſuas in immenſum auctas vidit; Seruiis tributum imperauit, et breui poſt [a. C. 1454.] legato ad Georgium miſſo, vt Seruia ſibi cederet, poſtulauit. Cum Georgius tunc forte in Hungaria moraretur; proceres eius legatum diutius retinuerunt, deſpotam propediem affuturum dictitantes. quod eo quidem faciebant conſilio, vt vrbes interim munire, et commeatum,

meatum, quantum ſatis eſſet, comportare poſſent. Legatus tandem ſe deluſum videns, xxv. diebus, intra quos redire iuſſus erat, iam elapſis, ad Muhammedem reuertit; quem Philippopoli, quo iam cum exercitu acceſſerat, offendit. Seruiam itaque hoſtiliter ingreſſus, Smedrouum petiit; quo aliquamdiu fruſtra oppugnato, Nouopridum obſedit. qua vrbe deditione capta, cum captiuis innumeris Adrianopolim rediit.

FATIS [circa a. C. 1458.] functo Georgio, Lazarus filius rerum potitus eſt, qui pacem cum Muhammede habuit. Eo vero mortuo, Seruii Muchumetis, Ianuarum praefecti et Europae ducis, fratrem Michaelem ducem crearunt. Hunc Eleazari vidua, quae Smedroui arcem tenebat, tanquam hoſpitem inuitatum, in vincula coniecit, et ad Hungaros miſit. Quo Muhammedes cognito, exercitum ad vrbem Smedrouum duxit, qua deditione capta, Eleazari viduam in foedus receptam cum opibus ſuis abire paſſus eſt.

GENEALOGIA

REGVM SERVICORVM.

NN

NN cum populo ſuo ad imp. Heraclium confugit.	N N. in antiquis ſedibus, Boici dictis, remanſit.

1) BOISTHLAVVS.

2) RADOSTHLAVVS.

3) PROSEGOES.

4) BLASTEMERVS.
circa a. C. 870.

Blaſtemerus.

NN filia, maritus, Craina, Belaë Terbuniae Zupani F.

5) MVNTIMERVS fratribus pulſis ſolus regno potitur.

STROEMERVS.

GOINICVS.

6) PRIBESTHLAVVS. Branus. Stephanus.

Clonimerus; vxor Bulgara.

7) PETRVS; a. C. 886—917.

9) ZACHARIAS; a. C. 920— Seruia a Bulgaris vaſtata. Interregnum.

8) PAVLVS; a. C 917—920.

10) TZEESTHLAVVS a. C. 938—.

11) BLADIMERVS; a. C. 1015. vxor, Samuelis Bulgarorum regis filia.

12) STEPHANVS *Boiſthlauus*; a. C. 1040.

13) MICHAELAS a. C. 1050—1073.

Stephanus Bolcanus a. C. 1081—1084.

12 CONSTANTINVS *Bodinus*; primum Bulgariae, poſt Seruiae rex; a. C. 1073. ſolus, a. C. 1081.

NN. filia, maritus Longibardopulus, dux Rom. exercitus. *Bulg. §. 198.*

Lacuna.

NN

13) BACCHINVS, Archizupanus; a. C. 1154—.

14) PRIMISLAVVS a. C. 1153—1156?

15) VRESIS; a Seruiis principatu deturbatus, ab imp. [Em. Comn.] in illum reſtitutus.

16) BELVSES; a. C. 1156—.

17) DESE; 1157—1162.

18) NEEMAN Stephanus; a. C. 1166—.

19) STEPHANVS; a. C. 1200—. vxor, Eudocia, Alexii III. Comn. filia, a marito repudiata.

20) VOLCVS; a. C. 1200—.

21) STEPHANVS *Vreſis*; a. C. 1271—

Ste-

Stephanus.

Stephanus; vxor, Hungariae regis filia.

22) MELOTINVS, STEPHANVS; a. C. 1283? —. vxor 1) Blachiae principis F. 2) Ioannis Sebaſtocratoris F. 3) Terteris Bulg. regis F. 4) Simonis, Andronici Sen. imp. F.

23) STEPHANVS, nothus; vxor 1. NN. 2. Ioannis Panhyperſebaſti F.

NN filia, vxor Michaelis Bulg. regis, ab eo repudiata.

1 Simon; Acarnaniae dominus.

1 24) STEPHANVS; a. C. 1330—1357. vxor Helena, Alexandri Bulg. R. ſoror.

2 NNN.

25) VRESIS a. C. 1357—. vxor, Eliſabetha.

26) LAZARVS † a. C. 1389.

27) STEPHANVS; a. C. 1389—1435.

Maria; vxor Baiazetis Sultani. — NN.

NN. filia; vxor Suſmani Bulg. regis.

NN. filia; vxor Bulci Pladicae. — 28) GEORGIVS *Bulcus* a. C. 1435—1454.

29) LAZARVS; a. C. 1454—. — NN. filia; vxor Boſniae regis.

Georgius.

Stephanus.

NN filia, vxor Amuratis Sultani.

Viri inter Seruios illuſtres.

VIRI apud Seruios in ſumma dignitate conſtituti *Zupani* vocabantur. *Archizupani* etiam mentio occurrit apud Cinnamum et Nicetam Choniatem, qui hoc nomine regem, ſeu, vt ipſorum lingua dicebatur, *Cralem*, deſignare videntur. Caeterum quod Conſtantinus Porphyrogenneta Seruios et reliquas gentes Slauicas principes

cipes non habuiſſe, ait, ſed Zupanos ſenes, in eo ſibi ipſi non ſatis conſtat. Plures enim memorat Seruiorum principes ſeu monarchas, et ſemel adeo principem diſerte a Zupanis diſtinguit.

Vreſis et *Stephanus Bolcanus* (Οὔρεσις. Στεφ. ὁ Βολκανος), Bolcano, qui Alexii I. Comn. aetate Seruiae parti imperabat, cognatione iuncti, ab eoque imperatori obſides dati.

Bacchinus (Βακχινος) Seruiae temporibus Emanuelis I. Comn. Archizupanus.

Belſis (Βελσις), vnus e proceribus Seruiorum, cuius frater NN. ſororem Archizupani in matrimonio habebat, et Hungariae regi Geizae, vt Dalmatiam inuaderet, a. C. 1154. auctor fuit.

Gurdeſes (Γȣρδησης), *Bultzines* (Βȣλτζινης) viri inter Seruios nobiliſſimi, in proelio, a. C. 1154. ad Taran fluuium Seruios inter et Romanos commiſſo, capti.

Callinicus monachus, a Seru. rege Stephano a. C. 1321. ad imp. Andronicum Seniorem legatus miſſus.

Chreles (Χρελης) dux exercitus, a. C. 1327. Durantibus inter Andronicos ciuilibus bellis, a Seru. principe defectionem fecit, et Strummitza, ac regione circa Strymonem Amphipolin vsque, Melenico denique occupatis, proprium ſibi principatum conſtituit. Dicta loca poſt eius obitum in Cralis poteſtatem venerunt a. C. 1343.

Tzipanus (Τζιπανος) pecuarius, legatos Cantacuzeni a. C. 1342. interceptos ad Apocauchum magnum ducem abduxit, a quo Theſſalonicae domum et fundos ampliſſimos accepit.

Michael, Romanus genere, a Crale Stephano, ad quem tranſierat, Proſaco caſtello praefectus, Cantacuzeno, a. C. 1342. ad Seruios ſe recipienti, tranſitum conceſſit.

Liberus (Λιβερος), vnus e Seruiorum potentiſſimis, Cantacuzenum e ſolo Rom. profugum hoſpitio excepit, eique ad Cralem aditum patefecit.

Bogdanus (Μπογδανος) Liberi frater, Cantacuzeno a Crale obuiam miſſus.

Bractus (Βρακτος), vnus e ducibus, quos Crales Cantacuzeno adiunxit.

Cabatzes (Καβατζης), vnus e Seruiorum optimatibus, legatis Byzantiorum, qui Cantacuzenum ſibi dedi poſtulabant, mortem minatus, niſi ſe ſtatim auferrent. *Ar-*

Arbenus (Ἀ'ϱμπενος) a Crale ad Berrhoeotas miſſus, vt eos ad deditionem faciendam hortaretur, Cantacuzeno, vt vrbem iſtam ſibi vindicare ſtudeat, auctor eſt, eique, quo pacto id impetrare poſſit, oſtendit.

Bozices (Μποζικης) et *Stephanus* duces cum copiis a. C. 1343. miſſi, vt Cantacuzeno inſidias ſtruerent; a Crale poſtea, id ſuo iuſſu factum diſſimulante, Cantacuzeno traditi. qui, facto exprobrato, incolumes dimiſit.

Prealimpus (Πϱεαλιμπος) a. C. 1344. a Crale aduerſus Cantacuzenum cum exercitu miſſus, a Turcis clade affectus. Theſſaliae circa a. C. 13$\frac{48}{57}$. praefectus, Seruia (caſtellum) contra Cantacuzenum tuetur.

Braianes (Μπϱαϊανης), Amphipoli circa idem tempus praefectus, amicus Cantacuzeni, cum eo, Theſſalonicam petente, noctu in colloquium venit.

Marzelatus (Μαϱζελατος) paſtorum princeps, Cantacuzeno in Berrhoea capienda operam nauat.

Chlapaenus (Χλαπαινος) et *Toliſthlauus* (Τολισθλαβος) ille e regia ſtirpe ortus, hic vrbi cuidam praefectus Cantacuzenum, vt Crali bellum inferat, nomine reliquorum dynaſtarum hortantur, ſuum ipſi contra eundem auxilium polliciti.

Caſnitzus Borilobices (Κασνιτζος ὁ Μποϱιλοβικης) circa a. C. 135$\frac{5}{7}$. Ioanni Pal. aduerſus Cantacuzenum a Crale cum exercitu auxilio miſſus.

Zarcus (Ζαϱκος) Macedoniae, qua finitima eſt Axio fluuio,

Pogdanus (Πογδανος, al. Μπογδανος) regionis, quae a Pheris ad Axium fluuium patet,

Crales (Κϱαλης. interpres perpetuo *Chrates* ſcribit) et *Vngleſes* (Ο'υγγλεσης) regionis, quae a Pheris excurrit ad Iſtrum

Bulcus Eleazarus, *Pranci* F. (Βȣλκος ὁ Ελεαζαϱος τȣ Πϱαγκȣ) regionis Iſtro adiacentis,

Nicolaus Zupanus (Νικ. ὁ Ζȣπανος) Tricae et Caſtoriae,

Prialups (Πϱιαλȣπς) Aetoliae,

Pladices (Πλαδικης) Ochridis et regionis Priliapaeae dictae,

} a Stephano Crale duces conſtituti; has ſibi demandatas prouincias, poſt Cralis obitum, proprias vindicarunt, et percuſſo inter ſe foedere, Romanas terras excurſionibus vexarunt.

Thomas, Prialupis F. Aetoliae princeps, vxore inſtigante ab Izaulo, captiuo Albano, occiſus.

Boichnas Caeſar (Βοϊχνας ὁ Καισαρ) Dramae praefectus, vnus de illis, qui Matthaeum Cantacuzeni F. circa a. C. 1357. in Seruiam euocarunt. eundem a Philippenſibus captum ſecum Dramam abducit, et contra fidem ipſi datam ad Ioannem Pal. mittit.

ab Amurate Sultano debellati.

Dragaſes Zarci F. Δραγασης ὁ Ζαρκα) regionis paternae dux.

Pogdanus (Πογδανος). an qui ſupra a Stephano regionis, quae a Pheris ad Axium pertingit, dux conſtitutus fuiſſe dictus eſt?

Meloes (Μηλοης) a. C. 1389. pro perfuga ad Turcos accedens Amuraten occidit.

Conſtantinus Zarci F. ſocer Emanuelis II. Pal.

Kelpaxiſi (Κελπαξισι), Ioniae a Muhammede Sultano praefectus.

Chiteres (Χιτηρης) Amurati militans, in Iſthmi Corinth. murum primus euadit.

Scriptores de Seruiis.

DE Seruiis memoriae prodiderunt Conſtantinus Porphyrogenneta, Incertus eius Continuator, Cedrenus, Scylitzes, Zonaras, Anna Comnena, Cinnamus, Nicetas Choniates, Georgius Acropolita, Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Cantacuzenus, Glycas, Codinus, Ducas et Chalcocondylas.

CONSTANTINVS porph. gentis huius hiſtoriam a primo eorum in terram Romanam aduentu orditur, et ad ſua vsque tempora perſequitur. De ſedibus eorum antiquis, genere, migratione pauca tradit. De rebus vero eorum ab obitu inde Heraclii vsque ad initia Baſilii Macedonis, praeter breuem defectionis eorum mentionem, quam ex illo Cedrenus, Zonaras et Incertus Continuator attingunt, et regum nonnullorum nomina, nihil apud ipſum occurrit. Ab initio denique imperii Baſilii Mac. quae de Seruiis ſub Romanum imperium redeuntibus (horum etiam Cedrenus, Zonaras et Incertus Continuator meminerunt), de bellis eorum tam ciuilibus, quam externis, cum Symeone Bulgaro geſtis, de Seruia deſolata et ſub Tzeeſthlauo principe conſtituta, nouimus, eidem Conſtantino ferimus accepta.

AB

AB a. C. 949. inde vſque ad a. 1015. nullam nobis conſeruarunt ſcriptores Byzantini Seruiorum memoriam. Sub Baſilio porph. et Michaele Paphl. eorum quaſi in tranſitu meminit Cedrenus. Qui cum Scylitze, Zonara et Glyca res a Seruiis ſub Stephano Boiſthlauo, eius filio Michaele, et nepote Conſtantino Bodino ab a. C. 1049 — 1073. geſtas paulo vberius referunt. Anna Comnena circa a. C. 1073. Conſtantini et Michaelis, exarcharum Dalmatiae, meminit, et bella a patre ſuo Alexio Comn. cum illis et Bolcano inprimis geſta enarrat.

SVB Ioanne Comneno ſemel, ſub Emanuele Comneno frequentiſſima occurrit apud Cinnamum et Nicetam Choniatem (quorum prior tamen plura eaque vberius refert) Seruiorum memoria. De rebus eorum a. C. 1197. et 1200. ſub Stephano, Neemanis filio, eiusque filiis, Stephano et Volco, geſtis pauca quaedam Nicetas Choniates et Acropolita habent. Quorum poſterior eorum etiam L. annis poſt ſub Theodoro II. Laſc. vti Chalcocondylas ſub Ioanne Laſcari, meminit.

DE rebus Seruiorum ſub eorum regibus Stephano Vreſi eiusque filio Melotino, tempore Michaelis Pal. et filii eius, Andronici ſenioris, geſtis Pachymeres fuſe ſatis memoriae prodidit; non pauca de iis etiam habet Nicephorus Gregoras. Quorum hic et Chalcocondylas de irruptionibus Turcorum, et vt Seruios etiam afflixerint, mentionem faciunt.

RES ab a. C. 1321 — 1357. geſtas, quaeque fuerint eorum in bellis Andronicorum, Ioannis Pal. et Ioannis Cantacuzeni, partes Cantacuzenus et Nicephorus Gregoras (at ille multo vberius) perſequuntur. pauca quaedam de iis Ducas et Chalcocondylas delibant. Hi duo praeterea bella et reliqua Seruios inter et Turcos ab a. C. 1357—1458. geſta enarrant.

INSCRIPTIONVM denique litterarum ad Seruiae principem eiusque familiam et Archiepiſcopum Seruiae datarum, meminit Codinus.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Res Seruiorum ab eo inde tempore, quo in Dalmatia primum conſederunt, vsque ad Seruiam a Simeone Bulgaro deuaſtatam; a. C.* 610—931.

§. 1. *Seruiorum genus, ſedes antiquae, migratio; ab Heraclio in Theſſalonicenſi prouincia collocantur.*

§. 2. *Seruiorum nomen.*

§. 3. *Seruii priſcas repetunt ſedes; cito reuerſi ab Heraclio in Dalmatia ſedes accipiunt, baptizantur, imperatori ſubiecti.*

§. 4. *Sub regibus ſuis Romanis ſeruiunt; Bulgarorum amici.*

§. 5. *Poſt Heraclii tempora a Romanis deficiunt; Baſilio Macedone imperante ſub Rom. redeunt imperium.*

§. 6. *Preſiam et Mich. Boriſes, Bulg. reges, Blaſtemerum eiusque filios Seru. principes bello adorti; cladibus afficiuntur.*

§. 7. *Ortis inter Blaſtemeri filios diſſidiis, Muntimerus, reliquis victis, rerum potitur.*

§. 8. *Pribeſthlauus a Petro pellitur, Petrus Branam et Tzeeſthlauum debellat; cum Simeone Bulgaro pacem habet.*

§. 9. *Orto Simeonem inter et Petrum bello, hic dolo captus, in Bulgariam abducitur.*

§. 10. *Paulus Brani F. imperio potitus, Zachariam Pribeſthlaui F. a Romano Lacap. miſſum vincit; captum ad Bulgaros mittit.*

§. 11. *Zacharias [a Bulgaris] miſſus, Paulo deiecto, principatum occupat; ſe Romanis adiungit, exercitum a Simeone miſſum fundit.*

§. 12. *Simeone iterum exercitum mittente, Zacharias in Chrobatiam fugit; Bulgari Seruiam vaſtant, gentem fere vniuerſam in Bulgariam deportant.*

CAPVT

CAPVT. II. *Seruiae principatus ſub Tzeeſthlauo reſtitutus; varia de Seruiae ſitu, et gentibus a Seruiis ortis; res ſub Stephano Boiſthlauo geſtae; ab a. C.* 931 — 1043.

§. 13. Serui contra Bulgaros bellum parant.
§. 14. Tzeeſthlauus, a Bulgaris profugus, in Seruiam venit; Serui e Bulgaria et ex aliis regionibus ad ipſum confluunt; Rom. imperatoris ope principatum conſtituit.
§. 15. Seruia Romanis, non Bulgaris ſubiecta; oppida Seruiae.
§. 16. Seruiae ſitus; Zachlumi, Terbuniatae, Canalitae et Pagani a Seruiis originem ducunt.
§. 17. Inſcriptio litterarum imperatoriarum ad Seruiae principem.
§. 18. Bladimerus, Samuelis Bulgari gener, viciniarum Seruiae partium dominus.
§. 19. Caſtella in Seruiis demolitur Baſilius prophyrogenneta.
§. 20. Seruia, quae defecerat, ſub Michaele Paphl. rurſus imperio coniungitur.
§. 21. Stephanus Boiſthlauus Seruiae principatu potitur; pecuniam imperatoris intercipit.
§. 22. Imperator pecuniam repetit, fruſtra; Stephanus exercitum contra ſe miſſum fundit.
§. 23, 24. Stephanus Rom. regiones vaſtat; Conſtantinus Monomachus Dyrrachii praefectum in eum mittit; qui incaute iter agens et a Seruiis oppreſſus, exercitum perdit.
§. 25. Georgius Maniaces ad Seruios ſe conferens, rebellionem facit; occiditur.

CAPVT. III. *Res Seruiorum ſub Michaele, Bodino et Bolcano geſtae; ab a. C.* 1050 — 1105.

§. 26. Michael Stephani F. cum imp. Conſtantino Monom. foedus iungit.
§. 27. Serui in Bulgariam irrumpunt, Bulgari Michaelis filium, Bodinum ſibi regem, praeficiunt.
§. 28. Monomachatus Dyrrachii praefectus, defectionem moliens, ſibi Michaelem et Bodinum adiungit ſocios.

§. 29. *Bodinus plura Rom. oppida capit ; Ioannes Ducas ab Alexio Comn. contra illum mittitur, felici ſucceſſu.*

§. 30. 31. *Bodino rebus nouis ſtudente, Alexius expeditionem contra illum decernit.*

§. 32. *Apparatus Romanorum.*

§. 33. *Bolcanus fines Rom. vaſtat ; Alexio cum exercitu accedente, pacem rogat ; impetrat.*

§. 34. *Promiſſos obſides dare recuſat ; agrum Rom. vaſtat ; exercitum contra ſe miſſum delet.*

§. 35. *Romanam ditionem liberius depopulatur ; Alexius in eum ducit.*

§. 36, 37. *Bolcanus territus pacem rogat, impetrat ; obſides bona fide tradit.*

§. 38. *Fines Rom. verſus Seruiam praeſidiis muniti.*

CAPVT. III. *Seruia Romanis tributaria ; ſub Bacchino Archizupano rebellans, ab imp. Emanuele Comn. pacatur ; a. C.* 1122—1156.

§. 39. *Ioannes Comn. Seruios foedifragos pacem ſeruare cogit ; magnam populi partem in Aſiam deportat.*

§. 40. *Emanuel Comn. contra Seruios exercitum ducit, Raſum euertit ; Galitzam expugnat ; Archizupano bellum renouante, eius ditionem iterum vaſtat imperator.*

§. 41. *Imperator in Seruios mouet ; Geiza, Hungarorum rex, Seruiis auxilia ſubmittit.*

§. 42. *Imperator tandem Seruiorum exercitum ad fl. Taram offendit.*

§. 43, 44. *Dolum meditatur ; apparent cum Hungaris Seruii.*

§. 45. *Imperator ſuis auxilio aduolat ; leuiori certatur proelio, Seruii fugam faciunt.*

§. 46, 47. *Imp. dum arma induit, duces nonnulli a Seruiis oppreſſi ; imperator iis auxilio venit, cum Bacchino ſingulare init certamen, victor cum ſuis redit.*

§. 48. *Venit in caſtra Rom. Bacchinus, pacem petens ; conditiones pacis.*

§. 49. *Emanuel Comn. iterum contra Seruios expeditione ſuſcepta, eorum principem Hungarorum partes relinquere cogit.*

§. 50.

§. 50. *Archizupanum cum exercitu ad bellum Saracenicum adeſſe iubet.*

CAPVT. V. *Res Seruiorum ſub ducibus Primiſlauo, Beluſe, Deſe, Stephano Neemanis F. eiusque filiis Stephano et Bolco; ab a. C* 1156 – 1200.

§. 51. *Emanuel Comnenus Primiſlauum nouis rebus ſtudentem de principatu deiicit; quem Beluſae confert.*

§. 52. *Beluſes principatus inſignibus depoſitis, in Hungariam abit; Imperator Deſen Archizupanum renunciat.*

§. 53, 54. *Deſe foedifragus armis ad officium reducendus, pacem rogat, impetrat; perfidiae conuictus in cuſtodiam datur.*

§. 55. *Serùii Romanorum in bello aduerſus Hungaros ſocii.*

§. 56. *Stephanus Hungar. rex, ſe Romanis Seruia ceſſurum, promittit.*

§. 57. *Dalmatia a Ioanne Duca Romano imperio ſubiecta.*

§. 58. *Emanuel Comn. Seruios, res nouas molientes, in officio continet.*

§. 59. *Serùii Emanuelem ad bellum contra Hungaros ſequuntur.*

§. 60. *Serùii inſtigantibus Venetis defectionem moliti; aduentantem cum exercitu imperatorem delicti veniam rogant; quam illis imperator, Archizupano ſe ipſi dedente, concedit.*

§. 61. *Emanuel ad bellum contra Turcos ſe accingens, Seruios euocat.*

§. 62, 63. *Stephanus Neeman in Romanos et reliquos vicinos ſuos iniurius; imperatore eum vlciſci parante, ſupplex peccatorum veniam rogat.*

§. 64. *Imp. Iſaacius Angelus Seruios rebelles ad fl. Morabam proelio vincit.*

§. 65. *Stephanus Neemanis F. filiam Alexii III. Comn. vxorem ducit, ignominioſe repudiat, fratre fruſtra pro illa intercedente.*

§. 66. *Stephanus a Bolco fratre et principatu et patria exigitur.*

CAPVT. VI. *Res Seruiorum ſub duce inprimis Stephano Vreſi geſtae; affinitas inter illum et Michaelem Pal. decreta, diſturbata; a. C.* 1255 – 1271.

§. 67. *Serùii Theodoſo Laſc. II. imperante Cytzabim et regionem Prilapi finitimam vaſtant; Scuterium Xyleam cum exercitu miſſum in fugam vertunt.* §. 68

§. 68. *Magni ſumtus in bellum Triballicum facti.*

§. 69. *Rom. prouinciae quaedam a Triballis occupatae.*

§. 70. *Ioannes deſpota a Michaele Pal. contra Triballos miſſus.*

§. 71. *Michael Pal. Triballos in officio continet.*

§. 72. *Conſtantinus rex Bulg. dimidium generis ex Seruiis traxit.*

§. 73—78. *Varia de Annae Michaelis Pal. filiae, et Melotini, Stephani Vreſis filii matrimonio acta, reſcinduntur; cur.*

§. 79. *Michael Pal. Conſtantinum contra Seruios, et Cotanitzam rebellem cum exercitu mittit; qui, Cotanitza ſe ſubmittente, redit.*

§. 80. *Seruiorum &c. hoſtes non extra aciem occidendi inſtitutum.*

CAPVT VII. *Res Seruiorum ſub [Vroſio ſancto Milotino] tam ante matrimonium cum Simonide Andronici ſen. filia contractum, quam poſt illud vsque ad eius obitum geſtae; ab a. C.* 1283—1321.

§. 81. *Andronicus ſenior a Michaele Pal. patre euocata Tatarorum auxilia in Seruios immittit.*

§. 82. *Seruii cum Cotanitza transfuga Romanorum fines infeſtant.*

§. 83, 84. *Glabas cum exercitu contra Seruios miſſus, eorum incurſiones aegre reprimit; Cralem affinitatis vinculo ſocium parandum ſuadet.*

§. 85, 86. *Imperatoris conſilium, Eudociam ſororem Crali matrimonio iungendi, irritum.*

§. 87—92. *Matrimonium Cralem inter et Simonidem, Andronici filiam adhuc impuberem, contractum.*

§. 93. *Imperator Cralem Theſſalonicae ſplendide habitum dimittit; auxilia contra fratrem Stephanum, res nouas molientem, ſubmittit.*

§. 94. *Patriarcha matrimonium illud vt illegitimum reprehendit; imperator idem legitimum eſſe oſtendit.*

§. 95. *Irene Auguſta Andronicum maritum apud Cralem obtrectat.*

§. 96. *Irene Cralaenam eiusque maritum imperatoriis ornat inſignibus; imperatorii fiſci theſauros iis profundit, ſpei irrita.*

§. 97. *Crali vt vnum e coniugis ſuae fratribus principatus Seru. heredem inſtituat, perſuadet; conſilio irrito.*

§. 98. *Turci ſub Otomano Seruiorum ditionem vaſtant.*
§. 99. *Azatines cum Turcis ſuis ad regem Seru. venit.*
§. 100. *Turci et Catalani irruptione parum felici in Macedoniam facta, ſibi a Seruiis timent.*
§. 101. *Melecus cum M D. Turcis ad Cralem abit, ſtipendia ſub eo meriturus.*
§. 102. *Crales imp. Andronico contra Turcos auxilia mittit.*
§. 103. *Irene contra imperii Rom. hoſtes auxilia Triballica aduocat.*
§. 104, 105. *Cralaena ad matris exſequias CPlin profecta; inuita ad maritum reducitur.*
§. 106. *Syrgiannes Macedoniae dux Seruiis moleſtus.*
§. 107, 108. *Per legatum, de Comanicis auxiliis repetendis ad Andronicum Sen. miſſum, Andronicus Iun. cum Crale contra auum foedus iungit.*
§. 109. *Cantacuzenus Andronico Iun. Byzantium adoriri diſſuadet, Cralis metu.*
§. 110. *Obitus Cralis Stephani [Vroſii ſancti].*

CAPVT VIII. *Res Seruiorum ſub Stephano, eorum in bellis Andronicorum partes; bellum cum Bulgaris; Cralis caedes; a. C.* 1322—1330.

§. 111. *Simonis Cralaena poſt mariti obitum CP. reuerſa.*
§. 112, 113. *Panhyperſebaſtus filiam Crali in matrimonium dat; cum eo Rom. ditionem vaſtat; in Seruia moritur; vxor eius, poſtulante id imperatore, a Crale dimittitur.*
§. 114. *Andronicum Iun. inter et Michaelem Bulgarum contra Andronicum Sen. et Cralem Stephanum iunctum foedus.*
§. 115. *Andronicus Sen. nepoti in crimen vertit, quod Cralaenam amitam ad maritum redire coëgerit.*
§. 116. *Andronicus Sen. Cralem auxilia rogat.*
§. 117, 118. *Auxilia Seruica extra Theſſalonicae muros tendunt; Serrhis Andronico Iun. deditis, domum abeunt.*
§. 119—121. *Duces Andronici Sen. ad Cralem confugiunt; eum ad bellum Andronico Iun. inferendum inſtigant; fruſtra.*

§. 122. *Seruii Achridem urbem obſident; obſidionem ſoluunt, Andronici Iun. aduentu territi; hic caſtella quaedam Seruiorum capit.*

§. 122. *Michael Bulg. in Seruios bellum mouet; proelio victus et vulneratus moritur; Crales contra Andronicum Iun. nihil mouet.*

§. 124. *Crales Stephanus a filio de principatu deiectus, in carcere occiditur; Seruii Rom. ditionem vaſtant.*

CAPVT. IX. *Bellum a Seruiis auctore Syrgianne Romanis illatum; pax cum Andronico iun. iuncta; Io. Cantacuzeni ad Seruios fuga; foedus cum Crale Stephano percuſſum; a. C.* 1332 - 1342.

§. 125. *Syrgiannes criminis laeſae maieſtatis reus, ad Cralem Seru. confugit; a quo benigne ſuſcipitur.*

§. 126. *Crales cum eo in Rom. ditionem irrupturus copias cogit, Sphranzes ad Syrgiannem, eius caedem imperatori pollicitus; tranſit.*

§. 127. *Crales et Syrgiannes cum exercitu Theſſalonicam veniunt; Syrgianne Sphranzae dolo occiſo, Crales cum imperatore pacem facit.*

§. 128. *Hungarorum rex Cralem Seru. bello petit; ob auxilia Crali ab imperatore ſubmiſſa, domum abit.*

§. 129. *Michaelis Bulgari vidua a Bulgaris pulſa, ad Cralem ſororis filium ſe confert.*

§. 130. *Imp. Andronicus et Crales Baimi in Macedonia in colloquium veniunt; amicitia ſtabilita diſcedunt.*

§. 131. *Andronicus Iun. Seruiis formidatus.*

§. 132. *Pilei Triballici.*

§. 133. *Seruii poſt Andronici obitum ſe ſuaque Cantacuzeno dedere parati.*

§. 134, 135. *Crales Macedoniam Theſſalonicam vsque populabundus incurſat; legatis ad eum miſſis, pacem amplectitur; Ioannes Gabalas vnus e legatis.*

§. 136. *Rom. proceres, ſi Cantacuzenus ſe imperii adminiſtratione abdicet, ſe ad Seruios tranſituros minantur.*

§. 137. *Cantacuzenus, imperator ſalutatus, Cralem auxilia rogat.*

§. 138—141. *Chreles, Strummitzae dominus, ſe Cantacuzeno adiungit; non ſatis ſincere agit.*

§. 142. *Edeſſae a Seruiis obſeſſae Cantacuzenus ſubſidio properat.*

§. 143. *Cantacuzenus ſuum ad Cralem tranſeundi conſilium exercitui aperit; omnes ſe ipſum illuc ſequi paratos eſſe reſpondent.*

§. 144. *Copiae a Byzantiis Edeſſam miſſae Seruios obſidionem ſoluere cogunt.*

§. 145. *Zipanus pecuarius, Seruius genere, legatos a Cantacuzeno ad Cralem miſſos, intercipit, et vinctos ad Apocauchum Theſſalonicam mittit.*

§. 146. *Michael Proſaco praefectus Cantacuzenum cum exercitu hoſpitio excipit; tranſitum concedit.*

§. 147. *Liberus cum Seruiorum agmine ad Axium fl. ſtationem habens, Cantacuzenum benigne ſuſcipit.*

§. 148. *Cantacuzenus e Liberi conſilio Scopiam contendit; Liberus apud Cralem pro eo intercedit.*

§. 149. *Cantacuzenus Priſteni a Crale et vxore benigne ſuſceptus, miro honore afficitur.*

§ 150—154. *Cantacuzenus aduentus cauſam rogatus, auxilium poſcit, et quidem gratuitum; quod Crales tandem pollicetur.*

§. 155. *Chreles interim Melenico potitus, ſe vrbemque Crali dedit.*

§. 156. *Cantacuzenus hoc contra fidem, a Crale datam, factum oſtendens, tamen, licet inuitus, cedit.*

CAPVT. X. *Iteratae Seruiorum expeditiones, in gratiam Cantacuzeni, eoque duce ſuſceptae; vsque ad Berrhoeam ab illo captam; a. C.* 1342, 1343.

§. 157. *Crales Cantacuzeno viginti ſuorum dynaſtarum, quemque cum ſua copia militari attribuit.*

§. 158. *Bratilus a Cantacuzeno Didymotichum, aduentus ſui nuncius, mittitur.*

§. 159. *Byzantio mittuntur, qui Crali perſuadeant, vt Cantacuzenum vel occidat, vel vinctum transmittat.*

§. 160, 161. *Crales ante diſceſſum poſtulat, vt obſides tradat; et Liberi filiam filio ſuo Manueli deſpondeat; ad vtrumque annuit Cantacuzenus.*

§. 162. *Cantacuzenus cum Seruiorum copiis Pheras procedit; Pheraeos fruſtra ad deditionem hortatur; morbus in caſtra Seruiorum inceſſit.*

§. 163. *Apocauchus Seruiorum et Cantacuzeni aduentu cognito claſſem et exercitum Chriſtopolin mittit.*

§. 164. *Cantacuzenus ob morbum inualeſcentem cum exercitu in Seruiam redit.*

§. 165. *Rumor de Cantacuzeni reditu ſparſus.*

§. 166. *Edeſſam proditione a Crale captam repetit Cantacuzenus; ei tamen in praeſens tuendam relinquit.*

§. 167. *Annae Auguſtae ad Cralem de prodendo Cantacuzeno miſſae legationes, irritae.*

§. 168. *Didymotichi incolae Cantacuzenum, vt vrbi obſeſſae ſuccurrat, rogant; Crales copias, quae cum Cantacuzeno abeant, inſtruit.*

§. 169. *Apocauchus Cralem ad colloquium inuitat, hic, conſentiente Cantacuzeno, ſe venturum reſpondet; ſcopus vtriusque.*

§. 170. *Chumnus Annam Aug. ad pacem cum Cantacuzeno faciendam hortatur; fruſtra.*

§. 171. *Apocauchus Amphipolin nauigat, ibi cum Crale in colloquium venturus; Chrele, interprete foederis mortuo, reuertitur; Crales oppida Chrelis ſibi vindicat, imperatorem Pheras ſequitur.*

§. 172. *Crales et Cantacuzenus Pheraeos ad deditionem hortantur; fruſtra; Crales agro vaſtato diſcedit.*

§. 173, 174. *Cantacuzenus, optimis copiis a Crale abductis, et ipſe in Seruiam redit.*

§. 175. *Alexander Bulgarorum rex ad Cralem de Cantacuzeno prodendo legatos mittit; fruſtra.*

§. 176. *Pheraei Turcos, Cantacuzeno auxilio venientes, falſo de eius inter Seruios mora rumore ſparſo, ad diſceſſum compellunt.*

§. 177. *Cantacuzenus cum Seru. auxiliis Didymotichum contendit, et nunc de rei euentu ſollicitus.*

§. 178.

§. 178. *Arbenus a Crale ad Berrhoeenſes miſſus, Cantacuzeno vrbem ſibi vindicandi conſilium ſuggerit.*

§. 179. *Cantacuzenus acceptis a Crale Germanis mercenariis Berrhoeam veniens, portis apertis ab incolis ſuſcipitur.*

CAPVT XI. *A Crale ſtructae Cantacuzeno inſidiae; bellum eidem palam illatum, vsque ad id tempus, quo Crales ſe Imperatorem, filium Cralem appellauit; a. C.* 1343—1345.

§. 180. *Crales ſucceſſibus Cantacuzeni inuidens, Germanos mercenarios reuocat; Theſſalonicae praefectum, vt illum adhuc inualidum adoriatur, monet.*

§. 181. *Germani Cralis leuitate condemnata, Cantacuzenum Berrhoeam comitantur.*

§. 182—185. *Cantacuzenus, Seruiorum dolum meditantium agmine ad Axium flumen diſſipato, Berrhoeam venit.*

§. 186. *Germanos congiario donatos dimittit; Crales, eorum, quae ad Axium fl. acciderant, ignorationem ſimulans, duces poenas daturos ad Cantacuzenum mittit.*

§. 187. *Apocauchus magnis muneribus et promiſſis Cralem aduerſus Cantacuzenum concitat.*

§. 188. *Monomachus Cantacuzenum, a Seruiis adiutum, fruſtra a Byzantiis oppugnari oſtendit.*

§. 189. *Cantacuzenus Cralis, ipſum ad colloquium inuitantis, inſidias eludit.*

§. 190. *Crales Cantacuzeno bellum indicit.*

§. 191. *Apocauchus Berrhoeotas a Cantacuzeno abalienare nititur; Cralem eidem hoſtem factum nunciat.*

§. 192. *Rumor de Cantacuzeno in Seruia mortuo ad Amurium perlatus.*

§. 193. *Apocauchus de auxiliorum Seruicorum mora ſolicitus.*

§. 194. *Turci, Cantacuzeni ſocii, Seruiorum ditionem populantur*

§. 195. *Cantacuzenus Turcos a finibus Seru. vaſtandis cohibet, idque ſe beneficiorum acceptorum memorem facere, Crali ſignificat.*

§. 196. Momitzilus Bulgarus ad Cralem ſecedit, ab eo deficiens ad Cantacuzenum ſe confert.

§. 197–199. Seruii contra Turcos a Crale miſſi in loco Stephaniana dicto caeduntur; quo cognito Crales domum abit.

§. 200. Byzantii, a Seruiis et Bulgaris plures Rom. prouincias occupatas eſſe, aegre ferentes, ad Cantacuzenum de pace legatos mittunt.

§. 201. Pheraei contra Cralem, vrbem obſidentem, Cantacuzenum auxilium rogant; hic ducem iis mittit, ſimulque Cralem, vt obſidionem ſoluat, hortatur.

§. 202, 203. Cantacuzenus iterum Cralem, vt Pheris diſcedat, monet; ni faciat, ſe cum Turcis illum inuaſurum minatur; ſimul cum exercitu eo contendit.

§. 204. Crales diſcedit; Cantacuzenus eo proficiſci parat, a Turcis ſociis Byzantium cum exercitu petere cogitur.

§. 205. Cantacuzenus re infecta diſcedere coactus, Turcos, vt ſecum in Macedoniam redeant, rogat.

§. 206. Crales Pheris potitus, imperatoris titulum ſumit, ac filium Cralem renunciat.

CAPVT XII. *Legationes ab imp. Cantacuzeno ad Cralem de pace miſſae, irritae; bellum Seruiis a Romanis et Turcis illatum, vsque ad Seruia caſtellum fruſtra a Cantacuzeno oppugnatum; ab a. C. 1347–.*

§. 207. Cantacuzenus capta CP. Crali per legatos pro beneficiis olim in ſe collatis gratias agit; vrbes Rom. ab illo captas ex foedere cum illo tunc percuſſo repetit.

§. 208. Crales vrbes reddere abnuit; Cantacuzenus Matthaeum filium cum Turcorum auxiliis contra illum mittit; Turci vrbes Mygdoniae finitimas populantur.

§. 209. Cantacuzenus Matthaeo F. fines Rom. contra Seruios tutandos committit.

§. 210. Iterum ad Cralem de pace legatos mittit; quibus re infecta reuerſis, bellum parat.

§. 211. Theſſalonicenſes epiſcopum a Cantacuzeno miſſum ſuſcipere recuſant; Cralem vrbis ipſi dedendae vana ſpe lactant.

§. 212. Ciuium nonnulli Cantacuzenum, vt ſibi contra Cralem auxilio veniat, rogant.

§. 213. Crales Theſſalonicam, cum deditione non poſſet, vi armorum obtinere nititur.

§. 214. Cantacuzenus vrbi ſuccurrere decernit, Turcorum acceſſit auxilia.

§. 215. Turcis in Europam transgreſſis; profectionem adornat.

§. 216. Matthaeus, Turcis in Aſiam reuerſis, Seruiorum metu ſtationem ſuam relinquit; Cantacuzenus Theſſalonicam nauigat; cum Braiane Amphipoli praefecto noctu in colloquium venit.

§. 217. Theſſalonicam ingreſſus, Seruios ab vrbe repellit.

§. 218. Veneti Cantacuzenum contra Genuenſes auxilia rogant, ſe viciſſim Crali, quippe in ſenatum ſuum cooptato, vt pacem amplectatur perſuaſuros polliciti.

§. 219—224. Cantacuzenus cum Turcorum auxiliis Berrhoeam petit, vrbem Marzelati cuiusdam proditione capit.

§. 225. Turci Seruiorum ditionem, permittente imperatore, populantur.

§. 226, 227. Cantacuzenus Edeſſam et plures alias vrbes capit.

§. 228, 229. Seruia, caſtellum, fruſtra oppugnat.

CAPVT XIII. *Agitata ab vrbibus et proceribus Seruiorum defectionis conſilia; noui belli motus; Cralis cum imp. Cantacuzeno colloquium; pax iuncta, parum fida; foedus Cralem inter et Io. Palaeologum contra Cantacuzenum iunctum.*

§. 230. Plures Seru. vrbes, etiam Scopia, de deditione ad Cantacuzenum legatos mittunt; Scopienſes a Crale defectionis accuſati, crimen refutant.

§. 231. Seruiorum proceres Cantacuzenum aduocant, illi contra Cralem auxilio futuri, Cantac. a copiis non ſatis inſtructus, eorum conſilium ſequi non audet.

§. 232. Cantacuzenus cum exercitu Gynaecocaſtrum petit; Beſſus praefectus deditionem iurato promittit, ſi imperator nunc quidem diſcedat.

§. 233.

§. 233. *Crales exercitu collecto Theſſalonicam contendit; Beſſus ſe illi adiungit.*
§. 234. *Crales legatis ad imperatorem miſſis, eum ad colloquium inuitat; annuit imperator.*
§. 235, 236. *Crales Cantacuzeno ingrati animi et iniuriae crimen affert; quod hic vtrumque a ſe remouet.*
§. 237, 238. *Remotis arbitris colloquuntur; Cantacuzenus vrbes, tempore bellorum a Crale occupatas, reddi poſtulat; quod Crales facere abnuit.*
§. 239, 240. *Crales rem Cantacuzeni arbitrio permittit, hic vrbium diſtributionem facit; quae vt Crali placuit, pax iungitur.*
§. 241. *Romani quidam Cralem noctu adeuntes, ne hac conditione pacem faciat hortantur; ſe ipſi contra Cantacuzenum belli ſocios promittunt.*
§. 242. *Crales aequiores poſtulat pacis conditiones; ſin minus, bellum minatur, ad quod ſe Cantacuzenus paratum eſſe ſignificat.*
§. 243. *Crales et Cantacuzenus copias educunt; neuter proelium orditur.*
§. 244. *Crales iterum de pace legatos mittit; Cantacuzeno de conditionibus ante latis aliquid remittere et pugnam ordiri abnuente, Crales exercitum reducit.*
§. 245. *Cantacuzenus Theſſalonica diſcedens, Ioannem Pal. ne Crali fidat, monet.*
§. 246. *Crales Edeſſam proditione capit, arcem expugnat; vrbe direpta, et arci praeſidio impoſito, domum redit.*
§. 247, 248. *Cantacuzenus cum Alexandro Bulgaro contra Turcos et Seruios foedus iungit; quod Bulgarus, a Crale perſuaſus, reſcindit.*
§. 249. *Cantacuzenus expeditionem in Seruios adornat.*
§. 250, 251. *Imp. Io. Palaeologus, ſuaſu ſuorum, Cralem contra Cantacuzenum auxilium rogat, quod hic continuo promittit.*
§. 252. *Anna Aug. Ioannem Pal. filium a propoſito dimouet; Crali, vt diſcedat, perſuadet.*
§. 253. *Crales Io. Palaeologo auxilia ſubmittit; Cantacuzenus ab Orchane Turc. auxilia poſcit.*

§. 254.

§. 254. *Io. Palaeologus cum Seruiis ad Didymotichum caſtra locat; Turci Solimane duce eodem veniunt.*
§. 255. *Seruii a Turcis ex inopinato oppreſſi clade afficiuntur.*
§. 256. *Patriarcha Philotheus, Turcos a Cantacuzeno contra Seruios aduocatos, indignum cenſet.*
§. 257. *Cantacuzenus Seruios ſiue pactionibus, ſiue armis ad reſtituenda oppida compellendos iudicat.*

CAPVT XIV. *Seruiorum genus, migrationes, aucta potentia; bella cum Turcis ſub Solimane geſta.*

§. 258. *Soliman coniunctis cum Cantacuzeno viribus, Seruiis bellum infert.*
§. 259. *Stephanus a regione ad ſinum Ionium, vsque in Macedoniam ditionis ſuae terminos extendit, Scopia regni ſedem conſtituit.*
§. 260. *Seruii genere Illyrii, non Albani.*
§. 261. *Prouinciae a Stephano rege ſubactae, praefectis adminiſtrandae dantur, qui poſt Stephani obitum eas vt ſuas retinuerunt.*
§. 262. *Michael Bulgarus Stephano Seruio antiquior.*
§. 263. *Soliman Seruiorum ducem Cralem et Vngleſem bello petit; hi copias in Thraciam ducunt.*
§. 264. *Soliman eos noctu adortus cum ſuis occidione caedit.*
§. 265. *Seruiorum et Bulgarorum metu, cum Graecis paciſcitur, pacta reſcindit.*
§. 266. *Seruiorum antiquae ſedes et migrationes; gentes cognatae.*
§. 267. *Amurates Orchanis F. Seruios proelio vincit; Pherras capit.*

CAPVT. XV. *Poſt Stephani obitum orta inter eius vxorem, fratrem et filium de ſucceſſione diſſidia; Matthaeus Cantacuzeni F. a Seruiis in imperium vocatus, tandem ab iis Ioanni Pal. traditus.*

§. 268. *Simon, Cralis frater, Seruiae principatum affectat; Vreſis, Cralis F., eum armis ſibi vindicare nititur; Helena, eius mater, plures occupat vrbes, aliis viri inter Seruios potentes potiuntur.*

§. 269. *Romanis bello ciuili diſtentis, Nicephorus deſpota Theſſaliam Seruiis eripit.*

§. 270. *Nicephorus uxore repudiata, Helenae Cralaenae ſororem uxorem ducere parans, Albanis ob hanc rem defectionem molientibus, hoc conſilio omiſſo, cum uxore in gratiam redit.*

§. 271. *Vrbium Mygdoniae praefecti Matthaeum Cantacuzeni F. euocant, urbes ipſi dedituri; Matthaeus ſe 30. diebus elapſis adfuturum promittit; hoc conſilio Orchanem auxilia rogat.*

§. 272. *Matthaeus a Turcis auxiliaribus ante praefinitum tempus in Seruiam mouere cogitur.*

§. 273. *Turci Pherarum regionem populantur; Seruiorum agmen, quod Boichnas Matthaei amicus ducebat, fruſtra id impediente Matthaeo, adorti confligunt, Serui Pheras recedunt.*

§. 274. *Turci praedatores in caſtra Romanorum et Turcorum incidunt, eos Seruios eſſe rati adoriuntur, et in fugam vertunt.*

§. 275. *Seruii e proximis vicis effuſi fugientes perſequuntur; Matthaeus vix elabitur.*

§. 276. *Matthaeus non procul Philippis in palude ſe occultans, capitur; Boichnas eum a Philippenſibus acceptum ſecum Draumam abducit, eum incolumen domum remiſſurus.*

§. 277. *Boichnas eum Ioanni Pal. dedit.*

§. 278. *Io. Palaeologus ad Seruios de pace et foedere contra Turcos iungendo legatum mittit Calliſtum patriarcham; Seruii pacem et foedus admittunt; Patriarcha et comites eius fere omnes in Seruia moriuntur.*

CAPVT XVI. *Res Seruiorum ſub Eleazaro eiusque filio Stephano; bella cum Amurate et Baiazete geſta; Seruia Turcis tributaria; a. C.* 1359–1397.

§. 279. *Amurates Dragaſen et Bogdanum, regionis Axio finitimae dominos, ſibi tributarios facit.*

§. 280. *Plures Seruiorum urbes capit ac diripit; incolas captiuos abducit.*

§. 281.

§. 281. *Lazarus Seru. rex cum Amurate proelio decernit; Amurates a Seruio quodam transfuga letali afficitur vulnere; Lazarus captus coram Amurate animam agente occiditur.*

§. 282. *Baiazet Seruiis tributum imponit, Stephanum regem, Lazari F., ſibi bellum gerenti adeſſe iubet, eius ſororem uxorem ducit.*

§. 283. *Seruia Pannoniae finitima.*

§. 284. *Conſtantinus, Dragaſis frater, Stephanus Crales &c. defectionis conſilia agitant.*

§. 285. *Res a Conſtantino geſtae.*

§. 286. *Seruia, qua a Philippopoli vsque ad Haemum patet, a Baiazete incolis frequentata; reliqua Seruia ab eodem vaſtata.*

§. 287. *Pueri et puellae forma inſignes, e Seruiis, Valachis &c. Baiazeti miniſtrant.*

§. 288. *Stephanus cum Seruicis copiis Baiazetem ad bellum contra Temyrem ſequitur.*

§. 289. *Stephanus et Seruii in proelio cum Tataris ſtrenue rem gerunt; Stephanus cum Solimane, Baiazetis F., fuga euadit.*

§. 290. *Baiazetis vxor, Lazari filia, Pruſae in Temyris poteſtatem venit.*

CAPVT XVII. *Res Seruiorum ſub Stephano et Georgio, Vulci filio, geſtae, vsque ad Seruiam ab Amurate Muhammedis F., ſubactam; ab a. C.* 1403–1439.

§. 291. *Stephanus Muſae in bello contra Solimanem ſocius, imp. Emanuelis II. Pal. conſilio, ab eo defectionem facit.*

§. 292. *Muſa Seruiam, Stephano ſibi fuga conſulente, vaſtat.*

§. 293. *Graeci Bogdanum ſibi contra Muſam adiungunt ſocium; Muſa eius regionem ſuae ditionis facit.*

§. 294, 295. *Muhammedes a Crale Georgio auxiliis adiutus, Muſam fratrem vincit, regionem amplam Georgio donat.*

§. 296. *Muhammedis imperio potitus, Seruiorum, Bulgarorum &c. legatos benigne excipit, pacem cum his gentibus confirmat.*

§. 297. *Muhammedes ad coërcendos Romanos, Seruios &c. in armis ſemper eſt.*

§. 298. *Muhammedis mortem eius domeſtici celant, Romanorum, Seruiorum &c. metu.*

§. 299—301. *Serui Turcis tributarii.*

§. 302. *Prialupas, Seruius, Aetoliae princeps, Albanorum contra Neapolitanos ſocius.*

§. 303. *Izaulus quidam in hoc bello captus Prialupam, uxoris eius, cum qua occulte conſueſcebat, conſilio, occidit, et Aetoliae principatum occupat; quo a Carolo priuatur.*

§. 304. *Kelpaxeſi Seruius Ioniae praefectura ab Amurate honoratus.*

§. 305. *Amurates imperio potitus pacem cum Seruiae deſpota iungit.*

§. 306. *Deſpota Seru. Lazarus Amurati poſt pacem cum Io. Emanuele Pal. iunctam de fauſtis rebus gratulatur.*

§. 307. *Stephano Crale defuncto, Amurates Seruiam ab eius ſucceſſore Georgio Vulci F. repetit; Georgius tyrannum, filia ſua ei deſponſa, maxima Seruiae parte dotis nomine adiecta, ſibi conciliat.*

§. 308. *Amurates nuptias cum Stephani filia, e Seruia a Saritzia pronubo adducta, celebrat.*

§. 309. *Phadulach Amurati perſuadet, vt Stephanum Smedrouo caſtello, quod hic Amurate permittente ad Danubium exſtruxerat, depellat.*

§. 310. *Amurates caſtellum, cum dedere recuſaret Stephanus, expugnat.*

§. 311. *Nouopridum cum vniuerſa Seruia ditionis ſuae facit; Stephani filiis oculos erui iubet.*

§. 312. *Belgradum a Seru. deſpota Hungariae regi permiſſum; cur?*

§. 313. *Turchanes ab Amurate Seruiae praefectus, Albanos clade afficit.*

§. 314.

CAPVT XVIII. *Seruia ab Amurate Georgio reddita; a Muhammede tributaria facta; poſt iterata bella penitus ab illo ſubacta; ab a. C. 1440–1455.*

§. 314. Hungari a Georgio concitati Amurati bellum inferunt; hic Seruia et filiis Georgio redditis pacem obtinet.

§. 315. Georgius Hungaris bellum contra Amuratem diſſuadet, in eius ſocietatem venire abnuens.

§. 316. Turcis, Hungaros Iſtrum traieciſſe nunciat.

§. 317. Ioannis Eman. Pal. frater filiam Seruiorum principis filio elocat.

§. 318. Chiteres, Seruius, Amurati militans, in Iſthmi Corinthiaci murum primus aſcendit.

§. 319. Georgius Seru. deſpota, Io. Huniadem cum Hungaris Iſtrum traiicere, Turcis nunciat.

§. 320. Ab Hungaris, vt vna cum ipſis bellum contra Amuratem ſuſciperet, rogatus; id ſe facturum negat; cur?

§. 321. Seruii Hungaros, à Turcis victos, in anguſtiis exſpectant.

§. 322. Ioannes Huniades per Seruiam ſolus iter faciens, agnitus capitur; tandem dimittitur.

§. 323 Georgius filiam ſuam Amurati defuncto nuptam, a Muhammede repetit, qui illam donis ornatam, fundis quoque in Seruiae finibus aſſignatis, remittit.

§. 324. Muhammedes poſt CP. captam Seruiis tributum imperat.

§. 325. Legati a Georgio miſſi tributum pendunt Muhammedi, captiuos redimunt.

§. 326. Muhammedes, Georgium vniuerſa Seruia ſibi, quippe legitimo heredi, cedere, Vulci patris ditione contentum, poſtulat.

§. 327. Seruii legatum diutius retinent, ob Georgii abſentiam; interea oppida muniunt.

§. 328. Muhammedes cum exercitu Philippopolin venit; legatus morae veniam impetrat.

§. 329. Irrumpit in Seruiam, Smedrouum fruſtra tentat; alio quodam potitus oppido, cum ingenti praeda Adrianopolin redit.

T 3   §. 330.

§. 330. *Contra Belgradum expeditionem ſuſcipiens, a Seruiorum deſpota munēribus placatur.*

§. 331. *Mechmutes regio palatio a Muhammede praefectus, Seruius genere materno.*

§. 332. *A Muhammede contra Seruios, ad Iſtrum accolentes, mittitur.*

§. 333. *Eius frater Michael a Seruiis in regnum vocatus, ab Eleazari vidua dolo captus ad Hungaros mittitur.*

§. 334. *Muhammedes in Seruiam exercitum ducens, Senderouiam deditione capit.*

§. 335. *Illyricum [Boſnia] Seruiae finitimum.*

§. 336. *Iſaacus et Paulus Seruiorum ſocii, hoſtes.*

§. 337. *Inſcriptiones litterarum a Metropolita ad Seruiae principem, eius uxorem &c., a Patriarcha CP. ad praeſulem Peſtii datarum.*

SERVI-

SERVICORVM

CAPVT I.

Res Seruiorum ab eo inde tempore, quo in Dalmatia primum conſederunt, vsque ad Seruiam a Symeone Bulgaro vaſtatam;

ab a. C. 610—931.

§. 1.

Imp. HERACLIO.

a. C. 610—641.[a]

Imp. HERACLIO.

SCIENDVM eſt, Seruios[b] [Dalmaticos] oriundos eſſe a Seruiis 1.
non baptizatis, qui etiam *Albi* cognominantur, et vlteriora Turciae[c] incolunt, in loco ab illis *Boici*[d] nuncupato, cui finitima Francia[e] eſt, vti et *magna Chrobatia*, baptiſmi expers, quae etiam *Alba* cognominatur. Illic igitur initio Seruii hi habitabant.

Principatu autem Seruiae[f] a patre ad duos fratres deuoluto, alter, ſumta populi parte dimidia, ad Romanorum imperatorem Heraclium confugit, qui et excepto locum ad inhabitandum dedit in Theſſalonicae themate, quod ex eo tempore Seruia[g] nuncupatur.

§. 2.

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 99, 100.

a) Sunt anni imperii Heraclii.

b) Σερβλοι. Hoc nomine Seruii hic et reliquis locis omnibus a Conſtantino inſigniuntur.

c) i. e. *Hungariae*, Hungaros enim Turcos et terram eorum Turciam Conſtantinus vocat.

d) εἰς τον παρ' αυτοις Βοϊκι τοπον ἐπονομαζομενον.

e) i. e. *Alemannia*.

f) της Σερβλιας.

g) τα Σερβλια. Σερβια vocant alii, caſtellum in prouincia Theſſalonicenſi ſitum. de quo vid. infra §. 179. 228. 229.

§. 2.

Serbli autem Romanorum lingua *ſerui* b) dicuntur: vnde *Serbula* vulgo ſeruorum calceamenta appellantur; et *Serbuli-*

anos

b) Bandurius in Animaduerſionibus in Conſtant. librum de Adm. Imp. p. 107. „ Seruiorum igitur, inquit, vocabuli originem Graeci a Latino ſermone deriuant, nimirum a ſeruitute, vt ait hic Porphyrogenitus; ex quo quidem mutuatus eſt Wilh. Tyrius ea, quae ſcribit lib. 20. cap. 4. quando cum imp. Emanuele, in Seruia proeliaturo, ſe veniſſe ait. *Detinebatur porro eo temporis articulo imperator in Seruia, quae regio montuoſa et nemoribus obſita difficiles habens aditus, inter Dalmatiam et Vngariam et Illyricum media iacet, rebellantibus Seruiis, et confidentibus de introituum ad ſe anguſtiis, et de imperuia eorum regione. Habent vetuſtae traditiones, hunc omnem populum ex deportatis et deputatis exilio, qui in partibus illis ad ſecanda marmora et effodienda metalla damnati fuerant, originem habuiſſe, et inde nomen traxiſſe ſeruitutis. Eſt autem populus incultus absque diſciplina, montium et ſiluarum habitator, agriculturae ignarus; gregibus et armentis copioſi, lacte, caſeo, butyro, carnibus, melle et cera vberius abundantes. Hi magiſtratus habent, quos Zuppanos vocant, et domino imperatori aliquando ſeruiunt, aliquando de montibus et ſiluis egredientes, omnem circa ſe regionem, vt ſunt audaces et bellicoſi viri, depopulantur.* Atqui in hac Serblorum nominis a ſeruitute denominatione, inquit Lucius in Notis ad hiſtoriam Diocleatis de Regno Slauorum, Graecos et ex eis Latinos hallucinatos ſciunt, quicunque Slauum idioma callentes, contermini Serblianis ſunt. nam quos Slaui *Srbglianos* dicunt, hos Graeci aſperitatem vitantes Serblos ſiue Serbulianos vocant: terram autem, quam habitant, Slaui *Srbska* vocant; quod cum Graecis difficile eſſet proferre, Seruiam dixerunt, et ſicut CPli poſt imperii declinationem Latinus ſermo diu in vſu fuit, ita denominationem Seruiorum a *ſeruitute* voce Latina promanaſſe commenti ſunt, cum in Seruia inter aſperitates Scardi montis metallorum fodinae exiſtant, a ſeruis ad metalla damnatis Seruios originem traxiſſe. Wilhelmus a Graecis edoctus ſcripſit; ſed prout Srbglianorum nomen nationis Slauicae eſt, et Srbska regionis eorundem, ita eadem loca poſt imperii declinationem Srbglianos occupaſſe conſtat, prout ipſis contermini *Hruati* et *Bugri* itidem Slauicae nationes, quae Croati et Bulgari dicuntur, effecere; et quamuis agreſtis conditionis ſint (quod commune eſt cum caeteris montana incolentibus) tamen eadem loca inuitis Graecis occuparunt, quod imbecillitatem eorum indicat, et ab eodem Tyrio ignominia taxantur. Notandum etiam

mos [i]) illos vocamus, qui ita viliter ac pauperum in modum ſunt calceati. Seruii autem inde ſic cognominati ſunt, quod Romanorum imperatori ſeruirent.

§. 3.

Aliquanto vero poſt viſum eſt Seruiis in terram ſuam redire, et dimiſit quoque illos imperator; ſed cum traieciſſent Danubium flumen, poenitentia ducti, per praetorem, qui tunc temporis Belegradum adminiſtrabat, ab Heraclio imperatore petierunt, aliam ſibi terram ad inhabitandum aſſignare vellet. Cumque ea, quae nunc Seruia dicitur, et Pagania, quaeque Zachlumorum terra vocatur, item Terbunia et Canalitarum [k]) regio, quae imperatoris Romanorum ditionis erant, propter Abarum excurſiones [l]) deſertae eſſent, expulſis inde Romanis, qui nunc Dalmatiam et Dyrrachium incolunt; regiones illas Seruiis habitandas imperator dedit, cui etiam ſubiecti erant, a quo etiam baptizati fuere per presbyteros Roma accerſitos, et pietatis opera edocti, antiqua fide accepta.

§. 4.

Cum autem ſub Romanorum poteſtate eſſet Bulgaria: Seruiorum principe, qui ad imperatorem confugerat, vita functo, filius ipſius ſucceſſit, mox nepos et ſic omnes, qui ab eo deſcenderunt; ex quibus poſt annos aliquot fuit BOISESTHLABVS, a quo RADOSTHLABVS, a quo PROSEGOES, a quo BLASTEMERVS [m]), ad cuius vsque tempora pacem cum Bulgaris habuerunt Seruii, vtpote vicini

eſt, tempore Michaelis Seruiae et Bodini Bulg. regum Epirum reliquaque loca, quae Slaui poſſidebant, a Latinis Bulgariae nomine cenſita fuiſſe, vt Abbas Gaufridus, illorum temporum Northmannicus ſcriptor geſta Roberti et Boëmundi in Epiro referens, pluribus in locis in Bulgaria et apud Bulgaros eosdem fuiſſe ſcribit, et Wilh. Tyrius lib. 2. cap. 1—„

i) Τζερβȣλιανȣς.

k) De Paganis, Zachlumis, Terbuniotis et Canalitis, qui omnes ad Slauos Dalmaticos pertinebant, infra plura adferuntur.

l) De his Auarorum excurſionibus vide *Auarica* §. 110. et *Slauica* §. 1. ſeq.

m) Βοισεϑλαβος. Ραδοϑλαβος. Προσηγοης. Βλαςημερος.

Imp. HERACLIO.

a. C. 610—641.

cini ac confines inter ſeſe amantes, ſeruientes Romanis imperatoribus, et ab iis beneficiis ornati [n]).

§. 5.

Imp. BASILIO *Macedd.*

Imp. BASILIO *Macedone.*

a. C. 867. [o])

2. QVI poſt Heraclium imperium tenuere principes cum peſſime rempublicam adminiſtrarent; Seruii cum reliquis Slauis, iugo Romanorum excuſſo, ſe in libertatem vindicarunt. Cum vero, Baſilii Macedonis temporibus, Saraceni Dalmatiam infeſtarent; Slaui ſponte ſub Romanorum rediere imperium, et ſimul, vt, qui ex ipſis baptizati nondum eſſent, baptizarentur, rogarunt. Quorum lubentiſſime concedens precibus Baſilius ſacerdotes miſit, et principes eis deſignauit e ſtirpe, quam maxime diligerent et amarent [p]).

§. 6.

a. C. 870. [q])

3. SED principatum tenente laudato BLASTEMERO, arma contra Seruios mouit Bulgariae princeps Preſiam, ſubiicere ſibi ipſos cupiens: verum, poſt trium annorum bellum, non ſolum nihil effecit, ſed plurimos e ſuis amiſit.

POST

n) Res geſtas plurium annorum, vel ſaeculorum adeo, hic complectitur Conſtantinus. Blaſtemerus enim, cuius h. l. meminit, ſub imperio Baſilii Macedonis floruit. Reliqua, quae his ſubiungit Conſtantinus, vid. §. 6.

2. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 29. p. 87, 88. Id. in Vita Baſilii p. 178—180. Cedren. T. II. p. 576. Zonar. T. II. p. 169, 170. Conſtantini Continuator [Scriptt. poſt Theoph. p. 52].

o) Hoc anno imperii potitus eſt Baſilius Macedo.

p) Haec fere ſunt, quae de rebus Seruiorum ab obitu inde Heraclii vsque ad initia imperii Baſilii Macedonis memoriae prodiderunt ſcriptores Byzantini. Caeterum quem hic excerptum dedi, integrum vide locum in *Slauicis*, *§. 114. ſeqq.*

3. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 32. p. 100, 101. Haec iis, quae §. 4. attuli, ſubiunguntur.

q) Ad hunc circiter annum quae ſequuntur referenda eſſe, docet Du Cange in Familiis Dalmaticis.

Imp. BASILIO *Maced.*

a. C. 870.

POST mortem autem Blaſtemeri regionem inter ſe partiti principatum Seruiae exceperunt tres eius filii MVNTIMERVS, STROEMERVS et GOINICVS r). Hos aggreſſus eſt Michael Boriſes, Bulgariae princeps, ſtragem, quam pater Preſiam paſſus erat, vindicare cupiens; ſed eum bellantem adeo afflixerunt Seruii, vt filium eius Blaſtemerum in vinculis abducerent, vna cum machinis grandibus duodecim. Tunc filii caſu permotus Boriſes pacem cum Seruiis fecit, et, Muntimeri filiis ipſum ad *Raſe* s) vsque deducentibus, in Bulgariam reuertit t).

§. 7.

a. C. 870—886. v)

PAVLO autem poſt tres fratres Seruiae principes contra ſe mutuo arma ſumſerunt, ſuperiorque factus vnus ipſorum Muntimerus; qui cum vellet ſolus principatum tenere, captos duos in Bulgariam transmiſit, ſolum *Petrum*, fratris Goinici filium, apud ſe retinens, et ſedulam eius curam gerens: qui fugiens in Chrobatiam venit; ſed de eo paulo poſt dicetur. Stroëmerus vero frater, cuius ſupra mentionem fecimus, in Bulgaria filium habebat *Clonimerum*, cui vxorem Bulgaram dedit Boriſes, ex qua *Tzeeſthlabum* y) in Bulgaria ſuſcepit. At Muntimerus, vtroque fratre expulſo, principatu potitus, filios tres genuit, *Pribeſthlabum*, *Bra-*

r) Μεντιμηρος, Στροημερος, Γοϊνικος.

s) ἕως της Ρασης. „ Sic, inquit Bandurius in Animaduerſionibus ad hunc locum, etiam MSS. ſed legendum forte vsque ad Raſciam, non vero Rhaſen, vt ait Meurſius „.

t) cf. *Bulgarica* §. 83.

v) Sunt reliqui imperii Baſilii Macedonis anni.

x) Κλονιμηρον.

y) Bandurius in Animaduerſionibus ad h. l. „ Tzeeſthlabus hic, inquit, Seruiae princeps, ea ferme qua Porphyrogenitus aetate viuebat, ſc. circa a. C. DCCCCL. Horum autem principum ſeries longe alia eſt apud Diocleatem, nomina etiam et ab iis acta prorſus diuerſa. Quod inde factum puto, quod Dalmatiae continentis et Dalmatiae maritimae, interdum etiam Croatiae principes Diocleates confuderit; qui ſane ſcriptor circa a. MCLII. floruit. Ideoque hac in re fidem multo maiorem meretur Porphyrogenitus, quam Diocleates, vt qui longe ante ipſum viuebat. „

Imp. BASILIO *Maced.*

a. C. 870—886.

num et *Stephanum*: eique mortuo ſucceſſit maximus natu PRIBESTHLABVS.

§. 8.

Anno igitur ſequente Chrobatia egreſſus Goinici filius PETRVS, cuius ſupra mentionem fecimus, patruelem Pribeſthlabum cum duobus eius fratribus principatu deiicit, atque ipſe eum capeſſit: illi vero fuga ſibi conſulentes in Chrobatiam abeunt.

Triennio autem poſt Branus, motis contra Petrum armis, victus captusque ab eo oculis priuatus eſt.

Biennio vero poſt e Bulgaria fugiens quoque Clonimerus, Tzeeſthlabi pater, mouet etiam ipſe, vrbemque Seruiae *Doſtinica* z) cum exercitu ingreditur, principatus occupandi cauſa: quem armis ſuperatum Petrus occidit, et principatum rexit alios viginti annos, imperante beatiſſimo ſanctoque imperatore Leone, cui ſubiectus erat. Pacem quoque habuit cum Symeone Bulgariae principe, cuius etiam filium ex baptiſmo ſuſcepit.

Imp. LEONE *Sapiente.*

§. 9.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 917. a)

POST imperium autem domini Leonis, Dyrrachii tunc praefectus, protoſpatharius Leo Rhabduchus, poſtea magiſter et logotheta curſus publici factus, in Paganiam, quae tunc temporis a Seruiae principe occupata erat, venit, ſermonem conſiliumque inſtituturus cum laudato Petro principe de aliquo negotio: inuidia autem ob hanc rem motus Michael Zachlumorum princeps, Symeoni Bulgarorum principi ſignificat, Romanorum imperatorem Petrum principem muneribus colere, quo Turcorum copiis adiutus Bulgariam inuadat: erat quippe id temporis bellum inter Romanos et Bulgaros ad Acheloum. Fu-

z) Δοςινικαν, infra Δεςινικον vocat Conſtantinus.

a) Hoc anno proelium Bulgaros inter et Romanos commiſſum eſt, cf. *Bulgarica* §. 96.

Imp. CON-STANTINO *Porph.*

a. C. 917.

Furens itaque quodammodo hoc nomine Symeon, contra Seruiae principem Petrum mittit cum exercitu Theodorum Sigritzen et Marmaen, vna cum *Paulo*, Brani[b] principis filio, quem[c] Petrus Seruiae princeps excaecauerat. Dolo igitur Bulgari principem Seruiae aggreſſi, et prole in ſacro lauacro ſuſcepta, et dato iuramento, nihil eum mali ab ipſis paſſurum, per fraudem exire perſuaſum, et in vincula e veſtigio coniectum, in Bulgariam abduxerunt, vbi et in carcere vitam cum morte commutauit.

§. 10.

Impp. CONSTANTINO *porph.* et ROMANO *Lacapeno.* STANTINO

Impp. CON-STANTINO *porph.* et ROMANO *Lac.*

a. C. 919—931.[d]

IN eius [Petri] autem locum ſucceſſit PAVLVS, Brani filius, qui principatum triennio tenuit. Dominus vero Romanus imperator, ſecum habens Pribeſthlabi Seruiae principis filium, *Zachariam*, miſit eum, vt principatum Seruiae occuparet: ſed illum venientem proelio ſuperauit Paulus, captumque Bulgaris tradidit in vinculis aſſeruandum.

§. 11.

Deinde elapſo trium annorum ſpatio, Paulo Bulgaris hoſte facto, ZACHARIAM miſit[e], quem dominus Romanus imperator antea miſerat; isque, Paulo deiecto, Seruiorum principatum occupat, et illico memor beneficiorum, quae a Romanorum imperatore acceperat, Bulgaris ſe oppoſuit, malens potius Romano imperio ſubeſſe, quam Bulgaris. Quare cum exercitum contra ipſum 4.
miſiſſet Symeon, ſub praefectis Marmaëm et Theodoro Sigritze, capita eorum atque arma imperatori Romano miſit, victoriae partae ſigna; adhuc enim bellum inter Bulgaros et Romanos erat: nec

b) Filius hic fuit Muntimeri, vid. §. 7.

c) Branum.

d) Anni ab initio imperii Romani Lacapeni vsque ad obitum Simeonis, Bulg. principis.

e) Hic aliquid deeſſe videtur et ſupplendum, *Simeon*.

4. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 102.

Impp. CONSTANTINO *porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 919—931.

nec vnquam ſubiici Rom. imperatori et parere deſinebat, quemadmodum et priores principes mittere ad ipſos ſoliti erant [e].

§. 12.

Symeone vero iterum nouas copias mittente contra Zachariam principem, ſub praefectis Cneno, Hemneco, ac Ezbodia, et miſſo ſimul Tzeeſthlabo, metuens tunc ſibi Zacharias, in Chrobatiam profugit. Bulgari autem *Zupanis* [f] ſignificarunt, vt ſe conuenirent, et principem Tzeeſthlabum exciperent: iuramentoque deceptos et ad primum pagum adductos protinus in vincula conicientes, Seruiam inuaſerunt, populumque omnem a minimo ad maximum in Bulgariam abduxerunt: quidam vero in Chrobatiam ſe receperunt, manſitque regio deſolata.

CAPVT II.

Seruiae principatus ſub Tzeeſthlauo reſtitutus; varia de Seruiae ſitu; gentibus a Seruiis ortis; res ſub Stephano Boiſthlauo geſtae;

ab a. C. 931—1043.

§. 13.

a. C. 931. [a]

VICINAE—gentes, Turci, Serbi, Chrobatae atque alii, audita Symeonis morte, Bulgaros bello petere ſtatuebant. §. 14.

e) ὐδεποτε δε ἐπαυσατο, καθως και οἱ προ ἀυτȣ ἀρχοντες, ἀπεϛελλον [f. ἀποϛελλων] προς τȣς βασιλεις Ρωμαιων, και ὑποτασσομενος και δȣλευων ἀυτοις.

f) Ζȣπανοις. de his Conſtantinus de Adm. Imp. c. 29. p. 87. *Principes vero, vt aiunt, hae gentes* [Chrobati, Seruii &c] *non habent praeter* ZVPANOS *ſenes, quemadmodum etiam reliqui Sclaborum populi.*

5. CEDRENVS T. II. p. 625. locum integrum et varietatem narrationis vid. in *Bulgaricis* §. 126.

a) Ad hunc annum obitum Simeonis Bulgari vulgo referunt. Cedrenus indictionem 15. i. e. a. C. 941. habet.

Imp. CONSTANTINO porph.

§. 14.[b]

a. C. 938—949.[c]

POST ſeptem annos fuga deſerens Bulgaros TZEESTHLABVS cum aliis quatuor Preſthlabo[d] in Seruiam venit. Non inuenit autem in ea regione praeter viros quinquaginta, ſine vxoribus liberisque, venatione victitantes: cum his regionem obtinens, per nuntios tutelam et auxilium ab imperatore Romanorum petiit, promittens, obedientiam eius iuſſibus ſe praeſtiturum, qualem et ante ipſum principes Romanorum imperatori exhibebant. Atque ex eo tempore multis illum beneficiis affecit imperator Romanorum ita, vt Serui, qui a Symeone diſſipati in Chrobatia, Bulgaria aliisque regionibus commorabantur, re audita ad ipſum vndique gregatim conuenirent: quin et in vrbem Conſtantinopolitanam plurimi e Bulgaria fugientes venerunt, quos veſtibus caeterisque beneficiis ornatos imperator Romanorum ad Tzeeſthlabum miſit; qui, magnificis Rom. imperatoris largitionibus regione conſtituta, et ad priſtinam incolarum frequentiam redacta, totum ſe Romano imperio ſubiecit; quippe ipſius imperatoris auxilio frequentibusque eius beneficiis regione illa conſtituta, princeps quoque illic confirmatus eſt. 6.

§. 15.

CAETERVM Seruiae princeps ab initio, id eſt, ab imperio Heraclii vsque, Romanorum imperatori ſuberat, non Bulgarorum principi. Suntque in baptizata Seruia oppida, quae habitantur, *Deſtinicum*, *Tzernabuſcee*, *Megyretus*, *Dreſneec*, *Leſnec*, *Salenes*[e]; in agro vero *Boſonae*[f] *Catera* et *Deſnec*[g].

§. 16.

a. C. 949.

DIOCLEAE—montana Seruiae finitima ſunt;—Terbuniae principatus—verſus montana Seruiae adiacet.— Zachlumorum principatus —mon- 6.

6. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 102, 103.

b) Haec iis, quae de infelici Simeonis contra Chrobatos ſuſcepta expeditione narrauerat, ſubiungit Conſtantinus.

c) Hoc anno hiſtoriam ſuam concinnauit Conſtantinus.

d) Metropolis Bulgariae, alias Perſthlaba vel Periſthlaba vocatur.

e) ὁ Δεςινικον, Τo Τζερναβυσκεη, το Μεγυρετυς, το Δρεσνεηκ, το Λεσνηκ, το Σαληνες.

f) εἰς το χώριον Βοσωνας. Cinnamo Βοσθνα.

g) το Κατερας, το Δεσνηκ.

6. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 30. p. 95, 96.

Imp. CONSTANTINO *porph.*

a. C. 949.

—montana, quae ad Septentrionem, Chrobatis, quae in fronte; Seruiae contermina ſunt.— Chrobatia verſus Tzentina et Chlebena Seruiae regionem attingit. Seruia autem in fronte habet caeteras omnes regiones; ad ſeptentrionem quidem Chrobatiae propinqua eſt, ad meridiem vero Bulgariae.—

7. Chrobati albi vltra Turciam prope Franciam incolunt, et Sclauis conterınini ſunt, non baptizatis Seruiis.— Chrobati [Dalmatiam incolentes] ad Romanorum imperatorem Heraclium confugerant, ante quam Seruii confugiſſent ad eundem.— 'Romani ante habitarunt in illis regionibus, quae Chrobatia et Seruia nunc vocan-

8. tur.'— Chrobatia Alba in hodiernum vsque diem ſine baptiſmo eſt, quemadmodum et finitimi Seruii.

9. Qui nunc in Dalmatia habitant Zachlumi, Seruii ſunt, ab illo principe, qui ad Heraclium Romanorum imperatorem confugit.—

10. Terbuniatae et Canalitae a non baptizatis Seruiis deſcendunt, qui illic habitarunt ab eo vsque principe, qui a Seruia non baptizata ad Heraclium imperatorem confugit, vsque ad Blaſtemerum [h] Seruiorum principem, qui filiae ſuae maritum dedit Crainan, Belaë Terbuniae Zupani filium, eumque honoris ergo principem appellauit, et, vt ſui iuris eſſet, effecit.— Terbuniae vero principes

11. ſemper Seruiae principi parebant.— Oriundi ſunt—Pagani a Seruiis non baptizatis, ab eo ſcilicet principe, qui ad Heraclium imperatorem confugit.— Pagani autem dicuntur, quod baptiſmum non accepiſſent eo tempore, quo Seruii omnes baptizati erant.

§. 17.

12. AD Archontem Chrobatiae, Serblorum, Zachlumorum, Canali [i], Trabunorum [vel Terbunorum [k]], Diocleae, Morabiae ſic ſcribitur [l]. Mandatum a philochriſtis Deſpotis ad illum, Archontem illius prouinciae. Ad hos bulla aurea eſt biſoldia.

Sub

7. Id. ibid. c. 31. p. 97.
8. Id. ibid. p. 99.
9. Id. ibid. c. 33. p. 103.
10. Id. ibid. c. 34. p. 103.
h) vid. ſupra §. 6.
11. Id. ibid. c. 36. p. 104.
12. Id. de Cerimoniis Aulae Byz. Lib. II. cap. 48. p. 399.

i) τϐ Καναλη.

k) *Terbuniatas* alias vocat Conſtantinus.

l) Alias litterarum inſcriptiones infra ex Codino affero.

Sub Romano Iuniore, Nicephoro et Ioanne Tzimiſce nulla fit Seruiorum mentio.

§. 18.

Imp. BASILIO *porphyrogenneta.*

Imp. BASILIO *porph.*

a. C. 1015.

QVAMDIV Trymalia et viciniores Seruiae partes in poteſtate 13.
BLADIMERI (gener is fuit Samuelis, Bulgarorum regis) manſerunt, hominis iuſti, ac pacis et virtutis ſtudioſi, pacatum fuit Dyrrachium.—

§. 19.

a. C. 1019.

[BVLGARIA maximam partem ſubacta], Xiphiae opera quae 14.
erant in Seruiis et Soſco caſtella [m] omnia ſolo aequat [imperator Baſilius], et in caſtellum Stagus venit.

Sub Romano Argyro nulla fit Seruiorum mentio.

§. 20.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

Imp. MICHAELE *Paphl.* a. M. 6544. ind. 4.

a. C. 1036.

ANNO mundi 6544. et Serbia [n], quae poſt mortem Romani 15.
imperatoris iugum excuſſerat, rurſus imperio coniuncta eſt.

§. 21.

Inter Slauos Ruſſis tributarios etiam Seruiorum (Σερβιων) meminit Conſtantinus de Adm. Imp. c. 9. p. 61. locum ipſum vid. in *Ruſſicis.*

13. CEDRENVS T. II. p. 710. locum integrum vid. in *Bulgaricis* §. 162.

14. Id. ibid. p. 716. cf. *Bulgarica* §. 171.

m) τα ἐν Σερβιοις και τῳ Σωσκῳ φρουρια.

15. Id. ibid. p. 739.

n) ἡ Σερβια.

Imp. MICHAELE *Paphl.* a. M. 6548. ind. 8.

§. 21.

a. C. 1040.

16. [ANNO mundi 6548. indict. 8. cum Ioannes Orphanotrophus] ad imperatorem Theſſalonicae degentem auri centenaria decem mitteret, nauis turbine venti correpta Illyricis alliſa eſt littoribus, et periit: aurum princeps Serborum STEPHANVS, qui et *Boiſthlabus* o), abſtulit. Is paulo ante ex vrbe profugerat, et Serbiam occuparat, pulſo inde Theophilo Erotico. At enim Ioannes magiſtratus venales proſtituens, ac omni iniuſtitiae fraena laxans, innumeris calamitatibus orbem terrarum impleuit, praefectis impune ſubditos expilantibus, et nemine prorſus in ea, quae agebantur, animaduertente.

§. 22.

Imperator autem Theſſalonicae de amiſſo auro certior factus, Stephanum per litteras monet, vt ſibi ſuum mittat, neque vltro belli cauſam praebeat. Hoc cum pro nihilo putaret Stephanus, Georgium Probatam ſpadonem cum exercitu aduerſus eum mittit imperator. qui in Seruia p) illapſus inconſiderate in locorum difficultates et inuias conualles, toto exercitu amiſſo, aegre euaſit.

Sub Michaele Calaphate
nulla fit Seruiorum mentio.

Imp. CONSTANTINO *Monom.* a. M. 6551. ind. 11.

§. 23.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1043.

17. α) SEXTA Octobris die, indict. 11. anno mundi 6551. cometa apparuit, ab oriente ad occaſum proficiſcens: totoque illo menſe fulſit.

α) ZONARAS: *Scytha quidam Boiſthlabus, Byzantio profugus, collecta manu Illyrici montes inſtar ferae inſedit, gentesque iis*

16. CEDRENVS T. II. p. 745.

o) Στεφ. ὁ Βοϊσθλαβος, ὁ των Σερβων ἀρχων.

p) ὁ δε του τοπου καταλαβων.

17. Id. ibid. p. 754, 755. Zonar. T. II. p. 248. Glycas p. 319.

Imp. CONSTANTINO *Monom.* a. M. 6551. ind. II.

fulſit. Is portendebat calamitates mundo euenturas. Cum enim Stephanus, qui et Boiſthlabus, fuga (vt ante docuimus) ex vrbe elapſus, Illyricos occupaſſet montes, ac Triballos q) et Seruos, indeque viciniam Romanis ſubditam populationibus vexaret: Monomachus, earum graſſationum impatiens, Michaelo patricio Anaſtaſii logothetae filio, tum Dyrrachii praefecto, mandat per litteras, vt collectis et ſuis et aliis militibus, quotquot in vicinis ac Romanis ſubditis prouinciis diſpoſiti erant, vna cum ordinum ductoribus in Triballos proficiſcatur, et Stephanum debellet.

§. 24.

Is vero Michaelus, rei bellicae ignariſſimus, quippe in vmbra et inter delicias educatus, inepte et inſcite rem aggreſſus, magnam rei Romanae calamitatem inuexit. Contractis enim, vt iuſſus erat, copiis, ad ſexaginta millia militum eae continebant, in Triballos duxit itineribus accliuibus, aſperis, ſalebroſis, ac ita anguſtis, vt ne bini quidem ſimul ire equites poſſent, Seruis (vt fertur) dedita opera cedentibus, ac intrare eum ſinentibus, neque de reditu ſollicitum, neque iuſto praeſidio anguſtias occupantem. ita ingreſſus, campeſtria direptionibus incendiisque vaſtabat. At Serui fauces itinerum ac praerupta inſidere, et reditum eius praeſtolari.

Michaelus vt ſatis praedae captiuorumque partum, tempusque domum reducendi putauit, et in reditu in anguſtias peruenit: ibi vero Serui de ſublimioribus locis Romanos ſaxis, lapidibus, ſagittis,

montibus finitimas Romanae ditionis, vt Triballos, Seruios (Σέρβοι) et id genus alios latrociniis infeſtauit. Quo nunciato, imperator Dyrrachii praefecto ſcribit, vt cum Stephano (nam id quoque nomen Boiſthlauus habebat) congrediatur. Qui cum pugnam temere commiſiſſet, (neque enim artis imperatorum peritiam habebat) ſuos milites in magnam cladem conicit, ipſe cum paucis aegre elapſus, reliquo exercitu omni illic caeſo, qui nec manibus vti, nec interfectores vlciſci potuit. Et haec in Illyrico geſta ſunt. GLYCAS: *Conſpectus eſt id temporis (a. 6550.) cometa—fulſit, altero poſt initum a Monomacho im-*

q) Hoc nomine Seruii ſaepiſſime a ſcriptoribus Byzantinis vocantur.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1043.

tis, omnisque generis miſſilibus impetere, neque armis, neque manibus vti valentes [r], aut vllo modo rem gerere, ita alii miſſilibus proſterni, alii per praecipitia deuolui, miſerabili clade, adeo vt adiacentes conualles atque ciuitates cadaueribus impletae, perſequentibus peruiae eſſent. Perierunt ad quadraginta millia et ſeptem duces: reliqui per ſaltus ac ſiluas montium diſſipati, et conſpectui hoſtium ſubducti, in cacumina euaſerunt, noctuque ad ſua peruenerunt, miſerandum ac lacrimabile ſpectaculum inter hos fuit etiam ipſe Michaelus, ſimili vſus fortuna.

§. 25.

18. PRAETEREA Georgius Maniaces, qui degebat in Italia, miſſus eo iampridem ab imperatore Baſilio, defectionem molitus eſt: ac ſumtis imperii inſignibus, ad Seruios [s] ſeſe contulit. His rebus cognitis, imperator, qui litteris ad Maniacen perſcriptis, ab inſtituto non poſſet hominem auertere, validam manum aduerſus eum miſit.— Conſerto—ad *Strobum* [t] proelio, Maniaces ex equo ſubito lapſus eſt, et qui antea copias hoſtiles peruaſerat, capite truncatus.

perium anno.—euenturas. Quippe non multo poſt in Seruia ſeditio concitata eſt, cuius compeſcendae gratia litteras imperator ad Dyrrachii praeſidem dedit. Iis acceptis ille militum ad LX. M. *cogit, et cum illis Triballorum regionem ingreſſus, Seruiosque* (Σεϱβοις) *parum prudenter adortus, quadraginta hominum millia cum ſeptem ducibus amittit.*

r) *των περι τον* Μιχαηλ *μητε χερσι, μηϑ᾽ ὁπλοις χρησαϑαι δυναμενων.*

18. GLYCAS p. 319. qui haec iis, quae ad §. praecedentem ex eo attuli ſubiungit. Meminerunt defectionis Maniacae quoque alii, ſed nihil illi de Seruiis.

s) *εἰς Σερβιαν.*

t) *ἐν τῳ Οϛροβῳ.*

CAPVT

CAPVT III.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

Res Seruiorum ſub Michaele, Bodino et Bolcano geſtae;
ab a. C. 1050—1105.

§. 26.

a. C. 1050—1054. v)

MICHAELAS x), Stephani filius, qui poſt patris mortem Triballorum ac Serborum principatum tenebat, cum imperatore foedus icit: protoſpathariique decoratus honore, in album ſociorum ac amicorum imperii Romani adſcribitur. 19.

Sub

Michaele Stratiotico, Iſaacio Comneno, Conſtantino Duca; Romano Diogene nulla fit Seruiorum mentio.

§. 27.

Imp. MICHAELE *Duca.*

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 1073.

α) PRIMO—imperii ipſius [Michaelis Ducae] anno, indictione vndecima, Seruorum gens, *quos etiam Chrobatas vocant*, exiit 20.

X 3

α) ZONARAS: *Tertio porro anno imperii illius gens Crouatorum* (Χρωβατων), *quos nonnulli Serbos vocant, Bulgariam occupare aggreſſa eſt, ac quaedam loca cepit, ſed multis proeliis factis multis vtrinque caeſis, tum deuicta, et Romana ditione*

19. CEDREN. T. II. p. 789.
v) Annum Mundi 6558. indict. 3. Cedrenus habet p. 785. indictionem 7. p. 791.
x) Μιχαηλας.
Cedrenus p. 791. *Monomachus Ibericum exercitum per Leonem Serblium dimiſit.*
20. SCYLITZES (Cedr. T. II.) p. 850. ſeqq. Zonar. T. II. p. 288. Glyc. p. 330.

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 107⅓.

iit vt Bulgariam in ſeruitutem redactura, quomodo vero, altius ipſe repetens enarrabo. Nam cum Baſilius imperator, eo tempore, quo Bulgariam ſubegit, nollet aliquid innouare eorum, quae ibi vſitata erant— *** a). Iam igitur prius natio perturbata fuerat, —et nunc quoque ad rebellionem ſpectauit.— [Hinc] Bulgariae principes *Michaelem* ſuum praefectum b) petunt ſibi opem ferre et opitulari, ſibique tradere filium, vt ipſum Bulgariae regem declarent, et a Romanorum imperio et crudelitate eum vindicent c). Ille autem libenter ipſis obtemperabat, delectisque e ſuis trecentis, et ſuo filio *Conſtantino*, cui *Bodino* nomen erat, traditis, in Bulgariam eum mittit. Exit igitur ad Priſdiana, vbi coacti proceres—Bulgarorum regem ipſum declararunt, Petrum pro Conſtantino mutato nomine vocantes d).—

§. 28.

Imp. NICEPHORO *Bot.*

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

a. C. 1073.

21. [MONOMACHATVS Dyrrachii praefectus defectionem moliens de Dyrrachio dedendo cum Roberto Normannorum duce egit]. Ac Monomachatus nequaquam ita compoſitae cum Roberto conuentioni acquieſcendum putauit, vt non aliud quoque in omnem euentum ſibi perfugium proſpiceret. Exarchi erant Dalmatarum e) BO-

expulſa, in ſuas redire ſedes coacta eſt. GLYCAS: *Quum Michaelus imperium negligenter admodum et pueriliter adminiſtraret, Seruiorum quoque regiones* (Σεgβικαι χωgαι) *molitae defectionem, aduerſus ipſum inſurrexerunt.*

a) Lacuna eſt; deeſt nimirum apodoſis huius periodi.

b) Ἰον Μιχαηλαν ἀgχηγον. *ſuum* perperam addit interpres. Michael enim Seruiorum dux fuit, non Bulgarorum.

c) *και της ἐκ των Ρωμαιων ἐλευθεgωθειεν καταδυναςειας και βαgυτηλος.— vindicarentur.*

d) Bellum inde exortum vid. in *Bulgaricis* §. 196. ſeqq.

21. ANNA COMN. p. 40.

e) Carolus Du Freſne in Nott. in Annae Comn. Alexiadem p. 242. „Fuit, inquit, Bodinus iſte, cognomento Conſtantinus, Seruiae ac Dalmatiae rex, Michaelis regis F., vt auctor eſt Scylitzes, ſeu vt ſcriptor Hiſtoriae Dalm. Anonymus, Michaelis ex Priaſlao filio nepos, ſcriptoribus noſtris notus, dum Boe-

Imp. NICE-PHORO *Bot.*

a. C. 1078.

BODINVS et MICHAELAS *f*). Hos litteris et muneribus ſibi adiungit, eas ſibi ad ſalutem quaſi patentes a tergo ianuas prouidens, quibus elaberetur, ſi quid vel in Roberto, vel in Alexio [quem et ipſum ſibi conciliauerat] ſpes offenderet.

§. 29.

Imp. ALEXIO I *Comneno.*

Imp. ALE-XIO I *Comn.*

a. C. 1081—1084. *g*)

QVEM [Ioannem Ducam, imperatricis fratrem] cum dudum 22.
imperator cum idoneis copiis miſiſſet Epidamnum, tum inuigilaturum in Dyrrhachii cuſtodiam, tum bellum geſturum cum pugnantientibus Dalmatis, quos BODINVS, et ipſe indole atque animo bellator, et fraude ſimul ac malitia, ſimul proſperae fortunae copiis abundans, ad rebellionem haud dubiam concitabat, incurſans cum iis Romanos fines, et vicina eius limitis oppida vi occupans ac Dalmatiae adiungens: is conſilio ac fortitudine praeſtanti ſic operam in ea perdifficili prouincia per annos vndecim nauauerat, quibus

mundi Antiocheni principis, Cplin ad Gotofredum caeterosque ſacrae militiae duces ſeſe conferentis, per regnum illius tranſitum commemorant. vid. Raymundum de Agiles p. 139. et Ordericum Vital. lib. 9. p. 724. Habuit Bodinus ex Iacynta, Argyri, nobilis Barenſis, filia, vxore filios quatuor; Michaelem, qui forte idem cum Michaele Annaeo, Georgium, Archirizzium ſeu Argyrizzium et Thomam„.

f) Idem l. c. „Habuit iſta tempeſtate varios Monarchas Dalmatia, binos praeſertim regio titulo donatos. Alii enim Seruiae imperabant, *Regesque* ſeſe inſcribebant *Seruiae*, *Diocliae*, *Tribuniae*, *Dalmatiae* atque *Ochlumiae* [Zachlumiae al.], vt ex Innocentii II. PP. Epiſt. et aliunde conſtat. Alii vero *Chroatiae Dalmatiaeque Reges* dicebantur. Priorum regia fuit Dioclia, poſteriorum Salona. Priori Dalmatiae imperabant Alexii aeuo Bodinus; poſteriori Demetrius cognomento Suinimir, Regio titulo donatus a Gregorio VII. PP. a. C. MLXXVI. vt ex Gregor. Regeſto diſcere eſt lib. 7. ep. 4. apud quem pro Suinmur Zuilimir legendum moneo ex Thworczio, Bonſinio et aliis„.

Dalmatarum Alexio Comneno contra Robertum a Bodino ſubmiſſorum meminit Anna p. 166. circa a. C. 1084. indict. 7.

22. ANNA COMN. p. 209.

g) Sunt anni ab initio imperii Alexii Comn. vsque ad a. M. 6592. indict. 7. cuius Anna Comn. p. 273. meminit.

bus Dyrrhachii fere manſit, vt et multas arces *Bolcano* h) ereptas imperio adiunxerit, et bello captos Dalmatas plurimos ad Auguſtum miſerit, denique valido cum Bodino proelio commiſſo 'Ducem hoſtium ipſum ceperit i)

§. 30.

23. [ARIEBIS Armenii et Galli Vmpertopuli coniuratione disiecta], duplex, neuter laetus, increbeſcens rumor (Alter expeditionis infeſtae Comanorum; Bodinum alter et Dalmatas nouis rebus ſtudere, et irruptionem in noſtros fines meditari ferens), in ancipitem diſtraxit curam imperatoris animum, non ſatis expedientem, vtri prius periculo videretur occurrendum. Vicit pars Dalamatas praeferens: viſumque factu neceſſarium, vt quae inter Dalmatiam Romanumque ab ea parte limitem ſitae in confiniis conualles ſunt, mature manu valida praeoccuparentur. Placuitque conuocatis communicatum ducibus et pro vtiliſſimo exceptum conſilium eſt.

§. 31.

Pronunciata ergo expeditione in oram occiduam 'verſus Illyricum k), profectus Auguſtus vrbe regia et Philippopolim inuectus, ibi litteras accepit archiepiſcopi Bulgariae, qui tunc erat, affirmantes, Ioannem Sebaſtocratoris filium, ducem Dyrrhachii, defectionem moliri—. [Imperator hoc nuncio non leuiter conturbatus, litteras ſtatim ad Ioannem in hunc modum ſcribit]: „Certior facta maieſtas noſtra, parari contra nos expeditionem barbaricam, mox irrupturam per anguſtiarum clauſtra, 'quae Romanum inter limitem ac Dalmatiam interiacent l), CPli prodiit animo 'praeuertendae refutandaeque audaciae hoſtilis m), et confinium imperii Rom. praeſidiis

h) Carolus Du Fresne in Nott. in Annae Comn. Alexiadem p. 339. „Fuit is Volcanus, ſeu, vt a Dioclεate nuncupatur, Belcanus, Raſſiae Zupanus, quam prouinciam clientelae iure regno Seruiae obnoxiam obtinuerat a Bodino Dalmatiae et Seruiae rege, cuius h. l. Anna meminit „.

i) και τελος καρτεραν μετα του Βοδινου μαχην συῤῥαξας και αυτον κατεσχεν.

23. Eadem p. 236, 237.

k) *v. Ill.* interpres addit.

l) *quae — interiacent* interpres addit.

m) In graeco non leguntur.

ſidiis idoneis praemuniendorum. Tali propoſito in eas partes proficiſcenti mihi opus eſt te occurrere quamprimum et mox praeſentem referre, quis ſit ſtatus rerum in prouincia, quam regis. 'Et eſt magnopere, de quo agere tecum velim, ſuſpectus dudum animus Bolcani, qui ne aliquid infidi infeſtique conſilii contra nos coquat, male metuo [n]. Quare tum de eo, an foederis conditionibus ſe contineat; tum de ipſa Dalmatia, 'quis in ea ſenſus populi? qui opum apparatus? quae fides commerciorum [o]? doceri a te exſpecto, 'cui talia pro ratione magiſtratus et vicinia locorum par eſt comperta eſſe [p].— Ac prouideo iam nunc, firmam illam videri fore gerendi huius belli rationem; ſi te cognitis ſatis omnibus, et tum mandatis, tum copiis inſtructum nouis remittamus in Illyricum: quo ex vtroque latere, impetu concordi vnum in hoſtem irruentes, citra periculum, Deo iuuante, vincamus [q],,.

§. 32.

[NON diu poſt ſopitis iis, quae de Ioanne delata erant] Im- 24.
perator, proficiſcens Philippopoli, valles occupauit et clauſtra montium, quae Dalmatiam Romanamque interiacent ditionem. Ac totum, quam longe porrigitur, collum emenſus eius, quod vulgo illic indignarum lingua *Iugum* dici conſueuit [r] (quae via praerupta rupibus, voraginibus paſſim hians fruticum, atque arbuſtorum perplexa denſitate caligineque vmbrarum curribus equisque inuia, pedibus transmittenda imperatori fuit), oculis accurate ſuis explorauit omnia, qua tranſitus patebat hoſtibus, munimenta opponens; foſſas

n) δεδια γαρ και τον Βολκανον μη και αυτος εναντια καθ' ἡμων φρονησας μελετηση.

o) Addit haec interpres.

p) Add. h. int.

q) ἱνα σαφεστερον τι μεμαθηκοτες και προς τας αυτου ἐπιπλεον παρασκευασωμεθα μηχανας, και σοι το δεον ὑποθεμενοι, αυθις προς το Ιλλυρικον ἐκπεμψωμεν, ὁπως ἐξ ἑκατερου μερους τοις ἐχθροις μαχομενοι, την νικωσαν Θεου ὑπερηγοντες χοιημεν. Eiusdem argumenti litteras etiam ad Dyrrhachienſes dedit Alexius.

24. ANNA COMN. p. 245.

r) του ὁυτωσι πως ἐγχωριως καλουμενου ζυγου.

Imp. ALE-
XIOI.*Comn.*

a. C. 1081—1084.

foſſas hic duci iubens; alibi excitari turres ligneas: interdum et oppida fundari iuſtis aedificiis e latere aut ſaxo, vbi locus id poſcere ferreue poſſe videbatur. quorum oppidorum inter ſe diſtantiam, proportionem et magnitudinem cuiusque magna ipſe ratione dimenſus eſt. Eſt, vbi celſiſſimas arbores a radicibus exciſas ſterni opponique ad meatus ſemitarum obſtruendos iuſſit. hac varia cura vnam ſatis rem aſſecutus, ne irruptiones in Romanos meditantibus Dalmatis nota et ſolita impune diuerticula paterent, in magnam ciuitatem Auguſtus reuertitur.

§. 33.

25. VIX hac cura [belli Turcici] ſolutus [pace cum Clitziaſthlane Sultane facta] imperator, in aliam continuo nihilo leuiorem incidit. Bolcanus quidem vir audax et ſtrenuus, Dalmatiaeque opes ac ditionem vniuerſam arbitrio ſuo temperans, altero euoluto anno a victoria Romanorum Scythica s), e ſuis finibus erumpens, obiacentes noſtri limitis vrbes et regiones cum per ſuos immiſſos incurſionibus habebat infeſtas; tum ipſe *Lipenium* inuadens hoſtiliter ſuccenderat. Ea neqnaquam tolerabilia imperator reputans, contractas celeriter idoneas copias confeſtim 'per Serbos recta Lipenium ducit t) (oppidulum id eſt ad radices ſitum Iugi dirimentis Dalmaticam a Romana ditione) 'animo committendi, ſi per hoſtem non ſtaret, illic proelii v): ac ſi victoriam Deus annueret, tum ipſum Lipenium, tum alia loca, 'ſimiliter incenſa x), in integrum reſtituendi.

Verum Bolcanus, aduentu imperatoris audito, *Sphentzanium* inde mouens ſe tranſtulerat. Eſt ea quoque parua ciuitas, ſupra id, quod diximus, Iugum poſita, in ipſis Romaniae Dalmatiaeque confiniis. Progreſſo vero imperatore vlterius cum exercitu S opia vsque, miſſis ad eum Bolcanus legatis pacis impetrandae cauſa, defectionem purgabat, culpam eius in Romanos duces conferens, qui vltra

25. Ead. p. 251—253.

s) De Patzinacis nimirum relata, cf. *Patzinacica.*

t) κατα των Σερβων κατευθυ τε Λιπενιου ἠλαυνε.

v) ἐφ᾽ ᾧ τῳ Βολκανῳ εἰ τυχοι ἀντικαταστηναι πολεμον συρραψαι καρτερον.

x) Interpres addit.

tra ſuos fines excurſionibus variis attentatis, non paruis cladibus Serbiam affeciſſent. Addebat, ſe nihil ſimile poſthac auſurum, ſed et antequam recederet, in promiſſionis huius ſuae pignus, qua ſe vltra limites amplius non egreſſurum ſpondebat, obſides imperatori miſſurum viros primarios e conſanguinitate ſua ipſius. His Auguſtus annuit; relictisque illic, qui deſtructa oppida reficerent, ipſe in vrbem eſt regiam reuerſus.

§. 34.

At Bolcanus, cum peterentur obſides, diem e die ducens, variis ludificationibus fruſtrabatur noſtros. Donec tandem, ante annum vertentem, egreſſus e ſuis finibus cum exercitu, Romanam iterum vaſtauit ditionem. Cumque per id tempus non deſtitiſſet imperator, refricare ipſi per crebras litteras memoriam ‘ pactorum conuentorum, ille tamen ſuperba contumacia ſe inuoluens, in obſtinatione negandi obfirmauit animum y).

‘ Igitur Auguſtus bello experiri coactus z), Ioannem, Sebaſtocratoris fratris ſui filium, ad ſe accerſitum ſufficientibusque inſtructum copiis, aduerſus Bolcanum miſit. Caeterum Ioannes, quippe inexpertus belli ‘ iuuenis et calida cupiditate pugnandi, ſucceſſus plerumque cunctantis moras exſpectare a) non ſuſtinens, ſtatim Lipenium profectus amneque illac fluente ad Iugi radices traiecto, proxime Sphentzanium caſtra poſuit. ‘ Non latuit Bolcanum, quicum illi res eſſet. fruſtrari ergo iuuenilem impatientiam proeliandi optimum ducens, adoleſcentem ex tuto miſſis nunciis per tractationes verſutas aggreditur b); pacem vltro poſcens, quam ſe deinceps cum fide culturum pollicebatur, daturumque obſides, quos ante promiſerat. Verba haec erant et ludificationes merae, ‘ quo auerſos a cura belli et ab attentione cuſtodiae ad intempeſtiuam fiduciam remiſſos ex improuiſo adortus opprimeret. Sane ipſe Bolcanus, dum

 de

y) των συνθηκων και ὑποσχεσεων ἁς φθασας προς αὐτον ἐποιησατο, ουθ᾽ ὁυτως τα ὑπεσχημενα τελεσαι ἠθελε.

z) Addit haec interpres.

a) Και σφαδαζων ὡς νεος προς μαχας.

b) gr. tantum: οὐκ ἐλαβε [f. ἐλαθε] τϗτο τον Βολκανον.

Imp. ALEXII I. *Comn.*

a. C. 1081—1084.

de his Ioannes deliberabat, quam diligentiſſime armatus, in procinctu ad irruptionem ſubitam erat [c]. Adeoque iam ipſo proficiſcente cum inſtructis copiis ad Romanos, nihil minus cogitantes, praecurrens monachus quiſpiam indicat Ioanni, aduentare hoſtem, idque conſtanter affirmat. Quem ille cum ſtomacho nec ſine contumelia, vt leuem et nugacem nulliusque fidei hominem, reiicit. Sed mox fidem monachi res ipſae ſanxerunt [d]. Irruunt in Romana caſtra per noctem Dalmatae, duce Bolcano, caeduntur intra tabernacula imparati plerique militum, alii, trepida ruentes fuga, in proximum per errorem et impetum abrepti flumen, aquis hauſti periere. Pauci, quibus aliquod robur animi et officii cogitatio ſuperfuit, raptim per tenebras tabernaculo Ioannis quaeſito, pro eo ſtrenue pugnarunt, eatenus quidem, vt ducem vtique ſuum a caede aut ſeruitute liberauerint.

§. 35.

Sic diſſipatis maximam partem Romanis copiis, Bolcanus ſuis conuocatis Iugum rediens cum iis conſcendit, prope Sphentzanium inſiſtens. Eos intuiti, qui cum Ioanne ſupererant perpauci, nec vlla iam ex parte ad conferendum cum integro et victore longeque numeroſiore hoſte proelium pares, nihil ſe tutius poſſe conſulere putarunt, quam vt, flumine traiecto, recederent. Promotis ergo ad duodecimum a Lipenio ſtadium caſtris, Ioannes reputans, cum his ita diminutis copiis prouinciam, quam gereret, obtinere ſe tali tempore non poſſe, Conſtantinopolim ſe contulit. Tum Bolcanus aucta confidentia, iam cura liber imminentis hoſtis, praedis agendis incurſandisque licentiſſime Romanae ditionis pagis et agris per otium incubuit: ac regionem quidem Scopiis circumpoſitam vaſtauit plane omnem, et deformauit ruinis atque incendiis, vltra quin etiam crudeli auaritia prouectus, Polobum ſimiliter deſtruxit, et vsque Braneas cuncta latrociniis exhauſit, praedaque onuſtus domum rediit.

Ea enimuero, prout omnino erant, indigna nec toleranda imperator ducens, exſiluit repente ad vindictam. — Mox Dalmaticum iter

c) ἀυτος δε ἐξωπλιζετο ἀγνωςως ἀυτῳ προσβαλειν.

d) ἀλλα το ἐργον τον λογον προεφθασεν πιςωσαϑαι.

iter arripit, ſummo ſtudio tum reparandi quamprimum accepta damna, reſtituendis in integrum vicis et arcibus deſtructis, tum auctori tam atrocium iniuriarum multo etiam maiora reponendi vulnera. Hoc animo proficiſcens vrbe regia Daphnutium peruenit. Ciuitas haec eſt vetus CP. quadraginta ſtadiis diſſita *e*).

§. 36.

Diogenis inſidiis — expeditus imperator, nihilo remiſſiore animo aut impetu coeptum iter negotiumque exſequi perrexit, recta 26.
mouens in Dalmatiam. Quem vbi Bolcanus primum aduenisse Lipenium audiuit, deinde cominus admouentem ipſe ſpectauit, atque aduerſus illam Romanae aciei formidabilem ſtructuram, illum phalangis contextum, et caeteram imperatorii exercitus ſpeciem apparatumque haudquaquam ſe parem ſenſit: miſſis ſtatim legatis, de pace tractare inſtitit; ſancte pollicens, ſe et promiſſos obſides exhibiturum ſine mora, et ab omni deinceps aduerſus rem Romanam iniuria temperaturum.

Accepit perlibenter barbari legationem imperator, non quod non haberet, ac probaret aſpernandi cauſas, ſed expertus abunde taedium ciuilis belli (ciuile hic dicimus, quod licet non inter vnius reip. ciues, attamen inter eiusdem fidei ac religionis participes geritur — [nam Dalmatae] licet a poteſtate Romana liberi, Chriſtiani tamen erant *f*)) ciuilis, inquam, belli pertaeſus Auguſtus, quamlibet pacem ei praeoptauit. Quo Bolcanus cognito ſtatim magna fiducia ſe ad eum confert, ſecum ducens tum cognatos ſuos, tum praecipuos magnatum et magiſtratuum gentis, quos, certo inſigni honorariae veſtis diſcretos a caeteris, Zupanos vocare ſolent *g*). Mox bona fide obſides repraeſentauit, Auguſtoque tradidit conſobrinorum ſuorum filios, vnum *Vreſin* *h*) dictum, alterum *Stephanum Bol-*

e) Hic ob ſtructas a Nicephoro Diogene inſidias, quas Anna in ſequentibus enarrat, aliquamdiu haerere eſt coactus Alexius.

26. ANNA COMN. p. 265.

f) Quae fuſius adhuc interpres, in gr. breuiter ita: *κᾂν γαρ Δαλμαται ἦσαν, ἀλλ᾽ ὁμως χριςιανοι.*

g) *Καὶ ἐκκριτȣς των Ζȣπανων.*

h) Du Fresne ad h. l. „Vreſis, inquit, et Stephani nomina Seruianis et Toparchis familiaria poſthaec fuiſſe aduertere eſt paſſim ex Cantacuzeno et Orbino„.

Imp. ALE-
XIO I. *Comn.*

a. C. 1081—1084.

canum, cum his alios ad viginti. Facere id illum coëgit magnum diſcrimen rerum ſuarum, quibus alia tum ratione conſulere non poterat. At imperator, quae ferro et proeliis vix tandem conficeret, pacifica tractatione conſecutus, in vrbem gratulans rediit.

§. 37.

a. C. 1105.

27. [ALEXIVS imperator rebus ad bellum Baimundicum anno viceſimo imperii indict. 14. i) optime diſpoſitis, Theſſalonica mouens, Strumpitzam ſe confert; indeque rurſus progreditur ad Slopimum]. Ibi audita clade, quam Ioannes, ſebaſtocratoris filius, aduerſum Dalmatas paulo ante miſſus, acceperat, idoneas ad eam ſupplendam labem eo copias direxit. 'Ac quamquam Bolcanus veterator tum, vt ſemper, olim vſu probatarum non oblitus artium, miſit ad imperatorem legatos, qui pacem poſcerent k), petitosque obſides repraeſentauit; permanſit tamen in illis partibus adhuc Auguſtus annum vnum et menſes duos.

§. 38.

28. [TEMPORE bellorum Gallicorum] 'alii Romanorum militum per Seruiam perque Dalmatiam anguſtos meatus vallium, clauſtra imperii, praeſidiis obtinebant l): alii circa Iſtrum Comanis ac Dacis — obiecti ſtabant.

27. ANNA COMN. p. 356.

i) Hunc annum habet Anna p. 351. ad quem locum Du Fresne in Nott. p. 381. obſeruat: „Alexius Byzantio proficiſcitur Ind. 14. menſe Sept., hoc eſt, ineunte indictione, quam a Kal. Sept. auſpicabantur Graeci. Cadit autem Indictio 14. hoc menſe in a. C. 1105.— At perperam ſcripſiſſe videtur Anna, hanc indictionem fuiſſe viceſimum imperii Alexii annum, qui illud iniit indict. 4. A. 1081. vt ipſamet tradit p. 64.—„

k) ὁ μεν ὀυν Βολκανος ἐυθυς πονηροτατος ὠν, ἐρωτα προς τον βασιλεα τα περι ειρηνης.

28. Ead. p. 434.

l) των μεν τα παρα την Σερβιων τεμπη και Δαλματιων ἐπιτηρουντων.

CAPVT

CAPVT IV.

Seruia Romanis tributaria; ſub Bacchino Archizupano rebellans, ab imp. Emanuele Comneno pacatur;

a. C. 1122 — 1156.

§. 39.

Imp. IOANNE II. *Comneno.*

a. C. 1122.

Imp. IOANNE II. *Comn.*

α) NON multo poſt [victoriam de Patzinacis reportatam] a) 29.
etiam contra *Triballos, quos alii Seruios vocant*, maleficio non abſtinentes et foedifragos, expeditionem denunciauit, et hos quoque barbaros acie victos ad pacem coëgit, qui alioqui etiam parum potentes ſubinde vicinis imperiis ſubſunt; abactaque inde praeda immenſa, et locupletato exercitu, captiuam turbam in orientem traductam, in Nicomedienſi prouincia vberrimis agris aſſignatis, collocauit. Ita captiui populi partem in legiones retulit, partem tributariam fecit.

§. 40.

Imp. EMANVELE I. *Comneno.*

a. C. 1153.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

β) VT accepit [imperator], Alemannos, Dalmatas et Pannones, aduerſus Siciliam bellum apparari edoctos, de impugnandis 30.
ex

α) CINNAMVS: *Eadem ferme tempeſtate*, [qua Branizoua ab Hungaris recepta eſt] *Seruii* (Σέρβιοι), *Dalmatica gens, a fide deficientes, Raſum caſtellum euerterunt. Qua de cauſa imperator in Critoplum, cui demandata fuerat loci cuſtodia, animaduertit, indutumque muliebri ſtola, et aſino impoſitum per forum traduxit.*

β) NICETAS: Imperator, *omiſſa* [in Siciliam] *nauigatione, Aulone diſcedit, ac Pelagoniae rebus ex ſententia ordinatis, Seruios*

29. NICETAS CHONIATES p. 11, 12. Cinnamus p. 6.

a) Quod anno 5. imperii Ioannis Comn. contigiſſe docet Nicetas p. 10.

30. CINNAMVS p. 58, 59. Nicet. Chon. p. 60, 61.

b) In Tabula Chronol. Nicetae praefixa haec ad a. 12. Eman. a. M. 5123. a. C. 1153. referuntur.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1153.

ex occidente Romanis pacta inter ſe feciſſe: — ipſe in Dalmatas proficiſcitur, vt *Archizupanum*, qui iis imperitabat, primusque bellum inceperat, confeſtim vlciſceretur —. Imperator — facta in Dalmatiam irruptione, *Raſum* caſtellum euertit, et obuia quaeque depopulatus eſt; multitudine deinde innumera, quam in ſeruitutem redegerat, Conſtantino Sebaſtohypertato, cognomine Angelo, commiſſa, eoque ibi cum copiis relicto, vlterius perrexit. *Nicabam* regionem ingreſſus, quae Archizupano et ipſa parebat, quotquot erant ibi praeſidia, nullo labore expugnauit. Mox *Galitzam* aſſecutus, cum videret, barbaros, hominum multitudine locique difficultatibus fretos, nolle ſibi arcem dedere, caſtris poſitis, ſuis imperauit, vt tela et lapides e fundis ſine vlla intermiſſione in eos, qui exteriora munimenta defendebant, iacerent. Ita tertio die locum vi expugnauit. Ibi cum barbarorum multitudinem, cum armatam, tum gregariam, reperiſſet, eam inde abduxit. Deinde, poſtquam, reditu inſtituto, venit ad Raſum, illos, vt Sardicam et alias Romanorum regiones incolerent, diuiſit.

Ab Angelo certior factus, Zupanum c), captata poſt ſuum inde receſſum occaſione, coepiſſe Romanos adoriri, proelioque iam commiſſo ſuperiorem euaſiſſe; motis caſtris, vt eum opprimeret, ſumma celeritate contendit. At ille vbi intellexit, aduentare Romanos

inuadere ſtatuit. qui tranquillo imperii ſtatu amicitiam ſimulantes, et aliud lingua promtum, aliud animo abditum habentes, — reſumta per occaſionem [belli Siculi] *fiducia, armis ſumtis, finitimas ſibi Romanorum prouincias male tractarant. Igitur inſtructiſſimam partem exercitus, cum impedimentis quam minimis, in Seruiam ducit. Cuius ſatrapam imperatoria expeditio, quantumuis diſſimulata, non fefellit. Is, quia, quod faceret, non habebat, ſeque Romanis legionibus imparem eſſe cernebat: e planicie in montes, vnde ſalutem exſpectabat, ſe recepit: ſuumque populum non ſecus ac pecorum greges hoſtibus diſſipandum et occidendum obiecit, data cuique poteſtate ſalutis fuga, ſuopte exemplo, quaerendae, vitaeque pedibus redimendae. Quae cum Seruiorum princeps* (Σεϱβαϱχης) *feciſſet, imperator contra, leonis inſtar freti viribus, armenta boum aut greges caprarum diſſipantis, profligatis barbarorum cohortibus, multisque poſſeſ-*

c) ὁ Ζυπανος.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1153.

manos, ſeceſſit in montium iuga, eaque ratione praeſens vitauit periculum. Imperator igitur in eam regionem effuſus, totam, vtpote orbam defenſore, populatus eſt, conſumtisque incendio aedificiis, quae palatiorum vice Archizupano erant, abſceſſit.

§. 41.

a. C. 1154.

γ) SEQVENTI vero anno, ſub aeſtatis exitum d), cum ma- 31.
xime peruia ſunt hoſtibus in Seruiam itinera e), et arboribus comae decidunt, caſtra ad *Naiſum* tranſtulit. Sed vt, ex Pannonia Dalmatis mitti auxiliares copias, percepit, ſummo ſtudio annixus eſt, vt traductis per regionem, *Longomerem* dictam f), copiis, cum Pannonibus, a dextra incedentibus, Romani manus confererent. Cum ad Sauum proxime perueniſſet, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod, in ſuperiori ſeſe loco effundens, *Boſſenam* a reliqua Seruia diſterminat g). Boſſena autem haud ſubeſt Archizupani h) imperio, ſed gens eſt, quae et ſuos mores et ſuum agnoſcit principem. Vnde vero cum Romanis ibi conflixerint Hungari, mox commemorabo.

Erat apud Dalmatas quidam, cuius nomen quale fuerit ignoro, 32.
fratrem autem habebat *Belſim* i): ambo clari erant apud ſuos: hic vxo-

ſionibus crematis, nec paucis mancipiis captis, inde diſcedit, ac litteras, rei bene geſtae nuncias, per magnum domeſticum in vrbem mittit —

γ) NICETAS: *Imperator, cognitis Seruiae principis iniuriis, maioribus quam ſuperiores fuerant, et conſpiratione cum finitimis Paeonibus contra Romanos inita: illos, vt minime pares, per contemtum aggreditur. Illi vero praeter opinionem reſiſtentes, bellum non reformidarunt, maximis Hunnorum auxiliis aſcitis.*

31. CINNAMVS p. 59. Nicet. Chon. p. 61.

d) φθινουσης ἠδη της ὡρας.

e) τα κατα την Ξερβικην.

f) δια του Λογγομηρου λεγομενου χωρου.

g) Βοσθναν της ἀλλης Σερβικης διαιρει.

h) τῳ Σερβιων Αρχιζουπανῳ.

32. CINNAMVS p. 60, 61.

i) Βελσις.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1154.

vxorem duxerat ſororem Archizupani. Cum vero vtroque oculo priuatus eſſet, (quo caſu, mihi plane incompertum) in Pannoniam ſeſe recepit. Longo hic tempore commoratus, apud Geizam regem maximo in honore fuit, vt qui a pueris cum illo enutritus fuerat et educatus [k]. Eapropter, quo Geizae gratias rependeret, Dalmatiam illi beneficii iure obnoxiam facere eſt annixus: idque continuis conſiliis et adhortationibus homini tandem perſuaſit. Simulatque igitur accepit Geiza, in Dalmatiam irrupiſſe Romanos, copias auxilio Dalmatis ſubmiſit.— [l].

§. 42.

Imperator autem medio itinere, quod Setzenitzam ducit, poſitis caſtris, cum reſcire haud poſſet, quo ageret loco Archizupanus, eo vsque quidem animi dubius haeſit. Intellecto dein ex captiuis Dalmatis, exſpectare illum auxiliares copias ex Hungaria, iamiam aduenturas [m], exercitum vlterius traduxit. Sed vsque ad fluuium *Taran* nulli adhuc viſi fuere hoſtes. Eo vero vt ventum eſt, Dalmatarum vis innumera, armis inſtructa ante ſolis occaſum apparuit. Qua conſpecta, angore et metu perculſi Romani, id confeſtim nunciatum veniunt.

§. 43.

At imperator, felici aſſecutus coniectura, copias, quae conſpiciebantur, eas eſſe, quas ab Hungaris in auxilium exſpectabant Dalmatae, id firmante praeterea Churupo, quo ſpeculatore vſus erat, „Nunc igitur, inquit, Romanos inuadere decreuerunt Dalmatae„. Neque ita procul caſtra ii poſuerant. Sed quia nox inſtabat, eiusmodi capit conſilium. Moris eſt euntibus in bellum Romanis, ſicubi morari neceſſe eſt, praecipiti iam die, tuba per exercitum canere: idque pro ſigno eſt multitudini, etiam poſterum diem eo in loco tranſigendum. Quo igitur, conſuetudinis huius Romanae haud ignari, hoſtes fallerentur, canere tubas continuo imperat: ſingulis autem ducibus mentem ſuam, quam poteſt occultiſſime, aperit: opor-

k) ἅτε της ἐκ παιδων αὐτῳ τροφης μεταδὰς και παιδευσεως.

l) Hic omiſſa vide in *Hungaricis*.

m) ὅσον οὐκ ἤδη ἀφιξομενας [δυναμεις].

Oportere nimirum, orto ſtatim ſole, quemque cum delectis ex ſua phalange cataphractis immotum ſtare, ſuumque exſpectare mandatum; ſed ne manifeſti forent, praecepit, vt viliſſimis tegumentis armaturam circumducant. Illi, prout imperatum erat, faciunt.

§. 44.

Poſtquam igitur illuxit dies; cum illis, velut pabulatum iturus, excedit e caſtris: eoque inermes aliquot praecedere iubet cum ligonibus et dolabris, quibus ſubterranea inueſtigare ſolent granaria, qui commeatum et res neceſſarias exercitui prouident: ſimul autem ac inuadentes hoſtes cernerent, fugere imperat, donec, ſubſequentibus a tergo Romanis adiuncti, in tutum reciperentur. Vt enim, quae gerebantur, in tempore duci eſſent cognita, primum duos, inde paruo interuallo quatuor, tum ſex, poſtea decem, denique complures iubet praeire: aliamque ad haec phalangem pharetratam cum ordinaſſet, aliunde in hoſtes ire praecipit, cum mandatis, vt, ſi proelium inirent Dalmatae, terga verterent, velut numero inferiores: ſin vero nemo occurreret, quieti ante vallum conſiſterent. Non alio haec itaque inſtituit conſilio, quam vt, ſi, ipſo cum caeteris copiis ingruente, fugere inciperent Dalmatae, ab expeditioribus iis comprehenſi caederentur.

Haud igitur longe proceſſerant, cum Romani quidam ſpeculatores, reuerſi ad imperatorem vacillante lingua, metuque pallidi, nunciarunt, innumerum in aduerſa ripa fluminis inſtructa acie ſtare exercitum; neque illum tantum ex indigenis, ſed immenſum etiam alium ex auxiliaribus copiis conflatum, praeſertim Hungaricis equitibus, et qui apud illos diuerſae ſunt religionis Chaliſiis. — Hos igitur, vt et Patzinacas, Dalmatis adiunctos eſſe referebant.

§. 45.

Ea vt audiuit imperator, veritus, ne pauci, qui praeceſſerant, Romani a pluribus circumcluſi, perfringerentur, confeſtim perrexit, vrgensque ſigniferum, vt ſubſequeretur, cum defeſſo ſcilicet equo lentius incederet, ipſe arrepto ſigno princeps maturauit curſum, ac loco editiore conſiſtens, et ſe, qualis eſſet, et vexillum hoſtibus conſpiciendum praebuit.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1154.

33. Delati interea ad flumen ſagittarii, Dalmatis ſtabant obuerſi; ſed, neutris pugnam concitantibus, quieuere. Simul autem ac imperatoris conſpectum eſt vexillum, a ponte abſceſſere Dalmatae, et abſque vllo impedimento ſagittis hoſtes impetiere. Id vbi princeps vidit (ſtabat enim in loco eminentiori, vt dictum eſt, et quae gerebantur aduertebat) velut cum caeteris flumen traiecturus, aduolat. — Dalmatae vero, licet haud magno numero milites inſequerentur, fugere nihilominus, donec ad loca difficilia peruenerunt. Mox inde conuerſi occurrere hoſtibus: verum, facto congreſſu, cecidere vtrinque pauci; quippe vbi imperatorem adeſſe percipiebant, diſſoluebantur iterum. At Romani fugientibus inſtantes, eorum multos, vt et Pannonum, ceciderunt. Tum quoque in manus venere Romanorum celeberrimi inter Dalmatas viri *Gurdeſes* et *Bultzines* n).

§. 46.

Imperator interea ſuis indui armis vehementer exoptabat. Eius rei gratia cum aliquantum inſumſiſſet temporis —, accidit, vt quidam e Romanorum ducibus, in quibus fuere Giphardus et Michael, cognomento Branas, compluresque alii, — dum effuſius hoſtes inſequuntur, in ardua et auia loca delati, manifeſto periculo inuoluerentur. Dalmatae quippe Romanos longe a ſuis ſeiunctos conſpicati, reuerterant, ſtabantque obuerſi. Ea cum ita ſe haberent, iam armis indutus imperator, totis habenis in illos fertur: quos cum vno in loco arctiſſime in ſe coëuntes aduertiſſet, palam reprehendit, increpatque acerbiſſime, et metum et militiae imperitiam exprobrat. At iis loci ſitum et immenſam niuium vim cauſantibus, praecedit ipſe, ac reliquis, vt ſequerentur, imperauit: iam enim et aliae aduenerant Romanorum copiae.

§. 47.

34. δ) Dum itaque iter faciunt, hoſtium aliqui ex inſidiis repente coorti, Romanos, qui ad ſiniſtram erant, adoriuntur. Sed imperator

δ) NICETAS; *Tum* [continuantur, quae ad §. 41. attuli] *Ioannes Cantacuzenus barbaros adortus, pugna non prius exceſſit, quam il-*

33. CINNAMVS p. 62.

34. CINNAMVS p. 62—64. Nicet. Chon. p. 61, 62.

n) Γουρδήσης. Βουλτζίνης.

perator videns eos numero pauciores, contemtis illis, continuo hoſtes inſequebatur pertinaciter, quo Archizupanum ipſum caperet, aut, qui tum Pannonicis praeerat, ea tempeſtate fortiſſimum ducem. Qui igitur ex inſidiis prodierant, nullo edito facinore, rurſum diſſipati ſunt. Aliquanto ſpatio hoſtes inſecutus princeps, vbi ſuos defaſſatos aduertit, relictis iis, ac duobus aſſumtis cognatis, quorum alter fuit Ioannes Ducas, alter, qui vxorem duxerat Andronici ſebaſtocratoris filiam, nomine Ioannes, cognomento vero Cantacuzenus; cum iis in hoſtes perrexit. Sed illo ab iis agnito —, terga nullo pudore dederunt. Fugientibus incumbentem aiunt vno haſtae ictu quindecim ex hoſtibus in terram proſtrauiſſe: in tumultu quippe et confuſione ita collidebantur, vt ſeſe inuicem impellerent. Ipſis autem quadraginta proſtratis, reliquos fudit, fuſos inſecutus, gladio et haſta in terga fugientium irruit. Quo tempore et id quoque accidit. Quidam ex iis, qui haſta prius ab imperatore fuerant caeſi, cum ſurrexiſſet ex lapſu (neque enim letaliter fuerat vulneratus), fugam inde pedibus miſer parauit. Vbi autem prope ſe imperatorem conſpicit, ſtricto gladio in eum, velut percuſſurus, fertur. At ille, pede in pectus impacto, protruſum humi atque inſigni circa oculum vulnere notatum relinquit. Equum vero etiamſi adgrauatum ſciret armorum pondere, non ideo tamen ſiſtere impetum voluit.

Cantacuzeno autem (vnicus quippe adequitabat ex imperatoriis cognatis), vt progrederetur, et cum barbaris manus conferret, imperauit, vt nimirum, dum circa illum ſic occuparentur, ipſe viciſſim eos aſſequeretur. Nec aberrauit a conſilio. Poſtquam enim quam citiſſime ſeſe in hoſtes intulit Ioannes, BACCHINI Archizupani tergum percuſſit, totumque haſta transuerberaſſet hominem, ni praepediuiſſent arma. Is autem conuerſus, videt ſe a duobus impeti: namque imperatori aderat alter Ioannes, cuius modo men-

 tio

latis acceptiſque plagis manuum digitos amitteret, a Seruiorum multitudine circumuentus. Ipſe quoque imperator cum Archizupano Bacchino ſingulari certamine congreditur, viro heroica ſtatura et lacertoſo. Qui cum faciem imperatoris percuſſiſſet, et ferreum eius velamen e galea deieciſſet: ipſe viciſſim manu enſe traiecta debilitatus, viuus in imperatoris poteſtatem venit.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1154.

tio facta eſt. Septem igitur ſuorum adſcitis, cum Cantacuzeno congreditur, fitque collato pede proelium. Sed dum ſubinde aduenere vndecunque barbari, in extremum periculum adductus eſt Cantacuzenus, et ab iis fuiſſet obtruncatus, ni haud procul conſpectus illum exemiſſet imperator. At neque ipſe expers fuit diſcriminis. Quippe cum animo reputaret, ſi ſoccurreret iis, qui numero adhuc ſeptem Ioannem circumſteterant, integrum fore aliis, iam numero trecentis, vtrumque adoriri: primo oportere cenſuit cum multitudine decernere; illis enim cedentibus, receſſuros pariter, qui Ioannem circumſtabant. Concitato inde equo in medios inuehitur. Sed cum ex iis quemdam haſta vellet percutere, aberrauit ictus, hac atque illac inclinante barbaro, atque innoxius a latere haſtae mucro decidit. Quod cum Bacchinus ipſe, et qui cum ipſo erant, conſpexerunt, omiſſo Ioanne ad imperatorem curſu contenderunt. Atque inde horribile quid videre erat. Verum, abiecta protinus haſta, imperator enſem, quo accinctus erat, ſtringens crebrius in eos verſat, ferit viciſſim et feritur; donec, diſſipatis aliis, in illum et Bacchinum, fortitudine praecellentem et procero admodum corpore virum, tota proelii vis incubuit. Poſt longum ergo certamen Bacchinus maxillam imperatoris gladio percuſſit: nec tamen diſſecare potuit dependens ex galea ſuper oculos velamen. Adeo autem vehemens ictus fuit, vt galeae circuli non modice carni inhaererent, notasque imprimerent. At princeps arreptum e barbari manibus enſem patrueli ſuo tradidit. Inde iterum in hoſtem contendere vehementius peroptabat; ſed impetum inhibuere vterque, Ioannes et Bacchinus. Quippe captus barbarus beneuolentiam ſimulabat: capillis autem capitis ſui oſtenſis, ingentem innuebat illi occurſuram multitudinem.

Eo in proelio duobus in vna manu digitis priuatus eſt Cantacuzenus. Tandem quadraginta circiter captiuis hoſtibus adductis, in caſtra reuerſus eſt imperator, Ibi eum ſubiit illius memoria, quem paulo ante proſtratum et ſigno circa oculos notatum reliquerat. Hunc ergo, indicato ſigno, quaeſiuit in caſtris: qui inuentus agnouit victorem et viciſſim ab illo agnitus eſt.

§. 48.

Nec ita multo poſt legati ab Archizupano in caſtra venerunt, qui praeteritorum obliuionem deprecarentur: ſtatimque, iubente principe

Imp. EMANVELE I. Comn.

a. C. 1154.

principe, venit ipſe ſub miſerandi hominis ac ſupplicis habitu: atque ab imperatore beneuole exceptus, veniam delicti obtinuit. Tum pauliſper ab humo exſurgens, vbi ad imperatoris pedes proſtratus iacebat, iureiurando pacta confirmauit, fidemque dedit, ſeruum ſe Romanorum omni tempore futurum; et ſi vel in occidentem arma princeps circumferret, cum duobus ſe millibus ſecuturum illum profeſſus eſt: ſi vero in Aſia bellum gereret, trecentis, quos prius mittere conſueuerat, ducentos additurum. His rebus feliciter geſtis, Conſtantinopolin imperator rurſus rediit.

Ita quidem Romanorum imperium agnouere Dalmatae, vt et longo poſt tempore, cum VRESIN o) principatu deturbaſſent, atque inſcio imperatore illum alteri eius fratri tradidiſſent; veriti, vt par erat, ne is ipſis ſuccenſeret, *Deſe* et *Vreſi* adductis, ad eum venerunt, dictitantes, ei, cui ſuffragaturus ille foret, ſeſe parituros. Pronunciato igitur iudicio, Vreſis praemii vice principatum ab imperatore obtinuit. Sed de his poſtea. 35.

§. 49.

a. C. 1156.

[IMPERATOR, expeditione contra Hungaros ſuſcepta, Sardicam venit]. Vbi non diu commoratus, cum Paeones p) per legatos pacem feciſſent, iter contra Seruorum ſatrapam conuertit. quo obiter territo et perſuaſo, vt omiſſo foedere Hunnico, ſolum imperatorem agnoſceret et formidaret: — imperatricem vrbem ingreditur. 36.

§. 50.

[BELLVM contra Saracenos parans Emanuel Comnenus] ex occidente Ligures equites euocauit, et Dalmatiae Archizupanum cum iis quas habebat viribus. 37.

35. CINNAMVS p. 65.

o) Du Fresne in Nott. ad h. l. p. 448. „Vroſci, inquit, illius, Deſſae fratris, nulla, quod ſciam, mentio fit in Hiſtoria Dalm. niſi idem ſit cum Bela, de quo ad p. 218. [non p. 224. vt eſt l. c.] qui ante Deſſam in Seruia principatum tenuit.„ cf. et infra §. 54.

36. NICETAS CHONIATES p. 67.

p) Hungari apud ſcriptores Byzantinos Hunni, Pannones, Paeones et Hungari promiſcue vocantur.

37. CINNAMVS p. 116.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

CAPVT V.

Res Seruiorum ſub ducibus Primiſlauo, Beluſe, Deſe, Stephano Neemanis F. eiusque filiis Stephano et Bolco;
ab a. C. 1156—1200.

§. 51.

38. a. C. 1156—.

PRINCEPS—Philippos, vrbem Macedonicam, ad res Seruicas conſtituendas venit. PRIMISLAWS a) enim, qui regioni iſti praeerat, et antehac, vt memorauimus b), defectionem fuerat molitus, ſuo iure, nullique obnoxius imperitabat: quam ob cauſam cum ab imperatore principatu propemodum fuiſſet exutus, poſtea conſecutus veniam, priſtinam dignitatem retinuit. Tum vero nulla habita ſacramentorum ratione, nouis iterum rebus ſtudere inſtituit. Quapropter in illum animaduertit imperator, eique adimit principatum, cui BELVSEM c) fratrem praefecit. Miſeratus tamen fortunam Primiſlawi, ſubmouit eum inde quidem, ne denuo res turbare poſſet, ſed pingui agro donauit, et paſcendis pecoribus idoneo.

§. 52.

38. Id. p. 118, 119.

a) Du Fresne in Nott. ad h. l. p. 446. Πριμισλαβος. „Idem videtur, qui Rodoſlauus dicitur Diocleati presbytero Hiſtoriae Dalmaticae ſcriptori. Is, mortuo Draghihna patre, regnum Seruiae rexit, ſolo comitis titulo contentus, a Manuele imp. princeps dictus.— Certe Seruios ea tempeſtate Manuelem vt ſuperiorem dominum agnouiſſe teſtatur praeterea Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 4.

b) Horum in ſuperioribus a Cinnamo mentionem fieri non memini.

c) Du Fresne l. c. „Quin ille ſit, cuius ſupra meminit Cinnamus p. 67. *Bela Ban* [Βελοσις Μαπανος ibi vocatur, locum ipſum in *Hungaricis* adfero] nullus dubito. Sed quod addit Belam hunc et Deſem fratres fuiſſe Rodoſlai ſeu Primiſlai, Diocleati ſcriptori coaeuo, vt videtur, repugnat. Is enim Deſſam, Vroſci comitis, qui *Vrus* Thwrozio dicitur, filium facit. Quamquam Belam Deſſae fratrem fuiſſe probabile eſt, cum vtriusque parens Vrus ſeu Vroſcus fuerit—„.

a. C. 1156.

§. 52.

Verum Beluſes non diu multum principatu potitus, illius inſignia depoſuit, patrioque excedens ſolo, venit in Hungariam, vbi cum multos exegiſſet annos, mortem tandem obiit. Imperator autem accitum minimum natu fratrem, cui DESE d) nomen erat, *Dendrae* regionis, quae Naeſo e) adiacet, et incolarum frequentia eſt celebris (fide accepta, fore, vt ſincerum deinceps obſequium illi praeſtaret, atque inſuper totam Dendram, quam, vti diximus, poſſidebat, traditurum Romanis) Archizupanum renunciat f).

§. 53.

a. C. 1162.

α) [IMPERATOR expeditione pro Stephano, quem Hungari 39.
regno depellere parabant, ſuſcepta] vbi ad Naeſum vrbem peruenit, animum ſubiit cogitatio, interim dum illic caſtra haberet, res etiam Seruicas expediendi. In vtramque enim regionem, Pannoniam et Seruiam, ducit locus iſte, indeque, cum oportuerit, vtramque ingredi licet ac inceſſere. Deſe enim, qui imperatoris beneficio Seruiae tum imperitabat, poſtquam principatum obtinuit, poſthabitis pactis, Dendram regionem denuo occupauerat, ſpretoque Romanorum imperio legationem miſerat ad Alemannos, vt inde ſibi vxorem accerſeret, et quidquid Romanis diſpliceret, omnino facie-

α) NICETAS: *Is* [Imp. Emanuel Comn.] *Deſem vlturus, qui prioribus facinoribus maiora ſcelera adiecerat, in Seruiam intendit animum. Sed Deſes multo ante obſeruans, quid ageretur, et, id quod res erat, maxime timens, ne, ſi imperator impreſſionem in Seruiam feciſſet, grauius aliquid ſibi accideret: per legatos ſupplex petiit, vt imperatorem citra periculum adire liceret. Quo impetrato, cum ſatrapico comitatu aduenit, ad imperatorem adducitur: qui doloſum ingenium ei obiicit, et pacem*

d) Δεσε.

e) ἡ Ναισων ἐκγείτονων ἐϛιν.

f) Huc forte pertinent, quae ſupra §. 48. ex Cinnamo adtuli.

39. CINNAMVS p. 123, 124. Nicet. Chon. p. 89.

Imp. EMANVELE I. Comn.

a. C. 1162.

faciebat. Etiam tum cum a principe euocaretur, vt aduerſus Hungaros bellum gerenti ſibi adeſſet, difficilis ac peruicax videbatur, magnarum rerum ſpem animo voluens, ac in diem prolato aduentu. Quamobrem imperator, vt ad Naeſum acceſſit, vbi duarum viarum altera in Seruiam ducit, altera ad Iſtrum et Hungariae fines, in medio caſtra poſuit.

§. 54.

Deſe vero imminens ſibi periculum aduertens, acceptis, quas tum habebat, copiis, in Romanorum caſtra venit. Eum imperator beneuole exceptum, quo decebat, honore proſecutus eſt. Sed proterua lingua nullum eſſe turpius malum videtur. Siquidem Deſe, vbi ſibi nihil obueniſſe incommodi ob priorem imprudentiam ac temeritatem agnouit, ſuſtulit animos, ac maiora, quam antea, damna Romanis inferre decreuit. Conſilium tamen eiusmodi ſilentio preſſit.— Venere—paulo poſt ex Hungarorum gente ad imperatorem legati, quibus ille forte fortuna obuius factus, rogatus eſt ab iis, vti moris eſt, Quemadmodum res ſuae ſe haberent: illis haud diſſimulanter reſpondit, 'Optime', et prout regis eorum erga ſe beneuolentia mereretur: Dominum illum palam nominans g).

His igitur cognitis imperator, nequaquam cunctandum ratus, ipſum in ius vocat, conuictumque ab accuſatoribus et delictorum conſciis productis teſtibus, ac perfidiam ipſi coram obiicientibus, in cuſtodia, ſine dedecore tamen, eum habuit. Vallo enim tabernaculum illius cingens, ſecundum eam, quae in caſtris viget, legem obſeruari iuſſit. Ita vt ab illo deinceps *Deſe vallum* locus iſte fuerit

negat. Ac parum abſuit, quin comprehenderetur: ſed tamen domum redire iuſſus eſt, ſanctiſſimo iureiurando adactus, ſe, mutatis moribus, nihil contra imperatorem admiſſurum. quamuis ſatis appareret, eum a malitia non diſceſſurum eſſe. Egreſſus ab imperatore, variis curis aeſtuabat. pudebat acceſſiſſe, iraſcebatur, ita ſe tractatum eſſe, iureiurando ſe velut in ordinem

g) Ως καλως και της πρoς αὐτoν ἐπαξιως τε σφων Ρηγος ἐυμενειας, Κυριoν αὐτoν διαφανως ὀνoμασας.

a. C. 1162.

erit nuncupatus. Sic enim foſſam hanc vulgus vt plurimum vocat. Eum autem paucos poſt dies Byzantium miſit, et in palatio includi praecepit.

§. 55.

a. C. 1161.

[EMANVEL Comnenus cum contra Stephanum, Hungarorum regem, qui Sirmium iterum Romanis abſtulerat, et Zeugmino imminebat, bellum pararet]; neque abfuturus ab hoc bello erat— Scytharum innumerabilis exercitus, et Seruiorum, Romanis obnoxiorum. 40.

§. 56.

a. C. 1162.

[ROMANI cum Zeugminum recepiſſent] Stephanus [Hungarorum rex] legatos ad imperatorem miſit—, Sirmiumque ſe Romanis, inſuper etiam totam Dalmatiam reſtituturum pollicitus eſt. [Quibus imperator reſpondit]—Habemus Sirmium, cepimus Zeugmen, Dalmatas tenemus, eorumque omnino domini facti ſumus, quae, vobis erepta, etiam concedere nunc vultis [h].— 41.

§. 57.

a. C. 1162—1165.

CVM Ioannes Ducas Dalmatiam [i] Romanorum imperio aſſeruiſſet, Nicephoro Chaluphae, quemadmodum ei a principe mandatum 42.

coactum eſſe dolebat. Denique repudiatis omnibus, quae contra animi ſui ſententiam iurarat, vulpina pelle reſumta (την συνηθη παρδαλεην ἑαυτω περιτιθησι) *tragicum illud homo barbarus collaudauit: „Iuraui lingua, mentem iniuratam gero„.*

40. CINNAMVS p. 137.

41. Id. p. 143.

h) Cf. *Hungarica.*

42. Id. p. 145, 146.

i) Du Freſne in Nott. ad h. l. p. 481. ſeq. „Dalmatia, inquit, maritima, quam et Croatiam Albam vocarunt, Reges ſuos, ſeu Toparchas agnouit, longe diuerſos a Seruianis principibus, quorum regia fuit Salona, Diocletiani Aug. natalibus illuſtris. Atque vt omittam caeteros, qui hisce prouinciis imperitarunt, praeſens, quod ad rem

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1162—1165.

datum fuerat, iſtius adminiſtrandae curam impoſuit. Eo enim fuerat cum copiis miſſus, vt ſiue per vim, ſiue per conditiones illam in poteſtatem redigeret: quod hanc ſcilicet prouinciam iam antea Belae in hereditatis ſortem adſignaſſent Hungari. Is itaque Seruiorum fines praetergreſſus, poſtquam in Dalmatiam exercitum traduxit, breui omnia momento imperatoris ditioni ſubiecit. Tum enim in Romanorum ius conceſſere *Tragurium* et *Sebenicus*, ad haec *Spalathus* et *Catziciorum* k) gens; *Dioclea*, vrbs percelebris, quam Diocletianus imperator condidit, *Scardona* l), *Oſtrurypitza* m), *Salona* omnesque aliae ciuitates, quae in Dalmatia ſitae ſunt, numero in vniuerſum ſeptem et quinquaginta.

§. 58.

noſtram ſpectat, arbitror adnotandum, Zolomirum ſeu Zuilimirum, cuius meminit Gregorius VII. Papa, —Croatiae et Dalmatiae regem ſeſe inſcripſiſſe, qui ducta in vxorem Belae I. Hungariae regis filia, et Geizae II. et Vladiſlai regum ſorore, cum nulla ex ea ſupereſſet proles, moriens regnum coniugi reliquit. Illa prouinciis, quas Vladiſlai fratris auxiliis contra hoſtes tutata erat, eidem haereditatis iure teſtamento aſſignauit. Atque inde Vngarici reges Dalmatiae et Croatiae dominos identidem ſeſe appellarunt, et easdem poſſederunt prouincias, non tamen absque controuerſia. Quippe Veneti, iam ante Zuilimirum, ius in plerasque Dalmatiae maritimae vrbes ſibi vindicabant, quas ſub Petro Vrſeolo duce Seruianis abſtulerant principibus. Neque dubium eſt, quin Manuel, qui eo aeuo cum Venetis ſimultates, etſi occultas, exercebat, Belae ſeu Alexii, cui filiam Mariam deſponderat, iura, vt qui eſſet Hungaricae ſtirpis princeps, ad bellum inferendum praetenderit. Niſi, quod vult Cinnamus, Belae ipſi in haereditatis ſortem, ſeu a patre, vel, vt probabilius eſt, a fratre, aſſignata fuerit Dalmatia, quam idem princeps, Hungariae poſthac rex factus, Amalrico filio primogenito perinde conceſſit. Agunt etiam de hoc Manuelis in Dalmatia cum Venetis bello Thomas Archidiaconus in Hiſt. Salonitana cap. 20—22. Sabellicus et Bonfinius„.

k) το Κατζικιῶν ἔθνος. Du Fresne in Nott. ad h. l. p. 482. „*Catziti* forte, de quibus Thomas Archid. cap. 22. qui *Cacicli* in veteri diplomate dicuntur apud Io. Lucium lib. 3. Hiſt. Dalm. cap. 10. p. 152. Fuerunt autem Cazetti ſiue Caſicli, vna e 12. tribubus Croatorum. Vide eundem Lucium lib. 4. cap. 4. 6„.

l) Καρδων.

m) Οϛρυρυπιτζα. „Quae hodie *Oſtrouitza*„.

§. 58.

NEC longum interceſſit tempus, cum Seruios et Pannones noua iterum moliri edoctus, eorum conatus praeuertere ſtatuit. Sed ſtatim atque illum accedere perceperunt, omiſſo incepto, pacta ſeruauere. 43.

§. 59.

a. C. 1162—1165.

[IMPERATORI Emanueli Comneno ad bellum Hungaricum, duce eorum Dionyſio, eunti aderant] Seruii, qui pone ſequebantur, haſtis armati et longioribus clypeis inſtructi. 44.

§. 60.

INTERIM [dum Saxonum dux Byzantium venit, vt regem Alemannorum cum imperatore reconciliaret] Seruii, exſtimulantibus ad id Venetis, defectionem moliti ſunt [n]).— Imperator itaque, Bela in principatu [Hungarico] conſtituto, in Seruiorum gentem iter inſtituit [o]), quo eorum vlciſceretur audaciam. Sed, quod ſemper mirari ſoleo, nondum vniuerſus conuenerat exercitus, cum princeps, paucis aſſumtis millibus, per loca quaedam praerupta et confragoſa in regionem eorum irrumpens, cum Archizupano proeli- 45.

43. CINNAMVS p. 146.

44. Id. p. 158. cf. *Hungarica*.

45. Id. p. 167, 168.

n) Hic omiſſa vid. in *Hungaricis*.

o) ἐπὶ τὸ Σερβῶν ἐστρατεύετο ἔθνος. Adnotat. ad h. l. Du Fresne: „Bellum, ni fallor, intelligit Cinnamus, quod ſub ea tempora contra Stephanum Neemanem, Seruiorum Toparcham, ſuſcepiſſe Manuelem ſcribit Nicetas lib. 5. N. 4. [locum hunc infra §. 62. adfero], quod ille nempe Croatiam infeſtaret et Cataroruum dominatum ſibi aſſerere conaretur. Aliam belli iſtius originem et cauſam pluribus exſequitur Iac. Luccarus lib. I. Annal. Raguſin.— Neque de alio, opinor, bello locutus videtur Tyrius lib. 20. cap. 4. ſub A. 1167. aut ſequentem [hunc locum ſupra ad §. 3. adtuli]— et paulo poſt: Ob haec ergo intolerabilia vicinis eorum maleficia, ingreſſus erat ad eos in virtute multa et innumera dominus imperator, quibus ſubactis, et praecipuo eorum principe mancipato, redeunti domino imperatori occurrimus. Vide Sanutum lib. 3. part. 6. cap. 22,,.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1162—1165.

um conſerere properauit. Sed ille, infinitas licet ſociorum copias comparaſſet, primo quidem fugit: deinde, vt animum illius occupauit pauor, miſſis ad imperatorem legatis, delictorum veniam ſibi dari popoſcit. Vbi nihil obtinuit, vt ſibi ſaluo ac incolumi ad principem accedere liceret, petiit. Venit igitur, annuente ad id imperatore, ad illius tribunal, capite aperto, nudatis vsque ad cubitum manibus, pedibusque nudis: dependebat porro a ceruice funis, manuque gladium ferebat, dedens ſe principi, vt, quod vellet, de ſe ſtatueret. Quibus ille commotus, errati veniam conceſſit. His proſpere confectis, imperator ex Seruia, ſubſequentem Archizupanum habens, exceſſit.

§. 61.

46. IMPERATOR repudiata legatione [Clitziaſthlanis Sultani] ipſum [Gabram] dimiſit: accitisque e Seruia et Hungaria ingentibus copiis, bellum maiori cura apparauit.— Sed auxiliares Hungari, Seruiique Romanis obnoxii, haud tempeſtiue aduenientes, extraxere in aeſtatem bellum: ex quo res maxime labefactari contigit.

§. 62.

a. C. 1166.

47. SEQVENTI q) etiam vere in animi oblectationem inſumto, poſtquam ſol Cancrum et Leonem permearat, et aeſtus Caniculae deſaeuierat, bruma iam inſtante [imperator] in occidentem egreditur. Audierat enim Seruiorum principem, inquieto et inſatiabili ingenio hominem, STEPHANVM NEEMANEM r) iuſto audaciorem factum, finitima quaeque inuadere, ac populares ſuos grauiter premere, ferro graſſantem ſuaeque fortunae oblitum, Crabatiam s) et Cattarorum dominatum ſibi vindicare. Vt igitur Neemanis voluntatem exploraret, Theodorum Padiatem cum copiis ablegat. Erat autem ea Neemanis ferocia, vt, bello non indicto, ſtatim Romanos inuaderet.

§. 63.

46. CINNAMVS p. 174, 175.

47. NICET. CHON. p. 103, 104.

q) Poſt victoriam de Hungaro-rum duce Dionyſio reportatam.

r) ὁ Νεεμαν Στεφανος.

s) Χορβατιαν.

Imp. EMANVELE I. *Comn.*

a. C. 1166.

§. 63.

Poſtquam autem ipſe imperator eum vlciſci ſtatuit, bello celeriter relicto, in montes confugit, et ſpeluncas ac petras ſubiit: et ſubinde imminuta nonnihil ſuperbia, tandem ſupplex ad pedes illius procumbit. Angebatur enim animo, ne Seruiae principatus alicui ex iis, quos ipſe euerterat, qui eſſet eo dignior, tribueretur. Eum igitur hominem imperator tanta arte tractabat, et ad fidem ſibi ſeruandam conuertebat, ſi quando a recta via aberrare, et libertatem ſpectare videbat, aut cum Alemannorum rege ſe coniungere, aut ad Hunnos inclinare et manubias communicare; quanta diligentia nec opilio exiguum gregem cuſtodire ſolet. Neeman vero illum non minus formidabat, quam leonem caeterae animantes. Nam cum imperator equitatu tantum educto, et ſatellitibus ſequi iuſſis, Romanorum fines egreſſus, contra illum ferebatur: Seruiae ſtatum ſuo arbitratu extemplo immutabat [t].

Sub Alexio II. et Andronico I.
nulla fit Seruiorum mentio.

§. 64.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

Imp. ISAACIO *Angelo.*

a. C. 1191.

[BELLO Blachico feruente, imperator Iſaacius Angelus] inuaſit et Seruiorum Zupanum, qui maleficiis non abſtinebat, et Scopia euertebat. Commiſſo ad flumen *Morabum* proelio, barbari terga dederunt; in eaque fuga non pauci aqua et igne perierunt. 48.

§. 65.

Imp. ALEXIO III. *Comneno* [v].

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1200.

β) HABVIT Alexius tertiam quoque filiam, Eudociam nomine: quam, ipſo adhuc Andronicum fugiente, et apud Iſmaelitas 49.

et

β) ACROPOLITA: *Imperator Alexius filiam — Eudociam tertiam, impuberem adhuc nec maturam viro, Crali Seruiae* (τῷ Κράλῃ

t) *πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔφετον τὰ ἐκεῖθεν μετημείβε πράγματα.*

48. NICET. CHON. p. 278.

v) Ipſi antea *Angelo* cognomen fuit; ſed eo *ſiue vt humiliore repudiato, ſiue vt vna cum fratre abolendo Comnenus appellari voluit,* inquit Nicetas p. 295.

49. Id. p. 342, 343. Acropolita p. 5. Ioel [Acrop. p. 108].

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1200.

et in Palaeſtina oberrante, patruus Iſaacius STEPHANO, filio Neemanis, deſpondit, Triballorum principi. Verum is, exiguo tempore in principatu exacto, in Papicio monte fit monachus. Filius vero eius eodem nomine STEPHANVS, Eudocia paternae ſatrapiae domina declarata, pluſculo tempore exacto, liberos ex ea ſuſcipit. Sed tempus—ambos a priſtina coniunctione et conſenſione disiungit—. Nam ille vxori pruritum libidinis, ea contra marito bibacitatem a primo diluculo et aliarum mulierum conſuetudinem obiiciebat. Ita diſſidio ſubinde creſcente, Stephanus barbaricum conſilium init, atque exſequitur. Nam, ſiue conficto, ſiue vero obiecto adulterii crimine, Eudociam omni veſtitu muliebri ſpoliat, ſola tenui interula relicta, eaque vndique praeciſa, vt vix pudendas partes tegeret, atque ita ignominioſe, quo libitum eſſet, abire ſinit. Huic poenae, tam inhoneſtae, atroci et immodicae, frater eius *Volcus* x) intercedit: et, obiurgata eius inhumanitate, orat, vt depoſita iracundia paulo clementius agat, habita ratione illuſtris generis Eudociae, et famae ſuae conſulat, ac tantam ignominiae labem caueat. Sed cum pertinax et implacabile eius ingenium mouere non poſſet, ipſe Eudociam ita ſuſceptam, vt dignitas eius poſtulabat, Dyrrhachium perducendam curat. Quo caſu pater cognito filiam, lectica et ornamentis muliebribus miſſis, in aedes ſuas recipit y).

§. 66.

Caeterum ne hi quidem Neemanis filii longo tempore concordes permanſerunt: ſed inimicitiis ſuſceptis, in caeterorum coetum tranſierunt, quos ſupra diximus per ambitionem et vecordiam, na-

Σεϱβιας) nuptum dederat, quam ille, vt aiebat, neſcio in quo deprehenſam, patri remiſit, cum quo aetatem degebat, eam Ducas Alexius, excluſa propria, vxorem duxit.

x) Βολκος.

y) De Eudocia Nicetas p. 392. haec narrat: *Leo Scurus Nauplio ortus*— [imperante Balduino] *in Theſſalica Tempe peruenerat, ac filiam illius* [Alexii] *vxorem duxit, quae prius Stephano Triballorum duci nupta, ab eoque repudiata, et Byzantium reuerſa, poſt captam vrbem et deſertam Alexio Ducae cognomento Murzuflo nupſerat.* Acropolita p. 7. *Alexius— Eudociam Corinthum veniens Sguro illius regionis dynaſtae in matrimonium copulat.*

Imp. ALEXIO III. Comn.

a. C. 1200.

naturae oblitos eſſe z): et Volcus victor Stephanum et principatu et patria exegit. Nam cum fraternae caedis exemplum ex vrbe imperatrice promanaſſet, et extremos orbis terrarum fines peruagatum eſſet, non Perſae tantum et Tauroſcythae, et hi Dalmatae, et poſtea Pannonii, ſed et alii plures caeterarum gentium principes, enſibus in cognatos ſuos ſtrictis, ſeditionum et caedium patrias ſuas compleuerunt.

Sub Alexio, Iſaacii Ang. F. Alexio Duca Murzuphlo
Theodoro Laſcari et Ioanne Duca
nulla fit Seruiorum mentio.

CAPVT VI.

Res Seruiorum ſub duce inprimis Stephano Vreſi geſtae; affinitas inter illum et Michaelem Pal. decreta, diſturbata; ab a. C. 1255—1271.

§. 67.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

Imp. THEODORO Laſc. II.

a. C. 1255—1259. a)

INTERIM dum iſti [Romani, duce Michaele Laſcari contra Michaelem deſpotam miſſi] in agro fertili [Berrhoeae] praeda one- 50.

z) Ad ea reſpicit, quae de Iſaacio Angelo a fratre Alexio imperio et oculis priuato p. 292. dixerat.

50. ACROPOLITA p. 80. idem in Chronico Compend. p. 142. breuius ita: *Serui Citzabim praetergreſſi Prilapi adiacentem regionem praedatum ibant. Scuterius perturbato ordine cum illis confligens ſuperatur.*

a) Sunt anni imperii Theodori Laſcaris.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1255—1259.

onerantur, Seruorum princeps defectoris Michaelis perfidiam edoctus, genere quidem foedifrago, et ſemper in beneficos et liberales ingrato et inhumano, et parui emolumenti gratia amicitiae poculum, vt dicitur, conculcante, exercitu mille hominum coacto, Romanam ditionem infeſtat. Hi itaque Cytzabim praetergreſſi, Prilapi adiacentem regionem praedatum ibant. Porro Scuterius Xyleas cum ſuo milite licet oppido appropinquaſſet [b], Seruos omnia vaſtantes atque igne corrumpentes conſpiciens, vir belli expers, et qui proeliarem experientiam ne per ſomnium quidem deguſtarat, neque enim ſpeculatores longe dimiſerat, vt per eos hoſtium irruptionem atque inſidias cognoſceret, neque copias diſponere edoctus, vnumquemque, quo animus ferret, in Seruos impetum facere conceſſit. Quare perturbato ordine, pauci ipſi, Seruis numeroſioribus occurſantes, capi; quorum alii enſibus obtruncati, alii viui vinculis colligati deduci; ipſe quoque Scuterius Xyleas cum reliqua militum manu in Seruos irruens fugatur, et montibus ac collibus praeruptisque locis emenſis, vix tandem ſalutem conſequitur. Et hoc modo exercitus, qui Prilapi erat, diſſipatur. Nos porro in Prilapo oppido concludimur, et carceri, vt ita dicam, mancipamur.

§. 68.

Imp. IOANNE III.

Imp. IOANNE III. [c]

a. C. 1261.

51. CVM Graecorum reges pecuniae inopia laborarent; propter bellum, quod ea tempeſtate gerebant cum Medis et Tryballis, magnam pecuniae vim mutuo acceperunt a Martino eius inſulae [Chii] rectore.

§. 69.

Imp. MICHAELE *Pal.*

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

a. C. 1262. [d]

[MICHAEL Pal. in oratione poſt captam Conſtantinopolin ad
52. proceres habita] Deo volente, inquit, — cum ipſa rerum principe noſtra

b) ἔγγυς πȣ τȣ ἄστεως κείμενος.

51. CHALCOCONDYLAS p. 278.

c) Annus margini adſcriptus.

52. PACHYMERES T. I. p. 99.

d) Annus receptae Conſtantinopolis.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1262.

noſtra patria, velut corde imperii clade vltima oppreſſa, cuncta pariter reip. membra letali quaſi morbo elanguerunt: dum eorum quaedam Itali, alia Perſae, Bulgari, Triballi caeteraeque omnes gentes barbarae inter ſeſe partirentur.

§. 70.

[MONTÁNA Peloponneſi cum rurſus in Romanorum veniſſent ditionem], imperator ſuis fratribus occiduas prouincias commendauit. Ac Ioannem quidem deſpotam, copiis orientalibus et Scytharum auxiliis inſtructum, terra gerere rem iuſſit per Illyrios et Triballos. 53.

§. 71.

a. C. 1268. e)

[PACE cum Ioanne occidentis deſpota conſtituta] nec reliqua curare imperator negligebat: hinc quidem in mari ſtrenue claſſe rem gerens, inde in continente non ſegnius terreſtribus copiis Triballos Illyriosque obſeruans, et admoto mali metu in officio continens. 54.

§. 72.

[QVI, Mytze pulſo, Bulgaris imperauit Conſtantinus] dimidium generis trahebat ex Serbis. 55.

§. 73.

a. C. 1271.

FILIAM Annam decreuit pater [Michael Pal.] mittere ad Cralem Serbiae, STEPHANVM VRESIN f), ſecundo eius filio *Melotino* g) nupturam. Nam primogenitus patri cognominis, iam vxorem habebat regis Pannoniae filiam. Cum igitur de omnibus ante conuentum eſſet, ad exſecutionem pactorum mittit imperator legatum patriarcham et cum eo ſponſam virginem, regio magnifice ſtipatam comitatu. 56.

 §. 74.

53. Id. ibid. p. 137.

54. Id. ibid. p. 209.

e) Annum ex Synopſi Chronologica, quae Lib. III. c. 10. Obſeruationum Pachymerianarum conſtituit, hic et in ſequentibus adſcribo.

55. Id. ibid. p. 238. cf. *Bulgarica* §. 327.

56. PACHYMERES T. I. p. 239-242.

f) τῳ Κρατȣντι Σερβιας Στεφανῳ τῳ ȣρεσι.

g) Μηλωτινῳ.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1271.

§. 74.

His ſimul cunctis, vbi Berrhoeam peruenerunt, expedire communiter viſum eſt, praemittendos ad Stephanum Vreſim chartophylacem Veccum, et cum eo Traianopoleos epiſcopum Cudumenen. Fuerat autem ab Auguſta peculiariter commendatum chartophylaci, vt praecederet ſponſam, priorque in Serbiam adueniens, 'exploraret ad liquidum, quodnam id eſſet hominum genus, quae ibi forma vitae cultusque, quae ratio conſuetudinis ciuilis, quis ordo publicae rei, ac ius vſusque principatus [h]? 'Nam cum illa proficiſcenti filiae apparatum, et pompam quam potuerat maxime regiam, et cum ſpecie ac pretio ad magnificentiam, tum vſu et copia ad mollitiem deliciasque comparatam, ambitioſe attribuiſſet [i]: 'muliebri ſcilicet curioſitate noſſe auebat, ecquid paria illis, aut qua iſtis proportione reſpondentia, repertura eſſet ſua filia [k]. Ea de cauſa iuſſerat priorem eo proficiſci Veccum et ſibi per nuncios ſignificare, quae comperiſſet, priusquam patriarcha cum noua ſponſa Serbiam ingrederetur.

At Veccus et Cudumenes vbi peruenere, adeo nihil ibi ad miniſterium commodum, ad pompam exquiſite ornatum, aut omnino vel mediocri dignum magiſtratu repererunt, 'vt ipſum illorum inſtrumentum Stephanus Vreſis admiraretur; et viſo tabernaculo, praeſertim autem familia obſequioque eunuchorum, quaſi obſtupeſcens inopinatiſſima re, quaereret: quid haec tandem eſſent, et quem vſum haberent? Cum vero audiſſet, partem eſſe illam praemiſſam ſatellitii ac ſupellectilis reginae aduentantis, indoleſcenti ſimilis exclamaret [l]: Heu, heu, quae et quorſum iſta? nos harum deli-

h) γνωρισαι τα κατα τους Σερβους τρανοτερον, όπως μεν σφισιν εστιν ή διαιτα, όπως ή ταξις της εκεινων αρχης διιθυνεται.

i) εκεινη γαρ και μεγιστην την θεραπειαν τη θυγατρι προητοιμαζεν ιστιχλιδην παντοιαν βασιλικην.

k) Addit haec omnia interpres.

l) αλλα και το θεραπευτικον τα εν εκεινοις βλεπων ο Ουρεσις, και οικιδιον και μαλλον το των Ημιανδρειων, τα αν και ειησαν ουτοι; διεπυνθανετο. ώς δ' ηκουε παρ' εκεινων, ότι ταξις εστιν αυτη βασιλειος, και ώς τη βασιλιδι εις θεραπειαν ακολουθησαιεν, εκεινας αναλαστησας φησιν &c.

 Imp. MI-CHAEL Pal.

deliciarum vſum non habemus; Et, haec loquens, ſimul nurum oſtenderet, paupertino ſordidam veſtitu ac lanificio intentam; vnaque manu eam indicans ſubiiceret: En tali nos cultu nurus conſueuimus habere. ‘Porro in caetero circa Cralem apparatu nihil niſi vulgare, obſoletum ac plane plebeium apparebat. Nulla victus munditiès; e venatu illauto, ac tumultu ſane venatorio, nulla ſpecie aut ordine miniſterii, nulla menſarum elegantia, raptim cibi vorabantur m).

§. 75.

Vt ergo haec ſibi explorata, qui miſſi fuerant, reuerſi ad patriarcham retulerunt, vtque diſtinctius narrarunt, quae audierant, conturbarunt ea non parum comitatum vniuerſum, infregeruntque animos, ſolicitudine iniecta, ne inſidiis excepti ſpoliarentur. ‘Quid enim exſpectarent mitius a barbaris adeo incultis, quos nullus mos aut pudor, nullus reſpectus humanitatis aut officii verecundia reuocatura viderentur ab audendo, quod liberet cunque n). Triſtes igitur hiſce curis ſegnesque procedebant, anxia conſtricti formidine periculorum, in momenta, vt putabant, ſingula impendentium. In his ſuſpicionibus cum Achridam deueniſſent; regiam ibi reliquerunt virginem cum familiari miniſterio; ipſi coepto itinere lente pergentes, praemittunt nuncios ad Vreſim, qui docerent, praeſtolaturos ſe mandata eius, et occurſus ab eo miſſorum apud *Pologum*. Eſt id loci nomen patria Serbiorum lingua ſonans, vt aiunt, *Nemus Dei*.

§. 76.

Ea ſpe Lipaenium progredientibus ‘occurrit a Crale legatio, cuius erat caput *Georgius* quidam, magiſtratu illic ſimili praeditus eius, qui *Meſazon* apud nos dicitur o). Huic ex inſidiis latrocinio illatum damnum et ante noſtri audierant, et ipſo referente cognorunt certius. ‘Atque vt primo rei auditu cohorruerant, ita facti

 acce-

m) ἦσαν δὴ καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς τὸ παράπαν λιτὰ καὶ εὐτελῆ, ὡς ἀποζῆν θήραις καὶ κλέπτοντας.

n) οὐ γὰρ εἶχον πιστεύειν ἀνδράσι μὴ ἐπιστρεφομένοις αἰσχύνης καὶ μέμψεως.

o) πέμπεται μὲν πρέσβυς ἐκεῖθεν ὁ καὶ μεσάζων ἐκείνων, Γεώργιος τοὔνομα.

Imp. MI-CHAELE *Pal.*

a. C. 1271.

accepta confirmatione moeſtiſſime ſenſerunt, quo locorum malorumque deueniſſent. Quid enim non iure metuerent in tantae barbariae licentia; aut quomodo ſperarent, parcituros exteris, ac temperaturos auidas manus a gaza peregrina eos, qui ne a popularibus quidem ſuis, iisdemque illuſtri magiſtratu conſpicuis, abſtinerent iniurias extremas *p*).

Caeterum de negotio ipſo ac foedere principum duorum tam inconſequenter atque ambigue Georgius iſte locutus eſt, vt ſpem ſucceſſus omnem prudentibus excuteret. 'Primum omnium deprehenſum eſt, errorem imperatori oblatum in re ipſa ac ſubſtantia negotii; dum is filiam deſpondere ſe ſuam credidit minori quidem filio Cralis, verum, propter morbum incurabilem maioris, heredi haud dubio, et ſucceſſori deſignato regni Serbiae. Nunc autem intelligebatur ex Georgii ſermonibus, vana illa fuiſſe, quae iactata fuerant de fracto crure ac deſperata valetudine primogeniti, qui filiam regis Pannoniae in matrimonio habebat. De caeteris ad rem, quae agebatur, ſpectantibus idem legatus non minus inopinata et ambigua ferebat, alia quaedam, quorum nulla erat vnquam audita prius mentio, proponens, circuitusque vafre captans, eaque, de quibus certo conuenerat, aſtuto inuoluens ſilentio *q*).

§. 77.

Quae omnia mirantibus noſtris, ſimul occurrebant pericula infeſtae latrociniis viae, quae quam non ſine cauſa timerentur, ipſe legatus, ſua eius generis recens accepta damna commemorans, plenam faciebat fidem. 'Partem etiam momenti, nec eam leuem, ad nouum inclinantibus conſilium addebant, quae Chartophylax coram

p) τοτε δε και ἀκριβως ἐς φοβον μεγαν καθιςαντο, μη και νεωτερισθῃ τι σφισι των ἀνηκεςων· τȢς γαρ Ȣτω και τοις ἰδιοις, και μαλλον τοις ἐνδοξοις και ἀρχȢσιν, ἐνεδ[ρ]ευοντας, χολῃ γ' Ȣν ἀποχεσθαι των ἀλλοτριων.

q) ἐκεινοι [ὁι βασιλεις] γαρ και ὡς ἀρξοντα μετα τον πατερα, εἰς κηδος προσιοντο τον ὑιον, τȢ προτερȢ των παιδων ΣτεφανȢ το σκελος κατεαγοτος, και βιον ζωντος ἀπραγμονα. ὁ δε ἀλλαττα κυκλῳ περιβαλλομενος, τα ὡμολογημενα ἐπηλυγαζετο.

ram perſpecta retulerat de ſordibus et miſeria domeſtica regis Seruiae: quaeque idem ſibi enixe commendata dicebat ab Auguſta de proſpiciendo dignitati ac commodis filiae, quam, vti ſe res habebant, manifeſtum erat, ſi perduceretur, quo intenderant, non in regnum aut regni ſpem, ſed in ſeruitutem tranſcribi triſtiſſimam r). Haec patriarchae ac reliquis in eo comitatu praecipua dignitate conſpicuis omnem infringebant impetum vlterius pergendi, 'vtique reputantibus, nullum coeptorum commodum, aut ſaltem tolerabilem exitum, nullum longae ac laborioſae viae fructum ſperandum apparere. Ne pactis quidem videri conſtitutam fidem, ſi futura e praeſentibus aeſtimarentur, quid igitur attineret in ambiguum et obliquis anfractibus confuſum negotium, velut in caecum perplexumque labyrinthum ſeſe altius et irreuocabilius immergere; et non potius, deprehenſa vel ſero fraude, pedem ſtatim referre, tandemque imperii honori, imperatoriae virginis dignitati ſalutique conſulere s)?

§. 78.

Talia illis deliberantibus, et adhuc ſententiae incertis, ſuperuenit quidpiam, quo ſuſpicione in metum et exſpectationem verterentur certam graue quiddam et exitiale patiendi, ſi porro pergerent. 'Siquidem incolae regionis per turmas accedentes recedentesque, vbi cominus aſpexerant minime familiari vultu, ac ſic ſpeciem praebentes euntium praeoccupatum inſidiis locum, vnde noctu erumpentes impetum facerent in peregrinos, quorum iter explorassent, et, quam multum praedae traherent, praeſenti conſpectu obſeruaſſent, formidinem noſtris admouerunt, quae cito in dolorem tranſiit t). Nam non ita multo poſt nocturni graſſatores clam appulſi

r) ἠσαν δ' ἀνα μερος και οἱ περι τον χαρτοφυλακα, αἱ γαρ της δεσποινης παραγγελιαι και ἀξιωσεις δειναι εἰς το ποιειν ἐκεινων φροντιζειν, ὑτως ἰδοντα.

s) Haec in gr breuiſſime ſic habent: μη δε γαρ ἀνυσαι και ἐπικινδυνα.

t) οἱ γαρ την χωραν ἐπῳκημενοι κατα ϛιχας ἰοντες, ἐφυϛαντο καθημενοις πολλακις, και ἑωρων ὡς ἀλλοθεν πȣ ἡκοντας, σφισι δ' ἠν σκοπος παρατηρειν τα ἐκεινων, ἐφ' ᾡπερ και νυκτος ἐπελθοντες συλησειαν· ὁ δη και μετ' ὀλιγον λαμβανει τελος.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1271.

pulſi pede ſuſpenſo ſumma cura ſtrepitus vitandi, equos noſtrorum abduxerunt: et cum iis quam longiſſime fugerunt. Romani ſub auroram furto agnito quaerunt auctores facti, de obuiis percontantes, ecquid horum noſſent: ſed vanum ſcilicet ſtudium erat indicii teſtimoniique corrogandi a conſciis furum in ſuos ipſorum populares ſociosque, quorum rapacitatem haud paulo imitaturi libentius, quam accuſaturi viderentur v). Itaque prudens conſilium fuit, rem iſtam non nimium vrgere, ne iſta ipſa inſtantia irritata gens barbara, belluinam feritatem humana celans ſpecie, peius aliquid funeſtiusque deſignaret. Tamen, ne quid intentatum relinquerent, magiſtratus locorum adierunt, rogantes, vt equos ſibi reſtitui curarent, ſine quibus inſtitutum ad regem ipſorum iter perficere nequirent. Verum ab his nihil aliud impetrari potuit, niſi vt equos ipſis regionis eius, nulla parte cum amiſſis comparabiles, offerrent.

Quae videntes noſtri, ad conſilium tandem in proram, quod aiunt, incumbendi, reflectendique retro itineris compulſi ſunt. Referentes ergo pedem, quam maxima velocitate in tantis difficultatibus licuit, Achridam ſe receperunt x), ibique reſumtam regiam virginem Theſſalonicam deducentes, inde, omiſſa iam omni cogitatione indignae ac perniciosae affinitatis, ad imperatorem redierunt.

§. 79.

a. C. 1280.

57. IMPERATOR [Michael Pal.] iunioris Auguſti fratrem natu minorem Porphyrogenitum Conſtantinum imbuere rudimentis militaris artis—cupiens, eius in expeditionem mittendi occaſionem ſumſit ex

v) ἀλλα ζητουσι ματαιος ἠν ἡ σπουδη. ουτε γαρ εἰχον μαθειν παρ' ἐκεινων, τους σφετερους ἐπιλυοντων.

x) Ὁμως τοις ἐκεινων ἀρχουσι χρησαμενοι εἰς βοηθειαν, μηδε γαρ ἐχειν ὁπως και κινηθειεν, των κρειττονων ἱππων ἀπολωλοτων, ἀντισηκουμενοι τας της χωρας ουκ ἐπισων, ἀλλ' ουδ' ἐγγυς, μετανασευειν εἰς τουπισθεν ἐβουλευοντο και μη δοξασης της βουλης ἀγαθης και συνοισουσης πλεον ἡ μην βλαψουσης, πρυμναν τε κρουονται, το του λογου, και τοις ὀπισθεν ἐπεκτεινομενοι, ἑως Αχριδας ἡεσαν.

57. PACHYMER. T. I. p. 324.

a. C. 1271.

ex quodam motu Triballorum, eo vsque progreſſo, vt ii adſcito in ducem exercituum ſuorum quodam Cotanitza, qui ab imperatore defecerat, regiones imperio ſubiectas incurſare vsque ad Serras, vexando vaſtandoque, nunciarentur. Mouit ergo Conſtantinus in occidentem iuſſu patris, qui viros ei primariae dignitatis multos et magnos militiae comites iſtius et miniſtros poteſtatis aſſignauit. Ipſe autem Auguſtus, denuo comperto certis nunciis periclitari—orientalem—tractum, [eo duxit].

Rediit [demum] ex occidente Porphyrogenitus, nihil ad tropaeum ferens. non enim bello vicerat; ſed vltro ſubiunctum poteſtati eius Cotanitzam ſecum ducens.— 58.

§. 80.

a. C. 1271.y)

INSTITVTVM—hoc a maioribus conſtanter ad poſteros propagatum ſeruatumque fuit, non modo a Romanis et Theſſalis, ſed Illyriis etiam et Triballis et Bulgaris, propter religionis communionem ſpolia tantum auferenda; homines vero nec ad ſeruitutem rapiendos, nec extra aciem occidendos eſſe. 59.

58. Id. ibid. p. 339. L. p. 69.
59. NICEPHORVS GREGORAS T. y) Annus margini adſcriptus.

CAPVT VII.

Res Seruiorum ſub Stephano [Vroſio ſancto Milotino], *tam ante matrimonium cum Simonide, Andronici Sen. filia, contractum, quam poſt illud vsque ad eius obitum geſtae;*
a. C. 1283 — 1321.

§. 81.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1283. [a])

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

60. *a*) AVXILIA Scythica [b])—magnum reip. periculum minitabantur, ne propter obitum eius, a quo accerſita fuerant, noui aliquid in hac rerum mutatione molirentur— [c]). His igitur de cauſis [imperator] viae duce adiuncto Michaele Glaba, magno comite ſtabuli, qui rei militaris vſu tantum excellebat, vt reliqui duces prae eo pueri viderentur, aduerſus Triballos, qui et ipſi infeſtiſſimi hoſtes, erant, et Romano imperio magnas quotidie clades inferebant, abire eos quamprimum iuſſit, vt eadem opera et Triballorum vires imminueret, et ipſi, maxima praeda parta, inde domum, Iſtro traiecto, recederent. Et haec quidem ex ſententia ſucceſſerunt.

§. 82.

a. C. 1298. [d])

61. IMPERATORI acrem admouebant ſolicitudinem commouentes ſe hinc quidem Tochari, quotquot boreales tractus inſederant; inde autem

a) PACHYMERES: Andronicus Tarchaniotem Glabam *ducem praeficit Tocharis, Romanas copias non paucas circa ſe habente Michaele*

60. NICEPH. GREG. T. I. p. 97. Pachymer. T. II. p. 4, 5.

a) Ad a. C. 1282. haec in obſeruatt. Pachym. referuntur; ſed obiit Michael Pal. d. 11. Dec. a. C. 1283. a. M. 6791.

b) Cf *Tatarica*.

c) Cf. *Tatarica*.

61. PACHYMERES T. II. p. 174.

d) Indict. 11.

autem Triballi, ad id vtentes Cotanitza, qui, poſtquam a nobis transfugiſſet, adiungens ſe Crali Serbiae, latronis ritu incurſans confinia depraedabatur. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

§. 83.

HAC vice rerum [cum, defuncto Ioanne Lazorum rege, eius vidua, eaque ſoror Andronici, CP. rediiſſet] increbeſcebant graues ad imperatorem nuncii de incurſionibus, hinc quidem Cralis Serbiae, inde autem huius praefecti Cotanitzae ac Tornicii, quibus finitimae illis partibus Romanae regiones vaſtabantur. Hinc multus erat imperator, atque adeo totus, in cogitatione et cura idoneae inueniendae rationis coërcendorum latrociniorum barbari, nunc legationibus, nunc militaribus expeditionibus. Siquidem magnum ea tempeſtate Conoſtaulum Glabam, illum Dei hominem, cum validis copiis contra Serbum miſit, qui ſaepe confligens adeo parum profecit, vt victo ſimilior abſcederet, quoniam illi, decretorii proelii copiam non facientes, vitabundi, ac mox coorientes ex inſidiis, more latronum pleraque peragebant: quibus ideo Romanus exercitus vnis collectus caſtris, et quadrata ſemper procedens acie, haud valebat occurrere graſſantibus manipulatim aut turmatim per loca inde longinqua et fere auia [e]. 62.

§. 84.

Quapropter Theſſalonicae Glabas reſidens, nihil ille quidem omittebat, quod poſſet vtiliter conſuli ad tuitionem Romanorum finium

deſpota, vt eos ex Romanorum terris in Triballos ducerent non quod magna tunc neceſſitas Triballici belli eſſet, ſed vt obiiceretur, vnde auaritiam explerent mercenariis, accitu imperatoris eo ſpe profectis, qui non facile inducerentur ad reuortendum vacuis manibus. quare illis praedarum opimarum, ſpoliorum rapinarumque ſeges alicubi quaerenda, in quam famelicorum, ex amicis, ſi hoſtes deeſſent, paratorum lucra congerere, impetus auerteretur. Igitur imperator eos verbis et donis delinitos cum deſpota magnoque conoſtaulo ac ſequentibus vnumquemque horum copiis eo, quo diximus, dimiſit, ſane volentes, vt in expeditionem ipſis quaeſtuoſam.

62. Id. ibid. p. 184.

e) και ουκ ην ὁλως ταις των Ρωμαιων δυναμεσιν ἐνοδειν.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1298.

finium *f*), 'ſed abire omnia in irritum videns, deſperabat, poſſe reprimi impetus latronum, qui ex tuto irruentes in contiguam praedam, in ſuas ſe latebras onuſti recipiebant; priusquam indicium irruptionis ipſorum, aut facultas vlla praeuertendi eorum impetus ſatis mature haberetur. Scripſit ergo ad imperatorem, non aliud ſibi videri huic adhiberi poſſe malo remedium, quam conuentionis ac foederis cum Crale *g*. Idem praeterea poſcere ſtatum praeſentem orientalis limitis, Perſarum incurſionibus vaſtati, ac magnis auxiliis egentis, 'quae absque ſancita cum Serbis pace omnino colligi expedirique eo nequeant *h*).

Conſilium facile probarunt imperator et ii, quos in deliberationibus adhibebat, omnesque conſenſerunt, non bonum ſolum, ſed et optimum factu fore, ſi certis conditionibus ſtabiliri concordia inter Auguſtum et Cralem redimique ſecuritas ac quies populorum poſſet: at quam paratus imperator erat ad ſtatim tractandum bona fide tam neceſſariam tranquillitati publicae cum hoſte vicino et potente pacem, tam cogebat eum metuere, ne id fruſtra tentaret, nota inſtabilitas Serbi, proni ad mutationes hominis et deſultoriae in contraria leuitatis. Arctioribus igitur eum ſibi ad-
63. ſtringendum ad fidem amicitiae conſtantis, qu m vulgarium conuentionum vinculis ratus. tunc tantum ſibi certum fore ſocium Cralem exiſtimauit, ſi data ei e conſanguinitate ſua coniuge, ciuilem pactorum obligationem nodo velut quodam fortiori religioſae neceſſitudinis per nuptialem affinitatem adſtrinxiſſet.

§. 85.

β) 'Crales autem, etſi coniugem iam tertiam in contubernio habebat, expeditus tamen ad nouas nuptias videri poterat, quoniam

β) NICEPHORVS: *Eudociae nuptias Crales Seruiae per legatos ambiebat, vt perpetuum foedus cum Romanis ſanciret. Erat enim potens,*

f) πρoς ἀνταγωνησιν.

g) ὁμως δ' ἐκ πολλων ἀπογινωσκων ἀνδρων οἰκοθεν ὡρμημενων περιεσεσθαι, ἁμα τε προβαινοντων, και ἁμα θηρευειν ἐχοντων τα κατα θυρας προκειμενα, δια ταυτα και των τοιουτων ἀπογινωσκων, σπουδαις τισι χρησθαι πεμπων συνεβουλευε τῳ Κρατουντι.

h) *Quae — nequeant* interpres addit.

63. Id. ibid. p. 185, 186. Niceph. Greg. T. I. p. 124, 125.

quoniam hoc eius connubium per Dei et eccleſiae leges caſſum irritumque iudicabatur. Duxerat is primum ritu legitimo vxorem, cuius poſtea pertaeſus, ſine vlla cauſa idonea illam abiecerat, intruſa in viuentis adhuc locum Ioannis, in occiduo tractu ſebaſtocratoris, filia. Sed et huic deinde pari leuitate repudiatae remiſſaeque ad patrem, tertiam, de qua dixi, ſuperinduxerat, Terteris filiam, ex ſorore genitam Aſanis [i], ſuperſtite nihilominus prima illa ſola legitima coniuge; vnde palam erat, ambas has poſterius attentatas nuptias nihil a foedo pellicatu deſtitiſſe. Tunc autem cum haec imperator agitaret, acciderat commodum, nunciari mortem illius mulieris, quae prima Crali nupſiſſet: qua vera comperta, manifeſtum erat, ſolutum eſſe illum ac liberum ad nouum rite connubium ineundum. Ergo cum hoc ipſum ei ſignificari curaſſet imperator, adiunxiſſetque, ſe illi ſororem propriam Eudociam, Ioannis Lazorum principis viduam, ſi filiam Terteris, cui nullo eſſet legitimo deuinctus nexu, dimitteret, ſociaturum [k]: facilem illum inuenit ad ſplendidae ipſi atque vtilis propoſitionem admittendam

neque vnquam Romanam rem turbare deſiſtebat, partim occupando vrbes, partim agros populando. Ea res in magnam dubitationem adduxit imperatorem, primum quod Cralis amicitiam magni faciebat: deinde quod ſoror Eudocia illius coniugium abominabatur, et ne vocem quidem eorum, qui de illo loquerentur, admittebat: tertio, quod quartum eſſet illud, quod peteret coniugium. Nam cum prima vxore, Blachiae principis

i) ἐκεινος δ' εἰχε την τȣ Τερτερη ἐκ της τȣ Ασαν ἀδελφης θυγατερα. λαβων ὑπ' ἀσφαλεσι πιϛεσι συζυγον εἰχε δ' ἑτεραν πρωην, την τȣ δυτικȣ Σεβαϛοκρατορος Ιωαννȣ θυγατερα, και προ ταυτης ἀλλην ἡν ἀποϛερξας παρ' ȣδεμιαν αἰτιαν ἐυλογον, ἀφεις ἐκεινην την νομιμον παντως, τῃ τȣ Ιωαννȣ συμπλεκεται θυγατρι. ἀλλα και ἐς ἐτι της νομιμȣ ζωσης, ἀπολυσας ταυτην, προς τον πατερα, ὀυδεν συμπεσον ὑπερ τȣ ταυτης διαζυγηνει δικαιον, την τȣ Τερτερη ἐπηγαγετο. και εἰχε ταυτην τριτην ἀπο της νομιμȣ λαβων.

k) εἰπερ ἀπολυων την τȣ Τερτερη ἐπιγαμβρευεσθαι οἱ βȣλοιτο. και τεως ἐπ' ἀυταδελφῃ τῃ Ευδοκιᾳ, ἠδη κατα την πολιν ὀυσῃ κεχηρωμενῃ τȣ Ιωαννȣ.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1298.

dam affinitatis. Nam hunc ad iſtam conditionem cupide arripiendam praeter caetera hortabatur metus a fratre maiori *Stephano*, cui cum principatus Serbiae, vt primogenito defuncti Cralis, deberetur, excluſus inde is haud iuſta de cauſa fuerat: quod nimirum naturali pedum vitio claudicaret. Ac patienter ille quidem, homo natura iners, iniuriam ferre videbatur, aſſignatae ſibi portioni cuidam paternae ditionis pacate imperitans: 'caeterum legitimos educans liberos, quibus totam olim ceſſuram Serbiam confidebat, filiis, ſi quos frater eius e non iuſtis, quibus erat implicitus, nuptiis gigneret, haud iure valituris, ob natalium defectum, paternae ſuccedere poteſtati l).

'Hoc Crales reputans, pretioſam offerri ſibi putabat occaſionem iuſti cum imperatoris germana coniugii, ex quo ſperaret prolem tum nihil exceptionis habituram, quominus patriam hereditatem iure cerneret; tum ad hoc ipſum opibus auunculi Auguſti contra quorumuis aduerſantium obſtacula iuuandum m). quia vero ea ſolum imperator conditione matrimonium ſororis Crali obtulerat, ſi dedere ſibi Cotanitzam vellet, ſtatim is prolixe annuit: cur enim in extero prodendo cunctaretur, qui tam facile vxoris loco habitam mulierem abiiceret?

§. 86.

Cum igitur ſic inter Cralem Auguſtumque conueniſſet: communicauit hic negotium Eudociae ſorori, magnopereque illam orauit, ne grauaretur ratam habere tantae in commune vtilitatis affinitatem

filia, per annos aliquot vixerat; deinde ea in patriam remiſſa, ſororem vxoris fratris ſui (την γυναικαδελφην τȣ αὐταδελφȣ), *monaſtico prius habitu detracto, duxerat vxorem. Cum autem Triballorum eccleſia illegitimis illis nuptiis diutius aduerſaretur, longo poſt tempore et illam ablegauerat, et Bulgariae principis Sphendoſthlaui ſororem ſibi iunxerat vxorem tertiam. Atque ex nulla harum trium vxorum liberos ſuſceperat. Sed cum et huius amor refrixiſſet, illuſtriorem affinitatem quaerebat.* reliqua ad §. 87. adfero.

l) τοις παισιν ἑαυτȣ την ἀρχην φυλαξοντα μετα θανατον.

m) ὡςε και δια ταυτα πανταως ὑπηκτο τῳ τȣ βασιλεως θεληματι και προσελιπαρει φιλος γενεσθαι και συγγενης.

nitatem. Ac primum impenſe ſtuduit, ſcrupulum ei omnem eximere. Quod enim Crales vxorem habere videretur, certo conſtare, meram eam pellicem eſſe, quam a ſe procul ablegare paratiſſimum ſe ferret. Vnam fuiſſe vero ipſi matrimonio deuinctam primam coniugem, cuius nunc recenti obitu plane ſolutus omni vinculo coniugii, et iuri ad nouas nuptias naturali pleniſſime reſtitutus ſine vlla cuiusquam dubitatione cenſeretur.

Haec et in hanc ſententiam multa cum audiſſet Eudocia, reſpondit: „Se fidem vni viro ſemel datam ſeruandam etiam cineri putare. Et non modo Crali Serbiae; ſed et cuicumque, quamlibet maiori ac potentiori principi, ſemper praehabituram vmbram ac memoriam mariti mortui, quam vsque ad mortem venerari decreuiſſet. Quae imperator allegaret de honeſtate iſtarum nuptiarum et libero iure Cralis ad eas probro procul omni ac ſuſpicione celebrandas, haud grauate accipere pro veris: ſed nihil talia pertinere ad ſe, plane certam, aſpernari conditionem aeque omnem qualiscumque, poſt vnum coniugis funus, hymenaei. De hoc aliae viderint, ſi quae ſibi cor ſentient alterius, poſt vnam extinctam taedam, amoris capax. Nec diſſimulare tamen eandem ſe, vel ſi poſſet inducere in animum cogitationem genialis thalami ſecundi, ad hoc fuiſſe optaturam conſtantioris in ſponſas affectus principem, quam is ferretur, de quo ſecum agerent, Crales, tertio iam videlicet, prout ipſi vltro faterentur, compertus reus violatae coniugalis fidei: cum tamen magis etiam magnas perſonas, quam capita vulgaria, decere videretur immutabilis in vxorum amore conſtantia [n]. quamquam exceptione peculiari ſubmouere, quem offerrent ſponſum, ſuperuacaneum eſſe ſibi quidem; quae ſemel ſponſos, cuiusquemodi forent, omnes, irreuocabili propoſito colendae vsque vltimum ſpiritum viduitatis, abdicaſſet.

§. 87.

n) τας δε τε βασιλεως θεραπευσεις ικανας μεν εκρινεν αλλως και πιθανας, αλλη δε ισως, ου μην εαυτη, ει δε πρεπειν ελεγε τοις μεγεθεσι, στοργην προς τας συνοικεσας αμετακινητον μαλλον, ή ευκολιαν προς αλλοτριωσιν.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1298.

§. 87.

63. γ) 'Ea ſororis audita oratione, imperator plane iam deſperans, quam non vtilem ſolum, ſed et neceſſariam rebus ſuis ducebat, cum Serbo affinitatem per Eudociam poſſe ſuccedere o); cogitauit de illa conficienda per filiolam, quam habebat oppido feſtiuam, nondum ſexenni maiorem, ſibi pariter et matri longe cariſſimam. 'Ac videbat ille quidem, haud eſſe hunc dynaſtam gentis non maxime conſpicuae dignitatis omnino adaequatae ad honorem nuptiarum cum filia legitima imperatoris Romani, praeſertim vnica: tamen quod ei deerat ad hoc meriti e proprio ſplendore, ſupplendum ac compenſandum exiſtimans ſpe inde ſecuturi commodi publici, ac metu ſecuturorum in magnum detrimentum rei Romanae, ni ſic auerterentur, grauium malorum: denique in eam partem inflexit aliquamdiu libratam deliberationis lancem. praeſertim cum reputaret, defectum iſtum in Crale claritatis ex pari reſpondentis nobilitati Auguſtae virginis, neceſſaria ob huius immaturae nuptiis aetatem matrimonii dilatione velut expiatum ac quadam tenus purgatum iri, dum ſperari poſſet iſta mora illum anniſurum commendare ſeſe ac maioribus meritis dignum reddere tam ſublimis excellentia connubii p).

§. 88.

Iſta ſibi propoſita ſecunda cogitatione imperatoris mirabiliter exarſit Crales in deſiderium tam illuſtris et ſpes votaque ſua priora excedentis ſponſae, proque illa nihil continuo paciſci conſtantiſſimi iam

γ) NICEPHORVS: *Enimuero cum Eudocia matrimonium illud toto animo auerſaretur; ille vero petitionem vehementer vrgeret, non paruis minis additis: coactus imperator illi de Simonide filia ſua ſignificat, quintum iam annum agente, vt ab illo domi accepta aleretur, donec ad nubilem aetatem perueniret.*

63. PACHYMER, T. II. p. 186, 187. Niceph. Greg. T. I. p. 125.

o) Απογνȣς δ' ἐκειθεν ὁ βασιλευς της μετα τη ἀδελφη πειρας.

p) τον Κραλην Σερβιας ἀδοξοτερον, ἡ προς οικειοτητα την ἐξ ἰδιας θυγατρος ἐκρινε, μειζονα δ' αὐθις ἡ καταφρονεισθαι. δια τȣτο και τον καιρον τῳ ἐλλειποντι προςιθεις ἀξιωτερον ἐποιει προς την ἐπι τῃ θυγατρι συζυγιαν.

a. C. 1298.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

iam in deſignatum ſocerum Auguſtum obſequii dubitans, totum ſe addebat in conatus perſuadendae ſuae addictiſſimae imperatori voluntatis, inuiolabilis in fide perſeuerantiae quantis opus videretur pignoribus firmandae.

Tales a principe ſuſpectae hactenus leuitatis ingeminari ſibi conteſtationes ſinceriſſimae et ab omni periculo inſtabilitatis remotiſſimae fidelitatis, libenter audiebat imperator; iisque vt crederet, eo efficacius adducebatur, quod ſatis intelligebat, nullam vndelibet offerri Serbo poſſe conditionem tantam, quae praeponderans commodis ex imperatorio matrimonio ſperatis illum eliceret in vllam cogitationem nouitatis, qua irreparabiliter ſe corrupturum tam amplas et certas ſpes haberet euidentiſſime perſpectum q). Quare hoc propenſius incubuit in iſtud, vtcumque ſuis non carens incommodis, conſilium talis negotii vrgendi, quod et fecit honorificentiſſima ſtatim deſtinanda legatione ad Cralem, qua filiam offerebat in locum ſororis; commendando etiam per ſe incomparabili muneris pretio, tam blandis exquiſitae caritatis indiciis, vt incredibiliter delinitus iis barbarus ſtatim vltro iurauerit aeternam cum imperatore concordiam: ex eoque iam tempore ſponſalibus rite vtrimque ſtipulatis, quae regia virguncula fuerat eatenus Deſpoſyna, hoc eſt dominantium filia, vocata, Cralaena inde a ſponſi vocabulo nominari coepta eſt r).

§. 89.

Reſtabant ſolum exſecutioni mandandae concepti iuratique vtrimque a legatis imperatoris et Cralis conditiones foederis. Per has

q) ἤδη μεν ὀυν τα προς την συνοικουσαν τῳ Κραλῃ παρακεκινητο φιλτρα. και ὅλως ἠν ἐκεινος της ἐπι βασιλει πιςεως· το δ᾽ ἐπι ταυτην ἐλκισμενον παλινδρομειν ἐξ ἀσυνθεσιας δεινον ἠν και μονον κατανοουμενον. ἐκλυεσθαι γαρ ἀναγκη το προθυμον ἀποτυχοντι των ἐλπισμων. και τ᾽ουντευθεν ἐχθραινειν μαλλον ὑποκνισθεντι, και προς τα μειζω μη ἐυοδουμενον.

r) ταυτα την βασιλεως ἐπειθον γνωμην, και παρα το εἰκος πραγματευεσθαι. και δη ὁλον ὀικειουται δια πρεσβειας τον Κραλην, μαθοντα την ἐπι θυγατρι ἀντι της ἀδελφης του βασιλεως συγγενειαν. και ὁρκοι το λοιπον προυβαινον ἐπι τουτοις και συνθεσιαι. και ἡ δεσποσυνος, Κραλαινα ἐπικεκλητο.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1298.

has erat promiſſum, iturum in Theſſalorum [Macedonum] metropolim imperatorem, eoque mox ad illum venturum Cralem, praemiſſa ipſi, quam nunc vice coniugis haberet, filia Terteris: deditunum etiam eidem Cotanitzam; proque illis viciſſim accepturum Auguſti filiam, quam Simonidem proprio Romani nomine vocabant; eam in domo Cralis educandam vsque ad nubilem aetatem; atqua ipſum interim et ex tunc filii neceſſitudini et indiuiduae intimi amici ſocietati conſentaneum gratiae locum apud imperatorem habiturum.

§. 90.

a. C. 1299.

64. [Hiems rigidiſſima, quae eo anno, quo inita eſt cum Crale Serbiae conuentio, ingruit, cum aliquamdiu decretae imperatori Theſſalonicam verſus expeditionis diem diffudiſſet]: tandem tamen menſe Februario ineunte proficiſci conſtituit—. Tunc igitur veſpere Paraſceues, quando iam ex more antiquo ad commemorationem mortuorum faces accendebantur, exiit vrbe imperator, Dripeamque ſe contulit—. Ioannes autem tunc patriarcha [quem ſua celarat conſilia imperator] vrbe prodiit, ſpecie quidem officioſe valedicendi, atque in digreſſu bene precandi procincto ad iter Auguſto; reuera certus ei diſſuadere, quantum poſſet, filiae Simonidis cum Serbiae principe matrimonium multis de cauſis inconueniens. 'Primum enim, quod exigebatur a Crale, vt proderet imperatori ſororem [filiam] Terteris, id non videri fieri ab eo poſſe ſine atroci ſcelere periurii: quod ſatis conſtaret, illum fidem iſti mulieri ſuam horrendis adſtrictam adiurationibus dediſſe. Nec vero ſatis exploratum haberi, eſſetne irritum Cralis cum ea femina coniugium, quod ſcire ſe fuiſſe legitime contractum mater Cralis affirmaret. Adhaec virgunculam, quae huic mulieri ſubſtitueretur, plane videri ſexenni aetate connubio intempeſtiuam. Poſtremo ea ferri ſermonibus hominum de portentoſis Serbi flagitiis, quae deterrere imperatorem deberent a filia ei propria tradenda; vtique tam profligati pudoris homini, vt fratriam ſuam, germani ſui maioris Stephani vxorem, eandemque ſororem defunctae Auguſtae, matris Auguſti iunioris, (erat enim vtraque filia regis Vngariae) nefarie adul-

64. PACHYMERES T. II. p. 188. 192, 193.

adulteraſſe, diceretur ac praeterea germanam harum tertiam, viſendae cauſa ſororis in Serbiam profectam, licet haec monachae veſtitu religionem profiteretur, minime dubitaſſe, humanis ſimul diuiniſque proculcatis iuribus, propinquam, hoſpitam, rege prognatam, Deo ſacram virginem ſtupro, tot nominibus exſecrabili, polluere [s]. Haec cum ex aliis cognorat patriarcha, tum ex ipſa Cralis matre, quae, conſcia, vt aiebat, impedimentorum inſuperabiliter obſtantium nouo nati coniugio, vltro ad eum venerat, oratum, vt, quae in hoc genere pararentur, conaretur vi ſumma diſiicere [t].

Nihil horum latebat imperatorem: tamen idem politicis, quas indicaui, rationibus obſequens, perſtandum in conſilio putabat: et quia non ignorabat, tentaturum patriarcham reuocare ſe a coepto; et rem antea ei communicare omiſerat, et tunc, ne de his ſermonem prior inferret, vitare occaſionem otioſi cum eo colloquii volebat. Ac erat cauſa, cur minus neceſſarium exiſtimaret conuenire cum praeſidibus eccleſiae de rebus huius Cralis, dynaſtae videlicet ritus a graeco peregrini: quem ideo, licet contingeret fieri generum imperatoris, in ſacris officiis memoratum nominatim eccleſiaſtici non forent. Ex quo erat conſequens; ſi forte vel ea ille commiſiſſet, vel in poſterum conſciſceret, ob quae mereretur anathemati ſubiici, nullam inde ſibi fore occaſionem erubeſcendi e coniuncti hominis ignominia; ob praetereundam tum ipſius in ſacris mentionem. alioqui porro vtilitates, quas e foedere cum Serbo prouenturas confideret, mala, quae ex perſeuerante diſſidio metueret,

 tanti

s) In gr. haec multo breuiora: τοῖ ἐφ᾽ ὁρκωμοσιαις τον Κραλην φρικταις την τε Τερτερης προσλαβεσθαι. τοτε νομιμως δοκειν συνεζευχθαι, ἡ τ᾽ αφηλικωσις της νεανιδος, και το φθασαι Σερβον, την τ᾽ ἀδελφε Στεφανε γυναικαδελφην, εἰτ᾽ ὀυν και ἀυτε βασιλεως. την τε Ρηγος Ουγγριας κορην, κατα χρειαν τοις της Σερβιας τοποις ἐπισασαν, και τα μοναχικα ἠμφιεσμενην πορνικως γνωναι ταυτα εἰς ἑν συναγομενα ἀυταρκη τῃ πραξει προσισασθαι κατεφαινετο.

t) Alio ordine haec interpres, quam in gr. leguntur, quae ſic habent: και τοιγε και των ἐνοχων ἀνεις την τε Κραλη μητερα, ἀξιωσασαν προτερον ἐφ᾽ οἱς ἐπι τῃ τε Τερτερη ἐνειχετο, ἐυλογα λεγειν ἐδοκει.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1299.

tanti eſſe ducebat, vt momentis tam iuſtae hinc formidinis, tam amplae illinc ſpei, nulla, cuiusquemodi viderentur, in contrarium obiecta praeponderare incommoda deberent *v*). Totus ergo fixus Andronicus in propoſito affinitatis quomodocumque cum Serbo contrahendae, ſatisque aliunde gnarus, paratum ad iurgandum ea de re ſecum Dripeam aduentare patriarcham, per certos ei miſſos obuiam ſignificauit, orare ſe, ne grauaretur praecedere Selybriam, quo mox ſecuturus ipſe foret *x*) —. Fecit patriarcha, quod rogabatur —.

§. 91.

65. [Cum tandem imperator Selybriam veniſſet, et dominica Orthodoxiae ſacris intereſſet,] patriarcha eius alloquendi nactus eſt copiam. — [Is vero] circa deſignatas Simonidis cum Crale nuptias, vt eae rite ac cum debita reuerentia legum fierent, multa etiam atque etiam conſideratu digna, quae ſuggereret, ſibi habere videbatur. Quae omnia, perfecto iam ſacro, propoſiturus imperatori, cum acceſſiſſet patriarcha; ille, vt mouere iam ſe ad abitum coeperat, perpaucis ei et perfunctorie locutus, vale mox dicto ac tot illis erupturientibus ex ore patriarchae ſermonibus quaſi valuas obducens, ſolemne digredientium protulit carmen, benedictionem poſtulans, ſicque illum dimiſit. Patriarcha excluſus tempore, vt nullum non intenderet conatum prenſandae, dum liceret, occaſionis, ſtitit

v) Ο γουν [Haec in gr. iis ſubiunguntur, quae ſupra lit. *s*. attuli] βασιλευς δια ταυτα, ἁμα μεν τα πολλα θεραπευων, ἁμα δε γε και λογιζομενος, ὡς ειτι και παρασπονδοιη ὁ Κραλης ἐπι τοις συγκειμενοις αὐτῳ τε και Τερτερῃ, ὀυδεν ἐσειται μισος τῃ Εκκλησιᾳ, μη ἀναγκην ἐχουσῃ καθ᾽ ἱερας τελετας, δια την ἀμιξιαν, ἐκεινου μιμνησκεσθαι. δια ταυτα θαῤῥων ὁις ἐλογιζετο, ὀυτ᾽ ἐκοινουτο τῳ Πατριαρχῃ την πραξιν, και ὁλαις ὁρμαις ἐχωρει διαπραξομενος το συναλλαγμα. Πατριαρχης δ᾽αὖθις ὑβριοπαθων ἰσως ὑπερφρονουμενος ἐν τοιουτοις, ὁις και μαλλον ἐδει της ἀυτου γνωμης. δοκων δε και τι λεγειν ἀξιον, εἰς το και ἑαυτον δεικνυναι μελειναι των τοιουτων ὀυχ ἡττον. hic in gr. ſequuntur, quae ſupra lit. *t*. attuli.

x) ὡς τοινυν βασιλευς ᾔδει εἰς τουτ᾽ ὀντα τον πατριαρχην, προηγε τουτον εἰς Σελυβριαν.

65. PACHYMER. T. II. p. 193-195.

a. C. 1299. *Imp.* AN-DRONICO *Sen.*

ſtitit aliquantulum Auguſtum abeuntem petenda facultate viſendae Simonidis, eique bene precandi, antequam peregre ad ſponſum abduceretur. 'quomodo enim non conueniret, ſiſti ſibi iam adultam atque adeo fere admotam tranſitui ad nubilem aetatem a puerili regiam virginem, quae vel ſi aliquando poſt quintum a primo natali diem pontifici offerretur, ſerum foret y). Haec oblique iacta eo pertinebant, vt ab imperatore mutuam quamdam elicerent matrimonii deſtinati mentionem. — Sed eluſit huius artes Auguſtus. Nam puella, quod negari non poterat, ei exhibita, et ipſo ei ſolita formula bene precato, praeuertens omnem vlteriorem ſermonem imperator, in puncto ſignum eundi ſuis dedit. — [Patriarcha] elabi ſibi de manibus tamdiu captatam occaſionem, quae ſentiret de — foedere, quod nunc pararetur cum Crale, imperatori dicendi, haud tolerandum ratus —, minabatur, haud ceſſurum ſe, nec ſic infecto, cuius gratia exiſſet, negotio reuerſurum. Ac — non deſinebat ſuſpicari, nonnihil ab ipſo [imperatore] adhibitum ſtudii ad excludendum ſe commoditate audientiae cupitae et occludendas — aures libero, quem paratum intelligeret, ſermoni, diſſuadere conaturo foedus Serbicum, quaſi re amplius non integra, ex quo iter iſtud eo vnice pertinens capeſſiuiſſet. — Haeſit igitur Selybriae [patriarcha], moeſto ſilentio rodens arcanum dolorem —. [Tandem] ingreſſus vrbem, — ſat longo tempore — ceſſauit ab omni patriarchali functione. —

§. 92.

δ) Imperator Theſſalonicae commorans [Demetriadem vrbem a Sebaſtocratore repetit; tamen] minus laborandum de his acceſſoriis putabat, dum principale negotium, quod erat foedus et affinitas cum Serbo, recte ſuccederet. In hoc igitur potiſſimum incubuit 66.

x) NICEPHORVS: *Appetente igitur* [continuantur, quae ad §. 87. attuli] *vere imperator cum imperatrice et cum filia Theſſalonicam proficiſcitur — Eodem et Crales uenit, obſides adducens ſecum*

y) ὃν δὲ γὰρ εἰκὸς εἶναι ἀεί τε πρώτως μετὰ τὴν ἡλικιῶτιν χερσὸν μεταβαίνειν, καὶ οὐ πολλῷ τινι χρόνῳ μετὰ τὰ Ἀμφιδρόμια, μὴ τὸν Πατριάρχην βλέπειν καὶ εὐλογεῖν.

66. PACHYMER. T. II. p. 195—197. Niceph. Greg. T. I. p. 125.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1299.

buit; miſſisque, qui Cralem vrgerent, ab eo expreſſit, iuxta conuenta, vt et Cotanitzam, et quam eatenus vxoris loco mulierem habuerat traderet; atque huius in locum legitimam vxorem Auguſti filiolam acciperet.

Non tamen haec Crales ſine pignore relaxauit. Metuens enim, ne, ſi feſtinaret dare, quae poſcebantur, circumueniretur credulitate inconſulta, negatis poſtea, quae ſe viciſſim accepturum eſſet pactus; aut etiam in caſſes ſe indueret, quibus aegre poſtea extricaretur, reſpondit: mutua traditione obſidum firmari promiſſorum inuicem fidem oportere; ſic enim ſecurius negotium vtrimque proceſſurum. 'ac tenebat hominem cupido magna filiae imperatoris certo ſibi connubio iungendae, ex quo quantum et honoris et commodi eſſet in ſe redundaturum intelligebat: indeque, vt magnopere deſideratis anxie timetur, inquieta ſolicitudine pungebatur, reputans, ne forte vana ea ſpes oſtenderetur a Romanis, reſilire ac fruſtrari ſe paratis, ſimul, quae ex ipſo concupierant, tenerent z). Ea porro de cauſa petenti Crali et viciſſim offerenti, quibus fidei conuentorum caueretur, mutuos obſides, annuit Auguſtus: moxque in medio Bardario amne rite prius celebrata permutatione obſidum vtrimque miſſorum; etiam ſine mora proceſſum ad effecta eſt; Serbo quidem

principum Triballorum filios: item Sphendoſthlaui ſororem, ad pacem confirmandam.— [cf. *Bulgarica ſ. 369.*] *Et vt rem in pauca conferam, Crales foedere ſancito et probe ita, vt imperator volebat, firmato, domum diſcedit, ſecumque Simonidem infantulam abducit, ipſe quadragenarius* a), *et ſocero quinque circiter annos natu maior.*

z) ἑνος γαρ τȣ την παιδα τȣ βασιλεως γυναικα χειν ἅπαντα προϊετο, εἰ δ' ἀςοχειη τȣτȣ ἐκ τινος ἀπατης, ὡς ὑφορατο, ἐπι κεφαλαιῳ ζημιȣσθαι δικαιως ᾤετο.

a) Boiuinus in Notis ad Niceph. Greg. p. 758. „Poſſinus, inquit, eam Simonidis profectionem confert in a. C. 1299. quo anno imp. Andronicus erat iam ipſe quadragenarius. Itaque ſi, vt Gregoras ait, Crales gener ſocero Andronico quinque fere annis natu maior fuit, oportet Cralem eo tempore annum aetatis fere 45. attigiſſe. Minus bene itaque et a Gregora quadragenarius, et a Poſſino [in Obſeruatt. Pachymerianis p. 615, vbi et Simonidem iam octennem temere facit] prope quinquagenarius tum fuiſſe dicitur.

a. C. 1299.

Imp. ANDRONICO Sen.

quidem Cotanitzam et filiam. Terteris dedente, viciſſimque accipiente ab imperatore ipſius filiam luxu ornatuque regiis, ſatellitio ſplendido deductam; ſtatimque poſt, ſimul ab Achridenſi Macario eccleſiaſtica ſponſis fuiſſet rite impertita benedictio, ſummis honoribus affectam, non enim illam Crales vt propriam coniugem, ſed vt imperatoris filiam excepit: quippe haud ſuſtinens, in equo, vt tum erat, occurrentem ſalutare; ſed ad primum eius conſpectum deſiliens, et in ſpeciem venerationis infimae ſubmiſſus, imperatori debitum honorem, eiusque proli, quantumuis ſuae ſponſae, deferendum ratus, potiusque conſiderandum auguſtorum natalium ſplendorem, quam conditionem vxoris, ratione cuius ſibi eſſet vt viro iure ſubiecta b).

§. 93.

Tunc etiam imperator Cralem, in ciuitatem Thaſſalonicam ſplendide inuectum, exquiſitis affecit honoribus, donis et omni ſignificatione beneuolentiae per dies aliquot dignatus. Proceres quoque comitatus illius muneratus plane regie, dimiſit eundem poſtea multa pecunia donatum. 'quin et auxiliis ipſum proſecutus militaribus eſt, quibus tueri ſe a vi et inſidiis fratris Stephani poſſet. Nam Stephanus, germanum audiens firmare res ſuas affinitate imperatoris, ſuſpicatus id quod erat, ea praeſidia contra ſe parari, et reputans, multo deinde infirmiorem ſtatum ſuum, et ſpes filiorum fore, vbi foedere iſto ac nuptiis frater eius imperatorias ſibi opes adiunxiſſet; delectus habere ac manum cogere coeperat, haud dubie irruptionem minans, niſi metu ſuppetias accurrentium imperii copiarum coërceretur c).

§. 94.

b) ἀλλ᾽ ὑποπτωσεως σχηματι, αἰδοι τῳ προς βασιλεα, ἀποβας τȣ ἱππȣ προσερχομενην, ὡς δεσποσυνον δηθεν, και ȣ̓χ ὡς συζυγον φιλοφρονȣμενος ὑπεδεχετο.

c) παρακεκινημενȣ τἀδελφȣ Στεφανȣ, ὑπενοει γαρ κἀκεινος ἠδη την ἰδιαν παρακινδυνευσιν, ὡς αὐτικα τἀδελφȣ μειζον ἡ πρυτερον κατα το εἰκος φρονησαντος, και δια τȣτο ἐσπευδε προκαθισαι ὡς εἶχε το καθ᾽ ἑαυτον· πεμπων συμμαχικον ὁ βασιλευς ὡς ᾤοντ᾽ ἠν ὑπεθραυε τας ὁρμας τȣ Στεφανȣ.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

§. 94.

a. C. 1300.

67. Foedere cum Crale perfecto — tempeſtiuum fuit de reditu in Vrbem cogitare. Ducentes igitur ſecum Auguſtus vterque filiam Terteris, praetereaque Cotanitzam, — intrant CP. d. 22. Nouembris —. Palatio redditum Andronicum — interpellabat ſolicitudo de patriarcha, quem perſeuerare muſſantem in angulo apud Pammacariſti monaſterium ſciebat. — [Patriarcha cum imperatorem, vt ad ſe veniret, vocaſſet;] 'Ne iſtuc quidem deſcendere in ſpem placandi patriarchae imperator recuſauit — Februarii Kalendis —, quod minime omnium volebat, abdicationem, quam patriarcha minabatur, imputari odio foederis a ſe initi cum Crale. Credituros id enim facile plurimos] et ſtatim in famam abiturum, tantam fuiſſe indignitatem affinitatis ab imperatore cum Serbiae principe contractae, vt non aliam Ioannes patriarcha dignitatis abdicandae cauſam habuerit, quam metum, ne in ea perſeuerando videri poſſet id matrimonium probaſſe, aut tolerabile cenſere. d)—

Coram patriarcha igitur, coetu ſuorum circumdato, adfuit imperator: adfuimus et nos ibidem cum aliis. Moxque vbi conſediſſet Auguſtus — expoſuit imperatori patriarcha, quae ſibi diſplicerent.— ante omnia memorauit foedus cum Crale, in quo quid ipſum offenderet protulit; criminans, legitime contractum prius Cralis coniugium fuiſſe nefarie diremtum, et, 'iniuſte ab eo repudiata regis Bulgariae filia e), in eius locum ſubſtitutam infantulam, ex imperatore natam. — [Ad haec imperator]. „ Nec propria ſe in id [foedus cum Crale] cupiditate tractum, nec vtilitates in ſe ſuosque priuatim redundaturas inde captaſſe; quin potius ſacrificaſſe ſe in hoc publicis commodis priuatos, eosque teherrimos, affectus. Filiolam, caput omnium dulciſſimum, ſuas matrisque delicias, quam in ſpem ſplendidiſſimarum cum regum maximis nuptiarum educarent, auelli ſibi paſſos e gremio, proiicique in manus inſociabilis barbari, nihil in cultu ac moribus humanum, nihil in ipſo principatu

67. PACHYMERES T. II. p. 200-204.

d) πρωτῃ γουν Ληναιωνος, ὀψε της νυκτος γινεται τουτο. δια σπουδης γαρ ἠν βασιλει της μεγιςης ἐπι τῳ μη τηνικαδε παραιτεισθαι τον Πατριαρχην, και πολλοις δοξαι, ουδενος χαριν ἀλλου ἠ του κατα τον Κραλην συναλλαγματος παρῃτησατο.

e) ἠθετηκως την ἰδιαν.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

patu magnopere ſplendidum habentis. Verum eo a ſe pretio redemtam captiuitatem ſubditorum imperii, qui miſere ſeruitum abducebantur, prouinciarum Romanae ditionis ſtatum, quae incurſionibus deſolabantur; annonam denique ac victum ſubiectae ſibi plebis, irreparabilibus latronum rapaciſſimorum depraedationibus ſpoliari antea ſolitae. Tam acerbae oppreſſionis miſeratione motum ſeſe, inuitiſſimum quidem et inclinationi propriae ſumma vi obluctantem, quod habuiſſet cariſſimum impendiſſe, in leuamentum alia nulla ratione auertendae calamitatis; gnarum, multa conuentionibus effici, quae bello ac ferro fruſtra tententur.— Nec tamem, quod falſo argueretur, tantae ac tam euidentis vtilitatis gratia quidquam contra leges attentaſſe. — Interroga eos, qui norunt, et ex vero rem cognoſce. Diſces, haud prius nos aſſenſos in matrimonium filiae cum Crale, quam legatorum, prout exegeramus, inde ad nos miſſorum iuratis teſtimoniis comperimus, et fuiſſe adhuc in viuis legitimam Cralis vxorem, quando is filiam Terteris in contubernium aſciuit; et eandem iam viuere deſiiſſe, quando nos eum generum fecimus. Ex quibus eſt manifeſte conſequens, et filiam Terteris nihil niſi pellicem, et noſtram, vtcumque infantulam, iuſtam legitimamque Serbiae principis ſponſam exſtitiſſe. — Peroraui hactenus Serbici foederis cauſam, et quid in eo curque fecerim expoſui; veſtris de integro ſententiis permittens, quid nunc circa hoc a me fieri velitis —„.

Haec locutus imperator probabilia dixiſſe viſus eſt, et multorum in ſuam ſententiam aſſenſum traxit.

§. 95.

a. C. 1300, 1301.

IRENE vxor [Andronici Sen.] - nunc apud monachos—maritum, prout libebat, criminabatur; — nunc ad Cralem Seruiae, generum ſuum, ea ſcribebat, quae vel dicere nefas eſt, honorem ſibi vndecumque et pudicitiae laudem aſſerendo, maritum vero omnibus contumeliis afficiendo. — At imperator — illud inprimis metuens, ne generum ſuum Seruiae Cralem ad bellum Romanis inferendum concitaret, omnibus modis illam placabat, et poſtulata eius tam publicis, quam priuatis de rebus exſequebatur. 68.

§. 96.

68. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 144, 145.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1301.

§. 96.

69. IRENAE [Ioanne etiam filio mortuo] nihil, quo ſe conſolaretur, reliquum erat praeter filiam Cralaenam et Demetrium filium. Tantam igitur Romanae pecuniae copiam Crali genero partim miſit, partim Theſſalonicam accerſito dedit, quanta vel centum triremes in perpetuum Romanorum praeſidium inſtrui potuiſſent. Et quorſum attinet noua commenta et prius inaudita, quae intempeſtiua mulieris ambitio excogitauit, commemorare? Nam cum ſuam filiam imperatoriis inſignibus ornare vellet, vt ne quid ei deeſſet earum rerum, quibus imperatrices decorari Romanorum inſtitutis iampridem placuit, nec aliter voti compos fieri poſſet; primum calyptram capiti Cralis impoſuit, pretioſis lapidibus et margaritis tot et talibus diſtinctam, quam eius vir, Andronicus imperator, geſtabat. Atque inde auſpicata, priore deinceps pretioſiorem quotannis illi miſit. Quis ſingula domus imperatoriae ornamenta percenſeat, quae Romanis erepta in Cralem Seruium, imperatoris, coniugis ſui, lenitati illudens, et ſuam ipſius cupiditatem explens, conferebat? Cupido autem eius haec erat, fiſci imperatorii theſauros in liberorum ſuorum, praeſertim Cralaenae filiae, ſinum exhaurire. Quippe ex hac ſuſcepturum liberos Cralem eosque viſuram ſe ſperabat. Atque idcirco praefeſtinans praecurrensque legitimum tempus, theſauros illis reponebat, quibus adiuti et opportuna tandem occaſione inuitati, Romanarum virium imbecillitatem opprimerent, et imperium, quod volentibus Romanis non ſortiti eſſent, iisdem inuitis eriperent. — Res autem non ex illius ſententia ſuccedebant. — Crales enim, quadragenario maior, cum puella octo annos nata congreſſus, matricem eius laeſit, vt foetum nullum poſthac edere poſſet.

§. 97.

IGITVR imperatrix etiam hac ſpe fruſtrata, ad aliam ſe conuertit: et, quietis impatiens, multis atque innumerabilibus donis Crali perſuadet, quoniam ſpes nulla iam ſuperſit ſuſcipiendae prolis ex Cralaena, vt ſaltem alterum ex Cralaenae fratribus Triballici principatus heredem inſtituat. Hi Demetrius erant et Theodorus marchio. —

Ac

69. Id. ibid. p. 148, 149.

a. C. 1301.

Ac primum Demetrium cum magnis opibus conſpicuum luxu et mollitie ad Cralem mittit, vt, quemadmodum dictum eſt, ſucceſſor principatus deſignaretur. Eum autem Crales libenter excepit. Sed dura et immanſueta locorum aſperitas, totis quaſi viribus ipſum abigens atque auertens, manere illic et commorari diutius vetuit. Recepto itaque Demetrio, qui illinc non longe poſt redierat, mater oblatam inde ſpem irritam ac deluſam videns, alterum e Longobardia filium Theodorum Marchionem accerſit (is raſam barbam ferebat) eodemque modo et illum, vt Crali Seruiae in principatum ſuccederet, ablegauit. Porro hunc etiam Crales benigne excepit. Sed nec iſtum locorum aſperitas et inſolentia longius morari ibidem permiſit. Enimuero ipſe quoque reuerſus, ſalutata matre —, in Longobardiam ad vxorem ſuam rurſus ſe contulit.

§. 98.

a. C. 1300?

[TVRCIS Otomano duce Cherſoneſo potitis, et in Europam transgreſſis,] Graecorum Tribalorumque (qui nunc Bulgari dicuntur *f*)) res agebantur, ferebanturque. 70.

§. 99.

a. C. 1298. *g*)

[ITALI Calliopolin occupandi, Azatinae et caeterorum Turcorum ope, ſpe deiecti, cum inde diſceſſiſſent], Turci, qui comitabantur Azatinam, venerunt ad Tribalorum regem. 71.

§. 100.

a. C. 1307. *h*)

[TVRCI et Catalani cum in Macedonia parum proſpere res geſſiſſent, quo ſe verterent neſciebant,] cum et fame premerentur, et timerent, ne populi Romanis Macedoniam incolentibus finitimi, Illyrii, Triballi, Acarnanes et Theſſali, ſinguli irruptionem eorum 72.

 veriti,

70. CHALCOCONDYLAS p. 8.
f) Temere addit haec interpres.
71. Id. p. 9.
g) Annus in margine adſcriptus.
72. NICEPH. GREG. T. I. p. 151.
h) Annus marg.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1307.

veriti, et ſe inuicem cohortati, omnes vires coniungerent, atque iſtos circumuentos funditus delerent.

§. 101.

a. C. 1309.

TVRCI autem cum a Catalanis diſceſſiſſent, in duas partes diuiduntur, et alii Chalelem, alii Melecum ſequuntur. Melecus [antea Chriſtianus et Andronici imp. amicus] cum religionis inſtituta legesque repudiaſſet, et ad Romanorum hoſtes defeciſſet, prorſus deſperata Romanorum amicitia, ad Cralem Seruiae, a quo accerſebatur, ſe conferre maluit, quam in conſpectum Romanorum venire. Quare ipſe et mille eius equites cum quingentis peditibus profecti ad Cralem, omnes equos et arma tradere iuſſi ſunt, et priuatam vitam agere: ea tamen lege, vt belli tempore et cum res ita poſceret, arma ſumerent, ac Triballorum exercitum totidem ſequerentur, quot ipſe imperaſſet.

§. 102.

a. C. 1315. i)

74. e) [TVRCIS in Thracia magis magisque inualeſcentibus] vrgente neceſſitate, et minimum quietis indulgente, imperator Andronicus ad filiae ſuae maritum, Cralem Seruiae, auxilii accerſendi cauſa legationem mittit. Sed priusquam auxilia inde aduenirent,
75. [Turci victi et in Cherſoneſo concluſi ſunt.]— Hoc rerum ſtatu Triballorum quoque auxilia iampridem euocata adſunt, delectorum equitum duo millia. Adeſt et Latinorum Galataeorum Poteſtas apud Helleſpontum, vltro noſtris opem laturus, cum octo triremibus et muralibus tormentis. Cum igitur hinc Romanorum et Triballorum copiae, inde ii, qui in triremibus erant, aduenirent, pro gentium et

e) CHALCOCONDYLAS: *Crales, qui a Graecis in praeſidium, quod Cherſoneſon tutabatur, erat compulſus, vocauit Turcos ex Aſia, et Graecos accedentes fortiter ſuſtinuit.— Adductis vero duce Tryballorum, et iis, qui modo ab Italia aduenerant, praeſidi-*

74. NICEPH. GREG. T. I. p. 162.

75. Id. ibid. p. 165, 166. Chalcocond. p. 9.

i) His narratis, pergit Nicephorus, *Sequenti anno etiam Niphon e patriarchali ſede eiicitur*, vbi in margine a. 1316. adſcribitur.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1315.

et nationum varietate diuiſi circum oppidum et foſſas, intra quas barbari ſe continebant, caſtrametantur. [Turcis Romanos eruptione facta aggreſſis et repulſis,] graui obſidione premente, etiam Triballorum periculum facere libuit. Sed eodem modo ab illis etiam tractati, iam in extrema deſperatione verſabantur. Itaque poſtridie circa mediam noctem [cum nauibus aufugere tentarent, a Romanis et Latinis partim caeſi, partim capti ſunt].

§. 103.

a. C. 1307. k)

[IRENE Auguſta duobus iam annis Theſſalonicae, ſuis et filiorum negotiis ordinandis intenta, cum moraretur]; dicebatur iniuiſſe conſilium cogendi copias, imperatori ſubmittendas, partim Romanas e ſubditis imperio Belegradenſibus, partim auxiliares et exteras e gente Triballica. Caeterum hiſce ſpebus cunctantibus, imperii hoſtes iidem, qui prius, erant, eademque agere pergebant.— 76.

§. 104.

a. C. 1316. l)

[IRENE imperatrice mortua] cum et Cralaena ipſa e Triballis ad matris exſequias veniſſet, reliquiae eius CPlin in Pantocratoris monaſterium ſunt relatae.— 77. Cum autem poſt imperatricis exſequias Cralaena filia eius diutius Byzantii commorari vellet, maritus eius, Crales Seruiae, legatos in vrbem mittit, qui Romanis prouinciis cladem minitentur, niſi vxor quamprimum ad ipſum reuertatur m). [Illius quippe amore incenſus, magnam prouinciis et vrbibus Romanis 78.

um Cherſoneſi terra marique oppugnari coeptum eſt. At Turci, cum viribus nequaquam pugnarent paribus, nocte intempeſta profugerunt in Aſiam, inſciis hoſtibus.

76. PACHYMERES T. II. p. 386, 387.

k) Ad hunc annum ea refert in Obſeruationibus Pachymerianis p. 628. Poſſinus.

77. NICEPH. GREG. T. I. p. 169.

l) Annus marg. p. 166. a. 1317. adſcribitur p. 170.

78. Id. ibid. p. 176, 176.

m) Haec in Codice Regio [vt ad calcem p. 176. adnotatur] ita leguntur: μετα μεντοι την της βασιλιδος Ειρηνης ταφην, της τε βασιλεως θυγατρος Σιμωνιδος της Κραλαινης βελομενης

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1316—1320.

manis ſecuritatem praeſtabat; ſed idem ob abſentiam mulieris zelotypia et ſuſpicionibus variis torquebatur). Quare imperator, generi minis territus, ac metuens, ne verba ad rem conferret, (id enim illi facile erat, propterea quod militaribus copiis abundabat) filiam ſtatim dimittit. Ea tunc annum aetatis alterum et vigeſimum *m*) agebat.

§. 105.

Verita igitur, ne a marito, ſemper ſuſpicaci, tum vero etiam ira percito, domum reuerſa occideretur, monaſticum habitum, quo conuictum et conſuetudinem fugeret, induendum eſſe cogitauit. Id vero, dum in Vrbe apud patrem verſabatur, facere noluit, ne et patrem, quamuis inſcium, manifeſto crimine, velut conſcium, implicaret, et ad apertum bellum illi faciendum Cralem concitaret. Quare vsque ad Serrhas oppidulum ita vt veſtita erat abiit: atque ibi etiam dies complures commorata, clam alicunde emtum cucullum noctu induit: in quo, poſtquam dies illuxit, a Triballis, quos ſecum habebat, praeter exſpectationem conſpecta, non mediocrem ipſis ſtuporem ac perturbationem attulit; adeo vt ex neceſſitate et herili metu grauius in eam conſulturi viderentur; nempe aut cucullum laceraturi, et inuitam ad maritum reducturi, aut, ſi eo deſcendendum eſſet, interfecturi eandem, ne viua quam longiſſime a marito habitaret, et animum eius acri et violento dolore incenderet. Sed Conſtantinus deſpota, frater eius conſanguineus, (nam et ipſe aderat) eos praeuertit, et fabulam illam aegre laturum Cralem arbitratus, temerarium ſororis factum correxit. Nam ſtatim accurrens, cucullum vi lacerat, et ſolitis ornatam veſtibus Triballis eam reddit, vt ipſam quam celerrime domum reducant, quantumuis inuitam et plorantem.

§. 106.

διατριβειν ἐπι πολυ κατα την Κονσταντινουπολιν και τοσουτον ἀφιστασθαι του ἀνδρος ἀυτης, λεγω του Κραλη, ἡκουσι πρεσβεις ἐκειθεν ἀπειλας φεροντες τας παλαμναιοτατας κατα γε ἀυτης, ἐι μη την ταχιστην ἐπανελθειν βουλοιτο, και ἐτι κατα των του βασιλεως χωρων και πολεον ληστρικας ἐφοδους, ἐι μη ταχιστα προπεμπειν βουλοιτο ταυτην.

n) Cum de ea Crali in matrimonium danda ageretur, a. C. 1298. ſecundum Pachymerem ſextum, ſecundum Gregoram quintum egit aetatis annum. Cf. ſupra §. 88.

§. 106.

a. C. 1320.

SYRGIANNES ab imperatore dux et adminiſtrator prouinciae eiusdem Macedonicae, quae Illyrios potiſſimum vicinos habet, ablegatus—, ruptis foederibus, finitimis Triballis, Aetolis et Acarnanibus negotia faceſſebat. 79.

§. 107.

a. C. 1321. o)

[DEFECTIONIS agitantibus conſilia Andronico iuniore et Ioanne Cantacuzeno], a Crale STEPHANO, Tribalorum principe, ad imperatorem auum, cuius filiam Simonidem habebat in matrimonio, aduenit legatio, ex cauſa huiusmodi: imperator de eius exercitu mutuatus circiter duo Comanorum millia, eos non reſtituerat; ſed ad remanendum pellectos ita retinebat. Quare ardens iracundia Crales, ad ſocerum *Callinicum* monachum, natione Tribalum, mittit. Qui cum non male didiciſſet vti occaſionibus, et in rebus ciuilibus tritus eſſet, exortam praeterea inter imperatores diſcordiam non ignoraret, nec non etiam proſpiceret, hanc diſſenſionem domino ſuo peropportunam fore ad animaduertendam a ſocero propter militem non redditum iniuriam, cum iuniore imperatore clandeſtinum voluit inire colloquium. 80.

Is et magnus domeſticus e re ſua futurum ſtatuentes, ſi legationem de coëunda ſecum belli ſocietate ad Cralem mitterent, Callinicum arceſſentes, et cum eodem de amicitia et armis cum Crale coniungendis ſermonem miſcentes: facileque homini conſuadentes, quod ipſe hoc etiam aeque Crali conducturum ſentiret, tum etiam quod vetus ei cum Syrgianne neceſſitudo eſſet, legatum eum mittunt.

§. 108.

Miſſus Callinicus feſtinatione et alacritate mira celerrime confecto itinere, cum Crale congreſſus, legationem iunioris imperatoris exponit. Ille ſimiliter de oblata commoditate tamquam de inexſpe-

79. NICEPH. GREG. T. I. p. 182, 183.

80. CANTACVZENVS T. I. p. 25.

o) a. M. 6829. cuius Cantacuzenus p. 11. meminit, eoque ipſo anno Crales Stephanus obiit, teſte Nicephoro Gregora. vid. infra §. 110.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1321.

exſpectato lucro ſibi gaudet, gratias inſuper agit, atque ad nepotem adiuuandum vires ſuas omnes ſpondet; dummodo ab auo remotus iuxta Macedoniam conſideat: ſic enim, expeditionem ſuam auxiliariam ſoceri rebus damnoſam fore, confidebat. Cum tali pollicitatione Callinicus magnis itineribus Byzantium ſe recipit, ſucceſſumque legationis ſuae laeto imperatori laetus ediſſerit: certam et indubitatam eſſe Cralis ſocietatem aſſeuerat: tantum propter Macedoniam ſe collocet. De Crale quidem ad ſuas partes adiungendo Andronicus minor hoc fecit *p*).

§. 109.

81. [MAGNVS domeſticus Cantacuzenus Andronico Iuniori Byzantium aggredi periculoſum eſſe oſtendens, inter alia] Illud inſuper, inquit, mecum reuolui, et Tribalorum principem et Myſorum regem Sphentiſthlabum, imperatoris aui alterum generum, alterum progenerum *q*), priuatas cum eo ſimultates modo exercere. Quod ſi, propter bellum iſtud compoſita lite, ad ſe iuuandum illos inuitauerit, hoſtes eos inprimis formidabiles patiemur.

§. 110.

82. HIS temporibus [cum Andronicus iunior Conſtantinopoli fugiſſet] obiit Crales Seruiae.

p) Chalcocondylas p. 8, 9. haec habet: Andronicus Iun. poſt Michaelis; patris, obitum inimicitias ex aperto cum auo ſuſcepit. *Accerſit Tryballos.*

81. CANTACVZENVS T. I. p. 66.

q) κηδεςαι βασιλεως ὀντες. Sphentiſthlauum progenerum vocat interpres. is enim Michaelis filiam, Andronici Sen. neptem, in matrimonio habebat.

82. NICEPH. GREG. T. I. p. 196.

r) Id vero d. 20. Aprilis a. M. 6829. [a. C. 1321.] factum docet Nicephorus p. 194.

CAPVT

CAPVT VIII.

Res Seruiorum ſub Crale Stephano, eorum in bellis Andronicorum partes, bellum cum Bulgaris, Cralis caedes;

a. C. 1322 — 1330.

§. 111.

a. C. 1322. [a]

[QVo tempore Andronicus Senior eiusque nepos Iunior Andronicus inter ſe conciliati ſunt] mater eius [Iunioris Andronici] in illa caſtiſſima Deiparae aede [ad Pegas] commorabatur, habebatque illic ſecum Simonidem Cralaenam [b], imperatoris filiam, modo e Seruia, defuncto marito, reuerſam, quae patri imperatori ea, quae hinc inde ſuſurrabantur, planius exponebat. 83.

§. 112.

a. C. 1326.

a) SEQVENTI anno [c] Panhyperſebaſti filia Crali Seruiae nuptura abiit. Paulo poſt et mater eius, eius viſendae gratia, eodem ſeſe contulit, quam mox et Panhyperſebaſtus ſecutus eſt, nolens impe- 84.

a) CANTACVZENVS: Ioannes panhyperſebaſtus *tertium Theſſalonicae aliarumque vrbium occidentalium praefecturam gerens—Stephano Cralae Triballorum principi* (τῳ των Τριβαλων ἀρχοντι Στεπανῳ [d] τῳ Κραλῃ) *Mariam filiam vxorem dedit. Quo facto ad generum ſe adiungere decreuit, cuius viribus adiutus,*

83. NICEPH. GREG. T. I. p. 221.

a) Annus marg. adſcriptus.

b) Huius adhuc meminit Niceph. Greg. T. I. p. 252. 284. 286. 327.

84. NICEPH. GREG. T. I. p. 230. Cantacuzen. T. I. p. 129.

c) Poſtquam coronatus eſt Andronicus Iunior, quod contigit d. 4. Non. Febr. indict. 8. Niceph. Greg. p. 229.

d) Pontanus, interpres, in margine: „Itá apud Triballos dicebatur Στεφανος„.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1326.

imperatori diutius obnoxius eſſe, ſed ſibi ipſi vindicare imperium; quod nimirum hereditario iure ad ſe pertineret. Relicta igitur Theſſalonicae cura et adminiſtratione, et ipſe ad Cralem, generum ſuum, abiit, a quo ad exſequenda deſtinata adiuuaretur. Ab eo igitur ſuſceptus, et vna cum eo egreſſus, omnem regionem vsque ad Strymonem et Serrhas populatur. Quamobrem ſenior imperator, maiorum malorum metu, legatos ad eum miſit, et Caeſareae dignitatis inſignia deferenda ei ſimul curauit. Quae ille Scopiis, quod exiguum oppidum eſt, accepta geſtauit: ſeque deinceps quieturum eſſe promiſit, neque quicquam amplius petiturum. Sed, iam Theſſalonicam rediturus, grauiſſimo morbo affectus, intra paucos dies illic deceſſit.

§. 113.

Caeſariſſa vero, vxor eius, cum conſuetudinem filiae et generi deſiderans, tum Romanos reuerita propter illa, quae maritus eius fecerat, inde abire noluit. Quare pater eius coactus, imperatori auctor fuit mittendae ad Cralem legationis, tum de caeteris Romani imperii rebus ordinandis, tum de Caeſariſſa cogenda, vt domum rediret. Atque ipſe quoque tunc legatus ad Cralem iui, cum alios comitaturus, tum Caeſariſſae ipſius fratrem, ob eas ſci-
85. licet cauſas, quas ſupra diximus [e]. [Poſt varias itineris moleſtias tandem circa Paſchatis ferias Strummitzam deuenimus [f]]. Tertio inde die ad oppidulum Scopiorum diuertimus, ipſos iam Triballorum fines ingreſſi: ac praeterlabentem vidimus Axium fluuium, qui poſt Strymonem maximus nobis videbatur, et iisdem, quibus ille, montibus erumpens, ab ipſa quidem origine non tantus, ſed in decurſu

quotquot poſſet vrbibus, ad ſuam praefecturam pertinentibus, praeſidia imponeret: et illis ſub poteſtatem ſubiectis, ab imperatore deſciſcens, peculiarem ſibi dominatum compararet. Talia meditabatur, et iam ad rem conferre occipiebat: cum tota quippe domo ad Triballos tranſierat; ſed euentus ſpem deſtituit. Nam omnes vrbes, quibus praeerat, defectione eius intellecta, hoſtis eum loco habuerunt.

85. NICEPH. GREG. T. I. p. 233, 234.

e) Fuerat Gregoras praeceptor Caeſariſſae et caeterorum Metochitae liberorum.

f) Cf. *Bulgarica §. 409.*

a. C. 1326.

curſu montium multis torrentibus auctus, nomine in Bardarium mutato, aliquando et in quibusdam locis nauigabilis eſt. Vbi regis, cui Triballi omnes ſumma cum obſeruantia parent, ſocrum conuenimus, generoſam Caeſariſſam, lugubri habitu dolorem animi ſignificantem. —

Diebus interim decem elapſis, Triballorum princeps, qui in proximo verſabatur, cum caetera peregiſſet, de quibus eadem legatione agebatur, reſponſo vni e legatis dato, eoque abire iuſſo, vna cum vxore ad ſocrum conſolandam aduenit, legationi quoad reliqua ſatisfacturus. Id vero erat, vt Caeſariſſam honorifice debitaque cum reuerentia, partim vt ſocrum ſuam, partim vt magni imperatoris nurum g), denique vt inſigni calamitate affectam comitaretur. Quae omnia exiguo tempore confecit; vt ipſe putabat, pulchre; ſed reuera multum infra dignitatem. Verum, vt prouerbio dicitur, ſimiae ſimiarum, formicae formicarum more res ſuas adminiſtrant. Cum — domum redire inſtituiſſemus, vnius diei iter progreſſi, diſceſſimus. Caeſariſſam enim vrgebat neceſſitas, vna cum caeteris eundi Theſſalonicam, vt extrema coniugis mandata exſequeretur. — Mihi vero, cum, quidquid libuit, commendaſſet, quamprimum Byzantium ire permiſit, Triballo neſcio quo adiuncto, qui nobis, per aſperas vias ducendo, moleſtum effecit reditum. 86.

§. 114.

a. C. 1327.

CVM — iunior Andronicus Cralem Seruium ſeniori eſſe addictiſſimum cerneret, propter recens contractam cum filia Caeſaris affinitatem, ac vereretur, ne ille nouis ſuis conatibus obſtaret, ipſe ad Michaelem b) [Bulgarorum regem] ſe adiungit; quippe cui nuper ſoror ſua nupſiſſet; eam dico, quae Venceslai vxor prius fuerat. Nam hic cum Bulgarici regni potitus eſſet, ſtatim nobiliores nuptias expetiuit: dimiſſaque priore coniuge, ex qua liberos 87.

 ſuſce-

86. Id. ibid. p. 235.

g) ὡς μεγαλȣ βασιλεως νυμφην. Interpres in margine: „Erat quaſi nurus. Nam Andronicus ſenior eam vxorem delegauerat filio fratris ſui„.

87. NICEPH. GREG. T. I. p. 238, 239.

b) Cf. *Bulgarica* ſ. 415.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1327.

ſuſceperat, (erat autem ea ſoror Cralis *i*), illius, qui tunc in Seruia regnabat) imperatoris ſororem 'duxerat'. — Tandem ſic inter eos conuenit, vt Michael imperatori contra auum, imperator Michaeli contra Seruiae Cralem auxilia ferret. —

§. 115.

88. [ANDRONICVS ſenior] ad nepotem, [qui Byzantium petebat] in medio itinere adhuc agentem, mittit, qui ei Vrbis ingreſſu interdicant, [praeter alia et hoc ei in crimen vertens] quod Cralaenam amitam ſuam, et monaſtico indutam habitu, indignantem et reluctantem ad inceſtum coitum compuliſſet *k*). —

§. 116.

89. DEINDE clandeſtinis litteris ad Cralem Seruiae miſſis, auxilium ab eo petit [Andronicus ſenior]. Scribit et ad Demetrium deſpotam, filium ſuum, qui tum Theſſalonicae et adiacentium locorum curam agebat: eique mandat, vt [rebus in Macedonia conſtitutis], cum auxiliaribus copiis, quas Crales Seruiae miſſurus ſit, primo quoque tempore contra iuniorem imperatorem Andronicum moueat. Caeterum litterae, quas ad Cralem Seruiae [et] ad deſpotam —ſcriptas eſſe diximus, partim ab iunioris imperatoris militibus— exceptae ſunt, — partim, iis deceptis, euaſerunt.

90. Sequenti menſe Nouembri Demetrius deſpota —, Protoueſtiarium et Aſanem accerſit [exercitumque cogit]. Erant etiam Cralis auxilia iamiam ad eos ventura.

§. 117.

91. *β*) [INSECVTO menſe Decembri Andronicus iunior a Theſſalonicae ciuibus accerſitus, cum paucis delectis eo abiit]. Tum vero

β) CANTACVZENVS: *Exercitu iam congregato, imperator* [Andronicus Iunior] —*in Macedoniam tendit, ibi cum ducibus ſenioris ex occidente ſigna collaturus, quos—cum Triballorum non mo-*

i) Carolus Du Freſne in Notis ad Gregoram p. 737. „*Neda*, quae aliis Dominica, Vroſii regis Seruiae filia, Stephani regis ſoror. vid. Seriem regum Seruiae n. LIX. LXI.„

88. Id. ibid. p. 240.

k) De his alibi me aliquid legere non memini, niſi forte ad ea, quae ſupra §. 105. narrantur, reſpiciunt.

89. Id. ibid. p. 241.

90. Id. ibid. p. 242.

91. Id. ibid. p. 250, 251. Cantacuzenus T. I. p. 160, 161, 162.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

vero propter tumultuum ſuſpiciones Demetrius deſpota, protoueſtiarius Andronicus et Michael Aſan l) cum auxiliaribus Triballorum copiis extra moenia diuerſabantur, et Macedonicas etiam Romanorum legiones ſecum habebant. Qui rixis et contentionibus priuatis cum occuparentur; — imperator Theſſalonicam clanculum ingreſſus eſt.

§. 118.

Inde digreſſus imperator ad vrbem Serrhas m) perrexit, vbi Triballorum auxilia erant, qui primo quoque tempore arma aduerſus eum mouere cupiebant. Sed cum Demetrium deſpotam et reliquos, protoueſtiarium et Aſanem turpiter diſſipatos cernerent; milites vero, qui eos ſequebantur, in imperatoris caſtra transfugiſſe: compoſitione facta et ipſi oppidum imperatori dediderunt, domumque abierunt n).

§. 119.

dicis auxiliis ſe oppugnatum venire intellexerat. [Hoſtibus, quos Michael Aſan, Monomachus praefectus, Andronicus protoueſtiarius et Demetrius deſpota ducebant, occurrit] *Triballorum duodecim cohortibus Chreles praeerat, qui inter nobiles ſuae nationis fortitudine et bellicis laudibus antecellebat omnibus.* [Andronicus Iunior hoſtes aſſecutus] *menſe Ianuario die tertio bene mane ſignum ad arma capienda dari iuſſit. Tum inſtructis velut ad pugnam ordinibus, compoſite et cum ſilentio incedentes, non procul Pheris, fluuiolo Libobiſto transmiſſo, in procinctu, tanquam cum hoſte iamiam dimicaturi, per diem conſtiterunt. Vt nemo contra exiit, caſtris ibidem poſitis noctem duxerunt. Qua ipſa nocte copiarum occidentalium duces adiuncto etiam Chrele Triballorum ductore, de pugna committenda diſceptarunt. Decretum, id neque Romanis neque ſociis bene caſurum. — Nullo prodeunte,* [Andronicus Iunior] *Lucam Georgium—ad eos mittit. Ad portam vt acceſſit, pars intromittendum dicere, pars negare. Tamen auctoritate Chrelae moti, ne ſocium de induſtria contriſtare viderentur, Lucam intromiſerunt,* [quem legationis irritum breui poſt remiſerunt].

l) Du Fresne in Nott. poſtumis ad Niceph. Greg. p. 738. „Ioannis Aſanis [de quo vid. *Bulgarica* §. 337. ſeq.] Bulg. regis filius primogenitus. vid. Famil. Byz. p. 325.„ Eius et alibi mentio occurrit, ſed Ioannis Aſanis filium fuiſſe, non dicitur.

m) *Pheras* Cantacuzenus vocat.

n) Haec Cantacuz. T. I. p. 165. ita: *Rumor per Theſſalonicam diſtulerat — Pheras cum aduentaſſet* [Andronicus Iun.] *occidentales copias cum Triballorum auxiliis intra muros concluſiſſe, quae nec aſpectum eius ſuſtinuiſſent.*

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1328.

§. 119.

92. γ) Demetrius—deſpota, vxore et liberis relictis, qui a perſequentibus capti ſunt, fuga ad Seruiae Cralem elapſus. Protoueſtiarius autem Andronicus ad tempus et ipſe deſpotam ſecutus, non potuit perpetuo, paraſiti more, aliena quadra viuere, vt illi: ſed—moerori ſe totum dedidit, atque ita poſt paulo in locis alienis et deſertis oberrans, acerba morte vitam finiit. At Michael Aſan, Proſiaci oppidulo feſtinanter occupato,—tutum ibi receptum habuit. Idem non longe poſt veritus proditionem, a Seruiae Crale praeſidium accerſit: cui oppidulo commiſſo, et ipſe ad Cralem abiit.

§. 120.

93. Crales eorum verbis impulſus ad confinia ſua Romanorumque ingentem exercitum [cum adduxiſſet]; a fugitiuis Romanis quotidie ad proelium cum imperatore committendum ſolicitabatur. qui, infauſtum formidans exitum, nequaquam eos audiebat; *Chreles* o) illi in exſpectatione erat, qui Pheris aduerſum imperatorem iuniorem Romanis auxilium ferens, nondum redierat, ex eo de imperatore eiusque exercitu, inuadendus eſſet, nec ne, intelligere cupiebat. Praeſentem iam percunctatur, ecquid confligendum putet. Ille pacem

γ) CANTACVZENVS: *Qui Edeſſae potentia eminebant*, [*Angeli Rhadipori cognominati*, *fratres trigemini et Laſcaris*, *vxores* [Demetrii deſpotae, Monomachi praefecti et Raulis Iſaacii]—*excubiis circumdederunt. Paulo poſt aduenientes mariti*, *cum Edeſſenos in ſe inſurrexiſſe*, *ſuasque vxores concluſas inueniſſent*, *fugam ad Triballorum principem fecerunt.— Protoueſtiarius formidans Achridem ire*, *vbi vxorem cum prolibus depoſuerat*,—*itemque deſpota caeterique ad Cralem Triballorum principem diſceſſerunt*, *numero quinquaginta ſupra centum—Protoueſtiarius ſerius adueniens*, *oppidumque* [Archridem, a copiis Andronici Iun.] *receptum audiens*, *ſpe*, *qua ſuſtentabatur*, *abiecta*, *cum reliquis ad Cralem profugit: cui bellum contra imperatorem perſuadere inſtituit*, *ſi forte per ipſum ſua damna reparare poſſet. Crales eorum verbis* &c. vid. §. 120.

92. NICEPH. GREG. T. I. p. 253. Cantacuz. T. I. p. 169, 170, 171.

93. CANTACVZENVS T. I. p. 171, 172.

o) Χρελης.

cem potius agitandam, nec bellum, quod adhuc nullum ſit, ſibi ſuisque accerſendum hortatur: imperatorem ipſum Pheris ſe vidiſſe, ducentem copias exiguas, verum in arte militari tantopere exercitatas, equisque et armis tam eximie inſtructas, vt ſolo aſpectu terrorem incuterent.— Haec oratio Crali caeterisque ducibus fidem fecit. Et quamquam belli gerendi voluntatem deponerent, in iisdem caſtris nihilominus permanebant.

§. 121.

Imperator Achride poſt diem octauum diſcedens, relicta Caſtoria, in Pelagoniam venit: et vt oppida illa caeteramque regionem reciperet, et vt ne, quia Cralem in finibus imperii ſui caſtra metari acceperat, eius timore iter illud deuitaſſe videretur. Romani fugitiui, vt imperatorem Pelagoniam pergere comperernnt, Crale conuento, eum ad conflictum cum illo, iam vicino, acuebant. Reſpondit Crales, niſi ille ſe adoriatur, neque nunc, neque poſthac cum eo depugnaturum. Ipſis quanta potuerit auxilia, duodecim cohortes cum tribunis Pheras miſiſſe. Nunc ſe id etiam idcirco factum nolle, quod eum armis offendendum ſuſceperit, a quo ipſe nullam ſenſerit iniuriam. Romanorum imperatores inter ſe diſcordes, ſcituros vtique per ſe, quomodo bellum mutuo gerant, et quatenus conſentiant; ſe, a neutro laeſum, donec iniuſte laedatur, neutrum armis perſecuturum.

Romani, hoc reſponſo ſpe, quae ſola ſupererat, cadente, turbas ciere inſolentius, nec deſinere, multa et acri contentione vrgere atque impellere principem, obteſtarique, ne inulti relinquerentur. Quibus Triballi proceres tum praeſentes; „Heus, inquiunt, quid 94
opus eſt, et vos fruſtra ac temere defatigari, quae fieri nequeunt attentantes, et nos obtundere, quae praeſtari fas non eſt obſecrantes? Bello inter imperatores, dominos veſtros, excitato, vos omnem offenſionis occaſionem tollere, pacemque vobis et aliis omni ratione conciliare oportebat, ſcientes, idipſum et imperatoribus et vobis et communi Romanorum conducturum. Atqui contrarium prorſus et ipſi deſignabatis, et alios hortabamini.— Vt igitur tunc ſtudioſe ſementem feciſtis, ita nunc meſſem grauidam metite. Nos Crali deſpotae noſtro denunciamus, vt imperatorem bello prior ne of-

94. Id. ibid. p. 174, 175.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1328.

offendat, ſecumque reputet, hominibus iniuſtis etiam apud Deum paratum eſſe ſupplicium. Si ab illo vis inferatur, tum ſe, quantum poteſt, defendat. His monitis noſtris ſi obſecundarit, recte faciet; ſin minus, eat, bellum vobis aſſumtis toleret: de nobis quidem nullus eum ſequetur.„

Motus Crales p), fugitiuos in hunc modum compellat: „Quae ſit dynaſtarum meorum mens et ſententia de bello, ipſi videtis. Equidem etiamſi propter priuatas quasdam controuerſias imperatori arma molirer, tamen eos ita, vt nunc, affectos cernens, coepto deſiſterem. Verum idem mihi, qui illis, ſuper hoc negotio ſenſus: nec, cum abeſſe a periculo, prouinciamque meam tuto poſſidere liceat, malim iniuſtus videri, et in anceps me diſcrimen offerre: cum praeſertim copias meas coniunctas non habeam. Interea ad ſalutem veſtram tuendam, quantum in me eſt, auxilium vobis non negabo: et, ſi placet, miſſa ad imperatorem iuniorem legatione, eius iram a vobis deprecabor; qui cum ſit miti clementique natura praeditus, et reconciliatu facilis, vt perhibent, veniam dabit, et onus miſeriarum veſtrarum magnam partem alleuabit. Si hoc diſplicet; ad Michaelem Moeſorum regem, affinem q) meum, vos mittam, cuius ope Byzantium incolumes perducamini. Si nec iſtuc arridet, adhuc alia gradiemur via. Nam Venetias profectis non difficile erit, triremibus aut onerariis Byzantium reuenire. Quin et aliam vobis ſpem ſalutis ſuggeram. Cum Proſacum r), Prilapum et Strumbitzam s) praeſidiis teneatis, diſtributis inter vos hisce oppidis, propter murorum ſoliditatem vix inexpugnabilibus, in iisdem perdurate, quoad bello inter imperatores finis aliquis imponatur.„ Fugitiui, quid ſuper his conſilii caperent, in incerto habebant: et malorum nusquam ſe oſtendebat exitus. Tamen, circumſpectis rebus

p) Τοιαυτα ειποντων των Τριβαλλων, ὁ Κραλης ſε ἐπειθετο..

q) Iam aliquot annis ante, ſecundum Du Cange in Familiis Dalmat. a. C. 1324. ſorore Cralis repudiata, Theodoram Palaeologinam vxorem duxerat Michael. cf. et *Bulgarica* §. 408.

r) Προσεκον. Gregoras Προσακον, alii Προσακον vocant.

s) Στριμβιτζαν. Interpres in margine: „Legendum Στρεμβιτζαν, aut vt habet Cedrenus [et alii] Στρεμπιτζαν [Στρεμμιτζα quoque ſcribitur].„

a. C. 1328. *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

bus praeſentibus, praedictis oppidis includi et obſidionem perferre praeoptarunt. Protoueſtiario cum nonnullis Prillapus ceſſit; Proſacum Michael Aſanes *t*) obtinuit: reliqui Strumbitzam iuerunt.

§. 122. *Imp.* ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1329.

DIEBVS paucis [poſt Turcorum, qui in Thraciam irruperant, cladem elapſis] ex occidente affertur, Triballos ad Achridem vrbem occidentalem, ſub monte Pieria ſitam, armis adoriundam ſeſe comparare: quam paulo poſt, agro circumcirca deuaſtato, obſidione circumdederunt. Imperator cum ſubſidio adeſt celeriter. Quod Triballi ſentientes, obſidione ſoluta domum recedunt. Imperator vrbi, quantum poteſt, prouidet, et ex finitimis ei caſtellis, Triballorum ditioni ſubiectis, quaedam primo impetu capit: reliquis item occidentis vrbibus proſpiciens, Didymotichum reuertitur. 95.

§. 123.

a. C. 1330.

NON diu poſt cum Michael, Bulgarorum rex, ſibi a Stephano Crale, ob ſororem eius, quam in matrimonio habuerat, repudiatam, bellum imminere videret: ipſe, inita cum imperatore Andronico ſocietate, prior arma in illum mouit. Crales, fruſtra miſſis de pace legatis, cum omnibus copiis Bulgarum petit, eumque, ob inducias, quas in vnum diem pacti erant, ſecurum, adortus, inſigni clade affecit *v*). Michael, letali tactus vulnere et ad caſtra hoſtium perductus, breui poſt exſpirauit. Moeſorum caſtra Triballi diripiunt. Qui praedae intenti vagabantur [Bulgari], audito, regem ſuum eſſe victum, alii alibi comprehenſi contrucidabantur: plures fuga ſalutem adipiſcebantur. 96.

Crales potitus victoria, in imperatorem Romanum, ipſum quoque ad vrbes in confiniis expugnandum intentum, nihil molitus

t) CANTACVZ. p. 175. *Aſanem Triballi Proſaco per dolum exuerunt.*

95. CANTACVZ. T. I. p. 261.

96. Id. p. 262, 263. Niceph. Greg. T. I. p. 279, 280. Chalcocondylas, p. 11.

v) Excerpta ſunt, locum integrum et varietatem narrationis vid. in *Bulgaricis*, *§*. *432*, *433*.

Imp. ANDRONICO Iun.

a. C. 1330.

tus eſt; ſed remotius ſe caſtris continuit: vtrum quod maiores copias conduceret, quando, quas habebat, Romanis impares videbantur, an quod aliud quiddam in pectore volutaret, cognoſci non potuit x).— [Imperator vrbibus eius regionis curatis, et parte exercitus cum Syrgianne,] reliqui occidentis duce, relicta; vt illas aduerſus Triballorum vim tueretur, cum altera parte Adrianopolin rediit.

§. 124.

97. ILLVSTRIBVS Cralis ſucceſſibus tempeſtas grauis et ſupra modum horrenda reflauit, quae omnia illi vitae gaudia inundauit et demerſit, et ipſam ei vitam eripuit. Res autem ita ſe habet. Erat ei filius y) annum tum alterum et vigeſimum agens, ex alia vxore natus, quem ad principatus ſucceſſionem diligenter educabat. Sed cum Caeſaris filiam, annos natam duodecim, ipſe quinquagenarius duxiſſet, et priusquam filio deſpondiſſet vxorem, liberos ex illa ſuſcepiſſet; in ſuſpicionem et metum filius eius impulſus eſt, cuiusmodi probabile eſt ab aequalibus luxurianti adoleſcentis animo ingeri. Itaque defectionem contra patrem molitur. Quem cum proceres, duces et tribuni, aliique imperium patris ob diuturnitatem temporis faſtidientes, ſic affectum viderent, ſinguli priuatim adeunt; defectionis conſilia animo voluentem inflammant; poſt dies non multos ad ſe recipiunt; hoſtem patri ſuſcitant, et, ſumma poteſtate ipſi delata, Seruiae Cralem declarant.

Cum autem compluribus diebus paulatim omnis flos exercitus ad eum confluxiſſet, patrem etiam vinctum ſine vllo negotio ad eum perducunt, ac mox in carcerem coniiciunt, inuito fortaſſis et grauiter ferente filio; ſed tamen tacente et furori populi aduerſari non audente. Verebatur enim, ne in ſemet ipſum nec opinantem grauius aliquid conſuleretur. Poſt paucos dies patrem quidem in vinculis ſuffocant, ſuauibus illis ſucceſſibus in acerbum interi-

x) Quae hic ſequuntur de Michaelis Bulgari vidua, eaque imperatoris ſorore, regno Bulg. pulſa, et Cralis ſorore cum liberis in illud reuocata, vid. in *Bulgaricis* §. 434.

97. NICEPH. GREG. T. I. p. 280, 281. vbi haec iis, quae de bello Bulgarico, cuius §. praec. mentio facta eſt, narrauerat, ſubiungit. Ceterum haec ad a. C. 1333. refert Du Cange in Familiis Dalmaticis p. 291.

y) Stephanum Duſcianum intelligi, docet l. c. Du Cange.

a. C. 1330.

interitum verſis: filio autem principatum firmant, atque ſtabiliunt. Mox ſtatim vna cum eo egreſſi, Romanam prouinciam vsque ad Strymonem et Amphipolin, capta etiam Strummitza et aliis oppidulis, ſubigunt.

CAPVT IX.

Bellum a Seruiis auctore Syrgianne Romanis illatum; pax cum Andronico Iun. iuncta; Io. Cantacuzeni ad Seruios fuga; foedus cum Crale Stephano percuſſum;

ab a. C. 1332—1342.

§. 125.

a. C. 1332.

a) SYRGIANNES—a Zamplacone laeſae maieſtatis reus actus,—poſt annum—ſupplices ex Euboea litteras ad imperatorem miſit, quibus veniam petebat.— Sed cum eius preces ad limen principis delatae eſſent, nihilque apud eum valuiſſent, Euboea digreſſus, ad Seruiae Cralem proficiſcitur: ab eoque cupidiſſime ſuſceptus, ſumma et gratia et auctoritate floruit, aſſeſſor vnanimis, amicus conſentiens, conſiliarius acceptus, 'intimorum fideliſſimus, exterorum 98.

Gg 2 occupa-

a) CANTACVZENVS: Syrgiannes *viae duces ab ipſis* [Albanis, qui circum Theſſaliam habitantes, homines agreſtes et paſtoritii, ſuis vtuntur legibus] *nactus, ad Cralem Triballorum principem profugus venit, cui multa Romanorum oppida acquiſiturum recepit. Crales vt ſupplicem, et quia per eum Romanis vehementer nociturum ſeſe ſperabat, haud nolens ſuſcepit: et cum cetera honorificentiſſime illum tractauit, tum exercitum ei ad ſubiugandas*

98. NICEPH. GREG. T. I. p. 301. Cantacuz. T. I. p. 275.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

occupatiſſimus a): alter Themiſtocles Artaxerxi Perſae. Nam cum fama eum iampridem cognouiſſet, aduentum eius in luculento lucro deputabat: et quia pollicebatur, ſi illius opibus ad Romanum imperium occupandum adiuuaretur, ſe Romanam ditionem, quae in Macedonia eſſet, Triballis ſubiecturum, habebat ei fidem, et eum libentiſſimo animo ſtudebat adiuuare.

§. 126.

a. C. 1333.

99. VERIS initio Crales ſuas copias coëgit. Syrgiannes vero clandeſtinas litteras per omne Romanum imperium dimiſit, a prouincia finitima Triballis auſpicatus— Byzantium vsque progreſſus; quibus litteris et agrorum aſſignationes et pecuniae largitiones et honorum incrementa et id genus alia pollicebatur. Quibus de cauſis fere omnes illi inhiarunt, et animis prorſus ad illum inclinarunt, impreſſionem eius et litteris et pecuniis accelerantes.

β) [De his rebus maxime ſolicitum imperatorem] ſenator quidam Sphrantzes Palaeologus adit, et—caedem Syrgiannis pollicetur, quam fuga ſimulata perpetraturus ſit. [Sphrantze itaque cum multis pecuniis ad Syrgiannem fuga elapſo, imperator] ignoratione ſimulata, et aedes eius publicauit, et vxorem ignominioſe per

Romanorum vrbes attribuit. Ergo et alia oppida, et Caſtoriam, vrbem magnam Botiaeae, Crali ſubiecit. Imperator intelligens, quas res nouas Syrgiannes in occidente machinatus eſſet, quiete poſthabita, Dydimotichum abiit, illucque exercitum in occidentem ducturus contraxit.

β) CANTACVZENVS: *Sphrantzi*, operam ſuam imperatori in bello contra Syrgiannem pollicito, *oppidorum Caſtoriae vicinorum praefecturam dandam*, imperator et magnus domeſticus *cenſuerunt. Quo cum venerit*, Syrgiannem amicitiam ſimulando *oppreſſum et vinctum in caſtellum quoddam abducturum, ibique, donec venienti imperatori tradat, tuto cuſtoditurum. Facilem autem illius fore cuſtodiam: quippe quem non proprius, ſed ex Albanis et Tri-*

a) τῶν ἔνδον ὁ πιστότατος, τῶν ἔκτως ὁ πρακτικώτατος. in margine, *domi fidiſſimus, foris occupatiſſimus.*

99. NICEPH. GREG. T. I. p. 305-308. Cantacuz. T. I. p. 276-279.

per forum traduci iuſſit. Quae res potiſſimum effecit, vt Sphrantzi Syrgiannes crederet, et fideliſſimum conſiliarium iudicaret. —

§. 127.

y) Aeſtate iam media Crales cum ſuis copiis Syrgiannem ſequitur. Hic autem recta Theſſalonicam contendebat. Quo dum proficiſcitur, vrbes ac prouincias interiectas in deditionem facile accipiunt, cum alii Syrgiannis adminiſtrationem pridem deſiderarent, alii frugibus maturis metuerent. — Caeterum Sphrantzes — imperatori, quid ageretur, ſignificat. — Deeſſe ſibi facultatem ſimul et meditata exſequendi et ſaluti ſuae ſic conſulendi, vt extra periculum eſſe poſſet. Magnam enim Syrgianni turbam noctu atque interdiu circumfuſam eſſe, neque vnquam relinqui ſolum. Eſſe igitur milites aliquot ſpeculatores in ſuburbiis Theſſalonicae collocandos, qui ſe, vbi hoſtiles copias cum Syrgianne accedere ſenſiſſent, e caſtris vrbem verſus fugiturum exciperent, priusquam cognitus, re infecta, periret „ —. Caeterum cum Syrgiannes vna cum Crale et militaribus

 copiis

ballis auxiliarius ſequatur exercitus, qui pro Syrgiannis capite caſtello obſidendo vitae aleam experiri neutiquam volent: ſed bellicae miſeriae immunes domum cupide repedabunt. — Sphrantzes itaque praefecturae iam potens et a Syrgianne ad defectionem ſollicitatus, *ſancito foedere ſtatim ſe cum illo coniungit. Qua coniunctione Syrgiannes mirum in modum gauiſus, cum eodem ad Cralem proficiſcitur: tum vt oſtenderet, rem belle procedere —, tum vt per eum commotus, cum omnibus copiis ſuis bello intereſſet. Metuebat ſiquidem, ne, ſuperueniente imperatore, cum ad reſiſtendum haud ſatis valeret, victus cum ſuis periret. Et perſuaſit, monuitque, ſi profecti apud Theſſalonicam caſtra metarentur, occidentales vrbes, quae ſe nondum dedidiſſent, auxilium imperatoris deſperantes, cernentesque ipſos* [Syrgiannem et Cralem] *ante ſe poſitas vrbes iam armis domuiſſe, intercluſas in medio ſtatim ſe dedituras.*

y) Id. *Crale igitur cum totis copiis aſſumto, iuxta flumen Axium caſtra ponunt. — Imperator Theſſalonicam ingreſſus, dies ibi complures agitauit. Syrgiannes cum ſex de ſuo exercitu aſſumtis, et Sphrantze, quem et ipſum triginta comitabantur, ad fluuium quemdam non perennem, Galycum vocabulo, non procul a Theſſalonica, animi leuandi* [cauſa] *acceſſit. Sphrantzes ſolum*

Imp. AN-
DRONICO
Iun.

a. C. 1333.

copiis progreſſus, ſolo nomine ſuo omnia ſubigeret, etiam Theſſalonicam ipſam aggreſſurus putaretur —, imperator — miſit triginta ſpeculatores extra moenia, vt a Sphrantze denunciatum illi fuerat. — Sed cum hoſtiles copiae propius acceſſiſſent, et ad ſexaginta fere ſtadia caſtris ab vrbe poſitis, poſtridie oppugnaturae moenia viderentur; Sphrantzes — ad Syrgiannem de more ingreſſus, — velle ſe ait paullulum extra caſtra prodire, ad ſpectandos quosdam vrbis muros, numquid armatis ſint completi. At ille nihil ſuſpicatus mali, Abi, inquit, ſequar et ipſe. Praecedit igitur Sphrantzes cum duobus famulis, funeſti conſilii conſciis; Syrgiannes vero ſolus ſequitur —. Vt autem circiter duodecim ſtadia a caſtris diſceſſerant, illi conuerſi — illum [Syrgiannem] circumuentum gladiis conciderunt, et ſtatim — contento curſu in vrbem ſe receperunt.

Poſtridie vero Crales, re deſperata, imperatori petenti pacem dedit; et cum eo egreſſo collocutus, muneribus quibusdam acceptis, domum retro abiit. Et hic quidem annus in his deſiit b).

§. 128.

100. SVB idem tempus etiam Vngrorum princeps, quem Latina lingua *regem* nominat, magno cum exercitu Cralem, quicum ei de finibus erat controuerſia, appetiuit. Formidans Crales, ne ſe aduerſus illum tueri non poſſet, imperatorem ſubſidium per legatos rogauit. Qua petitione delectatus imperator, delectu confecto, ingens et animoſum agmen confecit, eique auxilio miſit. Vngriae autem rex, cum in confiniis regni ſui ac Triballorum tenderet, prius-

am et interceptum videns, ſatellitibus perſuaſis hominem occidit, et cum illis Theſſalonicam fugit. — *Crales Syrgiannem percuſſum in caſtra, adhuc ſpirantem, deportandum curauit. Paulo poſt exſtinctum diu vt amicum defleuit, et ſplendide funerauit, miſſisque legatis, foedus et ſocietatem cum imperatore pepigit: et die altero, haud procul a Galyco flumine cum eodem ſermone collato, domum rediit.*

b) Belli huius meminit Nicephorus Gregoras T. II. p. 358. Imperator *in Theſſaliam profectus eſt, vt Syrgiannem bello perſequeretur, qui acceptis a Crale auxiliis, Romanum imperium inuadere inſtituerat.*

100. CANTACVZENVS T. I. p. 279, 280. qui haec iis, quae ad §. praec. ex ipſo attuli, ſubiungit.

a. C. 1333.

priusquam in hoſtilem regionem irrueret, propter ſubmiſſas Triballo ab imperatore copias, vt fama fuit, conuerſo itinere, domum rediit: quod vtrum hac, an alia de cauſa fecerit, incompertum manſit. Crales certe idcirco eum abiiſſe ratus, imperatori ſummas gratias egit, et duces exercitumque dignis donis humaniter donatos domum laetabundus remiſit. Imperator illius anni hiberna Theſſalonicae egit.

§. 129.

a. C. 1334.

INEVNTE vere Byzantio accipiuntur litterae, duos Myſorum [Bulgarorum] dynaſtas, Raxinam protoueſtiarium et Philippum logothetam, reginam ſuam, defuncti Michaelis vxorem, et Cralis STEPHANI materteram c), [quam poſt Michaelis obitum in regnum reuocarant] regno per ſeditionem expuliſſe: quae cum liberis ad Cralem, ſororis ſuae filium d) ſe contulit.

§. 130.

a. C. 1334 — 1341.

[IMPERATOR cum, rebus in Theſſalia poſt deſpotae Gabrielis 101.
Stephani mortem conſtitutis, Theſſalonicam rediiſſet,] breui interuallo Crales per legatos petit, vt, in quo placeret loco, amicitiae, hilaritatis et commercii collocutionumque cauſa conuenirent. Cum idem optaret imperator, petitioni annuit, et cum legatis Bainam caſtellum Macedoniae nominauit e). Ita conueniſſe intelligens Crales, eodem e ſua prouincia proficiſci maturauit. Imperator velut terrefacere Cralem, ſeu potius germanae ac ſincerae amicitiae argumentum exhibere volens, in locum definitum cum apparatu et comitatu ſe digno venire omittens, delectis trecentis et paucis de nobilitate (praeter miniſtros et caculas) adhuc prope in medio regio-

nis

c) θειαν ουσαν Κραλη τȣ Στεφανȣ.

d) προς τον Κραλην τον αδελφιδȣν, — fratris ſui filium, vid. ſupra §. 114. coll. 124. cf. *Bulgarica* §. 434, 435, 446.

101. CANTACVZ. T. I. p. 289, 290.

e) συνεθεντο μετα των πρεσβεων εν Βαϊμι την ενωσιν γενεσθαι χωριω Μακεδονικω.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1334—1341.

nis *Rhadoboſdii* repentino aduentu ſuo eum oppreſſit *f*). Crales huius inexſpectati aduentus nuncio primum conterritus, timuit, ne fide non bona ſecum ageretur. Vt autem de numero, qui ſequeretur, et quo fine cum tam paucis aduenisſet, cognouit, imperatorem de candore et libertate erga amicos magnopere admiratus, ſibique de tali amico gratulatus eſt; epulisque ſplendide et regaliter acceptum dies ſeptem apud ſe detinuit, humaniſſimeque et ſumma cum ſummiſſione, ac tanquam dominum ſuum tractatum, ipſe domi manens, a ſe gaudens gaudentem demiſit. In hoc etiam conuentu magnus domeſticus [Cantacuzenus] cum ſpeciem ingenii ac morum ſuorum praebuiſſet, firma cum Crale amicitia copulatus eſt.

§. 131.

102. [ANDRONICVS Iunior] ille fuit, qui Triballorum et Myſorum duces perterrefaceret, quos ſaepe velut dormientes ſubito inſtar aetherei fulminis oppreſſit.

§. 132.

103. ILLO [Andronico Iun.] imperatore, — mos obtinuit, vt omnes ſimul et adoleſcentes et ſenes pileis vterentur, non minus in palatio, quam in agris: iisque multiformibus et peregrinis — alii Latinis, alii Myſiis et Triballicis, alii Syriis et Phoeniciis, ſuo quique arbitratu.

§. 133.

Imp. IOANNE *Pal.*

Imp. IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1341.

104. [POST Andronici Iun. obitum] litterae ei [Ioanni Cantacuzeno] multae multis ex locis clam afferebantur, Acarnanum, Triballorum, Theſſalorum et Latinorum Peloponneſiorum: qui ſe omnes ei obſequentes fore pollicebantur. Magnifico enim et generoſo illius animo delectati, vltro ſe ſuasque vrbes dedere illi decreuerant.

§. 134.

f) ἐτι περι μεσην την οἰκειαν διατριβοντι Ἰω Κραλῃ κατα το Ραδοβοσδιον προσαγορευομενον ἠγγελλετο ὁ βασιλευς ἐξαιφνης προσιων.

102. NICEPH. GREG. T. I. p. 347, 348.

103. Id. ibid. p. 351.

104. Id. T. II. p. 369.

CAPVT IX.

a. C. 1341.

Imp. IOANNE Pal.

§. 134.

SVB idem tempus g) etiam Triballorum princeps Stephanus Crales, audito imperatorem obiiſſe, foedus ſoluit, et cum reliquam Macedoniam omnem populabundus incurſauit; tum Theſſalonicam porta vadens, ad locum, qui Cretenſium dicitur, peruenit. Deinde cum praeda haud opima reuerſus eſt, propterea quod eius aduentu prius nunciato, agreſtes ſe cum pecore vrbibus caſtellisque incluſerant. Quibus ad ſe perlatis, magnus domeſticus, concilio optimatum et ducum exercitus conuocato, quid contra Triballorum impreſſionem inceptandum eſſet, quaeſiuit. 105.

Eorum vnusquisque ſententiam, quam putauit ad tempus commodam, dixit. Sed cum magno domeſtico neceſſarium videretur, cito Crali reſiſtendum, vt eum vel pacem cogeret accipere, vel cum audacius refragante bello decerneret, multo tamen magis neceſſarium, magisque vtile viſum eſt ad expeditionem in Peloponneſum principio veris paratos eſſe: nec e manibus dimittendum tempus rebus praeclare gerendis idoneum. Si enim Deo auxiliante, inquit, Peloponneſum habitantes Latinos ad imperium adiunxerimus, etiam Catalani, Atticam et Boeotiam incolentes, velint nolint, ſe nobis dedent. Quo facto, Romanoque principatu, velut olim, a Peloponneſo Byzantium continuato, intelligi poteſt, non fore operoſum, Triballis aliisque circumiacentibus barbaris pro iniuriis, tamdiu nobis cum tanta inſolentia illatis, pretium perſoluere.— Qua de cauſa Byzantium redeundum cenſeo: ad Peloponneſum enim nauali apparatu indigemus, et is per hiemem prouidendus eſt.— Vbi haec qua par eſt ſedulitate ſolicitudineque confecta fuerint, legatos ad Triballorum regulum mittere in animo habeo: qui ſimul eius vires et copias explorent; ſimul, ſi a reconciliatione non abhorreat, pacem cum eo componant: nam nunc quidem rationes noſtrae non ferunt, vt arbitror, quando in pace cum finitimis gentibus viuere licet, vltro bellum depoſcere.— Poſtquam huic con-
ſilio

105. CANTACVZENVS T. II. p. 385—388.

g) Quo ducum occidentis alii legatos ad Cantacuzenum miſerunt, alii (quos inter et *Chreles* fuit) contra eundem conſpirarunt, p. 385.

a. C. 1341.

filio magni domeſtici etiam caeteri applauſerunt, legati ad Triballorum principem mox delecti ſunt. Qui profecti, pacem ei perſuaſerunt, et foedus priſtinum reuocarunt b).

§. 135.

106. [APOCAVCHVS ſacri cubiculi praefectus, quoscunque poſſet a magno domeſtico abalienare annitens] ad Ioannem Gabalam, magnum drungarium, qui in legatione ad Cralem a magno domeſtico miſſus reuerterat, accedit: num quid de ſe audierit, percunctatur. Illo negante, — inquit —, magnus domeſticus antiquam in te beneuolentiam cum amaritudine, qua plenus eſt, commutauit. — Ego enim his auribus accepi, cum te — proditorem vocaret. Nam cum a ſe ad principem Triballorum legatus eſſes miſſus, legatione perperam functum, muneribusque corruptum iuraſſe, eorum domi procuratorem fore, quantum poſſes, et arcana noſtra illis proditurum. Quocirca prorſus non Romanum te, ſed Triballum numerat. —

§. 136.

107. [MAGNVS domeſticus Cantacuzenus cum ſe rerum adminiſtratione abdicare meditaretur, optimates inquiunt] alii — mox pro copia praeſente aperto Marte rebellabimus —: alii nos Alexandro Myſorum regi: alii Stephano, Triballorum principi, dedemus, conſultius rati, barbaris magis (regnantibus tamen), quam heri et nudiustertius in contemtu noſtro verſantibus, ſeruire.

§. 137.

a. C. 1342.

108. [IOANNES Cantacuzenus imperii inſignia ſumere coactus, dum ſpe pacis Didymotichi haeret] quascunque ille litteras ſiue ad Cralem

b) Nicephorus Greg. T. II. p. 370. haec habet: *Orto Arcturo* [Boiuinus in Notis p. 783. A. C. 1341. quo anno oriebatur Arcturus d. 26. vel 27. menſis Auguſti] *profectus* [Cantacuzenus] *Byzantio in Thraciam circa Myſorum et Romanorum confinia palam caſtra metatus eſt. — neque enim par erat in Theſſalorum aut Triballorum fines ingredi, relicto poſt ſe illius* [Alexandri Bulg. regis] *exercitu, qui fulminis inſtar cuiusdam impendens de propinquo minaturus eſſet Thraciae.*

106. CANTACVZ. T. II. p. 409.
107. Id. ibid. p. 429.
108. NICEPH. GREG. T. II. p. 383.

ſem Seruiae, ſiue ad Alexandrum, Myſorum principem, ſiue ad alios quoslibet accerſendorum auxiliorum cauſa mittebat, omnes intercipiebantur a Byzantiis, qui cuncta circum a terra et a mari cuſtodibus atque exploratoribus tenebant.

§. 138.

*) vix — [Polyſtyli, caſtelli iuxta Neſſi oſtia, qui maximus Thraciae fluuius, ex Haemo monte erumpens, vndam in maris Aegei littus euomit] aedificatio [a Cantacuzeno] ad finem perducebatur, cum et *Chreles*, Triballus, propè affuturus fuit. Hic, cum antea imperio Triballorum regis paruiſſet, neſcio quas ob cauſas, fidei vincula abruperat, et proprium ſibi imperium fecerat; in *Strummitzam* nempe caſtellum, ad nubes vsque eductum, et quaecumque circa Strymonem fluuium oppida Amphipolin vsque ſita ſunt. Etenim propter ciuile Romanorum bellum, cum vtraeque illum partes adularentur, formidandus Crali Seruiae et expugnatu difficillimus euaſerat. Sic illa temporum conditione fruebatur, fortunatus in aliorum infortuniis, et ex vicinorum calamitate propriam felicitatem velut fructum percipiens. Idem tamen cum imperandi gloriam, qua Cantacuzenus antehac floruerat, agnoſceret etiamnum, et non omnino ſuſpectam habere deſiiſſet, amicitiam illius ac ſocietatem ſtudioſe ambiebat. Cum itaque Byzantinarum partium fautores — vicinas Chriſtopoli anguſtias occupaſſent, — ita vt imperatori Cantacuzeno aditus illae praecluſus foret, accerſitus et Chreles 109.

 proxi-

*) CANTACVZENVS: Dum protoſtrator Synadenus *per intimum quendam occulte vrbem Theſſalonicam imperatori ſe traditurum pollicetur—: ſimiliter et Chreles, qui aliquando ex Triballis ad Andronicum transfugerat, ſeſe cum mille militibus et tribus oppidis dediderat: quae Romanis ſubiecta., Andronicis inter ſe belligerantibus, Triballi, incolis deditionem facientibus, occuparant. Hic itaque Chreles a pecunia inſtructus et exercitum ſub ſe non aſpernandum habens, et antea Cantacuzeno imperatori amiciſſimus (per quem et Andronici amicitiam adeptus fuerat) miſit ipſe quoque ſignificatum, ſe eius partes ſequi: cum cohortatione, vti ad occidentem ſe converteret; vtpote non minimos ibi vtilitatis fructus inuenturus.*

109. Id. ibid. p. 390, 391. Cantacuzen. T. II. p. 452.

Imp. IOAN-NE Pal.

a. C. 1342

proxime Chriſtopolin venit, manum militum non paruam adducens, operam videlicet ſuam collaturus, et pro virili effecturus, vt facilis eſſet imperatori ad vrbem Theſſalonicam tranſitus.

§. 139.

110. e) Exeunte porro iam vere, Cantacuzenus imperator ab Neſti fluuii oſtiis profectus, — ſuas copias per ipſum verticem montis transmiſit, — et caſtra metatus eſt circa Philipporum planitiem, vbi Brutus olim et Caſſius cum Octauio Caeſare proelium conſeruerunt. Illic exercitum ſuum reficienti Chreles occurrit, ſpondetque, ſe, quidquid iſte iuſſerit, lubenter exſecuturum. At hic amicum quidem habere eum velle ſe ſignificat, non tamen eius auxilio ſibi in praeſentia opus eſſe vllatenus. Intelligebat enim, eum lingua quidem amicitiam profiteri, ob inſtantis belli metum: animi autem dubium pendere; exſpectantem videlicet, quoad certum exploratumque pugnae exitum intueretur. Quocirca verbis apud eum vſus et ipſe magnam profitentibus amicitiam, cum eum multos per dies comiter et benigne tractauiſſet, dimiſit poſtea gaudentem, ac, boni inpoſterum vicini officio functurum ſeſe, pollicentem.

§. 140.

111. [IOANNES Cantacuzenus Melenico potitus] mox Chrelem, vtpote perfecto, quod deſiderabatur i), aduocat. Qui Melenicum ab imperatore obtineri laetus videbatur, ſibique omnem excuſationem

e) Id. Cantacuzenus *Philippis mouens, in eos incidit, quos prius ad protoſtratorem miſerat, — litteras ab eodem afferentes, in quibus erat, ne nunc veniret, quod Theſſalonicam transdere non poſſet; ſed prius Chrelem cum eius copiis ſibi adiungeret, atque ita demum adueniret. — Dum Codonianae moraretur imperator, Chrelem ad ſe, qui ex pacto iam adeſſet, arceſſiuit. Is, et ante ſe illi fuiſſe et modo eſſe amiciſſimum, confitebatur: timere autem, ne Romani, quibuscum bellum haberet, facultates ſuas in locis, nullo prorſus munimine tutis, diſperſas diripiant. Vrbes enim, quibus adhuc principi Triballorum parens imperaſſet, demortuo*

110. NICEPH. GREG. T. II. Cantacuzen. T. II. p. 472, 473.

111. CANTACVZENVS T. II. p. 475.

i) Vide quae ad §. praecedentem ex eodem ſcriptore adtuli.

etem amputatam affirmabat. Verumtamen adhuc, quaſi rei ſuae, antequam bello ſe crederet, compoſiturus differebat: ſed reuera laborem detrectans, nullo cum periculo ſuo imperatoris amicitia perfrui cupiebat. Is, vt hominem tempus ducere vidit, mentem eius ex dictis auguratus, Melenici praefectum, Ioannem Aſanem, cum parte copiarum, quanta vrbs defenſanda indigeret, relinquit, et altera parte in caſtris manere iuſſa, Matthaeo et Manuele, filiis, trecentisque tantummodo comitatus, magnis itineribus poſtridie ad locum venit, vbi Chreles morabatur. A quo humaniter acceptus, diem et noctem cum eo tranſegit: poſtridieque in caſtra ſecum perduxit, eiusque conſpectu exercitum mirabiliter recreauit. Quippe non armis ſolum, equis et pecunia valebat; ſed erat praeterea artibus imperatoriis exercitatiſſimus, noueratque cum amicis commodare, tum inimicis incommodare plurimum. Quocirca etiam ſocietas eius maximopere expetenda cenſebatur.

§. 141.

[CANTACVZENVS a protoſtratore, Theſſalonicae capiendae tempus eſſe opportunum, admonitus] cum Chrele pro tempore collocutus, et cum eo diem pactus, quo, rebus domi diſpoſitis atque ordinatis, ad ſe veniret; deinde ex manipulis illius non paucis aſſumtis, quibus ſuum exercitum augeret, ad protoſtratorem feſtinauit. 112.

§. 142.

[IMPERATOR, Theſſalonica relicta, verſus Berrhoeam et Edeſſam progrediendum cum cenſeret]; atqui, ſi te hoc latet, inquit protoſtrator, Triballos iampridem ad Edeſſam ſedere, per quos, 113.

 conſer-

imperatori, quod optime noſſet, transdidiſſe: et fortunas ſuas in ſuburbano Melenici habere. Quare, niſi Melenicum ipſe ſubegerit, accedere ad eum non poſſe: ſic enim et ſe, confiſum de ſuis nihil amiſſurum, alacriter arma iuncturum. Imperatori illico viſa omnia impeditiſſima. Nam et ex Macedonia reuerti haud ſibi decorum, et pergere porro in occidentem, Chrelae ac protoſtratoris ſocietate deſtitutum, parum frugiferum ſentiebat. Libuit igitur experiri, num Melenicum ad deditionem voluntariam poſſet adducere.—

112. Id. ibid. p. 477. 113. Id. ibid. p. 479. 480.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

conſerta manu, in oppidum nobis penetrandum eſt, nihil dico. Sin autem non latet, miror vehementer, te, talem virum et tantum vſum ductandis exercitibus adeptum, hoc ciuili bello non eſſe contentum; ſed velle nos etiam Triballis obiectare, quibus vel ſolis laborioſiſſimum foret reſiſtere. Tum imperator, de Edeſſena obſidione ne tenuiſſimam quidem auditionem accepiſſe: Triballorum enim deſpotam adhuc ad ſe in Thracia legationem de foedere et ſocietate miſiſſe. Exiſtimare igitur ſe, illum nullam Romanorum vrbem oppugnare. Sin temerato foedere in hoſtem mutatus ſit, vrbemque Romanam obſideat, eo ante omnia incumbendum; vt hoc eam malo liberent, qui id maxime poſſint; et cum illi ſalutem, tum ſibimet Edeſſenorum aliarumque ſtudia amoremque concilient. Ego vero, inquit, quamuis nullum nos lucrum hinc maneret, hoc ſolum, vrbem Romanorum periculo exemiſſe, lucrum immenſum ducerem. Quamobrem non iam conſulo, ne arma alio conuertamus, ſed plane decerno. Si tibi tuisque pro Romanis obſeſſis cum Triballis confligere haud ingenuum videtur; at ego cum his, qui ſponte me ſequentur, in illos irruam: vos, Gynaecocaſtri manentes, reditum noſtrum operimini. Haec locutus, extemplo tuba ſignum ad profectionem dari iuſſit. —

§. 143.

114 ζ) [APOCAVCHO Theſſalonicam cum claſſe appulſo, Cantacuzenus inter alia inquit] Melenicus — nedum nos, ſed nec incolas ſuos commode poteſt alere. Quam ob cauſam, cum id ante mihi

ε) NICEPHORVS: Cantacuzenus, ſpe Theſſalonicae capiendae deiectus, cum Apocaucus iam inſtructa acie ex aduerſo ſtaret, *paulatim — conuerſus — ad Triballos inſtructa acie ſeſe recipiebat, malo euidenti praeferens malum incertum. — Celerrime itaque ſpatium interiectum cum transcurriſſet, circa ferme illos fines, quos aduerſa fortuna ademtos Romanis ad Triballos transtulerat. — Ac poſtera quidem die mittit quamprimum ad Cralem Seruiae, qui caſus illius tragici certiorem eum faciant, ac miſericordiam illi moueant, quatenus par eſt, rerum humanarum infidelitate et fragiliſſima conditione ei commemorata.* — DVCAS: Cantacuzenus

114. CANTACVZENVS T. II. p. 395, 396. Ducas p. 11, 12. 486, 487. Niceph. Greg. T. II. p.

mihi perſuaſerim, nunc id vobis ſuadeo, ad Triballorum principem, etiam olim mihi amicum [k]), et nuper de integro foederatum, concedamus: cuius adaucti viribus, Didymotichum mox redeuntes, ad caetera belli non mediocrem ex eius ſocietate fructum capiemus. Haec mihi conducere in praeſens viſa ſunt. — Exercitus autem circiter duum millium et duces reſponderunt, non ſe vel admonitione vel conſilio indigere; ſed, quae Deo et imperatori placeant, omnia facere ac ſuſtinere, promtos eſſe: et ſic comparatos, quo ipſe conſultius putaret, duceret. Hoc breui reſponſo exhilaratus imperator, tubarum clangore abſcedendi ſignum dari iuſſit. —

§. 144.

[APOCAVCHVS Theſſalonica cum exercitu profectus] cum — 115.
intellexiſſet, Edeſſenos a Triballis diu iam obſideri, equites quotquot erant, vna cum binis ducibus Palaeologis, collato cum obſidentibus proelio, illos liberare iuſſit. Equitum turmae pro mandato adueniunt; Triballi, vsque dum iaculis peterentur, caſtris ſe continent, opinantes, non poſſe ſe a Romanis vrbe ſummoueri. Verum

imperator ab vniuerſo exercitu ſalutatur, Deo, vt mihi viſum eſt, cor eius indurante, vt ſeditionibus inteſtinis ſciſſum Romanum imperium Turci inuaderent —, atque etiam alias gentes, Triballos, Myſos, Albanos caeteraſque ad occaſum ſitas; iuſtitia diuina, quae cuncta prouidet, poenas exigente a gentibus, quae continuis incurſibus Romanum imperium laceſſierant, vindicante etiam Romanorum periuria.— Statim itaque Cantacuzenus *collectis copiis Thracicis, ſimulque ab vrbe transfugis, ad Seruiae Cralem pergit, ſibique illatam praeter omne ius et fas contumeliam ei ab initio exponit, ſuorumque affinium caedem. His etenim temporibus Stephanus, hoc enim erat Cralae nomen, admodum illuſtris et potens erat.— Romanorum certe infortunia et quotidiani ſeque ſerie continua excipientes tumultus bellici atque inteſtinae ſeditiones barbarorum colluuiem ſuperiorem ipſis potioremque reddiderant. Vnde Seruiorum (Σεςβων) principi audacia nata vires acquirendi, et Cralae nomen adſumendi: quae barbara appellatio Graece reddita βασιλεα (i. e. imperatorem) deſignat. Cum audiſſet ergo Cantacuzeni querelas, laetitia completus, ſuppetias*

k) Cf. ſupra §. 130.

115. CANTACVZ. T. II. p. 488.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

rum et perſpexerunt, plures eſſe et pugnandi cupidos, metu ſucceſſante, ne, pluribus ac ſtrenuioribus pugnantes, occumberent, caſtris relictis, ac paucis ſuorum ictu ſagittarum amiſſis, dicta ſalute recedunt. Romani caſtra, equis non paucis et alia praeda reperta, diripiunt. Liberatis ad hunc modum Edeſſenis, Theſſalonicam reditum eſt.

§. 145.

116. η) Interea pecuarius quidam Triballus, iuxta Proſactum in vico Dauidis nuncupato habitans, *Zimpanus* k) nomine, auditis, quae Cantacuzeno apud Gynaecocaſtrum contigiſſent, poſtquam ad ſe legati, quos ille ad Cralem foederis feriandi cauſa miſerat, diuerterunt (erant autem Conſtantinus Palaeologus, honore protoſebaſtus, et Arſenius Zamplaco) barbarico in eos furore correptus, et eorum equos reliquumque apparatum non modicum ſibi concupiſcens, cum illis, item cum filiis, vxore et iumentis, quae erant eius diuitiae, ad magnum ducem Theſſalonicam transfugit, imperatoris legatos vinculis conſtrictos in muneris loco offert. Ea re vehementer exſultans Apocauchus, barbarum honorifice donat, ſtatimque aedium et poſſeſſionum, quas Theſſalonicae Zamplaco amplas habebat, dominum conſtituit. — §. 146.

ei ſe laturum, vt Romanis reſiſtat, pollicetur, etiamque tulit.— In Seruiam—diſcedens Cantacuzenus, vniuerſam ſupellectilem auream atque argenteam caeteraſque opes coaceruatus, liberos ſimul et vxorem Adrianopoli deduxerat, et Didymotoechum transportauerat; ſecuritati inſuper oppidi huius ab ipſo prouiſum, cum ad Cralem ſe contulit.

η) NICEPHORVS: *Sed vnus ex iis Triballis, qui Romanis illic proximi degebant, cum in inſidiis iuxta viam collocaſſet quoſdam ex ſuis, legatos comprehendit, eoſque ad Apocaucum deducit, deſideratiſſimum munus. Quapropter magnam apud illum caritatem et humanitatem nactus, Triballorum habitu ac viuendi genere abdicato, ſtatim ſe ad Romanum morem transfert. Is exitus legationis fuit.* Quae his ſubiungit Nicephorus, ad §. 147. adfero.

116. Id. ibid. p. 488, 489. Niceph. Greg. T. II. p. 396.

k) Τζιπανος.

§. 146.

Cantacuzenus a Byzantino et Theſſalonicenſi ſubſidiis, pugnam recuſantibus ac diſcedentibus, deſtitutus, reliquo diei iter agens, ad fauces anguſtiarum, iuxta *Proſiacum* l) pernoctauit. Porro Proſiacum ſiue Proſacum, caſtellum eſt munitiſſimum, in colle ſitum, quod quondam in ditione Romanorum manebat, belloque Andronicorum, odio iunioris Andronici, a praeſidiariis Triballorum principi vltro transditum fuerat, et per id tempus a quodam *Michaele*, conceſſu principis, poſſidebatur. Qui cum ex domeſticis imperatoris eſſet, (vt ipſe poſtea narrauit) ob neſcio quam cauſam ad Cralem perfugerat. Tum vero exercitum caſtra metantem intuitus, Romanos eſſe, ac depopulationis ergo aduenire ratus, pedeſtri et equeſtri, quanta maxima potuit, coacta manu, noctu anguſtias illas praeoccupauit, et prima luce ad eos tranſitu prohibendos accingebatur. 117.

Imperator, vbi ipſos regionis tutiſſima inſidere conſpexit, vt imperſſionem facturus, militem capere arma iuſſit: nihil enim melius dabatur. Caeterum Michael et exercitum, qui eſſet, et ductorem noſſe auens, propius ad caſtra ferens aditum, nonnulloſque ex familiaribus et amicis procul conſpiciens; nominatim eos appellat, et de duce percunctatur. Audit, imperatorem Cantacuzenum eſſe: nec mora, illico accedit, pedem oſculatus, ſe ipſum indicat, et infortunio eius dolens, atque ad caetera promtiſſimus, Deo vberes agit gratias, cum hoc tempore ſibi occurrat, quo ſuum animum erga illum omnibus teſtatum facere queat. Tranſitum igitur ſine difficultate permittens, pro copia exercitum hoſpitio accipit; quo vſus eſt eo die imperator etiam illa de cauſa, vt nimirum de commeatu ſuis proſpiceretur, quo omnimodis egebant m).

117. CANTACVZ. T. II. p. 489, 490.

l) παρα των Προσοικε ςενων.

m) και ἐξενιζεν ἐκ των ἐνοντων την ςρατιαν. την μεν ουν ἡμεραν ἐκεινην ἐν Προσοικω διετελεσεν ὁ βασιλευς, ξενιζομενος ὑπο Μιχαηλ. ἁμα δ᾽ ἱνα και ἡ ςρατια ποριζοιτο τα ἐπιτηδεια. ἠσαν γαρ παντασασι των ἀναγκαιων ἐνδεεια.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

§. 147.

118. *θ*) Poſtridie diſcedens, Axio transmiſſo, iter *Scopiam*, et ipſam olim Romanis, nunc ab annis non paucis Triballorum ditioni ſubiectam, intendit. *Bleſſum* [n]) progreſſuri (quam vrbem Triballi aeque vt caeteras occuparant), globum ingentem trans flumen praeterire conſpiciunt. Coniectans autem imperator rem ipſam, eſſe ſcilicet *Liberum* [o]), Triballorum potentiſſimum illic enim eum verſari cognouerat, de ſuis equitem tranare (vado enim tranſiri fluuius non poterat) eique verbis ſuis ſalutem dicere et ſimul exquirere iubet, quo pacto rebus ſuis ad hunc modum affectis ſuccurrant.

Liberus ſalutationem et petitionem imperatoris gratiſſimam habuit: deque domeſticis ſuis vnum cum internuncio remiſit, eum reſalutans, et rogans, vti paulum aſcenderet, vbi vadum eſſet: quo facillime ſuperato, ſe conueniat, tum ſe vtile conſilium daturum. Nam cum et antea bene illi voluiſſe, a congreſſu videlicet Andronici cum Crale (quo tempore et ipſe multa cum Cantacuzeno collocutus, amicitiae fundamenta iecerit) nunc non tantum amicum, ſed et miniſtrum ſedulum eſſe velle.

§. 148.

ι) Imperator, vt erat monitus, paulo ſupra, flumen expedite tranſit, et cum Libero colloquium ſerit, a quo tanquam dominus

θ) NICEPHORVS: *Erat autem apud Triballos vir quidam illuſtris, regioni illi et orae praefectus* (Της χωρας ἡγεμονευων και ἀκρας ἐκεινης) *nomine Liberius; quocum vetus Cantacuzeno amicitia erat. Eius iſte tum opportune meminit, ſtatimque hominem miſit, qui dextram daret, et orationem haberet, qualem et quantam tempora illa poſcebant. Simulque eo valere iuſſo, ad Cralem Seruiae ire perrexit, armatum quidem ſecum adducens proprium exercitum, Deo autem et ſpei incertae ſuas res committens. Inſtabat enim illi omni ex parte frequens vilium et ruſticanorum hominum colluuies, qui clam et aperte, hinc atque illinc, ſparſim et confertim adoriebantur, et extremam aciem caedere ac ſarcinas aliquas diripere conabantur.—*

ι) Id. *Sed priusquam diei vnius iter eſſet confectum, feſtinans Liberius obuiam illi venit, manuque et voluntate et omni cordis af-*

118. CANTACVZ. T. II. p. 490–492. Niceph. Greg. T. I. p. 396–399.

n) Βελεσσον.

o) Διβερος.

minus colitur, omnique honore afficitur, et in toparchiam perductus, cum toto exercitu magnifico apparatu per triduum hoſpes retinetur. Deinde conſulit, Scopiam pergat, ibi nuncium a Crale praeſtoletur: ſe prius eum conuenturum, daturumque enixiſſime operam, vt ab eo clementer ac placide excipiatur. Bene monenti paret imperator, Scopiam peruenit.

Liberus properato itinere, breui ſpatio Cralem loco quodam, *Moraba* ab indigenis nuncupato, Helenam vxorem ad fratrem eius Alexandrum Moeſorum regem deducentem, offendit: quibus narrat, quae Cantacuzenus imperator a ciuibus ſuis pertulerit; et quomodo ſuorum proditione Romano ſolo exactus, ad eorum opes confugiat, ſuadetque, vti eum humaniter et magnifice accipiant, quod in ipſum collata merita magnae illis, illorumque liberis totique Triballorum genti aliquando gloriae futura ſint. Obtinuit rem,

 ſtatim

fectu ſalutatum, ac diebus aliquot continuis hoſpitio exceptum recreauit, et verbis humanioribus animum eius confirmauit, ingentis deſperationis grauiſſimis fluctibus oppreſſum. At imperator magnificentia et ipſe cum eo certans, ita vt poterat, par pari referebat, ac de gemmata illa argenteaque ſupellectili, quam ſecum geſtabat, largius remunerabatur. Quin et, filium ſuum Manuelem daturum ſe illi generum, pollicitus eſt, ſi ſibi omni modo ſuccurreret, et aditum ad Cralem Seruiae aperiret, ac reconciliatoris (διαλλακτης) *officio fungeretur. Hic vero praeſentem iam intuens imperatoris filium, gratiamque et vrbanitatem, quae in illius moribus elucebat, ac ſolertiam ſimul admiratus, qua ille ſeniliori, quam pro illo aetatis flore, cumulatiſſime inſtructus erat, id ſibi promitti vehementer gauiſus eſt, ac lubentiſſime conſenſit, viciſſimque, ſe, quaecumque ille deſideraret, ſumma animi alacritate facturum, pollicitus eſt; etſi oporteret grauiſſima et longe maxima adire pericula. Huius firma et certa commendatione per litteras ad Cralem ſcriptas, quaſi quodam viatico munitus imperator, et ſufficienti comitum turba ſtipatus, decimo quinto poſt die ad Scopiorum oppidulum peruenit: cuius muros praeterlabitur Axius.— Ibi cum ſubſtitiſſent, locus idoneus viſus eſt, in quo exercitus, maximo angore ac labore multo confectus, hoſpitio recrearetur, ſi non omnino bene, at ſaltem haud omnino male.— Quod enim externo in ſolo tam longe a ſuis ablegati, et non ſponte a patria extorres, in homines pios incidiſſent, et hoſpitiis exciperentur qualibuscumque, perinde erat,*

ſtatim. Iamque iter relegebant; ad imperatorem profecturi: cui per *Bogdanum* p), Liberi fratrem, ſalutationem mittunt, et, breui ſe apud eum affuturos, certiorem faciunt.

§. 149.

x) Qui [imperator] vt Cralem cum coniuge ad ſe venturum didicit, eos reſalutans, de amicitia gratias magnas agit, et Scopia recedens, ad locum, *Tao* q) propter amoenitatem nominatum, venit: ibi prope vicum muris carentem, *Priſtenum* r) vocabulo, cum Crale et regina congreditur, atque ab iis, aduentu eius laetantibus ſibique gratulantibus, quanto maximo potuit honore ac ſtudio ſuſcipitur, et ſumma veneratione colitur. In omnibus enim Crales illum ſibi praeponebat, et, vt praeſtantiori, primas cedebat. Nam et in accubatione epulari ornatiorem et altiorem ei ſellam dabat, et in inceſſu aliisque ſingulis eum ſibi anteferebat. Inueterarat apud Triballos conſuetudo, vt, ſi quis nobilium ac potentum longo interuallo temporis ad principem veniret, ante primam ſalutationem ambo ab equis deſcenderent; et primum quidem inferior principis pectus, poſt eiusdem os ſiue labra deoſcularetur: altero congreſſu minor non deſcenderet amplius; ſed et ipſe in equo dominum ſalutaret. Mos cum ipſo quidem rurſum ſeruabatur: Triballos autem

ac ſi magno ex naufragio hibernoque fluctu ad portum appellere datum eſſet. Brutum ſcilicet illud ac montanum viuendi genus, et tam in lingua quam ingenio rude quiddam ac barbarum tegebatur foederati ac pacifici conuictus beneuolentia, quae premente neceſſitate affulſerat: quo tempore vel minima laetitia ita animum recreat, vt longe maxima videatur.

x) Id. *Illic ea die ſubſtitit ac diuerſatus eſt imperator. Poſtridie in interiorem progreſſus Triballiam* (εἰς τα ἐνδότερα των Τριβαλλων), *Cralem conuenit. Salutatio inter vtrumque regio more facta. Munera etiam inuicem oblata, et quaecunque in illis reuerentiae atque amoris ſignificationibus vltro citroque dari ſolent; non tamen pari vtrimque magnificentia, Largitur enim imperator et Crali et eius coniugi ſumtuoſam quandam de theſauris ſuis ſupellectilem: reponit autem Crales et imperatori, quod*

p) Μπογδανον.
q) Ταῳ.
r) Πριςηνον.

tem morem Romanum erga imperatorem tenere volebat, et quoties eum conuenirent, omnes ab equis deſcendere: ac primo praeſertim remotius deſcendere, et pedibus accedere, et ſic eius genu exoſculari: quodque mirabilius eſt, ſi quando vna equitarent, oporteretque e Triballis quempiam nobiliorem accedere, Crales quidem pro recepto more faciens, ab equo ad ſalutationem illius deſcendebat, imperator autem de equo accedentem ſalutabat. Quoties porro regiam Cralis ingrederetur (et ingrediebatur paene quotidie: non enim manere in tentorio illum ſinebat, quauis etiam iucunda occupatione illius collocutionem iucundiorem ducens) extra portam adoleſcentulos honoratiores ei iubebat obuiam ire: in atrio autem ſeniores, et qui honoribus fungebantur, ipſe poſt atrium in aditu domus ſe obuium ferens ſalutabat: aut etiam ad locum, vbi ab equo deſcenderet, procedebat. Non minus eum Cralaena honorabat, enixe contendens, ne quid a marito vinceretur. Atque haec tamdiu fiebant, quamdiu apud eos imperator commorabatur.

§. 150.

Cum autem primis ab aduentu diebus, iisque non paucis, Triballorum princeps compotando et amice propinando ſuam erga illum

 propen-

congrueret, et ſimul imperatoris exercitui pabula, et coenationes, et diuerſoria, et quaecunque ad victum neceſſaria ſunt: parce tamen et ſordide, et ſuo more. Caeterum ita haec ſe habuerunt. Erat autem illud anni tempus, quo Orion exoritur s). *Atque vt breui complectar, decem ex eo omnino menſes in iis locis conſumſit. Per id tempus maximis incommodis conflictatus eſt exercitus, tum in victu, tum in iis omnibus, quorum indigent ii, qui alieno in ſolo vitam degunt.— Hac ego in parte hiſtoriae ſingula velim exponere minutius, easque referre orationes, quas imperator cum apud Cralem habuit, tum apud ſuum exercitum, prout occaſio tulit; et eas etiam, quas illi cum eo. —Sed mediam nobis viam tenendum eſſe cenſuimus.* Quae ſequuntur, vid. §. 159.

s) Adnotat ad h. l. Boininus p. 784. „Ab incepto ciuili bello nouem iam menſes effluxerant, vt diſerte ait Cantacuzenus p. 492. Porro bellum ineunte Octobri a. C. 1341. coeptum fuerat; vt idem Cantacuzenus tradit p. 419. Itaque et Orionis ortus et Cantacuzeni cum Crale congreſſus referri debent ad vltimos Iunii, vel ad primos Iulii dies, ſeu ad initium aeſtatis a. 1342.„

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

propenſionem ſatis declaraſſet, quaeſiuit tandem, qua gratia veniſſet, et quid ab ſe peteret. Reſpondet [Cantacuzenus]; amicitiae cauſa veniſſe, qua vera et conſtanti apud homines recte ſentientes nihil ſit praeſtabilius. Deinde, ſi modo velit, et poſſit, cupere ſe eius auxiliis ad reditum in imperium ſuum adiuuari. Putare autem, nec ipſum latere, quae iam totis nouem menſibus poſt bellum inter Romanos excitatum perpeſſus ſit, quantoque odio apud gentem ſuam nulla culpa ſua laboret: quomodoque bellum ſibi fecerint, nec indixerint: et qua ratione ad extremum a militibus ſuis †), ad hoſtes tranſeuntibus, proditus ſit. Si auxiliari nolit, aperte recuſet, vt, cum deliberarit, quid ſibi ſuisque potius conducat, id agat.
119. Non debere porro mirari, quod dixerit, ſi poſſit auxiliari: non enim, quo eum imbecillitatis argueret, ita locutum; ſed quia ſciat, omnibus mortalibus ex aequo liberum eſſe, velle; poſſe non item. Interdum enim etiam qui videntur potentia excellere, quibusdam impedimentis poteſtate faciendi, quae volunt, excluduntur: ſi aut hoſtes potentiores vrgeant, aut quosdam finitimos populos armis appetituri ſint: idcirco dixiſſe, ſi poſſit, quod merito ipſum turbare non debeat, quando huiuscemodi multa in hominum vita vſu veniant. Narrabat poſtea, ſcientem ſic locutum, vt, ſi opitulari nollet, ſuppetiarum deſperandarum, vel ex ipſius verbis honeſta ſibi facultas ſuppeditaret, non etiam amicitiae: metuebat ſiquidem, ne hoſtile in ſe odium ſuſciperet, ſi adiuuare nollet: ratus, Cantacuzenum, ſpe auxilii lapſum, iratum ſibi et inimicum eſſe.

Crales vero, „Benefactum, inquit, cum verbum tuum expoſuiſti, haud enim modice terrebar ac perturbabar, cum exiſtimarem, te ignorantem, quantum poſſem, ita loqui. Et quia talem mihi ſuſpicionem ademiſti, ego nunc te viciſſim ſenſum meum non celabo. Virium aduerſus hoſtes tuos habeo plus ſatis, teque, ſi ipſe vis, adiuuabo libenter„.

Subiiciente imperatore, „ Se amicitiae et promtae voluntatis ergo magnam illi habere gratiam: neſcire autem, quid illud ſibi velit, Si ipſe vis.„

Cra-

†) παρα των συνοντων.

119. CANTACVZEN. T. II. p. 493.

a. C. 1342.

Crales praemium ſocietatis omnes Romanorum vrbes a Chriſtopoli vsque in occidentem 𝔳) poſcit. Si hoc nimium et intolerabile videatur, certe quidem a Theſſalonica. Non enim pecuniam tam grandem in bellum pro ipſo nulla ſpe lucri impenſuros, totique imperio Romano cum diſcrimine ſe oppoſituros, qui nec pro ſe ipſis vnquam ad Thraciam, aut vltra, armati procedere auſi fuerint. Et arbitrari optimum atque vtiliſſimum hoc eſſe conſilium. Si enim illis vrbibus, quarum dominus non ſit, dimiſſis, non ſibi et exercitui ſolum, ſed et liberis magnum emolumentum comparare, et inſuper infenſiſſimis hoſtibus ſuis perditis, reliquarum potens euadere queat, contentum hoc eſſe debere, nec vltra, quam opportunum eſt, et mediocritas poſtulat, laborare."

"Recte, inquit imperator, de lucro ex ſocietate, et opera, et ſumtibus in bellum ratiocinaris. Nemo quippe cordatus, niſi prius commodum aliquod e faciendis eluxerit, non grauate defatigari et aerumnas perpeti velit. Tu vero, ſi mihi gratificari non vis, non iniuria opis tuae mercedem poſtules: quam ſi dem, nullam 120. tibi meriti gratiam debuero. Nec enim qui argento quippiam ab aliquo emerit, venditori gratias agit. Sin ob ſolam amicitiam, et, vt magno principi pulcrum eſt, honoris ſtudio gratis mihi opitulabere, primum quidem de te ipſo, vt decet, merebere: qui non quaeſtus, vt ignobile vulgus, ſed amicitiae et gloriae cauſa milites: deinde multo plura, quam deſideras, habere licebit. Si enim me, Romanorum principem, germanum amicum habueris, non ſolum vrbium a Chriſtopoli et Theſſalonica vsque ad fines tuos, ſed et inſularum, et Byzantii, et reliquae Thraciae imperium habere poteris, quandoquidem amicorum, vt aiunt ſapientes, omnia ſunt communia: ac praeter factorum decus maior atque inſignior vtilitatis fructus ad te confluet. Si itaque, miſſa cupiditate hac illiberali, me audies, vt gratuito mihi ſuccurras, quod te et nobis dignum eſt, praeſtabis. Sin id facere nulla alia conditione ſtatuiſti, niſi Romanorum ciuitates tibi prodiderimus, aperte edicito, vt, Deo nos adiuuante, aliam commodam rationem ineamus. Plane enim ſcias velim, nos non multas et nobiles, quas dixiſti, verum nullam

𝔳) ἀπὸ χριϛουπόλεως πρὸς τὴν ἑσπέραν.

120. Id. ibid. p. 494.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

lam, quamuis abiectiſſimam, volentes tradituros, et cum ſalute illius libentes filiorum ſalutem commutaturos.

§. 151.

Crales ad ſpiritus tam excelſos tantumque in aduerſa fortuna robur obſtupeſcere, et dolere mirifice, quod nihil impetraſſet. Helena autem coniux, praeſens, et cogitationes viri coniectans, nempe, vrbes ſibi ab imperatore negatas aegre ferre, eum de ſententia deductura, accerſitis quatuor et viginti totius prouinciae potentiſſimis proceribus, ſic eos affatur. „ In noſtro ſitum eſſe arbitrio, praeſenti Romanorum imperatori aut benefacere, aut male, nemo vtique inficiabitur. Videndum tamen, vtram partem amplexi, pru-

121. dentiam et vtilitatem ſecuti videamur. Si igitur malefacere voluerimus, aut omnino eum occidemus, aut vacuis, vt aiunt, manibus dimittemus, nulla cura aut ope dignati videlicet. Quod ad caedem attinet, neſcio, num quis adeo crudeli et efferata natura ſit, vt hanc ipſam velle et aliis ſuadere poſſit. Nam vt taceam, tale ſcelus apud Deum eſſe odioſiſſimum, apud homines quoque vniuerſos certum incredibilis malitiae et improbitatis argumentum eſt. Etenim cum qui nunc Romanorum imperator eſt, et priusquam inſignia accepit, diu imperatoris munus geſſit: et omnibus tum Graecis, tum barbaris carum, et propter eam, qua praeditus eſt, lenitatem, prudentiam et omnis honeſtatis ſtudium certatim expetendum: et nunc ad nos, rebus labefactatis, confugientem, non tantum non tueri ac tegere, ſed etiam importuniſſime violare, non crudelitatis ſolum et immanitatis, ſed impietatis quoque in crimine nos iure poſuerit. Quare ſcelus huiusmodi et ipſa fugere ſtatui, et, vt vos aeque fugiatis, moneo. Re autem infecta eum dimittere, id bonus rerum aeſtimator amentiae adſcripſerit. Non enim ſolum vt honeſti ignorantes, et ab omni cogitatione laudis auerſi a peritis iudicibus merito redarguemur: ſi, eius amicitiam multi principes ſollicite et laborioſe quaeſiuerunt, hunc ipſi nobiſcum habentes, cum poſſemus ante alios eius amicitiam conſequi, ex quadam ruſticitate volentes deſeruerimus. Atqui ſi quando eum Romanis iura dare contigerit, memor, ſe nullum hinc auxilium abſtuliſſe, ſed quantum in nobis fuit, etiam hoſtibus ſuis obiectum (perinde enim

121. Id. ibid. p. 495.

...nium eſt; nunc ipſum inanem dimittere, atque hoſtibus prodere) non iniuria ſe vlciſcetur, et nobis malum dabit, cum ad alias cauſas non paucas haec etiam proditionis acceſſerit. Quocirca ſi rei noſtrae conſultum cupimus, inanem dimittendum non puto. Relinquitur ergo, adiuuandum, aut cedentem vrbibus, quas petimus, aut gratuito certe, vt iſtuc nobis honori ſit. Si oppidis cederet, id mihi iucundiſſimum atque optatiſſimum foret. At ille, quod videmus, tantum abeſt, vt, praeſenti calamitate conſternatus, humile quippiam abiectumque cogitet, vt libenter, quemadmodum profeſſus eſt, etiam filiorum et qui cum eo ſunt omnium ſalutem cum vno et ignobiliſſimo oppidulo commutauerit. Quando igitur res ita ſe habet, et ille homini ingenuo atque imperatori decora affirmauit, praeſtare mihi viſum eſt, et ad idem vos omnes adhortor, vt, quae vult, ei concedamus, omnique illiberali et ſordida cupiditate poſita, ad Romanum principatum acquirendum totis viribus ei ſtudeamus: non exiguum fructum arbitrati, quam apud omnes gloriam adipiſcemur, cum talem amicum nobis ſociumque parauerimus, qualem multi exoptantes pauci inueniunt: et qualem qui haberent, neſcientes qualem haberent, rationibus ſuis longe peſſime conſulentes, vltro repulerunt. Hoc ſolum ab eo petendum, vt, ſe in omni vita amicum et ſocium nobis fore, et quas nunc vrbes, ſiue per nos, ſiue per patres noſtros a Romanorum principatu diuulſas, tenemus, earum nullam repetiturum, quando in imperium venerit, nec bellum ea gratia moturum, ſacramento confirmet. Quam conditionem, vt iuſtam, nec, quaſi idcirco rempublicam Romanam prodat, maculae futuram, non illibenter acceptururum, confido„. Talis fuit Helenae x) in conuentu ſententia. 122.

Quae vt conticuit, et maritus principibus dicendi copiam fecit, addendique, ſi cui melius aliquid in mentem veniret, Liberus, procerum longe potentiſſimus, qui primus imperatori occurrerat, eumque vnice diligebat, „Si Cralaena, vxor tua y), inquit, non ſatis, aut ad gloriam principatus Triballici parum pertinentia profata eſſet, liceret cuipiam, quod deeſſet, ſupplere. Nunc tanta ineſt

122. Id. ibid. p. 496.

x) Ελενη,—ἡ Κραλη γαμετη.

y) ἡ ση γαμετη Κραλαινα.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

eſt in eius oratione intelligentia, et conſilii bonitas, vt nec multo intelligentiſſimus meliora, nec beneuolentiſſimus vtiliora nobis ſuadere poſſit. Quare et ego idem cum ea ſentio, teque hortor, vti amplius ne labores; ſed hunc imperatoris ad nos aduentum clariſſimi nominis materiam ducentes, alacriter ei ſuccurramus„. Haec breuiter Liberus, quae cuncti, nihil adiicientes, vt ex vero dicta approbarunt. Crales quoque coniugi gratias agere, quod ſibi, vt magno principi, glorioſiſſima et excogitaſſet, et ſuaſiſſet, conſiliumque etiam ipſe ratum habuit.

§. 152.

At enim Crale, vxore et dynaſtis hunc in modum de imperatore conſultantibus, quotquot cum eo Romani aduenerant, anxii, ne propter illius in recuſando conſtantiam a Triballis malo mactarentur, adeuntes rogabant, vt tempori ſeruiret: et quae tanti momenti non eſſent, ea ne tam praefracte abnueret, poſtulataque barbarorum expleret: ne alioqui ira ſuccenſi, in eos acerbe ſaeuirent. Ille toruum ac truculentum intuitus, faceſſere cum iſtoc conſilio
123. iubet, quod viuo mortuoque magnum dedecus turpitudinemque afferret. Nolle enim imperium Romanum prodere, nec barbaris hominibus vltro in manus dare, quamuis longe maioribus ac dirioribus malis premeretur; verum ita pro eo pugnaturum, et eius iura cuſtoditurum, velut ſi eo toto ſibi ſubiecto, ipſe plenam ac ſummam ſtatuendi auctoritatem habens, cum Triballis, Moeſis, aut aliis vicinorum barbarorum de foedere ageret. Illi, ſeueritate reſponſionis percuſſi, ſtatim ſe ſubduxerunt.

§. 153.

Crales e conſilio rediens, „Viciſti, inquit [z]), imperator, ac nobis perſuaſiſti, vt amicitiam tuam grandi pecuniae et amplis vrbibus anteponendam cenſeamus. Itaque omnes quaſi quibusdam vinculis tibi aſtrictos, trahis, et quaſi de compacto ſumtum facere, et quemuis tua cauſa laborem hilariter perferre conſtituimus. Proinde tu, quae lubet, impera: nos imperata ſtudioſiſſime libentiſſimeque conficiemus. Rogabat item, vt, quemadmodum in concilio eſſet viſum, ſacramento perpetuam ac ſtabilem cum ipſis ſocietatem amicitiam,

123. Id. ibid. p. 497.

z) εἶπεν ὑπομειδιῶν.

titiamque ſanciret, et nullam vrbium, quas nunc ipſe poſſideret, quasque ipſe paterque, Romanis imperatoribus inter ſe belligerantibus, et poſtea, Andronico Iuniore adhuc ſpirante, ipſe abſtuliſſet, adepto imperio, tamquam Romanorum imperatorum propriam, repetiturum.

Imperator, quod gratis, ductique honoris et amicitiae deſiderio, ſibi opem ferre decreuiſſent, non ei ſolum, ſed et vxori principibusque multas ſe gratias agere, teſtatus eſt, vt qui communi calculo ita vellent. De iuramento autem, quod poſtularent, nempe cum in imperium veniſſet, de occupatis vrbibus nullum negotium exhibiturum, quid ſentiat, apertiſſime oſtenſurum. Si etiamnum ſub Romanis eſſent, ſeſeque tueri poſſent, non ſe illas, quomodo nec alias, neglecturum: ſed moriturum prius, quam imbelle aliquid, parumque ingenuum commiſſurum. Quia vero alias multis, alias paucioribus abhinc annis, Romanis imperatoribus adhuc ſuperſtitibus, ablatas tenerent, nec ſe reprehenſionem incurſurum, ſi tamdiu vſurpatas dimiſerit. Et pactus eſt, iuraturum: videndum ipſis, vt pacem ac foedus ſancte tueantur: ſe omni ratione iurata praeſtiturum, nec pro regione et oppidis, quae Romanis antea paruiſſent, moleſtiam eis creaturum. Si priores per iniquitatem atque periurium arma ceperint, non ſolum illis, quorum cauſa iurarit, recipiendis, ſi poterit, non temperaturum; ſed etiam iam olim Triballorum peculiares, ſi quiuerit, ſubacturum, ſicut et ipſi Romanorum omnes ſubigerent, ſi voluntati vires reſponderent. 124.

§. 154.

Crales et qui aderant Triballi admirari et obſtupeſcere imperatorem, qui, quamquam exſul et miſer, nihil tamen timidum neque fictum, ſed ſincere omnia et ex animo locutus eſſet. Ac de ſocietate quidem actum eſt iſto modo: in has autem conditiones iuratum: „Vt imperator Cantacuzenus et Crales amici eſſent ac ſocii in omne tempus, neuterque alterius prouinciam infeſtaret vllis artibus aut machinis: ſed Cantacuzenus vrbium Romanarum, quarum Crales eſſet dominus, ſiue eas a patre accepiſſet, ſiue ipſe eas, Andronico imperatore viuente, ſub ſe redegiſſet, nullam neque

124. Id. ibid. p. 498.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

repoſceret, neque ob eas vllum bellum intentaret: reliquae vero, quae nunc etiam ſub Romano imperio cenſerentur, Cantacuzeni eſſent, nullamque Crales vllis artibus machinisue adimeret; ſed imperatorem ad eas ſubiiciendas iuuaret tantummodo. Et quotquot quidem aut armis caperentur, aut ex pacto ſe dederent imperatori praeſenti, has imperator haberet: Triballi nihil iniuriarum facerent. Sin, abſente imperatore, aut ipſe Crales, vel armis, vel deditione, vel pecunia incolis corruptis; aut dynaſtarum ei ſubiectorum aliquis vrbem Romanam ſubegiſſet, haec quoque imperatoris eſſet, et repoſcenti nihil cauſando redderetur. Item, vt ipſe Crales Annae imperatrici et Ioanni, eius filio, imperatori hoſtis eſſet, nec vnq am foedus cum illis feriret: ſed incommodaret pro viribus, Cantacuzenum imperatorem adiuuans quam poſſet ſtrenuiſſime. Compos autem imperii Cantacuzenus, Cralem ſua potentia tueretur, ſi quis eum inuaderet, ac pro hoſte duceret, qui in eum expeditionem pararet.
125. Multa etiam verba facta de Chrele Triballo. quem cum Crales ſibi vindicaret propter communionem gentis, imperator, quod [eum] adhuc viuente imperatore Andronico transfugiſſe ad Romanos affirmaret, et in praeſens non ſolum ſub imperio Romano adnumeraretur, ſed etiam ſibi peculiarem ſe addixiſſet; et inſuper iuramentum proferret, quo Chreles Cantacuzeno fidem obedientiamque ſuam obligaſſet: quoniam iuſta dicere videbatur, Crales annuit, et iuramento ſubſcripſit. cum his igitur conditionibus regum ſacramenta conſcripta ſunt.

Caeterum et archiepiſcopum Triballorum adeſſe oportebat, in cuius praeſentia iuraretur. Is, a Crale euocatus, mox affuit: cui ad medium atrii procedens obuiam Crales, frenum equi, quo vehebatur, apprehendit, et ad locum, quo deſcendere ſolebat, perduxit. Quem deinde ſalutans, fauſta ab eodem comprecatione luſtratus eſt. Cantacuzenus ex aedibus prodire non eſt permiſſus, ſed pro imperatorum Romanorum conſuetudine intra aedes occurrens et ſalutans, ſimiliter bonis precibus ab eo dignatus eſt.

§. 155.

Cum reges poſtero die ſacramenta dicturi eſſent, Chreles ad Cralem mittens, fidem petit, vt ad eius auctoritatem rediturus, Mele-

125. Id. ibid. p. 499.

Melenicumque traditurus. Chreles enim, tametſi Cantacuzenum Romano potiri imperio et ei ſubeſſe mirabiliter cupiebat, non tamen etiam eius cauſa obiectare ſe periculis volebat. Vt autem poſt illa ad Gynaecocaſtrum geſta imperator ad Triballos eſt profectus, opinatus [Chreles, imperatorem] a Crale coactum, tum alia, quae eſſent Romanorum, tum ipſum quoque illi dediturum (norat enim, Cralem defectionem ſuam inique tuliſſe) timensque, ne ſibi propter coniunctionem cum imperatore vna pereundum eſſet, conſiderabat, qua ratione Melenicum occuparet: qua tradita Cralis iram placaret. Sed cum armis haud expugnabilem cognoſceret, quod natura et operibus eſſet munitiſſima, primum quidem alimenta importari vetabat: deinde aperta vi eam adoriebatur. Aſanes et praeſidiarii cernentes, penuria commeatus obſidionem diutius ſuſtineri non poſſe, (imperatori namque propter euenta, de quibus diximus, accurrere cum auxilio non licebat) et cum aliud praeterea ipſis quiddam contigiſſet, Chreli vrbem dediderunt. Qui ad Cralem miſſo oratore, palam ei ſe adiunxit. Quo ille facto ſupra modum laetatus, ſtatim ei iurauit, atque in fidem et clientelam ſuam recepit. 126.

§. 156.

Hic caſus imperatori non parum doluit. Nam poſtridie, cum ex condicto iuraturi veniſſent, Crales Melenicum et Chrelem ad iuramentum adſcribi, vt ſibi debitos, contendebat: quod, antequam iuraretur, ad ſe acceſſiſſent. Imperator renitens, Cralem iniquitatis ac laeſi foederis arguebat. Ex quo enim foedus conceptum ſit, vtrumque pactis conuentis ſtare oportere. Quod ſi modeſtius iniuriam facere velit, Chrelem ſibi habeat, quia et Triballus et paulo ante ad Romanos confugerit: Melenicum relinquat, quae inde a vetuſtis temporibus Romani iuris fuerit. Crales contra, non alio, ſed ipſomet, iudice in hac lite vſurum. Nam iuramenta foederis heri in tabellas relata eſſe, in quibus pateret, vt, quas a Romano principatu abſtuliſſet, vrbes ſibi haberet, nullamque repetere fas eſſet: quae autem adhuc in eo numerarentur, imperatoris eſſent. Quare nihil hic aduerſus aequitatem peccari, cum multis diebus ante iſthaec pacta Chreles ad eius partes transierit, quod ex litte-

126. Id. ibid. p. 500.

ris eiusdem conſtet. Imperator nec perſuadere potis, vbi tam promte verba funditabantur, nec cogere, ceſſit inuitus. Et iuratum vtrimque dictis ſupra conditionibus a).

CAPVT X.

Iteratae Seruiorum expeditiones, in gratiam Cantacuzeni, eoque duce, ſuſceptae; vsque ad Berrhoeam ab illo captam;

a. C. 1342, 1343.

§. 157.

127\. α) POSTEA Crales, quatuor et viginti ſuorum dynaſtarum opulentiſſimis congregatis, et quatuor ſibi retentis, caeteros cum ſua vnumquemque copia militari imperatori attribuit, facturos alacriter omnia, quae is velit. Cum Triballis igitur Didymotichum iter adornabat.

§. 158.

128\. [BRATILVS, ab imperatore Cantacuzeno miſſus Didymotichum, inter alia narrabat] turbatione non modica inter milites orta poſt pro-

α) DVCAS: *Cantacuzenus, cum Crale icto foedere, initaque amicitia, cum praeteriiſſet interiecta caſtra, vrbes prouinciasque infortunati Romani imperii, quae dominos alios, Romanis pulſis, ſor-*

a) Fugae Cantacuzeni ad Triballos adhuc meminerunt Niceph. Gregor. T. II. p. 557. Cantacuzenus T. II. p. 565. 569. 572. 505. 525. 540. 596. T. III. p. 874. haec habet: *Militauerat illi* [Cantacuzeno Ioannes Peralta (Ντζιουαν Πεϱαλτα) Latinus] *quando in Triballis per bellum morabatur, et crebra ſuae in eum voluntatis indicia dederat, nihil tunc immutatus, quando etiam qui videbantur amiciſſimi cum rebus et temporibus fidem mutaſſe deprehenſi ſunt.*

127\. CANTACVZ. T. II. p. 500. Duc. p. 14.

128\. Id. ibid. p. 506.

protoſtratoris aliorumque ſeceſſionem, quod domeſtica damna ferre non potuiſſent, audito, Cralem haud procul abeſſe, imperatorem pro veteri amicitia ad eum profectum eſſe; ibi libenter valdeque comiter et beneuole ſuſceptum et auxiliaribus copiis magnis ac fortibus auctum eſſe: putareque ſe, nunc iter verſus Didymotichum tenere, et breui coram affuturum, ſeque praemiſſum, vt geſta nunciaret.

§. 159.

INTERIM dum imperator apud Cralem commoratur, et eius conuictu vtitur, nusquam Byzantii ceſſant, ſtruere illi inſidias. Sed alios ex aliis dolos conſuunt, et innumeras mortes conflant ei quotidie. Mittunt igitur palam quidem legatos, qui de affinitate, quaecunque oportet; ſignificent, petantque, vt, duabus de imperatore conditionibus oblatis, vtram eligere malit, declaret: ſeu vinctum illum viuumque tradere; ſeu illius caput corpore abſciſſum ſine vlla cunctatione Byzantium quam celerrime mittere: venturam enim ſubinde imperatricis filiam, iſtius filio deſpondendam vxorem, ſimulque omnium illinc vsque Chriſtopolin locorum vrbiumque poteſtatem ſcriptis conſignatam, ita, vt vnum deinceps et continuum ei futurum ſit imperium a Dalmatia et Illyrico et omni illo citeriore tractu, qui Ionici maris orientalem oram attingit, ad Philippos vsque et Chriſtopolin. Ac talia quidem erant, quae per legationem et aperte agebantur —. Clam venena mittebantur. — 129.

§. 160.

PORRO a Crale Cantacuzeno adiuuando deſignati iamque parati, et ad opus acceſſuri, dominum ſuum conueniunt, haud vtile ſe et illum ſibimet ipſis conſilium iniuiſſe, autumant, quando tam incaute florem ac neruum potentiae ſuae Cantacuzeno tradidiſſent. Si enim, pace cum Anna imperatrice clam compoſita, ipſis inſidietur, nec 130.

titae erant, praefectosque barbaros Triballos et Seruios, excurrere Selymbriam vsque, cunctas Thraciae vrbes vaſtare praedamque agere coepit.

129. NICEPHORVS GREGORAS T. II. p. 399, 400. Haec iis, quae ad §. 149. attuli, ſubiunguntur.

130. CANTACVZEN. T. II. p. 508.

nec inſidias praeſentientes occidat, quid reliquum, niſi vt, regreſſus, liberos et coniuges eorum in ſeruitutem abripiat, vniuerſumque Triballorum principatum ſibi ſubiiciat? ideo tum demum iuuandum (ſi ipſorum egeat auxilio) quando iuniorem filium apud eos obſidem reliquerit: ſine obſidibus non iuuandum. Sic enim cupide vna militaturos, nullamque in futurum malam ſpem de eo concepturos. Liberus autem priuatim Cralem orare, imperatori auctor eſſet, vt is Manueli, iuniori filio, ipſius Liberi filiam deſponderet: audiiſſe enim, Syrgen a) ſponſalia inter eius filiam et Manuelem hunc, cui eam, Andronico imperatore adhuc in vita manente, deſpondiſſet, belli cauſa reſcidiſſe.

Et videbantur Crali quoque duces aequum et bonum poſtulare. Quam ob rem, quid velint, imperatori renunciat; hortatur, vt eis
131. obſecundet: hac enim ratione impigre militaturos. Separatim vero de Liberi filia, cum filio eius nuptiis conſocianda, rogat: et monet, ne quod ſit inter ambos ex generis claritate diſcrimen; ſed, quantum in praeſens efficere hac via poſſit, intueatur. Nam praeterquam quod et aliis Triballis hae nuptiae iucundae ſint futurae, etiam Liberum ipſum non ſocium modo et amicum, ſed et ſeruum plane ipſius fore, omniaque eius vtilitati promte poſtpoſiturum, quod ipſemet polliceatur. Haec res, vt apparebat, magnum Crali aequitatis et candoris teſtimonium dabat, quod dynaſtarum ſuorum potentiſſimo cum imperatore ſe coniungente, adeoque manifeſte omnia illius cauſa facturum pollicente, ſi is tantum filiam ipſius filio ſuo collocaret, nihil ſuſpicaretur mali, nec praepedire negotium tentaret, ſed adiuuaret magis. Verum iſtuc non tam aequitati Cralis, quam Liberi opulentiae magnaeque inter Triballos potentiae adſcribendum, propter quam et ipſe Crales eum offendere timebat.

§. 161.

Haec igitur Crales, cum et Liberus adeſſet, apud imperatorem diſſeruit. Qui quod tum hoc, tum illud in praeſentia conducere

a) De quo Cantacuzenus T. II. p. 500. *At qui Theſſalonicae erant, Syrge ductore, Rhentinam proceſſerunt. Caſtelli indigenae vt, Cantacuzenum, aerumna cogente, ad Triballos abiiſſe, acceperunt, et Syrges manum adduxit, ducentos, ab imperatore ad cuſtodiam relictos, inuadunt, victosque ipſos et caſtellum Syrgi contradunt.—*

131. Id. ibid. p. 509.

cere videbat, neutrum recuſabat, et ita ſuſpicionem de ſociis aliquando laedendis, aut per inſidias appetendis eximebat: neſcire enim ſe amicos ſic remunerari, quando conſtaret, nec apertis hoſtibus vnquam inſidiatum: et affinitatem cum Syrge non priorem diſſuiſſe; sed, eo generum abdicante, cauſae nihil eſſe, cur non et ipſe aliam filio ſuo vxorem iungeret; praeſertim cum nondum ſic adſtrictum fuerit matrimonium, vt diſſoluere non liceret. Si iuramentum intercesſiſſet, nulla de cauſa id diſtracturum fuiſſe. Proinde dimittere ſe filium, ſimul generum futurum Libero, ſimul propter copias ſociales, vt ne quid ab ſe inſidiarum metuat: non ſic tamen, vt apud eos omnino ſemperque maneat, ſed, vbi pater reuocauerit, redeat.

Liberus, vt imperatorem de connubio annuiſſe cognouit, eum adorans pedemque deoſculans, multas ipſi de beneficio, et Crali de opera gratias egit. At enim haec nudis tantummodo verbis transigebantur: iuramentis aut nexibus aliis ad nuptias conglutinandas non ſunt vſi.

§. 162.

β) Praecipiti aeſtate imperator, Crale cum vxore vsque ad confinia proſequentibus, ibique dicta ſalute recedentibus, cum paratis et attributis ſibi copiis Pheras proceſſit: vbi ad triduum manens, cum Pheraeis de deditione egit. — Pheraei nihilomagis quam ante ad Cantacuzeni partes propendebant, et accedentes ad colloquendum ſaxis ac telis de muro repellebant: quare exercitus agrum, vt hoſtilem, ſecure deuaſtabat. Dum 132.

β) NICEPHORVS: *Vix triginta dies cum Crale poſt aduentum ſuum commoratus imperator Cantacuzenus, abeunte iam illa aeſtate, autumnoque ineunte, vigentibus vitibus, ac vindemiatores clara pene voce aduocantibus, venit cum copiis et ſuis propriis et ex Seruia longe pluribus, ad Serrhas vrbem, nullo labore captum iri eam a ſe ſperans, conſpirantibus intus fortaſſe proditoribus non paucis, iis videlicet, qui iſti vehementius ſtudebant, facillimumque ingreſſum miſſis clam litteris promittebant. Verum conatus ille irritus fuit, et inane impedimentum totus belli apparatus exſtitit. Ante enim quam infeſto exercitu propius admoto vrbem circumſediſſet, morbus quidam letalis Triballorum caſtris*

132. CANTACVZENVS T. II. p. 510. Niceph. Greg. T. II. p. 402, 403.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1342.

Dum haec aguntur, *Bractus*, praeſtantiſſimus e ducibus, morbo corripitur, manſitque eo loci exercitus dies vndecim. Poſtquam ei melius eſt factum, Liberus aegrotare coepit, rurſusque diebus totidem, aut etiam pluribus, illic haerendum fuit. Vbi is quoque conualuit, reliquos duces ac totum ferme exercitum valetudinis incommoditas peruaſit. Siquidem melle et carnibus, quibus regio maxime abundat, farti ac diſtenti, deinde ex vuis compreſſis muſto defluente obruti, in febres et tabem incidebant: tum ita confecti interibant: praeſertimque honoratorum non pauci moriebantur. De gregariis autem animas liquere ſupra mille quingentos: Romanorum nemo ne tentatus quidem eſt.

§. 163.

Apocauchus, magnus dux, vt Cantacuzenum cum copiis Triballicis prope Pheras morantem, Didymotichum reuerſurum reſciuit, ſubito triremes Chriſtopolim, ſimulque ex continenti manum ad murum ibidem cuſtodiendum et tranſitu illum prohibendum miſit.—

§. 164.

133. Triballi propter morbum et quotidiana multorum funera, ac praeſertim, quod murum ſeu munitionem illam a Romanis occupatam intellexiſſet, Pheris in patriam redire ſtatuerunt. Imperator cum eos a morbo tam male affectos ad manendum cogere non poſſet, omnibus proceribus ac ducibus conuocatis, eos hortatur, ne puſillo ſint animo, neue hanc fruſtrationem in malis numerent: ſed —omnia a Deo ad emolumentum ſuum fieri interpretarentur. Et nunc quidem, inquit, domum redibimus: non multo autem intercedente tempore rurſum inſtructi, Didymotichum, ſi Deo placuerit, petemus. Tribal-

infligitur: ſiue intemperans et immoderatus vuarum eſus, ſiue alia quaecunque cauſa praeceſſiſſet. Vtrum certe ſtatuam, neſcio. Cum itaque nihil aduerſus hoc malum nec manus nec ingenium medicorum valeret, frequentes quotidie mortui defodiebantur. Quia igitur mors intra pauciſſimos dies ſuſtulerat ex vita homines plusquam mille, ac plures praeterea efferre properabat, minabaturque; motis quam celerrime caſtris rediere inde omnes, Crali eam nunciaturi cladem, quae exercitui citra vllum ab hominibus bellum acciderat.

133. CANTACVZENVS T. II. p. 511, 512.

Imp. IOANNE Pal.

a. C. 1342.

Triballi magnas imperatori de admonitione gratias agere. Etſi enim de reditu mire laetarentur, tamen imperatorem, ſi eo inuito recedere viderentur, nolebant offendere. Romani ſtomachari, ac putare, ſe ad Acherontem ire compelli, tumultuantesque et ſeditione frementes, Chriſtopolim abire velle. [Imperator, ſuis ipſum ſequi recuſantibus, ait], qui diſcriminis ſocietatem detrectarent, abirent. Secundum haec ſtatim in duas partes diſceſſum eſt: et plures quidem imperatorem adorantes receſſerunt; plus quingenti fortunam cum eo experiri conſtituerunt. Quibus de amore et fide germana erga ſe gratiis actis, cum illis reliquiis ad Triballos reuerſus eſt. —

§. 165.

Verum enimuero duces Chriſtopoli, poſtquam Triballi et imperator Pheris retro redierunt, Byzantium ad Auguſtam et magnum ducem nunciatum mittunt, Cantacuzenum, cum ad murum diſcludentem veniſſet, ipſis fortiter propellentibus, tranſire non potuiſſe. Reuertentibus autem in ſuam prouinciam Triballis, quotquot ei militaſſent, Romanos omnes, exrra decem, ad ſe tranſiſſe. —

§. 166.

Cantacuzenus imperator, vt Pheris redeundo Edeſſam venit, quam Crales obſederat, corruptis pecunia ciuibus ad eum defeciſſe inuenit. Recordatus ibi ſanciti cum eo foederis, in cuius conditionibus erat ſcriptum, ſi quam vrbem Romanorum, et abſente imperatore, aut armis, aut alio quodam modo, ſubegiſſet, vti eam illi reſtitueret, oppidulum repetebat. Quod cum Crales ſine dilatione redderet, affirmaretque, praeſtiturum ſe, quidquid promiſiſſet, armisque et pecunia et tota ſua potentia illi adiutorem fore, cernens, nullo ſe emolumento illic moraturum (nam in reditu Didymotichum tota mente et cogitatione verſabatur), nec poſſet de ſuis, quos ducebat, honeſtum praeſidium relinquere, cum et numero exigui eſſent, et, vt ibi ſine eo manerent, adduci nequirent: quamquam ingratis (neceſſitate nimirum id extorquente) Crali oppidum, vt proprium, tuendum dimiſit, donec ſe eius recipiendi opportunitas oſtenderet. Interea cum eodem in Triballos redit b). Apo- 134

 cauchus

134. Id. ibid. p. 515.

b) Id. T. II. p. 520. haec habet: *Sub idem tempus* [cum legati ab Anna imperatrice ad Cralem miſſi

Imp. IOANNE Pal.

a. C. 1342.

cauchus magnus dux, accepto nuncio, imperatorem Pheris cum Triballis reuertiſſe, [Didymotichum, ſpe eius occupandi, venit].

§. 167.

135. Anna vero imperatrix, vt Cantacuzenum, apud Cralem perquam gratioſum, cum exercitu reditum Didymotichum parare didicit, Georgium Lucam et Macarium, metropolitam Theſſalonicenſem, delectos pro legatis ad eum mittit, ſpondens, ſe vrbes ei, de quot conuenerit, donaturam, ſi tantum Cantacuzenum ſibi vinctum mittat. Qui, legatione reprehenſa, recuſauit libere: non ſolum enim propter paucas vrbes, ſed nec propter Romanum imperium vniuerſum tantum ſcelus edere velle. Proinde eos fruſtratos dimiſit.

Qui regreſſi Byzantium, breui rurſus adſunt: narrabatque Crales, in hac altera legatione vrbes omnes occidentales, praeter Theſſalonicam, ſibi oblatas, vt, ſi Cantacuzenum transdere nollet, ſaltim in carcere detineret. Verum legatos denuo fruſtratos reiecit, affirmans, neutiquam fieri poſſe, quae peterent. Helena quoque, Cralis vxor, vt iniqua et ſibi probroſa petentes, acriter obiurgatos indignabunda repulit. Similiter omnes Triballi proceres in eos inuehebantur, ſingularisque ſtultitiae coarguebant, cum talia ſe impetraturos ſperaſſent, quae adeo omnem ſceleſti facinoris magnitudinem complecterentur. Vniuerſi quippe, imperatorem diligentes, nihil ferebant, quod ei nocumento eſſet. Vnde quidam de illis, vocabulo *Cabatzes*, palam refragatur, mortem legatis minabatur, ni quamprimum ſe auferrent. Eos denique multi ſtuporis damnabat, quod, cum ſuis manibus oculum Romanorum eruiſſent, vt eum

porro

re infecta diſceſſiſſent, vid. §. 167.] *etiam e Theſſalia legati eum* [Cantacuzenum] *ad ſe vocant, et orant, vt ſibi praeſit:* [quibus inter alia imperator reſpondet] *Cum ad Cralem Triballorum principem coactus confugiſſet, admodum magnifice ab eo tractatum, et auxilia praeter opinionem conſecutum eſſe. Itaque nuper cum copiis non paruis ac bellicoſis Didymotichum coepiſſe contendere —. Sed cum Pheris eſſet, duces ac milites periculoſo morbo fuiſſe implicitos, magnamque partem extinctos: vt proinde in Triballos iter remetiri neceſſe habuerit. Nunc ſe comparare, vt cum exercitu denuo Didymotichum proficiſcatur.—*

135. CANTACVZENVS T. II. p. 518.

a. C. 1342.

porro omnimodis exſtinguerent, et vrbes et imperium prodere non dubitarent: quaſi formident, ne, eo reuerſo, rurſum aſpiciant. Sic etiam ab illo ſtomachante repulſi ſunt c).

§. 168.

a. C. 1343.

γ) Didymotichenſes, quoniam eos bellum vrgebat vndique, 136.
nec vlla affulgebat remiſſio, niſi ad eos celeriter rediret imperator, Michaelem Tarchaniotam mittunt, partim vt eum de ſtatu praeſenti doceat, partim vt ad reditum, quem neceſſitas flagitet, amplius impellat. Imperator et antea magnopere Didymotichum cogitabat, et tunc a Tarchaniota inflammatus multo magis, Cralemque de ſubſidio hortabatur: iamque copiae, quae cum illo abirent, inſtruebantur. Et Tarchaniota quidem, imperatore et qui cum eo erant plurimum exhilaratis, (nec enim quiſquam, ex quo ad Triballos abierant, alicuius nominis domo ad eum, timore vias obſidentium, venerat) Didymotichum repetiuit, hoſtes latens, et quo loco res imperatoris ſitae eſſent, pauloque poſt cum auxiliis affuturum, certo nunciauit.

§. 169.

Apocauchus d), miſſis legatis; Crali ſignificat, ſe in Macedoniam nauigaturum, cupereque foederis ſibi quidem optatiſſimi cauſa faciendi cum eo colloqui. Crales ex imperatore prius quaerit, an

L l 3 ſe

γ) NICEPHORVS: *Ex ducibus Didymotichi* [a Cantacuzeno] *relictis vnus—Manuel Tarchaniotes, imperatoris cognatus—, quo fortunae ac tragicae, vt ita dicam, calamitatis res imperatoris proceſſiſſent,* [vt cognoſceret] *relicto—ob metum recto tramite, ſiniſtram verſus per auia contendere, arduisque ac difficilibus locis applicare ſe perrexit, donec, Haemo monte ſuperato, in Triballorum terram illaeſus furtim delapſus eſt, quaeſitumque imperatorem inuenit, et, cum eo quantum par erat collocutus, celerrime inde Didymotichum rediit.*

c) Cantacuz. T. II. p. 525. Angelum, quem Theſſaliae praefectum declarauit, ſecum exulem ad Triballos abiiſſe memorat.

136. CANTACVZENVS T. II. p. 527. 528. Niceph. Greg. T. II. p. 406.

d) ὁ μεγας δουξ omiſit interpres.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

ſe cum illo congredi permittat. Quo non diſſuadente, imo annuente potius, Amphipolis conſenſu deligitur, quo ille nauibus e mari, hic equitatu ex continente veniat [e]). Scopus in hoc congreſſu erat vtrique, Crali nempe, vt Apocauchum [f]) viuum caperet, ſi poſſet, eumque propter bellum aduerſus imperatorem vlciſceretur: Apocaucho, vt Crali perſuaderet, ne ſe, volentem Andronicum Palaeologum generum ſuum imperatorem declarare, armis impediret; et Cantacuzenum coërceret, nec in Romanorum prouinciam reuerti ſineret, impedimento videlicet futurum genero ad imperium: alios enim parui pendebat.

Hoc vtrum magnus dux reuera deſiderarit, nec ne, Chrele in hoc ſubſeruiente, ſecretorumque conſcio prius mortuo, incompertum manſit. Patri quippe Andronici generi Pheras magnus dux talia per quosdam amiciſſimos nuncians, eoque cum Chrele, qui apud Melenicum manebat, agente, et per illum Cralis reſponſa accipiente, rurſum magnus dux, quae opus erat, interrogabat, et ille, quae ſentiret, denuo reſpondebat. Vt autem confirmauit Crales, magnum ducem contra imperatorem Cantacuzenum vere iſtud petere, et, quid reſpondendum eſſet, quaeſiuit, imperator hortatus eſt, vt ſe ab illo conueniri pateretur, quo eius in ſe inuidiae teſtatior euaderet: nimirum non beneuolentia erga Auguſtam et imperatorem filium ciuile hoc bellum ab eo inflammari; ſed vt ſibi per fas et nefas imperium acquireret. Ita Crales vna cum Cantacuzeno ad Salſos lacus, vt appellantur, caſtra facit, magni ducis appulſum ad Amphipolim, vt ibi eum conuenturus, exſpectans.—

§. 170.

137. Caeterum Georgius Chumnus, magnus ſtratopedarcha, vnus de belli auctoribus, ad imperatricem adiens, magnum ducem clam accuſauit, qui opes reipublicae inutiliter diſſiparet, et ad bellum terreſtre claſſem nihil profuturam inſtrueret. Qui enim claſſis contra Cantacuzenum, cum apud Triballos manentem, tum Didymotichum, vrbem procul a mari ſemotam, obtinentem dimicaret? 'Suadet' pacem

e) ἵππῳ δὲ ὁ Κραλης ἐξ ἠπειρου.

f) τον μεγαν δουκα.

137. CANTACVZENVS T. II. p. 529, 530.

ſem et foedus cum Cantacuzeno, quod vtilitatem ſummam polliceretur. Tam importuno namque bello aduerſus illum ſuſcitato, inquit, et ſtudioſiſſime illato nihil nos profeciſſe: ſed eum damni expertem apud Triballorum principem adhuc haerere eſſeque in multa gratia: et exercitum conſcribi, quicum, vt audimus, Didymotichum reuertatur. — haec mihi nequaquam e re noſtra, neque in finem bonum deſitura videntur. 'Cui imperatrix, abnauigationem iuſtam videri reſpondit', quod ei magnus dux receperat, ſi in Macedoniam nauigaſſet, Cantacuzenum vinctum adducturum: perinde quaſi Crales, ſe illum traditurum, promiſiſſet, ſi ipſemet ad ſe veniſſet.

§. 171.

Apocauchus inſtructis triremibus Amphipolim nauigauit, prae ſe ferens, acturum apud Cralem contra Cantacuzenum, et, vt is ſibi traderetur, effecturum, vt autem Crales autumauit, ne genero imperatori Romanorum deſignando armis obſiſteret. Hoc itaque in apertum euadere non potuit: intercedente enim tempore Chreles, arcanorum vtrique conſcius, deceſſit g), et magnus dux Amphipoli Byzantium renauigauit, nemini, quae tacita vellet, committens: Crales vero in procurandis vrbibus, quarum poſſeſſionem, defuncto Chrele, adierat, occupatus, delectis optimis ex decreto imperatori ſubſidio, eos in praeſidiis reliquit. ipſe cum caeteris eumdem Pheras eſt proſecutus h).

§. 172.

δ) Priusquam autem agro populationem [Crales] inferret, 138.
oppidanos per internuncios eſt cohortatus, vt imperatori vrbem dederent, cui ipſe iurauerit, vrbium ſe illi permittentium amicum et ſoci-

δ) NICEPHORVS. *Vere autem ineunte, coactas iterum copias imperator duxit ad Serrhas vrbem et quaecunque circum occurrunt, Philippos vsque, caſtella ac propugnacula. At vbi tentata res eſt pari infelicitate, obſtante nimirum diuino numine, viſum eſt*

g) Cf. ſupra §. 169. 138. CANTACVZEN. T. II. p. 5[illegible]

h) μετα βασιλεως ηιον ες Φερας. Niceph. Greg. T. II. p. 407.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

ſocium, contra pugnantium hoſtem fore. Quamobrem, ſi, conſilio ſuo obſequentes, in eius poteſtatem libentes concederent, et modo ociſſime diſceſſurum, et in poſterum nunquam eos infeſtaturum. Si ad haec ingrati monita ſua aſpernarentur, corruptis ſegetibus et excifis arboribus, omnia miſerrime vaſtaturum, et extremas clades illaturum. Pheraei, fanda nefanda citius ſe paſſuros, quam Cantacuzeno ſeruitutem ſeruituros, legatis reſpondent. — Imperator, legatione ſic dimiſſa, proſpiciens, quo miſeriarum inconſideratiſſimi mortales ſe et praecipitarent, et ciuitatem amplam atque florentem, Romano ademtam imperio, Triballis obſeſſuris neceſſario ſeruituram, de familiaribus vnum rogatum miſit, vt ſibi ipſis parcerent, nec, odio in illum, ſemet atrociſſime multarent: ſed nunc ſibi prouiderent, et neque ſe, neque praeſidium, neque praefectum reciperent: tantummodo, imperatrice Anna et eius filio imperatore nominatis, ſe quoque eadem honoris appellatione cum illis dignarentur, perindeque ſui in ſolemnibus ſacrificiis meminiſſent; atque hac demum via obſidione ſe eximerent. Triballos quippe propter foedus et iuſiurandum, quo ſe illi oſtrinxiſſent, eos de caetero non laeſuros. [Sed fruſtra tentabantur haec omnia]. Quoniam igitur reuerſionem ſummopere concupiſcebant [comites], placuit imperatori quoque, eorum ſequi conſilium: et, ſalutato Crale, aſſumtisque, quas habebat, copidis, iter capeſſit. Crales, Pheris relictus, agrum deformabat; et flamma ferroque deuaſtabat, ac perdebat omnia penitus.

§. 173.

Imperator procul Pheris animaduertens, ſequentes ſe Triballos nihil eſſe praeter turbam inutilem, (fortiſſimos ſiquidem Crales antea ſegregatos vrbibus, quas, Chrele mortuo, acceperat, pro prae-
139. ſidiariis attribuerat) adhaec diuturna expeditione exhauſtos ac maceratos

ipſi, tranſire, ſi poſſet, Didymotichum vsque, vt eos, a quibus vehementiſſime deſiderabatur, videret, et ab iis videretur. Sed quia Triballi, quos ſecum habebat, ſocios ac foederatos, audientes, magnam eſſe hoſtium manum in inſidiis collocatam apud Chriſtopolitanas fauces, vltra ituris oppoſitas, eius voluntati obſtiterunt, timiditate ac metu; cum et alias ignauiores eſſent, et longinquis

139. CANTACVZEN. T. II. p. 533.

exercitatos (Cralem quippe plus duos menſes ſecuti fuerant), praeterea immenſa quadam formidine attonitos: nec in Thraciam, verum ad Parthos aut Indos, vnde nullis artibus vnquam ad patrios lares repedare poſſent, militatum ſe proficiſci, arbitrantes (quam ob cauſam et equos militares *i*), et arma, et ſi quid aliud militiae idoneum portabant, domum remittebant, vt, ipſis omnino perituris, ea ſaltem ſibi haberent liberi) haec inquam, animaduertens imperator nolensque Didymotichum ſic infirmus accedere, vt ipſe quoque a Byzantiis obſideretur (nec enim ſibi ſuisque id multum profuturum) ad Cralem redire, et a Crale ſufficiens auxilium petere, cogitauit: vt, cum Didymotichum veniſſet, hoſtibus terrori, non contemtui, eſſet. Communicata re cum Romanis, omnes velut de compacto, quaecunque potius ſe perpeſſuros et mille mortibus caput obiecturos, quam ad Triballos redituros, confirmarunt.— Impenſius autem hortante imperatore—, eas voces auribus auerſantes, omnia grauia, quae dici poſſunt, iſthoc in Triballos reditu leuiora ducebant. Imperator [itaque]—eorum deſiderio inuitus paruit.—

§. 174.

Vt—Byzantii intellectum eſt, ipſum [Cantacuzenum] cum exercitu ex Triballis Didymotichum reuenire: et protoſtrator—magnus—cum viribus Peritheorium deuenit.—Cantacuzenus [igitur litteris matris ſuae, ſed a protoſtratore immutatis, monitus,] ad Cralem ſe recepit; Apocauchus vero, magnus dux, Byzantium curſum reflexit.—Qui Didymotichi erant, vbi cognouerunt, imperatorem 140

expeditionibus non admodum gauderent; idcirco regreſſus eſt iterum in Triballorum fines, inuitus quidem et plurimas doloris faces ſuo ipſe cordi admouens, eo quod ei minime ex ſententia res ſuccedebant. Rediit tamen retro ad vrbem vsque Strummitzam, et quaecunque illac aperta atque equitabilia loca ſunt, vbi et Crales Seruiae tum forte diuerſabatur. Iam autem illum ſequebatur et Ioannes quoque Aſanes. Hic enim paulo ante praeerat Melenici caſtello. Mox cum illud imperatoris iuſſu Chreli tradidiſſet [vid. ſupra §. 155.], *contulerat ſe ad imperatorem, et ei, Triballorum regis contubernali, comes adhaerebat.*

i) ἵππους πολεμιστηρίους.

140 Id. ibid. p. 534—536.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

torem denuo ad Triballos rediiſſe, moleſte tulerunt, tumultus ac trepidationis pleni.

§. 175.

[DIDYMOTICHENSES cum Alexandro, Bulgarorum rege, cum foedus hac lege iunxiſſent, vt, ſi Cantacuzenum aut in pugna, aut aliter ante reditum emori contigiſſet, ipſi Didymotichum traderetur k)];
141. nihil inauſum reliquit [Alexander], quo reditionem eius impediret, aut etiam, ſi poſſet, illum interimeret, crebrisque legationibus Cralem et Helenam, ſororem ſuam, illius coniugem, ſollicitabat, ne Cantacuzenum dimitterent; ſed vinctum in carcere cuſtodirent, vel potius occiderent: ſic enim poſſe eos imperium Romanum citra laborem adipiſci. Crales cohortationes eius, vt nefarias, vxore potiſſimum adnitente, et in eo fratri aduerſante, repudiauit. —

§. 176.

142. [AMVRIVS, Aitinae filius, Turcorum princeps] cum accepiſſet, grauibus conflictantem infortuniis [Cantacuzenum], totoque Romano imperio eidem infeſto, ad Triballos profugiſſe, et Didymotichum — propter obſidionem extrema inopia premi; — [cum claſſe]
143. ad Hebri oſtia applicuit. — Pheraei, poſtquam nunciatum eſt, copias Perſarum per ipſos tranſituras, — id inique ferentes —, ſummo duci verba danda cenſuerunt, litterasque commentitias ſub perſona imperatoris ad eum miſerunt. — Se [imperatorem] in extimis Triballorum finibus verſari, vnde iam prodire non ſit procliue. Si ipſi per mediam Pheraeorum regionem ad ſe proficiſcantur, timendum, ne princeps Triballorum, praeſentem amicitiam in iram et odium vertens, male ſibi faciat, vt qui bellum cum barbaris ac peſtem ei crearit. —

§. 177.

141. Id. ibid. p. 537.

k) vid. *Bulgarica* §. 460.

142. CANTACVZEN. T. II. p. 540.

143. Id. ibid. p. 542. Ducas p. 15. haec habet: *Cantacuzenus praeſidiis impoſitis caſtra arcesque firmat, — progrediturque cum Romanorum ſibi adhaerentium copiis Seruiorumque exercitu, proelioque ſemel atque iterum commiſſo, nullum damnum a Turcis* [quos ab Orchane auxiliares Byzanti impetrauerant] *paſſus eſt.* p. 17. *Apparat deinde aduerſus Byzantium expeditionem, agmen Turcorum poſt ſe trahens, aliosque totidem, vel etiam plures Seruios et Romanos. — infelicesque Romani aut Seruiorum praeda facti, in Seruiam dimiſſi ſunt, aut a Turcis capti.*

a. C. 1343.

§. 177.

BYZANTII vrbem [Didymotichum], quantum poterant, affligebant, et Cantacuzenus imperator iterum eodem redire parabat, cui Crales auxilium, ſed nec magnum et ignauum, adiungebat. 144.
Quare, variis diſtractus cogitationibus, plenus erat dubitationis, ecquid, reformidata Romanorum potentia, in Triballos rediret; an cum tam exiguo timidorum numero toti ſe imperio obiectaret. Sed praecipua, quam ſentiebat, difficultas erat, quod abſumta iam, quam domo attulerat, pecunia, in tam multos, quos ducebat, (omnes enim eius impenſa vixerant ad duos annos, quibus Romanorum pulſi finibus exſularant) et honoris cauſa etiam in Triballorum duces, quid ageret, non videbat, ſi per hoſtium loca Didymotichum 145.
petere non liceret. Nec enim inde dabatur, afferendam curare pecuniam: nec a Triballis foenori ſumere; quorum pars ^{l}omni modis ſeruirent, et in ſumma paupertate viuerent, pars, etſi non egerent, mutuum tamen dare nollent, quod imperatorem maioribus ſemper cumulari miſeriis aſpicerent, metuerentque, ne in ipſo itinere penitus periret. Quocirca curis grauiſſimis iactabatur, inopiam et ineuitabile periculum reputans, quae ſe et ſuos oppreſſura eſſent. —

§. 178.

Ecce autem quidam *Arbenus* m) nomine, *Clereno*, antea Romanis ſubiecto oppido, oriundus, accedit, patrisque ſui erga imperatorem beneuolentiam rememorans, nihilo minus et ſe, aiebat, velle illi inſeruire, eique prodeſſe, quantum maxime poſſet. – Suadebat igitur, vt, quoniam a Crale miſſus eſſet, vt cum Berrhoeotis de vrbe tradenda ageret, et multis promiſſis eo induceret, ſi vellet, ipſe etiam amicis ſcriberet, et per illos caeteris quoque perſuaderet, vti ſe in vrbem reciperent: quae, ampla et populoſa et militari praeſidio rebusque omnibus firma et munita, in praeſentibus malis non mediocri ſolatio eſſe queat. Se enim, quamuis Crali ſubiectum, malle, Berrhoeam aliasque occidentales vrbes ipſum, quam Cralem, dominum agnoſcere, cui nolentes pariturae ſint, cum contra in eum propendeant. Haec

144. Id. ibid. p. 543.
145. Id. ibid. p. 544.

l) παντη δεδȣλωμενων.
m) Αρμπενος.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

ε) Haec audiens imperator, gaudio exſiluit —. Quaerebat autem, num primarios noſſet, et ad quos ſcribendum hortaretur? Eo affirmante, ſe omnes noſſe, et optimos quosque deligente, ei imperator, vt probe conſulenti, obſequens, ſine mora ſcripſit. Suaſit praeterea Arbenus, Cralem quoque, ſi poſſit, eo permoueat, vt ſibi eam cedat, aperteque cauſam eius apud Berrhoeotas agat n). Hoc namque et imperatori fore vtiliſſimum, et congreſſum o) huno ſibi periculum nullum creaturum, ſi vrbs ei p) ſe adiunxerit. Am-
146. plectens conſilium imperator, ſtatim ad Cralem adit, num Arbenum Berrhoeam mittere velit, percunctatur. Quo aiente, volebam et ipſe ad eos ſcribere, inquit [imperator], eosque orare, vti me in vrbem admitterent; ſed mecum repetens, quo pacto legatum meum Pheraei ante tractauerint, quem contrucidarunt, coepto deſtiti, timuique, ne alium in ſimile malum coniicerem. Hortabatur itaque Cralem, vt ipſe potius pro ſe ſcriberet, et nihilominus Arbeno mandaret, vt is amborum inter ſe foedera ſancita palam indicaret: et ipſi etiam voluptati futurum, ſi ad Cantacuzenum ſe aggregarint. Crales, eo dictante, quas ſibi commodas duceret, exarari litteras permiſit, Arbenoque praecepit, pro imperatore apud Berrhoeotas diſſereret, illosque doceret, Cralem arbitrari, nihil intereſſe, ad ipſum, an ad illum ſe conferrent. Sic illis commentum ex animi ſententia proceſſit. §. 179.

ε) NICEPHORVS: *Forte* [continuantur, quae ad §. 172. attuli] *eo tempore aduenerat ex vrbe Berrhoea legatio, actura cum Crale de iis rebus, quae ab eo petebantur, et quidnam decreuiſſet, ſciſcitatura diligenter. Petebat autem ille, vt vrbem in ſua poteſtate et manu haberet, ac Triballicum praeſidium in arcem introduceret, antequam per vim et belli iure vrbem, domos, mulieres liberosque in ſeruitutem redigeret, atque diriperet. At legatis, dictorum duritia et acerbitate perculſis, melius viſum eſt, clam cum Cantacuzeno imperatore colloqui, ac fidem ei ſuam omni cautione aſtringere, ſi in vrbem furtim et quam celerrime ſeſe intromittere, eamque ipſe nullo labore capere vellet. Eſſe enim animi ac ſententiae furentis, bararium humanitati prae-*

n) ἐνδοῦναι αὐτῷ καὶ φανερῶς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλεχθῆναι Βεῤῥοιώταις.

o) συντυχίαν.

p) βασιλέα.

146. Id. ibid. p. 545. Niceph. Greg. T. II. p. 407. 408.

a. C. 1343.

§. 179.

Arbenus, Berrhoeam ingreſſus, Cralis litteras in conuentu recitandas exhibet: et alias imperatoris occulte per eius fautores ſpargit.

Berrhoeotae et antea ab imperatore minime alieni, optimates aeque ac vulgus, et tunc a Triballis preſſi (crebro enim continenterque eos incurſabant, et agrum populationibus infeſtum reddebant), et intelligentes praeterea, nihil propius eſſe, quam vt Triballorum iugum, quamuis nolentes, perferant: ad haec ab optimatibus impulſi (praeter paucos ſiquidem omnes imperatori adhaerebant), ei reditum decernunt; illicoque legatos — deligunt, ac per eos rogant, vti ad ſe approperet. Legati antiquam ciuitatis in illum beneuolentiam exponunt, et eam inter haec bella ciuilia animi pependiſſe; eiusque aduentum exoptaſſe, cui ſe dedere, et ad bellum adiumento eſſe percupierint. Quoniam autem ſuorum proditione in haec infortunia incidiſſet, et exſul ad Triballos abiiſſet, cogitaſſe ſtatim a principio, ad vrbem ſuam illum accerſere, ſed timore, ne ob id in calamitatem miſerabiliorem deuolueretur, Crale propter inuidiam et occupatam ciuitatem inſidias ei inſtructuro, hactenus quieuiſſe. Nunc, quia occaſio venerit, et Crales id approbare videatur, venire ipſos, vt eum multo cum gaudio laetitiaque accipiant. Proinde moueat ab ſe moras, neue in aliud tempus differat, ne quis caſus rem totam diſturbet atque euertat.

ferre, gentilique externam et illegitimam poteſtatem. His ita compoſitis, at, priusquam Triballi perciperent, conſtitutis, Cralis animo captioſis quibusdam verbis ſuſpenſo, legati Berrhoeenſes domum reuerſi, ſuis ciuibus renunciant et dura Cralis reſponſa, et pacta, quae, cogente neceſſitate, cum id conſilii ipſa res ſtatim animo ſuggeſſiſſet, ipſi cum imperatore ſuapte auctoritate fecerant. Pauci inde effluxerant dies, cum imperator, ſuas copias ſecum ducens, egreditur; venatum ſcilicet ambulatumque —; necdum tribus ex eo diebus elapſis, accelerato itinere, facillimum ad Berrhoeam vrbem aditum offendit, excipientibus eum maximo ſtudio Berrhoeenſibus, ac ſupinis, vt aiunt, manibus. Eadem enim vtrisque res magnam ſimul et vtilitatem et tranquillitatem afferebat; quoniam eadem via vtrique manibus Cralis elabebantur. — Etenim Crales, cum videret exploratumque haberet, deſpici et contumelioſe haberi imperatorem ab

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

147. Imperator ciuitati de hac erga ſe voluntate — gratias agit; Cralique ſummam legationis renunciat: qui admiratus, non etiam Berrhoeam, vt reliquas vrbes, verba de imperatore fieri vetuiſſe, ipſe quoque rem ad exitum deducendam iudicauit. Helena vero coniux mire ſollicita, imperatorem admonere, ne opportunitati deeſſe; ſed, omnibus poſtpoſitis, Berrhoeam ſui iuris facere ſolum contenderet. Didymotichum redire, eſſe id quidem neceſſarium: verumtamen Berrhoeam, quae multum bello conductura ſit, obtinere, haud minus profuturum: ſuadebatque, ne exercitum ad ſequendum ſe comparantem exſpectaret; ſed aſſumtis Germanis q), quot Crales et ipſa darent, ſemper ad expeditionem paratis (quod meritorii eſſent), vna cum propriis Berrhoeam feſtinaret. Et ſi quidem, promiſſis ſtantes, eum acceperint, et reliqui exercitus ope indiguerit, poſtea iam inſtructum paratumque venturum eſſe. Sin immutati eum reiecerint, reuerſum, paratis tum copiis vti, et cum eis reditum periclitari poſſe. Haec imperatorem Cralis vxor admonebat, ipſaque mercenarios ſuos Latinos ſuppeditabat, et virum, idem vt faceret, permouebat. Imperator Crali de amicitia, eiusque coniugi tum de illa, tum de ſollicitudine erga ſe gratiis ample actis, cum mercenariis et Romanis ſuis Berrhoeam veniens, portis hilariter exceptus eſt. — Mox item Seruia vltro ſe dedidit, vrbs ad confinia Theſſaliae poſita [et aliae plures].

iis, a quibus ſperauerat ſe humane ac benigne exceptum iri, mutauit et ipſe ſtatim ſententiam, atque e memoria excidere vltro paſſus eſt, quae propter illum bona procedente tempore viciſſim ſibi in poſterum promiſerat, et in arcana cordis curia decreuerat: coepitque applicare animum ad parandas inſidias totusque ad Byzantios vergere, ac promiſſis, quae illinc veniebant, paulatim allici.

147. CANTACVZEN. T. II. p. 546. q) Infra *Latini* vocantur.

CAPVT XI.

A Crale ſtructae Cantacuzeno inſidiae; bellum eidem palam illatum, vsque ad id tempus, quo Crales ſe imperatorem, filium Cralem appellauit;

a. C. 1343 — 1345.

§. 180.

a) CRALES poſtquam, Berrhoea aliisque oppidis receptis, ipſum iam ſibimet opem ferre poſſe, animaduertit; cauſa nulla intercedente, fidem mutat; praeteritaque neceſſitudine in amaritudinem conuerſa, ſemet incuſat, quod eum non retinuerit; conaturque modis omnibus eius potentiam euertere. Mercenarios etiam, celato odio, et aliis quibusdam praetextis rationibus, reuocat: et Michaelem Monomachum conſobaulum, Theſſalonicae tum praefectum, incitat, vti eum inuadat, neu pertimeſcat, cum praeſertim adhuc inualidus ſit, et ipſe illi robur ac neruum ſuſtulerit (Latinos enim cataphractos a ſe, vt ſuos, reuocatos) neu opes illius creſcere ſinat, ſed adhuc infirmum aggrediatur. Niſi enim eum praetruncauerint quodammodo, ſed, ſe ſaluos eſſe, contenti fuerint, breuiſſimo interuallo magnis auctum viribus eos oppreſſurum. Monomachus et Theſſalonicenſes haec audientes opinantesque, Cralem vna imperatorem inuaſurum, num ad proelium exeundum eſſet, conſultationi permittunt. 148. §. 181.

a) NICEPHORVS: *Is euentus fuit, vt imperator quidem ſuauiſſime ac libere tandem reſpiraret, illudque ſibi rerum ſecundarum initium ac primum veluti fundamentum eſſe duceret; Triballorum autem rex illud factum iraſceretur, ac poenitentia tabeſceret, quod, quem in manibus habuerat, per imprudentiam dimiſiſſet, magnorum emolumentorum occaſionem futurum ſibi, ſiue imperium et pecuniarios reditus augere, ſiue ſecuritatem ſibi in poſterum plenam parare voluiſſet. Bellum igitur volebat cum eo ſuſcipere, atque aperto Marte eum inuadere. Mox veritus, ne, ſi iuratum foedus prior ipſe violaret, in numen infeſtum aperte incurreret, eoque cladis magnae exemplum fieret, riſuque homi-*

148. CANTACVZEN. T. II. p. 547. Niceph. Greg. T. II. p. 408, 409.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1343.

§. 181.

Germani mandata Cralis accipientes, inſignis illum maleuolentiae leuitatisque condemnant: atque ad imperatorem accedentes, quid ipſis imperatum ſit, narrant: rogant, ne angatur; ſed aduerſus ipſum Cralem etiam, ſi adoriatur, pro ipſo dimicaturos, confidat. Hoc enim ſibi patrium eſſe, imperatores defendere: et, ſi fecerint, non male apud gentem ſuam audituros. Si enim ab eo qui ſtipendia numerat, inquiebant, alterum quempiam, domi ſecure ſedentem, adiuuare ac defendere iuſſi eſſemus: facile ad eius imperium deſiſteremus; ab eo autem, qui exercitum ducat, et ad pugnam acies diſpoſuerit, deficere, a noſtris moribus abhorret, cum ſit manifeſta pr ditio: vt proinde nihil ex omnibus minus commiſſuri ſimus: quandoquidem non aliud nobis foedioris dedecoris notam inuſſerit.
149. Quod cum ita ſit, nec te hic deſeremus, vt ille iuſſit; ſed, cum te domi in tuto conſtituerimus, recedemus. Addebant, ne procraſtinaret, ſed Berrhoeam primo quoque tempore rediret: iam enim ſatis liquere, Cralem arma cogitare. Imperator, eos de egregia in ſe humanitate morumque ingenuitate collaudans, quo ſuadebant, redit, propter Cralis mobilitatem nihil eorum exſecutus, quae ſtatuerat.

§. 182.

IMPERATOR [de Apocauchi et Turcorum a) ipſi adiunctorum aduentu certior factus] ad Axium flumen appropinquans, quod ex largiſſimis imbribus reſtagnaret, tranſitum fruſtra tentauit. Quod illi

unum ſtatim exciperetur, continuit ſe in praeſens, et tacitis cogitationibus animum conſumſit. Conuenerat enim inter vtrumque pactione iureiurando confirmata, ne vnquam alter alteri obſtaret, melioris cuiuscunque fortunae cauſa diſcedenti ab altero, ſed vt intra inuiolatos amicitiae fines maneretur ſemper, iisque vrbibus, quae Byzantinae ditionis eſſent, liceret, ad vtrum vellent, ſe adiungere quomodocunque, ſiue voluntaria deditione, ſiue poſtquam ab alterutro obſeſſae fuiſſent, ita vt alii cederet, neutro alteri obſtante. Idcirco ille id, quod acciderat, ſilentio preſſit non libens.

149. CANTACVZ. T. II. p. 548. pra ad §. 176. attuli.
a) Ducas p. 15. quem locum ſu-

a. C. 1343.

illi graue ac moleſtum accidit. Nam praeterire fluuium, per prouinciam Cralis labentem, non modicam ſuſpicionem dabat, quaſi hoſtiles cum eo inimicitias gereret; praeſertim cum etiam prope alicubi caſtra haberet: et delitere in tentoriis, vsque dum aquae ſubſediſſent, id vero ne ipſis obeſſet, verebatur. —

§. 183.

β) Sed caſus quidam alius perturbationem grauiorem attulit. 150.
Nam verſus vlteriorem ripam Triballorum globus ſe ferens, ad imperatorem mittit: ſocia arma ſpondet, ſi contra Theſſalonicenſes imminentes eorum auxilio indigeat. Atqui nihil aequum cudebant; ſed, ſiue a Crale clam ſubmiſſi, ſiue per ſe deſpotae ſui mentem coniectantes, (bellum ſcilicet imperatori cogitare) eo animo veniebant, vt, conſerta iam pugna, victrici parti ſe adiungerent, victamque diriperent: quod imperatori peracerbum videbatur, ſi in ipſo certamine ad Romanos ſimul et Triballos vtrimque conſtitutos attendere cogeretur. Veruntamen difficultate iſta, et anxia cura,
quid ageret, diſtracto, viſum, ibi noctem agere. Proceres autem 151.
et Angelum conſobrinum, praeterea Matthaeum et Manuelem filios cogens, — cum his — et reliquis deliberatione in multam noctem producta, viſum primum imperatori, deinde aliis omnibus, non illic manendum, et periculum minus maiori anteferendum, aditoque Axio flumine, tranſitum explorandum: reputando, praeſtare vtique, rurſum in Triballos (quos forſitan modo aliquo propulſare poterunt) quam in Romanos et ſocios eorum barbaros incidere. Haec igitur illi ſentiebant. §. 184.

β) Id. Dum Alexius Apocauchus terreſtri itinere Berrhoeam petit, imperatorem ad Axium fluuium intercepturus, eodemque imperator venit: *in altera fluuii ripa duo circiter millia Triballorum inſidias ei fecere, qua maxime parte eum, cum exercitu redeuntem, traiecturum putabant, vt derepente in ipſum, nec opinantem, circa tranſitum impetu facto, tropaeum illuſtre breui conſtituerent. Hos vero imperatoriorum militum praecurſores conſpicati procul, et ipſi animum deſponderant, et pauoris multum exercitui iniecerant. Ac fortaſſis illa ipſa hora profligati fuiſſent,*

150. CANTACVZ. l. c. Niceph. Greg. T. II. p. 411, 412.

151. CANTACVZ. T. II. p. 549.

Imp. IOANNE Pal.

a. C. 1343.

§. 184.

Ad tabernaculum autem accedens quidam natus in vico *Gavrobo* trans Axium, e regione loci, vbi pernoctabant, ad quem vicum etiam Triballi manebant, rogabat, vt ſibi imperatoris conueniendi copia fieret, de re neceſſaria cum eo colloeuturo. Ad quem introductus, primum quidem, antiqui cuiusdam beneficii gratiam ſe illi debere, confitetur; poſt indicat, Triballorum manum, *Bozice* [b] et *Stephano* ducibus, ex peditibus et equitibus conſtantem, miſſam a Crale, vt imperatori nocerent, quantum poſſent. Ipſos autem ſic eſſe paratos, vt, ſi imperatoris cohortes actuariis minutis ad
152. traiiciendum vterentur, qui primi tranſierint, eos adorti interficiant: deinde alios tranſitu arcentes, nullo praeterea malo afficiant: imperatorem cum reliquis, ſuperatu iam facilem, leui opera ab exercitu, Theſſalonica affuturo, conciſum iri. Triballos itaque iſto modo inſidias inſtituiſſe, aiebat; ſe vero ſcire, quod multi neſciant, qua fluuius vado tranſiri commode queat. Id vadum ſe gratiae referendae demonſtraturum. Laudat hominem imperator, et, merito reſponſurum, promittit.

§. 185.

Vbi diluxit, caſtris egreſſi, iuxta fluminis ripam, qua vir ille ducebat, incedunt. Pariter Triballi e regione viciſſim ad flumen gradiuntur. Vbi ad tranſitum eſt peruentum, Triballi trans fluuium ad prohibendum ſe inſtruebant, et tela procul ſpargebant. At imperator cum fortiſſimis audaci impetu, contemtisque corporibus, Triballis iaculantibus, quantumque poterant prohibentibus, tranſiit: quos

inter hoſtiles duos exercitus quaſi intra retia comprehenſi, flumine ipſo obſtante, quominus aut caſtra metarentur, aut aciem rite inſtruerent; niſi—vir—quidam ex illius loci incolis, Triballorum praedationibus nuper elapſus, vltro tum ad imperatorem transfugiens, promiſiſſet, *indicaturum ſe ei aliam ab ea, quae nota erat, per flumen viam, ſi ſibi merces daretur paulo pinguior. His conditionibus transmiſſo imperatoris exercitu, perculſi rei miraculo Triballi, inde abeunt celerrime, alii alio per eam regionem diſperſi.*

152. Id. ibid. p. 550.

b) Μποζίκης.

quos hoſtes nec ad punctum temporis ſuſtinentes, in fugam ſe omnibus neruis tradiderunt. Imperator, inſidiarum ignoratione ſimulata, nec inſequi ſuos, nec occidere fugientes ſinebat, quod nullam Crali armorum occaſionem dare vellet. Reliquum agmen paulatim et nullo cum damno tranſibat. Tum imperator, indicem vadi honorifice remuneratus, Berrhoeam ſe retulit.—

§. 186.

[IMPERATOR] Berrhoeae Germanos, pro eorum in ſe beneuolentia congiario donatos, ad Cralem dimiſit: quique Axium tranſituris obſtitiſſent, eos pro iniuriis foederisque inter ambos ſanciti violatoribus detulit. Crales nondum aperte bellum capeſſens, imperatoremque aliquo officio ſibi obligare volens, quandoquidem inſidiae, quibus illum perdere moliebatur, non proceſſerant, Bozicen et Stephanum duces poenas improbitatis, quod nimirum, ſe neſciente, cum amico ſuo bellum gererent, luituros ad eum tranſmiſit: permittens, vt, quam liberet, ſupplicii ſententiam in eos pronunciaret: non enim poſſe niſi iuſtam pronunciare. Quibus imperator ſcelus exprobrans, quod nefaria, et Cralis erga ſe amicitia indigna perpetraſſent, veniam dedit, atque ita laudabili facto miſſos fecit. 153.

§. 187.

γ) Apocauchus, magnus dux, vbi pugna fruſtratus eſt, et Berrhoeam imperatorem infeſtus ſequi non potuit, Cralem multa munera partim dando, partim pollicendo aduerſus eum irritare, iam ſua ſponte eo incitatum, ſtuduit: cum interim Synadenum quemdam nomine ad imperatorem legaret, tremendoque ſacramento confirmaret, nullum ſe eius odium concepiſſe.— δ) [Imperator ad doloſam Apocauchi legationem reſpondens, inter alia inquit], 154.

 Ad

γ) NICEPHORVS: *Apocauchus—potuit. Miſſa itaque ad Cralem legatione, qui et ipſe iam, vt dictum eſt, imperatori iratus erat, auxiliares illinc copias quietus exſpectabat.*

δ) Id. imperator—inquit. *Non ignoro, quantum impendas, ac ſemper impenſurus ſis pecuniae in illis legationibus, quas petendi au-*

153. Id. ibid. p. 551. Niceph. Greg. T. II. p. 412.

154. CANTACVZEN. T. II. p. 553. Niceph. Greg. T. II. p. 413.

Imp. IOANNES Pal.

a. C. 1343.

Ad Cralem inſuper contra me concitandum multis muneribus et pecuniis indigebis: haud enim oppida, quae illi dabis, ſufficient.—

§. 188.

155. [MONOMACHVS, magnus Conoſtaulus, in concilio, ab Apocaucho coacto, inquit,] Cantacuzenus,— Gynaecocaſtri— a ſuis deſertus,— cum reliquiis in Triballos ordinato agmine diſceſſit, perinde ac ſi nihil noui accidiſſet.— Iam vero apud Triballos ſic omnes ſibi deuinxit, tantaque beneuolentia, principes eum coluerunt, vt non peregrinus et calamitoſus ad eos confugiſſe, ſed principatus illi tanquam paterna hereditas deberi videretur, omnesque, vt ipſi deſpotae, obtemperarent, et eius cauſa nihil non facerent. Quod vel inde patet. Nam cum nos legatos eo ſemel iterumque miſiſſemus, multisque oppidis cedere vellemus, ſi illum e medio ſuſtuliſſent: petitionem repudiarunt, et velut de compacto ſalutem eius principatui ſuo dilatando praetulerunt.— [Vrbes vero occidentales] ſiue— in Cantacuzeni, non in Triballi fidem ac ditionem ſeſe contulerint, (alterum enim horum oportebit) iuris illius factae, rurſus in Romano imperio numerabuntur: ſiue Crales eos domuerit, partem maximam Romanus principatus ſe ipſo minor erit.—

§. 189.

156. Ad Cralem porro oratores miſſitans [Apocauchus], ingentemque pecuniam partim dans, partim pollicens, eum ad bellum aduerſus Cantacuzenum palam ſuſcipiendum inflammat. Crales primum Berrhoeam legatos mittens, filios optimatum obſides poſtulat: ſimulans, ſe curare ſedulo, ne quid imperatori ab ipſis inſidiarum strueretur: cum reuera Berrhoeotas ei inimicos et infeſtos reddere ſtuderet: vt qui male de illis mereretur, quandoquidem eorumdem filios ad priuatam vtilitatem ſuam Triballis tradi nihil penſi haberet.

xilii cauſa ad Triballorum principem frequentes mittis, coactus non ſolum munera illi pinguiora mittere, atque ipſi deinde reginae, eius vxori: ſed praeterea ambitioſe adulari, ac pecuniis circumuenire ſingulos quosque neceſſarios et clientes eorum optimatium, qui plurimum poſſunt apud principes Triballorum (xoij

155. CANTACVZEN. T. II. p. 555. 156. Id. ibid. p. 557.

ſet. Imperatore obſides diſerte recuſante, gratiasque de beneuola ſollicitudine ſui amplas agente, iubenteque confidere, nihil ſibi a Berrhoeotis oriturum incommodi, quibus omnibus perinde cariſſimus eſſet, aliam inſtat viam. Imperatorem, velut de quibusdam magni momenti cum eo diſquiſiturus, ad ſe in propinquum accerſit. Dicebat enim, Paeonas res nouas molitos, inde ſe magnopere turbari. Quare neceſſarium duxiſſe, cum eo conſultare: nemini enim plus fidere, et propter eximiam in hoc genere prudentiam, exercitationemque videndi et eligendi, quod in talibus negotiis expediat.

Caeterum amici, clam detectis eius inſidiis, (cogitauerat enim illum capere, ſi poſſet) vt pro maleuolo hominem caueret, admonebant. Imperator, ne cauſa et origo belli vllo modo a ſe profecta videatur, ignorantiam omnium ſimulando, Manuelem iuniorem filium et Angelum conſobrinum[d)] mittit, ſe vrbem deditione adhuc recenti, et nondum confirmatis ciuium erga ſe ſtudiis, relinquere non poſſe: praeſertim cum hoſtes vicini ſint, et obſidio timeatur. Mittere autem filium, et conſobrinum, vt, vbi per eos reſciuerit, de quibus ſuum expetat conſilium, ſententiam illi vtiliſſimam proferat. Crales, quoniam, quid in conſultatione poneret, non habebat (hoc enim tegumentum et inuolucrum quoddam tantummodo inſidiarum erat), de aliis nonnullis, prioribus nequaquam 157.
conſentaneis, collocutus, domum eos remittit.

§. 190.

Breue interceſſit ſpatium, cum, quod inſidiis nihil promouiſſet, perſona abiecta, manifeſtum illi bellum denunciat. Miſſis namque

χρημασι περιερχεσθαι τοις ἑκαςῳ προσηκουσι των δοις [τοις] ἡγεμοσι παραδυναςευοντων Τριβαλλων [c)]). *Quae omnia te, quamuis promtiſſimum cedere ac deſiſtere incoepto protinus cogent.*

c) In margine: „An legendum *τους ἑκαςῳ προσηκοντας· των τοις ἡγεμοσι παρ*. An omiſſum aliquid?„

d) Quem, cum in Triballorum finibus commoraretur, Cantacuzenus deſpotam Theſſaliae renunciauerat. vid. Niceph. Greg. T. II. p. 409. 157. Id. ibid. p. 558.

que legatis, pacem et foedus reſcindit: Auguſtae ſe, ſi quid poſſet, opem laturum; ipſe, quid ſibi conduceret, apud animum cogitaret.

Hac denunciatione belli Triballici plebe non leuiter perterrefacta, imperator et optimates eius de prouidentia Deo gratias egerunt. Niſi enim is deſuper extenta manu eos ſeruaſſet, quid tandem Cralem, cum eos in manibus haberet, interficereque facillime poſſet, quid, inquam, prohibuiſſet? enimuero cum ab imperii adminiſtratoribus multo plus pecuniarum et vrbium ei offerrentur (quas namque nunc ipſi teneant, iis plures citra vllam ſollicitudinem laboremque ab eis accipere licebat), tum quidem nihil factum huiusmodi; ſed ſemel iterumque eorum legationem reieciſſe: nunc autem, quando nocere nequit, tota mente et cogitatione illa moliri, quae tunc dicto citius efficere potuiſſet. Vna conſtare, quam tunc probitatem candoremque in ipſos prae ſe tuliſſet, non eius ingenii, ſed coeleſtis auxilii fuiſſe. Nunc, quando ipſi ſecuritatem inuenerint, illum cogitationes ſuas aperire.

§. 191.

APOCAVCHVS, bello contra imperatorem deſperato, cuniculos agere et varie inſidias tentare inſtituit. Ad Berrhoeotas enim latenter ſcripſit. Scire ſe, ipſos non ſuopte nutu ad Cantacuzenum —, ſed quia Triballorum armis premebantur, neceſſitate adactos, acceſſiſſe: aliquod inde emolumentum ſibi promittentes, quod audiſſent, Cralem foedus cum eo ſocietatemque pepigiſſe. Verum iſtud merum errorem ac ludibrium fuiſſe: illum quippe iam non diſſimulanter a ſe ſtantem, Cantacuzenum oppugnare decreuiſſe.

§. 192.

158. AMVRIVS, [Smyrnae] acceptis [a Cantacuzeno] litteris. — Deo ob nuncium gratias prolixe egit. Audierat ſiquidem, Cantacuzenum in Triballis vita exceſſiſſe.

§. 193.

159. APOCAVCVS, — cum videret, non continuo adeſſe ſibi auxiliares a Triballis copias, paulatim ad deſperationem animo vergebat.

§. 194.

158. CANTACVZEN. T. II. p. 563. 159. NICEPH. GREG. T. II. p. 418.

a. C. 1343.

§. 194.

[TVRCORVM claſſis, duce Amurio, non procul Theſſalonica ſtationem cum haberet]; relicto praeſidio, quantum ad cuſtodiendas naues ſatis erat, ad praedam ſtatim bona pars egreſſi ſunt, et pleraque Triballorum ditionis loca maxime afflixerunt, homines ac pecora ex agris abigentes, atque etiam multis gladium hoſtilem intentantes. — 160.

§. 195.

IMPERATOR, barbaris [Turcis] Pydnam appulſis, diligentiſſime cauit, ne quid Cralis prouinciae detrimenti acciperet, circummiſſisque nunciis, infeſtum eorum aduentum ſignificauit, et monuit, vt in vrbes et caſtella ſe omnes reciperent. Nemo tamen inde, vt neque e locis imperatori ſubiectis, in ſeruitutem abreptus eſt. — 161

Caeteris quoque probe conſtitutis, oratores ad Cralem miſit, qui indicarent, quamuis foedus ſecum percuſſum et inita ſocietas ab eo diſſoluta eſſet, nihilo minus memorem ſe honoris et humanitatis, quam, apud ipſum commorans, expertus eſſet, neque ad iram commotum eſſe, neque foedus temeraſſe, quod abſurdum duceret, non opere ipſo palam oſtendere, quem in gratia amicis referenda virum ipſe tam beneuole tractare voluerit. Et nunc miſſa ſibi Perſarum auxilia, quae damnum dare poſſint, ab eius regione, vt amica et ſocia, vexanda prohibuiſſe, et de caetero quoque quantum efficere poſſit, ei commodaturum. In eo autem ſitum, aut bonam fidem optimi et conſtantis amici agnoſcere, aut rationi et iuſtitiae aduerſantem, bellum facere. Poſthaec ipſum et coniugem Helenam, vt cum Perſicis copiis Didymotichum abiturus, valere iubet.

§. 196.

a. C. 1344.

[MOMITZILVS, Bulgarus *e*)] quoniam et Moeſis propter latrocinia inuiſus erat, et Romanis, eum comprehendere volentibus, non 162.

160. Id. ibid. p. 420.

161. CANTACVZ. T. II. p. 567, 568.

162. Id. ibid. p. 574. Niceph. Greg. T. II. p. 441. haec habet: *Ad illum* [Momitilam] *ex compacto confluxere tam Triballi, quam Myſi.*— locum integrum vid. in *Bulgaricis* §. 464.

e) cf. *Bulgarica* l. c.

Imp. IOANNE Pal.

a. C. 1344.

non fidebat, in Triballos ſeceſſit, vbi diu vitam egit. Poſtea Cantacuzeno Peritheorium Berrhoea redeunte, nuper a Crale cum deſciuiſſet, ad eum ſe contulit.

§. 197.

163. POST diſceſſum Amurii — Crales cum robore exercitus ſui Zichnas vsque progreſſus eſt, eo conſilio, vt eum [Cantacuzenum] in
164. Thracia adoriretur. — Iam vero Crales fixis apud Zichnas tentoriis, quo cum Cantacuzeno confligeret, vt demonſtratum eſt, et de Perſarum euentu, et illac in Cherroneſum iter facturos audiuit, delectis de exercitu ſuo fortiſſimis, datoque illis duce, qui praeſtanti animo et vſu inter proceres Triballorum eminere videbatur, *Prealimpum f)* vocabulo, cum barbaris obuiis pugna decertare iuſſit. Itaque loco quodam Stephaniana dicto in eos incidentes, ad pugnam aggrediuntur. Perſae vt in planitie equitum timentes incurſum, in montem vicinum et loca impedita ſecedunt. Triballi difficiles aditus cernentes, ratique, ſi per anguſtias penetrando ſeſe impellerent, et coarctarent, equos complures, hinc inde ſagittis confixos a barbaris, perituros, ſeque nihil niſi vulnera reportaturos, de equis deſcendentes, pedibus per accliuia operoſe ac difficulter, armorum pondere retardati, in hoſtes ibant. Videntes Perſae, Triballos adeo per inuia eluctantes, quiddam curioſum magis, quam generoſum, facere decernunt, et fuga ſimulata montis vlteriora petunt. Triballi, fraudis ignari, ſequuntur. Qui poſtquam ab equis, iisque non paucis, deſtiterunt, Perſae denuo agglomerati, directe quidem contra eos non contenderunt; ſed ab altera parte circumuentis, ad equos illorum cucurrerunt, et, quia armis non grauabantur, anteuertentes Triballos, conſcenderunt: qui, equis ſpoliati, ad caedem opportuni erant, cecideruntque complures, nec pauci capti ſunt; reliqui, per montem huc illuc fugientes, aegre ſe morti ſubduxerunt.

§. 198.

163. CANTACVZEN. T. II. p. 584. Niceph. Greg. T. II. p. 443. *Myſorum princeps Alexander Byzantinis pridem ſocium ſe adiunxerat, et ſatrapam Amurium retrahebat Latinae claſſis ad Smyrnam appulſus, Triballi vero et ipſi eius* [Cantacuzeni] *ſanguinem ſitiebant.*

164. CANTACVZEN. T. II. p. 586, 587.

f) Πρεαλιμπον.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1344.

§. 198.

Crales, de ſuorum clade accepto nuncio, etiam ipſe receſſit, propter calamitatem belli in imperatorem immemor. Non tamen rem penitus negligebat, ſed et domi ſedens bellaturiebat. Perſae victores ad Cantacuzenum, Gratianopolin obſidentem, legatos mittunt, — et Triballos ab ſe victos indicant, et ſe illius cupidos Cherroneſum petere, vt inde in Aſiam nauigent. — Quod ſi quid ipſis contra hoſtes egeret, promittere ſe promtam operam, ſi ſtipendia pacta numerentur: erant autem ter mille et centum. Imperatori ſubſidium hoc perquam opportunum, ſummopereque neceſſarium videri, cum hoſtes tam multi tamque potentes incumberent: nondum enim Crales Zichnis domum diſceſſerat.

§. 199.

IMPERATOR [legatis ab Alexandro Moeſo re infecta reuerſis, g)] — quia — et Cralem propter plagam acceptam in prouinciam reuerſum audierat, — contra Moeſos, quantum potuit, properauit. 165.

§. 200.

BYZANTII poſt magnum ducem ephori cernentes, aegram et in ſexcentas partes diuulſam diſtractamque Romanam rempublicam, vrbesque complures et magnas Moeſorum ac Triballorum ditionis eſſe factas, — vltra non ferendum exiſtimabant. 166.

[Imperator Cantacuzenus ad legationem Byzantiorum reſpondens, inquit], Nonne vrbes alias quidem Moeſis tradiderunt, aliàs libentes Triballis permiſerunt? — Quid ego ſimile? niſi quod Moeſos et Triballos repello: cumque iſtas Romanorum reliquias eorum copiis non poſſim opponere, neceſſario barbaros, illorum imitatus exemplum, ſocios mihi adiungo h). 167.

§ 201.

165. CANTAÇVZ. T. II. p. 588.
g) vid. *Bulgarica* §. 468.
166. Id. ibid. p. 594, 595.
167. Id. ibid. p. 608, 609.
h) Id. p. 612. Cantacuzenus legatis Byzantiorum reſpondens, *Si,* inquit, *bellum inſtaurarint, ne mihi emerſura inde mala, — ſed ſibi tribuant: quando ipſi Moeſis et Triballis vrbes et regiones quaſi praedam obiecerunt, et aduerſum me auxiliares aſciuerunt: quibus quia reſiſtere cum Romanis, quos duco, non valeo, ſupereſt, vt et mihi*

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1344.

§. 201.

168. LEGATI [Byzantiorum] Didymoticho nondum exceſſerant; cum alii Pheris ſuperueniunt, qui — Cantacuzenum] opem flagitant, quam niſi ab ipſo conſequantur, funditus perituros. Etenim poſtquam inde diſceſſerit, Cralem ipſos cinxiſſe, regionemque ferro et igni hoſtiliter deuaſtaſſe, vrbem continenti ac longinqua obſidione ad eam alimentorum penuriam redegiſſe, vt iam periculum ſit, ne, fame ad extremum conſumti, intereant. Ita Pheraei — ſcitum fecerunt, vt in Cantacuzeni ditionem ſe conferrent: vtpote Crale ob amicitiam, qua cum illo deuinctus eſſet, obſidionem laxaturo: id quod eſt factum. Nam vt ei tamquam imperatori fauſtum acclamarunt, eiusque in ſacris meminerunt, Crales inducias aliquantas fecit, et nonnihil ab vrbe recedens, caſtra poſuit. Quicunque vero de Triballis proceribus imperatori bene volebant, Pheraeos monebant, vt quam citiſſime eum adirent, praefectumque ab eo acciperent: ſic namque Cralem omnimodis obſidionem ſoluturum. Veniunt Pheraei, et flentes imperatorem obſecrant, vt, praefecto dato, periculo eos liberet.—

[Quibus cum imperator, ſe eorum cauſa omnia facturum, reſpondiſſet] iterum Byzantinos legatos accerſens, Videtis, inquiebat, quas aerumnas Romanis bellum hoc generarit? occidentales enim vrbes vniuerſas ſuae ditionis ac poteſtatis Triballi fecerunt; timeo, ne etiam tota Macedonia potiantur, cuius oppida in praeſens non pauca obtinent. At Pheraei, quod ex ore legatorum percepiſtis, a fame et hoſte ſimul obſeſſi, niſi a nobis ſuccurratur, diutius ſe tueri non poterunt.— Vrbes autem perdidiſtis: nam alias ipſi Moeſis pretium ſocietatis contra me dediſtis, alias Triballi ſubegerunt.— Dein Pheris praefectum deſignat, et Cralem per oratores foederis iuramentorumque admonet: ſe ea ſeruare, docet: ipſe ne

auxilia ad hoſtes meos debellandos firma comparem.— Ea vero auxilia non aliunde, quam Perſarum ex Aſia ſuppeditabunt. His ſimilia et p. 696. et T. III. p. 722. occurrunt. p. 626. haec habet: Cantacuzenus legatis Latinorum Galatenſium, qui de auctore et cauſis belli cognoſcere cupiebant, reſpondens, ait, Byzantios *non Cralem duntaxat Triballorum principem, ſed et Alexandrum Moeſorum regem, vtrumuis per ſe vniuerſis Romanis ſimul parem, permouiſſe, vt ſibi hoſtes fierent.*

168. Id. ibid. p. 613—615.

ne violet, rogat: ſed a Pheraeorum, iam ſibi deditorum, oppugnatione deſiſtat, et bello attenuatis, pro eo ac poſſit, opituletur.—

§. 202.

a. C. 1345.

MOMITZILO e medio iam ſublato [i], Cralem quoque, vt iuris violatorem et foedifragum, ſibi vlciſcendum decreuit. Qui dum cerneret, bello Romanorum mutuo funditus vaſtari omnia, ſecurus percuſſi cum eo foederis, et alias vrbes Romanae ditionis occuparat, et Pheras diutina obſidione premens, ad miſerabilem victus inopiam redegerat, vt, paulo poſt illa ſe potiturum, confideret. Simul porro ex incolis quidam laborabant, vt ciues, deſertis Romanis, ad Triballos vltro deficerent: quibus Crales, ſi populo id perſuaſiſſent, magiſtratus vrbis deſponderat, quorum anteſignanus erat Manuel Aſanes, Irenes imperatricis patruus. Conſtantinus autem Palaeologus, Andronici imperatoris patruus, et Demetrius Zamplaco, Triballicae factioni aduerſantes, Romanis fauebant, — et ab imperatore auxilia flagitabant. Horum conſcius imperator, Cralem per legatos conueniendum exiſtimauit: et ſi quidem Pheris abſiſteret, ſibi quoque foedera et iuramenta ſeruanda: ſin ille prior ea profanaret, Perſis quoque adiutoribus inuadendum. 169.

§. 203.

Quando igitur viſum eſt maturum, miſſo Ioanne Bryennio, vt Pheras relinqueret, hortatus eſt. vrbem ſua intereſſe: ac de caetero nec illi, nec cuiquam Romanae vrbi negotium exhiberet. Apud ſe quidem illius beneuolentiae honorumque, quibus praeſentem domi ſuae cohoneſtaſſet, nunquam intermorituram eſſe memoriam: et aequum arbitrari, beneficientiae meminiſſe. Quare cum ille apud Berrhoeam foedus retractaſſet, ac poſtea manifeſte arma mouiſſet, ſancitaque foedera aperte violaſſet: non ſe ira exarſiſſe, neque ad vindictam incumbere; ſed ea renouare voluiſſe, et amicitiae, quantam potuerit, gratiam retuliſſe. Quod ſi obſequi recuſet, contraque foedus agere et iniuriam inferre non deſinat; ſed vrbes obſidere

169. CANTACVZEN. T. II. p. 652, 653.

i) Cf. *Bulgarica* §. 479.

dere pergat, ne ſe in culpa ponat, tamquam foedifragum et ingratum in benemerentem ſuum, quo tempore potiſſimum re aliena egebat, ſi armis poenas repopoſcerit. Haec per oratores ad Cralem imperator, ſimulque cum exercitu Chriſtopolim iter intendit, et ad vicum Gabrielis caſtra locat, vt Pheras venturus, et aliis ciuitatibus, bello Triballico vexatis, prouiſurus.

§. 204.

170 Eadem luce [qua occiſus eſt Apocauchus] legati a Crale redeunt, renunciantes, antequam eo veniſſent, eum, Pheras relinquentem, receſſiſſe: Perſarum videlicet aduentum, de quo audierat, metuentem. Sed cum illum eo loco, in quo tunc erat, conueniſſent, legatione percepta, reſpondiſſe, ſe quoque, quid iuſtum ſit, ſcire: atque idcirco Pheris abiiſſe, qua vrbe imperator tanquam ſua vti poſſet. Referebant item legati, Pheras alioqui curam ac prouidentiam non minimam deſiderare: factionem Cralis expellendam: non enim paſſuram plebem quieſcere; ſed, vbi licentiam adepta fuerit, ad deditionem Crali faciendam ſollicitaturam. —

[Imperator, cum proceribus conſilio inito, inquit,] reliquo exercitui nulla interpoſita mora Byzantium contendendum, mihi vero cum tribus millibus Pheras proficiſcendum; — rebusque vtrumque inſpectis et compoſitis, et Cralianis expulſis, reuertendum opinor. — Si Pherae negligentia noſtra ſub Cralis poteſtatem venerint, ipſas recuperandi nulla ſpes ſupererit: nec alias vrbes Macedoniae, inter quas velut confinium ſita, a caetero imperio Romano eas diuidit. — Amurius vero et Sulimanus aliique Perſae, palam reſponſantes, parum vtiliter conſuluiſſe, affirmabant. — Pheras, ſi nunc ad Triballos defecerint, non multo poſt, vbi illuc mouerit, et ſe pro ſociis ac ſeruis ſecum duxerit, recuperari poſſe. Sic — impetor, vt vidit aliter fieri nequire, manus dedit [et Byzantium contendit].

§. 205.

Imperator Cantacuzenus, poſtquam Byzantii nihil, quale ſperabat, euenit, non mediocriter moeſtus, culpam in duces Perſarum coniiciebat; ob quorum imprudentiam languoremque Pheras cum Mace-

170. Id. ibid. p. 659—661.

Macedonicis vrbibus amiſiſſet. Suſpicione enim mouebatur, poſt eorum diſceſſum leui eas negotio, imperatoris auxilia deſperantes, Cralem ſubegiſſe: hortabaturque, vt ſecum in Macedoniam redirent.

§. 206.

s) [Amurio in orientem reuerſo] imperator Didymotichum venit, moerens grauiter propter Pheras, aliasque vrbes Macedonicas, quas a Triballis captum iri formidabat; quod quidem haud longo interuallo factum eſt. Nam vt ad Cralem allatum eſt, Perſas in orientem rediiſſe, illico Pheras aggreſſus, cepit, data opportunitate adiuuantibus, quos intus ſui cupidos habebat. Ac tum iam ſe 171.

s) NICEPHORVS: *Crali Triballorum principi, ſeditionibus iis, quibus Romani inter ſe et aduerſus ſe inuicem ſaeuiebant, ad delicias abutenti, ſatis nondum erat. Nempe is opportunum illud cupiditati ſuae tempus et donum fortunae eſſe ducebat longe maximum. Peruadebat igitur flammae inſtar, et continenter populabatur ſubigebatque obuias quasque Romanorum vrbes et regiones; quod nemo eſſet, cui illos impetus reprimere vacaret. Byzantinis enim, et tacitis et confitentibus, optatius multo erat, omnia illi Chriſtopolin vsque prodi, quam Cantacuzeno acquiri. Cantacuzeno autem omnino quidem nolente id fiebat: ciuilibus tamen bellis diſtracto, propugnare non licebat. Eapropter omnia ab illo, Theſſalonica excepta, Chriſtopolin vsque ſubacta ſunt. Atque in iis ipſae etiam Serrhae, magna illa et praeclara ciuitas, fame et longa obſidione, duobus ſane moleſtiſſimis hoſtibus, ad deditionem compulſae. Ex eo Crales ſupra ſe ipſum euectus, ſumtoque inde grandiori ſupercilio (nihil quippe eorum, quae Byzantium vsque Romanis ſupererant, viribus ſuis et ſupremae poteſtati reſtiturum arbitrabatur) Romanum imperatorem ipſe ſe pronunciauit, et viuendi genus a barbarico ad Romanum morem tranſtulit, tiaraque et omnibus, quae magni huius imperii propria ſunt, inſignibus palam vſus eſt, et ad hoc vsque tempus vtitur. Iam vero et cum filio eorum imperium partitus, illi quidem, vt ſecundum Triballorum inſtitutum impera-*

171. CANTACVZEN. T. II. p. 662. Niceph. Greg. T. II. p. 467, 468. Id. p. 494. haec habet: Palamae ſectatoribus aliis alio diſperſis — *frequentes litterae Byzantium* venerunt, *quae* Palamam ſimul et Iſidorum — apertis exſecrationibus *proſequebantur*, etiam a *Myſis et Triballis et quicunque ſanctorum patrum inhaerere praeſcriptis — inſtituerant.*

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantacuzeno.*

a. C. 1345.

ſe magnifice maioreque imperii parte occupata circumſpiciens, palam ſemet Romanorum, Triballorumque imperatorem pronunciat, filiumque Cralem appellat.

CAPVT XII.

Legationes ab imperatore Cantacuzeno ad Cralem de pace miſſae, irritae; bellum Seruiis a Romanis et Turcis illatum, vsque ad Seruia caſtellum fruſtra a Cantacuzeno oppugnatum;

ab a. C. 1347.—

§. 207.

a. C. 1347.

172. α) IMPERATOR [Cantacuzenus poſt captam Conſtantinopolin] domi rebus probe conſtitutis, ad hoſtes externos ſeſe conuertit, et ad Cralem miſſis oratoribus, amplas ei gratias egit de honore ac

ret, ea regione ceſſit, quae ab Ionio ſinu et Iſtro flumine ad Scopiorum vsque vrbem pertinet, quam prouinciam maximus fluuius ſurſum alicunde praeterlabitur Axius: ſibi vero Romanas regiones et vrbes, Romanis inſtitutis regendas, illinc vsque ad Chriſtopolitanas fauces reſeruauit.

α) NICEPHORVS: *Vrbium Thraciae, excepta Medea,—nulla iam erat, quae Cantacuzeno non pareret, ex quo Byzantium ingreſſus et ritu ſolemniore imperator declaratus fuerat. In Macedonia autem cum caeterae iam ſubactae a Triballorum principe erant,*

172. CANTACVZENVS T. III. p. 718—720. Niceph. Greg. T. II. p. 499, 500. Ducas p. 19. haec habet: *Cantacuzenus* [CP. capta] *iugiter tuendis arcibus et caſtris in Seruiae finibus ſitis inuigilabat:* p. 20. *Solus—regendo imperio Cantacuzenus relictus,—pro viribus hoſtium, tam Turcorum, quam Seruiorum inuaſionibus et inſultibus reſtitit.*

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

ac ſtudio, quibus praeſentem proſecutus fuiſſet, quo tempore homophylorum arma pertuliſſet: ſeque, vbi occaſio inciderit, iure ac merito factis reſponſurum: ſi tamen foedera ſalua manerent, quibus ab vtrocunque violatis, alterum vindicem propterea in vitio ponere, haud aequum eſſe; nullam quippe obſtare legem, quin, qui laeſus eſt, ab eo, qui laeſit, iniuriam perſequatur. poſtulabatque vrbes poſt foedus ſancitum Romano imperio ademtas reſtitui: ſic enim in iuramentis ſcriptum exſtare. Nam non ſolum Pheras, et alia Macedoniae oppida atque caſtella, praeter Theſſalonicam, occuparat: ſed Berrhoeotarum quoque potentiſſimos pecunia et pollicitationibus magnis corruptos eo pertraxerat, vt exacto Manuele imperatoris filio vrbem ſibi addicerent: quod ſane moleſtia afficiebat imperatorem non mediocri.

§. 208.

Crales, audita legatione, nihil iuſte obtendere poterat. Et iuramenta ſic concepta eſſe, non ibat ille quidem inficias, oppida tamen reddere nolebat, ſed ad praetextus et accuſationes ineptas confugiebat. Imperator iterata legatione poſtulat, vt ſibi vrbibus ex iuramentis cedat: ſi abneget, bellum ei denunciat et orat, futuras caedes ac ſeruitutes ne ſibi adſcribat: opibus enim Romanis ciuili bello fractis ac debilitatis, ſe barbarorum auxiliis vel nolentem vſurum. Quae vt expendat, et, quo facto opus ſit, faciat, ſe hortari.

Cum nec poſt alterum legationem praeſtaret Crales, quod debebat, imo potius caeteras vrbes obſideret, imperator Orchanem generum ſubſidium popoſcit: veneruntque barbarorum ſupra decem millia, ducentibus Sulimano cum fratribus, Orchanis filiis. Mittit vna imperator etiam Matthaeum filium Romano agmini praepoſitum, et, citra maleficium tranſitis Romanorum finibus, Triballos deua-

tum ipſa quoque Berrhoea paulo poſt in eius ditionem conceſſit. Auxiliis enim deſtituta, non poterat diu barbaricae et pertinaci oppugnationi reſiſtere. Atque interea fugitiuus inde ceſſit is, qui tum temporis praefecti munere fungebatur Manuel imperatoris filius. Theſſalonicae vero neutrum placebat, neque Cantacuzeno ſubmittere ſe, neque Triballorum principi.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1347.

deuaſtare iubet. At barbari vbi tantum Mygdoniam per munitionem, quae iuxta Chriſtopolin eſt, peruenerunt, et vrbes illas a Crale teneri intellexerunt, ducum imperia parui pendentes, ad populationem ſeſe illico effuderunt, vicosque omnes vaſtauerunt, et vrbes Mygdoniae finitimas incurſarunt, occiderunt, et captiuos egerunt quamplurimos: atque cum opima praeda, armis quaeſita, per Helleſpontum in Bithyniam redierunt. Imperator vt barbaros deſeruiſſe ordines audiuit, moleſtiſſime tulit: quandoquidem in quorum vtilitatem bellum hoc ſuſceperat, eos ipſos hi, qui ſe pro ſociis adiuturi videbantur, perdiderant.

§. 209.

173. [CANTACVZENVS imperator cum Matthaeo filio regionis, quae in longum a Didymoticho zephyrum verſus ad Chriſtopolitana ſuburbia, in latum autem a mari ad oppidum Xanthiam patebat, principatum attribuiſſet, inquit,] Ego vero noſtri imperii noſtraeque ditionis murum quaſi quendam ſtatuo te, vt poſſis rupis inſtar conſtitutus aduerſus fluctus, ex Triballis tanquam ex immani profundo efferueſcentes, tibi quidem tropaeorum illuſtrium occaſionem paratam habere, nobis autem ſecuritatem praeſtare. — Illud vero non ignoro, queri poſſe te de nobis, qui id gratificemur, quod minime gratum eſſe debeat —. Siquidem ea per nos loca habiturus es, quae flamma hoſtilis quotidie depopulatur; quae diu et noctu graſſantibus barbaris non minus patent, quam noſtrae regiones. Quas enim terras peruadendo inuias ac deſertas facere haud deſinunt, a mari quidem piraticae ex Aſia Perſarum copiae, a terra autem apertae clandeſtinaeque Triballorum incurſiones et infeſti exercitus, eas nos tibi poſſidendas aſſignamus. — Adeo res noſtrae in praeſenti afflictae ſunt; adeo ciuiles illi et implacabiles tumultus — externorum in nos hoſtium potentiam plane confirmarunt. Vndenam ſcilicet, niſi inde, Triballus in nos tantus creuiſſet; qui fluuii inſtar exundans, et limites ſuos longe praetergreſſus, effuſis fluctibus partem imperii Romani iam inundauit, partem inundaturum ſe minatur? Nimirum ille longo terrae interuallo a nobis diuiſus, eo audaciae proceſſit, eas vires collegit, vt noſtros agros illius exercitus perpetuo incurſent, et ſubitis irruptionibus vaſtent impune: telo-

173. NICEPHORVS GREGORAS T. II. p. 513, 514.

telorum autem ſtridorem ad noſtras aures facile perferat, nulla alia re fortem ſe in vincendo exhibens, niſi quod ex Romanorum calamitatibus conſilium capit et vires.—

§. 210.

a. C. 1348.

[INEVNTE vere] legatos imperator ad Triballum miſit, qui foederum ac pactionum commonefacerent, et fidei violatae arguerent. Verum is, quia continuae victoriae maximos illi ſpiritus attulerant, irritam legationem faceſſere ſtatim iuſſit. Itaque imperator Byzantio egreſſus, medio iam vere, tum vt copias, quae in Thracia erant, aduerſus iſtum cogeret, tum vt amicum Amurium et vires cum eo Perſicas ex Aſia accerſeret, ſeptimo poſt die Didymotichum peruenit. [Sed mors Amurii, qui tunc Smyrnae caſtellum oppugnans, a Latinis occiſus eſt, morbus Cantacuzeni et rebellio Latinorum Galataeorum imperatoris in Triballos expeditioni obſtiterunt]. 174.

§. 211.

a. C. 1348—1357. a)

[CANTACVZENVS imperator cum Palamam ab Iſidoro CP. patriarcha Theſſalonicae epiſcopum conſecratum, in hanc vrbem miſiſſet, ciues eum non ſuſceperunt], palam negantes, ſe imperatori obſtrictos.— Nam cum ſcirent, nec imperatori expeditum eſſe, eorum conatus armis comprimere (quando iam Macedoniam vniuerſam, Theſſalonica excepta, Crales occupaſſet), et requiſitum iri apparatum ingentem, ſi per terram hoſtilem tranſiens, in eius medio caſtra metaretur, ipſosque obſideret, quae fieri non poſſent: Cralem inſuper non pecuniam modo, ſed ipſam quoque, ſi dici poteſt, animam, qua nihil ei carius, prae Theſſalonica ſpreturum, imperatoris iugum excutere, ac niſi eos miſſos faceret, Triballis vrbem addicturos minari decreuerunt. Crali autem verba dare, nempe, cum a Romanorum imperatore deſciuerint, facile ad illum tranſituros 175.

174. NICEPH. GREG. T. II. p. 525, 526.

175. CANTACVZEN. T. III. p. 762.

a) Hoc anno ſe imperio abdicauit Cantacuzenus.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

ituros: et idcirco ſuadere illi, ne ſe armis potius cogere, quam aequitate animi et lenitate allicere conetur. Sic cum vtrumque, alterum per alterum, repulerint, ipſi ciuitatem ſibi vendicare, eaque frui.

§. 212.

176. [IMPERATOR Cantacuzenus dum de monaſtica vita amplectenda conſilia agitat]; litterae Theſſalonica cum aliorum ciuium, tum Metochitae protoſebaſti redduntur, quibus—rogabatur, vt quantum poſſet, et quidem quamprimum, vrbi conſuleret, neu pateretur primo quoque tempore ſub Triballis futuram, niſi ſuccurreret, neue Romanum imperium altero oculo priuari ſuſtineret.

§. 213.

177. [ANDREAS Palaeologus, vnus e principibus Theſſalonicae viris, cum ciues in ſe conſpirantes animaduerteret,] confeſtim rebus ſuis diffiſus, ad Cralem, inde poſtea ad ſanctum montem Atho venit. Zelotae cum populum amplius concitare non poſſent, nec diuitum aedes diripere, abiecta perſona, qua ſe pro iuniore imperatore contendere ſimulabant, vt ciuitas Triballis proderetur, laborarunt. Crales enim ob id grandem pecuniam effundebat, grandiorem promittebat: homo, qui etiam alioqui ex largitionibus famam aucuparetur. Verum nihil erat, quod ei prae Theſſalonica non ſorderet: quam ſi occupaſſet, impenſam ſe refecturum, nec puſillam Romani imperii partem, tam ſpatioſa vrbe ad caeteros iam ante occupatas adiuncta, habiturum ſciebat. Itaque profuſis donationibus et Zelotas et per illos non paucos ciues ad ſe traduxit, vt etiam palam affirmaret, iuſte ac merito ad ſe tranſiri, qui, quando totam prouinciam obtineret, vrbem obſidere et detrimenta inferre quam grauiſſima poſſet, et, ſi ſe dederent, illis commodare vellet.

Quibus conditionem reiicientibus, vrbem cinxit, atque obſedit. Quod cum protoſebaſtus et ciues Romanorum ſtudioſi cernerent, neque proditoribus praeualere poterant, propter vim, quae foris inſtabat, (cum praeſertim et populus obſidionem aegre ferens, Triballis ſubiici fore malis liberari putaret) neque tam amplam vrbem

176. Id. ibid. p. 764. 177. Id. ibid. p. 765.

bem Romanis eripi, et ſe barbaris ſeruitutem ſeruire aequis animis patiebantur. Quapropter imperatorem obſecrabant, ne ſui eſſet immemor, ſed quam citiſſime opem ferret. Nam ſi moraretur, vrbem paucis diebus in hoſtium poteſtatem venturam. Haec illi ſcripſerunt.

§. 214.

Imperator, tam praeclarae vrbi, tam perículoſe laboranti, non venire auxilio, inhumanum exiſtimabat: et tamen deponere, quod animo conſtitutum habebat, et ad bella ductantosque exercitus redire grauabatur.— Reſcribit igitur illis, ſegnitiem ab ſe amoueant, proditoribus ſe opponant, auxilia propediem miſſurum. Mittit etiam ad Orchanem generum, et copias ab eo ſubſidiarias petit. Is ſubito Sulimano filio mandat, cum viginti equitum millibus imperatori militet. Volens autem imperator etiam imperatorem generum in expeditionem Theſſalonicenſem ſecum educere, triremes armatis complet, quibus tuto in Macedoniam cum eo nauigaret.— Habebat autem propoſitum, nunc quidem primo impetu Triballos obſidione depellere, et Theſſalonicam diſcrimine liberare, iam enim autumnus ſeneſcebat: deinde imperatorem iuuenem ibi relinquere, ipſe Byzantium redire, et per hiemem ſe inſtruere, atque cum maiore ac diuturniore apparatu reuerti: quod Auguſtae Annae nullo modo probabatur. [Qua bono animo eſſe iuſſa, ait,] ſe, cum ibi fuerit, expulſis, qui vrbem Triballis prodere cogitaſſent, imperatorem iuuenem ibidem per hiemem relicturum, qui proditoribus, ſi qui ſuperfuerint, obſiſtat. Non enim vtique eo praeſente communi ſententia, vt vel ſceleſtiſſimi ſint, ipſum cum ciuitate hoſtibus tradituros. Vere ineunte, vbi et ipſe cum maiore apparatu aduenerit, tum iam Deo adiuuante non de Theſſalonica ſolum, ſed et de reliqua Macedonia, Theſſalia et Acarnania (quas, dum bellum gereretur, Triballi occuparint) ad eos verba facturum.—

§. 215.

Imperator vt Perſicas copias ad Helleſpontum transmittere intellexit, paratis iam triremibus celeriter ſoluit, imperatorem iuniorem ſecum ducens. Cumque in Helleſponto eſſet, eo in nauibus reli-

178. Id. ibid. p. 766.

179. Id. ibid. p. 767.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

relicto, ipſe in continentem egreſſus, duces admonebat, qua incederent, cauebatque diligenter, ne Macedoniam, ſuam mox fu-
180. turam, popularentur: ſed cum Theſſalonicam veniſſent, ſibi curae futurum, quatenus regionem hoſtium infeſtarent. Et Matthaeum filium, Romanas agentem copias, cum ducibus praeire Theſſalonicam barbaris iuſſit. Scopus autem illius erat, vt, cum ibi in tuto imperatorem iuniorem reliquiſſet, ipſe cum Romanis et barbaris in hoſtium prouinciam irrumperet. Vbi igitur, vt videbatur, exercitum terreſtrem recte conſtituit, triremibus in altum eſt prouectus.—

§. 216.

[Perſis breui poſt ob vicinorum dynaſtarum irruptionem in Aſiam reuerſis] Matthaeus, quoniam cum ſolis Romanis per hoſtes ire non poterat, perennibus etiam in medio fluuiis haud facilem
181. tranſitum concedentibus, et Triballis vias inſidentibus, ac firmioribus multitudine, quam pro copiis Romanis, quas ducebat, etiam ipſe reuerſus eſt, et exercitus diſſipatus: patrique, quid ſibi obſtitiſſet, indicauit. Imperator, hoc euentu ſtomachatus, cum, quid potius ageret, non haberet, Eione Theſſalonicam proficiſcens, nocte illa prope Amphipolin, quam Triballi tenebant, iactis ancoris manſit. Eam *Braianes* b) regebat, imperatori ob veterem conſuetudinem coniunctiſſimus: ad quem noctu nauigiolo clam venit, et cum eo ſermonem habuit. Qui, quod ad ſe attinebat, bene imperatori volens, omnia ex eius beneplacito facturum, et cum aliis eiusdem amicis acturum, recipiebat, vt opportuno tempore illi operam nauarent: nunciabatque, ad Strymonis ripas naues Perſicas duas ſupra viginti populandi cauſa appulſas. Imperator, finito hoc nocturno colloquio, ad triremes reuertit, cautione magna adhibita, ne cum Triballo congreſſus reſciretur.

§. 217.

Diluculo Perſas ad auxilium inuitat, qui ſine mora aduolant, cum iis Theſſalonicam defertur, vbi—vrbem tum ab externis hoſtibus, tum ab internis inſidiatoribus afflictatam communiter inuenit. Verum omne malum aduentu ſuo diſcuſſit.— Vocato in concionem

180. Id. ibid. p. 768.
181. Id. ibid. p. 769.

b) Μπραϊάνης.

tionem populo, de bello, quod contra ſe Romani mouiſſent, diſſeruit:— et de Zelotis ipſorum, qui,— Triballorum largitionibus corrupti, non imperatorem modo, pro quo ſe pugnaturos affirmaſſent; ſed et vrbem totam propter compendium c) ſuum prodiderint.— [Hinc] alios vrbe fugari iuſſit; Triballos vero propugnaculis circum vrbem expulit, alios per ſe fugientes, etiam ante conflictum, alios conſerta manu: breuique ſpatio temporis regionem hoſtibus purgauit. Etenim antequam eo veniret, quidquid extra portas eſt agri, Triballi poſſidebant.

§. 218.

182. [POSTMODVM cum Venetorum legatus Iacobus Bragadinus Theſſalonicam veniſſet, contra Genuenſes auxilia rogatum:] imperator abnegat: ſibi cum Crale negotium eſſe, qui, Romanis bello ciuili occupatis, non paucas vrbes et terrarum regiones imperio abſtulerit. Legati pollicentes, Venetos illi rem cum Crale transacturos: cooptatum enim eſſe in eorum ſenatum; ac proinde neceſſe habere obtemperare. Ne ſic quidem perſuaſeruut; ſed humaniter habiti cum donis dimiſſi ſunt.

§. 219.

[PERSAE auxiliares antequam ſe imperatori coniungerent, oras Macedoniae populati in Bottiaea], praeter alios *Marcelati* c) cuiusdam filium ceperant, paſtorum quorumdam principis, qui armenta boum Triballis Berrhoeenſibus paſcebant, eratque imperatori notus: quippe qui quondam vnus de eius paſtoribus fuiſſet. Qua re, potiſſimum fretus, Theſſalonicam ſe contulit, et ſtratus ad eius pedes, pro filio captiuo rogauit. Imperator, neſcio quo inſtinctu, hominem apprehendens, cum eo agit, vt, ſi velit a barbaris filium recipere, in Berrhoea capienda operam ſibi det: nullam aliam, quam vt noctu tantum ſcalas muris apponat. Barbarus conditionem perlibenter ſuſcipit, et maiora etiam praeſtiturum ſpondet, confirmatque, rem ſibi haud difficilem fore. Nam ſe cum quibusdam aliis Triballorum Berrhoeae potentiſſimorum paſcentem boues, inter binos muros vrbis noctu manſitare, qnibus nulla ſit cuſtodia,

c) ἰδίας ὠφελείας ἕνεκα. c) Μαρζελατου.
182. CANTACVZEN. T. III. p. 770.

Impp. IOANN. *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348–1357.

vt facile poſſit, perſuaſis ſociis, imperatori gratificari. Sic barbarus cum eo pactus recedit, filii a Perſis liberandi promiſſa ſecum auferens, ſi ad vrbem occupandam operam viriliter contuliſſet.
183.

§. 220.

Iamque imperator, vt Berrhoeam noctu iret, ſe comparabat, mandans nauarchis, triremes inſtruerent, et barbaros [Perſas] ſimul ducentes, in fluuium quemdam perennem, non admodum Berrhoea procul manantem, ex compoſito venirent, ibique ſe exſpectarent. Ipſe vero tum ex Theſſalonica praeſidium, tum qui e Byzantio ſe ſequentes non paucos inde equos conquiſierant, ducens, ex continente Berrhoeam, imperatore iuniore Theſſalonicae relicto, petebat.

Berrhoeae autem etſi iam antea multi degerent Triballi, a Crale eo habitatum miſſi, non milites modo, verum etiam homines copioſi *a)*, tum propter caeteram commoditatem, (nihil ſiquidem eorum, quae vrbem beatam faciunt, illic deeſt) tum quia ampla eſt, multisque incolis frequens, non plebeia ſolum turba, ſed et militibus et optimatibus, quorum plures, vel omnes potius, Crales ea occupata expulit, nihilominus adhuc eius defectionem timens, non paucos milites et nobiles aliquot ibi ſtabili ſede collocarat. Arces porro conſtruxit duas. Ac omnino quidem perfectae, ad portam, quae regia dicitur, Germanos praeſidiarios impoſuit: altera etiamnum praeſidio carebat: non enim tam arx, quam parua vrbs in magna erat. Parte enim non exigua de ambitu prioris vrbis abſciſſa, muro eam diſcludebat, ſolo aequatis aedibus, et turres erigebat, poſt vnam maximam tres minores, murorumque inter turres craſſitudine illis reſpondentium, duplicia propugnacula, ſeu pinnas faciebat, vt, ſi opus foret, ab vna in alteram facile commearent milites, et, ſi arx forte caperetur, cuſtodes ab hoſtibus aeque intus ac foris nihil laederentur. Hanc igitur arcem ſic inſtitutam ad finem perducere non potuit, ſed conueniens altitudo turribus adhuc deerat. Propter cauſas igitur a me poſitas magna et bellicoſa Triballorum vis Berrhoeam incolebat; et tunc propter infeſtum imperatoris aduentum non pauci in vicis habitantes, quod et ſe inuaſum iri metuebant, eo confluxerant, cuſtodiebaturque vrbe noctu

183. Id. ibid. p. 771.

a) των δυνατων.

noctu et interdiu vigilanter: et ad hoſtem propulſandum ſeſe inſtruebant.

§. 221.

Quae cum et imperator exploratiſſime ſciret, non aperte eos aggrediebatur, quod ſe ad tam multos expugnatione ſubigendos viribus imparem noſſet; ſed ad furta ſe conuertebat potius, non parum et incolis confiſus: nempe, ſi ſe intus eſſe cognouerint, ſimul in hoſtes ſurrecturos, bellumque ſecum confecturos. 184. Itaque magnopere ſtudens, ne in Triballos ire noſceretur, ex compacto cum exercitu ad flumen venit. Triremes autem nondum aderant. Cum enim eſſent ad oſtium fluminis, e mari atque e fluuio in modum aggeris aggeſto luto (vt amat accidere), aditus ad transeundum obtineri non poterat.— Imperator ſimiliter ad fluuium conſiſtens, nondum adeſſe triremes dolenter ferebat, cauſamque abſentiae ignorabat: et ne coepta in nihilum caderent, ſi dies interueniſſet, etiam ipſe verebatur. Interea dum claſſiarii haerent, quid agant, de ſubito exaeſtuans mare, et aliquamdiu fluctuans, naues placido ac leni impetu in flumen promouet, citoque cum imperatore coniuncti, quam iniquo caſu impediti fuiſſent, commemorabant.

§. 222.

Imperator — quam celeriter licebat, cum graui leuique armatura et barbaris Berrhoeam properabat: relictis ad cuſtodiam triremium quot ſufficere arbitrabatur. Euntem Marcelatus occurrens ad feſtinandum acuebat, quod diceret, omnia ſe confeciſſe, et ſcalas faciendas ſociis commiſiſſe. Cum ab oppido propius abeſſent, imperator rurſus Marzelatum mittit, viſum, ecquid ſcalae ſint confectae. Refert ille, nullas eſſe confectas. Imperator iterum ancipiti cogitatione turbari. Tum qui illi erant proximi, aptare in ſiluis trabes, altitudinem muri aequantes (vna enim in expeditione verſabantur Berrhoeotarum primarii, a Crale in exſilium acti, magnanimitate et fidentia nihil reliquis de imperatoris agmine concedentes, promteque ad omnia praeſeruientes, et ad patriam occupandam ſtudium ſuum accommodantes) et quoniam claui non ſuppetebant, funibus ex tabernaculo imperatoris vſi quaternas ſcalas breui

184. Id. ibid. p. 772.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

breui componere, quas cataphracti et quidam leuis armaturae tollentes, Berrhoeotis cum Marzelato ducibus, muris applicuerunt, oppidanis ad vnum ignorantibus: ipſique primi, deinde vtriusque
185. armaturae milites aſcenderunt. Imperator vt ſuos intus eſſe comperit, diuiſis copiis, ipſe Romanos equites peditesque ducens ad ſcalas proceſſit: barbaros cum reliquis Romanis arcem adoriri iuſſit, vt, pluribus ex partibus inuadentes, terrorem indigenis afferrent. Qui intus iam erant milites, primum quidem in quosdam cuſtodes incidentes, eos comprehendebant, mortemque interminabantur, ſi vocem ederent. Deinde cum ad portam Opſiccianam veniſſent, alios cuſtodes, eosdemque ciues, offenderunt, quos ad ſe iuuandos vectesque diffringendos hortati ſunt. Dictum ac factum. Illi portis apertis imperatorem intromittunt. Qui, optimatum paucos apud portam ſecum retinens, alios introrſus ire et cum Triballis hoſtibus dimicare iuſſit: ad quos perdendos ſoli incolae ſat multi erant. Vt enim intra moenia imperatorem eſſe cognouerant, acclamatione fauſta eum prodente omnibus, ſtatim in Triballos irruentes, facultates illorum diripiebant, et forte occurrentes capiebant.

§. 223.

Triballi, vrbem captam animaduertentes, primum ad praefectos cum armis vndique concurrerunt, vt eos defenderent, ſi poſſent, aut portis apud arcem apertis aufugerent. Barbaris autem extra arcem laetum vociferantibus, ſtatim ſalute funditus deſperata ab equis deſcendentes, cum liberis et vxoribus, caeteris neglectis, in arcem confugerunt. Cum porro multi eſſent praefecti militum, (triginta videlicet nobiles, habentes vxores ac liberos,) milites autem mille quingenti, quoniam arcis muri et turres nondum extremam manum acceperant, praefecti cum coniugibus et filiis in vnam turrim ſatis altam ſe abdiderunt: de militibus alii quidem mox comprehendebatur, alii in aedibus ab amicis occultabantur. Germani alteram arcem, quae ad portam regiam erat, ſoli tuebantur: alia multitudo, operariorum, vt ferebatur, plus decem millia, ex tota Cralis prouincia ad arcis aedificationem collecta, extra muros manens, vbi barbaros ſenſit, etiam tum trabibus magnis ad muros appli-

185. Id. ibid. p. 773.

applicitis (lapidibus reliquaeque materiae ſurſum attrahendae videlicet) per eas in vrbem ſcandentes ſeruati ſunt. Quam vt iam vi ac virtute occupatam cognouit imperator, et ipſe ad arcem, acclamante ac deducente populo, profectus, ibi omnia et a plebe et a militibus direpta inuenit: miſitque, et barbaros vrbis ingreſſu prohibuit, ne quid ei, vt bello captis ſolet, noceretur. Dein Triballos, qui ſe in turrim condiderant, exire iuſſit, data fide publica, 186.
nihil mali perpeſſuros. Qui protinus egreſſi, omnes eum adorarunt: erant ſiquidem amici omnes.

§. 224.

At Germani populo et, qui ex triremibus venerant, cataphractis reſiſtebant, quoad imperator acceſſit: tum enim confeſtim, arce deſerta, ſe dediderunt. Atque hi ipſi illi erant, quos ei, primum Berrhoeam petenti, Crales ſocios adiunxerat; quibus tunc imperator magnas de beneuolentia gratias egit. Non enim, quamuis id Crales mandaſſet, Theſſalonicae in caſtris ipſum deſeruerant; ſed per media multaque diſcrimina vsque Berrhoeam cupide ſecuti fuerant. Qua de cauſa imperator, etſi captiuos, benigne et humaniter eos habuit, et cum equis atque etiam cum armis, donato viatico, ad Cralem dimiſit. Caeteros milites omnes, extra triginta praefectos, contentos indumentis pedibus abire domum voluit: equi namque ab exercitu directi erant: reliquam colluuiem, baiulorum nimirum ac foſſorum, longius ab vrbe iuſſu imperatoris abductam, ne a barbaris ſpoliarentur, milites dimiſerunt.

Cum autem et triginta illos praefectos honorifice vellet dimittere, ſe retineri rogauerunt, ne apud ipſorum principem per calumniam accuſarentur, ſeſeque volentes cum vrbe tradidiſſe viderentur. Paulo poſt alii quidem domos ſuas imperatoris permiſſu petiuerunt; aliis fuga placuit; nonnulli, Theſſalonicam ducti, inde fugiebant: nec enim in carceribus concludebantur, ſed in monaſteriis ſine vinculis cuſtodiebantur. Talia apud Berrhoeam acciderunt, feliciore imperatore, quam ſperari poterat, et tot hoſtium vno die victore ac domino ſine ſanguine. Nemo enim vel Romanus

186. Id. ibid p. 774.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

manus vel Triballus occubuit: vnus barbarus a Romanis interemtus narrabatur.

§. 225.

Barbari poſtquam ex vrbe capta nihil praeclarum acquiſierunt (nec enim eos imperator ſinebat ingredi) ſubiectam Crali regionem vt ſibi incurſare liceret, orauerunt. Permittente imperatore, vim maximam pecoris, homines paucos abegerunt, quod illi opacis ac nemorofis locis facile eorum manus effugerent.

§. 226.

187. Imperator, ſtatu Berrhoeenſium rerum ex ſententia formato, Edeſſam maiore cum agmine, quam Berrhoeam venerat, diſceſſit: multi ſiquidem etiam Berrhoea ſe adiunxerant. Verumtamen non tantam in praeſentibus copiis, quantam in ciuibus Edeſſenis praeſtantioribus vrbis capiendae fiduciam reponebat, quos ſtatim ad ſe defecturos, reliquosque ſecum tracturos confidebat. Caeterum res longe ſecus omninoque aduerſus opinionem euenit. Nam et ipſi palam ſe inimicos profitebantur, et infirmam plebem eodem incitabant: ac ſtantes pro muris, in imperatorem conuiciis incurrebant; aiebant, valde imperitum eſſe, quod, cum Crali, longe maiore cum exercitu ſedecim annis obſidenti, nihilque proficienti, ſe dedere noluerint [e], ipſe paruo ſpatio cum tam pauxillo agmine eos domiturum ſperaret.

Imperator vrbe ſe fruſtrari doluit, et oppugnationi mox deſperauit: non ſolum quia natura manuque munita eſſet (plus quam dimidia enim lacu circumdata, hoſtibus inacceſſa eſt: pars reliqua muris multo firmiſſimis et turribus, alicubi etiam praecipitiis et vallibus imperuiis cingitur), ſed quia item non modica Triballorum manus eam praeſidii cauſa inſidebat: cui quatuor apud eos illuſtres praeerant, quos ciues potentiores adiuuabant ſtrenue. Nihilominus noctem ibi manendum poſtridieque diſcedendum, nec in iis, quae effici nequirent, aggrediundis tempus conterendum ſtatuit. In quam ſen-

187. CANTACVZEN. T. III. p. 775.

e) και πλεον ουδεν ανυειν δυνηθεντος [τȣ Κραλη] εκ των οπλων, ειμη εκοντες προσεχωρȣν.

Impp. IOANNE Pal. IOANNE Cantac.

ſententiam et proceres Romani omnes et duces, ab experientia militari vrbem inexpugnabilem iudicantes, iuerunt. Noctu porro quidam de graui armatura, quae eum triremibus ſecuta fuerat, accedunt, quid de oppido cogitet, percunctantur. Imperator per ſimulationem viciſſim quaerit, vtrum probent, tentare moenia, an diſcedere. Illi ad oppugnationem hortantur, et orant, ne propter Edeſſenorum perfidiam ab vrbe armis ſubigenda deſiſtat, ſiquidem ſubigi poſſe: ſuamque et aliorum ex triremibus, quibus id perſuaſuri eſſent, promtam operam pollicentur. Imperator conſilium illico arripiens, eos ſcalas comparare, duces bene mane militem in armis ad oppugnationem habere iubet. 188.

§. 227.

Vbi diluxit, copias digerit, et barbaros muris iuxta locum admouet, vnde vrbs capi nullo modo poterat: vt, ſi ea forte caperetur, non haberent, qua ingreſſi aliquos trucidarent: ipſe vero cum robore, cataphractis ſcilicet ac nobilitate, ad arcem ſe applicuit, vbi muri validiſſimi et Triballorum Edeſſenorumque flos: alios duces cum ordinibus ſuis ad alias moenium partes, vt cuique ſors cecidit, adhibuit, coeptaque cum die oppugnatio eſt, et certatum ſine remiſſione vsque ad meridiem acerrime. Oppidani enim de muris proeliabantur fortiter, et qui foris oppugnabant, imperteritae virtutis documenta dabant eximia: praecipue autem qui e triremibus grauis et leuis armaturae erant, corporibus ſuis minime parcebant. Imperator etenim ei, qui primus in muro vexillum defixiſſet, praemium virtutis quatuor minas ſeu libras auri, ternas ſecundo, binas tertio praeconis voce promiſerat. Meridie, multis ex propugnatoribus vulneratis, aliquot etiam interfectis, et ſcalas muris affixerunt, languidius iam oppidanis reſiſtentibus; et portae arcis ignem ſubiecerunt: qua conſumta, inde et per ſcalas ſe infuderunt, obtinebaturque vrbs, vt dicitur, funditus.

Imperator, ea capta, non eſt paſſus milites turbatis ordinibus ad praedam diſcurrere, praeter eos, qui primi introruperant, et quaeſticulum ſibi fecerant. Ex Romanis et imperatoriis multi vulnerati ſunt; nemo tamen occubuit: milites Triballi ad vnum ſine

188. Id. ibid. p. 776.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

equis ad ſuos dimiſſi. Quatuor praeſidii duces et ex ciuibus Cralis fautores expulit: pro arce defendenda ducentos, partim grauis, partim leuis armaturae, reliquit: vrbis praefectum Georgium Lyzicum, virum bello fortiſſimum ac prudentem, deſignauit, atque ita Berrhoeam repetiit. Citra martem quoque acceſſerunt circum Edeſſam et Berrhoeam caſtella et oppidula, nempe haec, Staridola, Petra, Soſcus, Deura, Strobus, Notia: et ex oppidulis Theſſaliae Lycoſtomium et Caſtrium.

§. 228.

189. Aliquanta requie exercitui conceſſa, imperator rurſum expeditionem contra Seruios *f*) ſuſcepit. Vrbs haec non parua, ad confinia Bottiaeae et Theſſaliae iacet: cui et reliquae Theſſaliae *Prealimpus* e proceribus Cralis praeerat, qui prudentia, fortitudine, exercitatione bellica ſupra caeteros excellere videbatur. Aedificata eſt ſuper montis ardua prominentia, ſtatimque a principio ſemet ipſa altior, ſicut eſt, accedenti apparet. In ipſo autem iugo montis deſinit, triplici muro diſtincta et interſepta, vt foris exiſtimes, tria eſſe oppida, aliud poſt aliud. Vtrimque vallibus profundis circumdatur. Quod patet ab vrbe ſpatii vsque ad planitiem et ad valles, qua habitari poteſt, aedibus et incolis, non plebeis modo, ſed et optimatibus *g*) plenum eſt. Ipſa vrbs propter loci poſitionem ſurſum ſuccedentes domos habens, paucas aedes cum multis contignationibus habere videtur. Eius duae partes inferiores a ciuibus incoluntur: tertia, quae eadem arx eſt, praefecto relinquitur. Eſt autem vndequaque acceſſu oppugnatuque difficilis. Illic Prealimpus ſedens, foſſis ac munitionibus non egebat, cum huic rei natura prouidiſſet. Et is ciuibus magnopere diffidens, eorum liberos, vxores et rem familiarem in ſecundum, ſeu medium, ſeptum ſeuocabat, viros omnes in vltimam, ſeu infimam, vrbem expellebat: mandans, vt imperatorem, ſi inuaderet, a ſe liberisque ſuis propulſarent: ipſe mediae illi vrbi, in qua coniuges cum prolibus erant, praeſidium e Triballis imponebat, quos ſupra quingentos habere dice-

189. CANTACVZEN. T. III. p. 777.

f) κατα Σερβιων.

g) — των ἀριςων ἐκ των πολιτων, και ἐκ των ςρατιωτων, ὁι ἠσαν ἐγχωριοι πολλοι τε και ἀγαθοι.

dicebatur. Habitantes autem extra muros, neque in vrbem ingredi ſinebat, neque filios eorum cum vxoribus recipiebat; ſed pro aedibus ſtantes pugnare iubebat, loco pene inacceſſo et adorientibus difficillimo. Sic igitur ille ad obſidionem excipiendam ſe comparabat. Rumor vagabatur, inuitum in vrbe retineri, malleque vitandae pugnae ad vrbes Theſſaliae profugere. Contra ſui eum ab hac mente deducebant; quod, ſi ea vrbe potiretur imperator, tota quoque Theſſalia pro certo potiturum. Quibus obſequens, obſidionem ſuſtinuit.

§. 229.

Imperator, poſtquam caſtra propius vrbem mouit, primum quidem milites, paucis ſecum remanentibus, praedatum dimiſit: praedam opimam Romani barbarique ſimiliter, et ex ipſis Seruiis et ex circumiacentibus vicis retulerunt. Poſtea vicinius accedentes, oppugnationi ſe accingebant. Qui de Seruiis extra oppidum habitabant b), impreſſionem hoſtium metuentes, et Triballis eos intra moenia non admittentibus, et quia inſuper ab imperatore haud erant alieni, omnes conſenſu in eius poteſtatem ſe tradiderunt, ac milites hoſpitio receperunt. Qui in vrbe erant, ipſi quoque vehementer partibus eius adhaerebant: tamen propter vxores et liberos, qui in medio tenebantur, neceſſario Triballis auſcultabant. 190.

Tertio die parati muros, indigenis praecipue allicientibus et capi vrbem poſſe affirmantibus, oppugnant. Sed quia non vndecunque licebat inuadere, locis vtplurimum duris et aſperis, vbi maxime dabatur aſcenſus, florem ipſum ſagittariorum conſtituens imperator, propugnatores propellere iubet. Alii teſtudine facta ad muros ruunt, eosque perfodientes penetrant: contigitque intra domum moenibus haerentem, hominibus vacuam, veniri, per quam cum ſe in vrbem immiſſuri eſſent, domina domus caſu ingreſſa, oppidumque captum aduertens, elato clamore propugnantes conuocat. Illi extemplo accurrunt, fodientesque iaculis a muro depellunt. Cumque in ipſo potiſſimum feruore certaminis imber effuſius caderet, manus illa a pugna diſtitit, atque in caſtra receſſit: quando

 ſimul

190. Id. ibid. 778.

b) οἱ ἐπὶ της ἔξω δὲ Σερβι- ων συνοικιας.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348–1357.

ſimul aduerſus imbrem et hoſtem dimicare non poterant, tuto ſupra muro ſtantem, cum ipſi fallentibus veſtigiis toties in lutum prolaberentur. Imperator quoque, primum impetum fuiſſe irritum cernens, et armis cogi poſſe deſperans, et propter imbrem atque hiemem continuare obſidionem non valens, Berrhoeam rediit: quem ſuburbani Seruiorum praecipui omnes, praeter paucos, cum vxoribus et liberis, de facultatibus ſuis non plus habentes, quam aſportare ſecum poterant, ſecuti ſunt. Neque id faciebant ob amorem erga imperatorem tantummodo; ſed quod etiam a Triballis, ſi eis amplius ſubeſſent, defectionis ſuae praemia parum bona exſpectabant.

CAPVT XIII.

Agitata ab vrbibus et proceribus Seruiorum defectionis conſilia; noui belli motus; Cralis cum imp. Cantacuzeno colloquium; pax iuncta, parum fida; foedus Cralem inter et Io. Palaeologum aduerſus Cantacuzenum iunctum.

§. 230.

191. ADHVC agente apud Berrhoeam imperatore, ex nobiliſſimis vrbibus, quae antiquitus Romanis parebant, iamque diu Triballis ſeruierant, veniebant, qui clam colloquerentur, rogarentque, ad ſe veniret, eiectis Triballis, illum ſuſcepturos. Nec ex aliis duntaxat vrbibus, verum etiam ex ipſa Scopia, quae Cralis regia putatur, quam Michael ex Palaeologis primus imperator a Romano imperio ſeparauit, legati palam vrbis nomine venerunt, eum ad ſe in deditionem accipiendos inuitantes. Nam Crales, qui tunc in Paeonas mouerat, vt imperatorem aduentaſſe audiuit, quamquam haberet copias ingentes, non ſe illi audebat opponere: ſed, omnia ducens

191. CANTACVZENVS T. III. p. 778, 779.

ducens in minimis, conflictum volebat declinare. Vnde etiam cum Scopiae ciues, legatione miſſa, imperatorem infeſtis ſignis ad ſe tendere, nunciaſſent, auxiliumque popoſciſſent, primum quidem ſpem faciebant, ſi Romani ipſos adorirentur. Vt autem fama de aduentantibus Romanis barbariſque increbuit, terroremque duplicauit, manifeſte opem Scopienſibus negauit: hortans, vt ſemetipſos pro viribus defenſarent; ſe in praeſentia ad eos venire non poſſe. Illi communi conſilio magnae dementiae tribuendum ſtatuentes, illis reſiſtere, quibuscum eorum princeps cum tanto exercitu bellare non auderet, imperatorem adeunt, vrbisque, antequam duriora experiantur, deditionem faciunt. Poſtmodum, ſedato timore, in iudicium a Crale vocati et defectionis accuſati, facile crimen refutarunt, archiepiſcopo eorum cognoſcente, qui, eos nihil aduerſus aequitatem patrauiſſe, pronunciauit, ſi, Crale nolente ſuccurrere et hortante, vt ſe ipſos tuerentur, illi prudenter ſibi ac ſalutariter conſulentes, potentioribus parere conſtituerint. Adeo tunc omnes vrbes perculſae, vltro, priusquam diriperentur, imperatoris eſſe cupiebant.

§. 231.

Nec vrbes ſolum, ſed etiam Triballorum potentiſſimi, qui antea imperatori fuiſſent amici, et ei ſubeſſe maluiſſent, tunc etiam magis volebant: ſed ob metum ſecreto cum eo agebant, et ad ſe illum allectabant, omnes, quantum poſſent, opem ei allaturi. Venerunt et duo ex ipſis transfugae, quorum alter illuſtriſſimus e Cralis familia, *Chlapaenus* a) nomine, manum ſub ſe non contemnendam habebat, et diuitiis pollebat: alter non valde clarus, tamen et ille vrbium praefecturas geſſerat, exercitusque ductarat, *Toliſthlabus* b) appellatus. Atque hi caeterorum dynaſtarum ſententiam decretumque afferebant, ſi Cralem inuaderet, armis ſuppetias laturos.

Imperatori, pares ad confligendum copias non habenti, viſum, non oportere fretum defectionibus tantummodo periculum ſubire; ſed inſtructum pro opportunitate in hoſtem ire. Ac tunc quidem praefectum Berrhoeae Diplobatatzen protoueſtiarium, ad rerum difficultates et conuerſiones ſcientem accommodare conſilia, et ad pugnam

a) Χλαπαινος. b) Τολιϑλαβος.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

gnam interritum, relinquens, iis autem, qui e Thracia acceſſerant,
192. Nicephorum Tarentinum praeficiens, Theſſalonicam regreſſus eſt.

§. 232.

Paulo poſt cum equitatu peditatuque, et genero expeditionis ſocio, Gynaecocaſtrum abit. Caſtellum eſt munitiſſimum, ab Andronico Iuniore imperatore a fundamentis exaedificatum, vnius pene diei itinere Theſſalonica diſtans. Id cum aliis captum a Triballis tenebatur, et ex iis atque e Romanis dedititiis praeſidiarios habebat. Beſſus praefectus, aduentu imperatoris cognito, timens ne vi caperetur, per nuncium, ſponte ad eum ſe tranſiturum, promiſit. Fidei autem faciendae et, quas de collo ſuſpenſas geſtabat, ſacras reliquias adiecit, et tantum non iurauit, caſtellum ſeſe traditurum.

Imperator, optimum fore ratus, nullis dimicationibus ac caedibus id recipere, Beſſum aceerſit. Vt in caſtra venit, ſacramento quidem confirmat, ad eum ſe deficere caſtellumque dedere: precatur tamen, ne in praeſens aut ipſe ingrediatur, aut praeſidium inducat (ſuas enim facultates et maximas et locis disiunctas, Triballis diripientibus, amiſſurum; et Cralem, odio incenſum, cognatos atque domeſticos funditus perditurum); ſed exſpectato die quintodecimo, donec propinquos et opes ſuas collegerit, ſic demum illud occupet. His imperator, iuramento praeſertim accedente, perſuaſus, Theſſalonicam repetit. Beſſus iurata exſequens, et propinquos, ac pecora, resque alias e Triballis cogens, Theſſalonicam non pauca, ſuae in imperatorem propenſionis pactique ſeruati indicium, mittit.

§. 233.

Crales vt accepit, tantum e Romanis atque barbaris collectum exercitum e continente reuerſum, et imperatorem triremibus ſolis cum barbaris peditibus non ita multis Theſſalonicam profectum,
193. Berrhoeamque et Edeſſam, et alia oppida complura cepiſſe; ſeſe confirmans, cum copiis non magnis, imperatoriis tamen longe maioribus, Theſſalonicam contendit. Et Beſſus quidem cum militibus ſuis, pactorum et iuramenti oblitus, ſtatim illi ſe iungit.

§. 234.

192. Id. ibid. p. 780.

193. Id. ibid. p. 781.

Impp. 102
ANNE *Pal.*
IOANNE
Cantac.

a. C. 1348—1357.

§. 234.

Crales Theſſalonicae appropinquans, legationem ad imperatorem mittit, eique ingratum animum exprobrat, quod, acceptorum beneficiorum immemor, tempore adiuuante vrbes ſuas oppugnarit, eiectisque praeſidiis occuparit, et facultatibus non modicis ſpoliarit, ſecus quam debuerit. Debuiſſe autem, ſua recordantem merita, ſacroſanctam ſeruare amicitiam. Et, quia contra fas egerit, ſe illum reprehendere, putareque reprehenſum iri ab omnibus. Verum quia praeterita corrigi nequeant, velle ſe, ſi idem ipſi placeat, cum eo congredi, diſceptatisque controuerſiis paciſci, et, bello valere iuſſo, foedus pacis renouare. Haec in legatione Crales, quae imperatori gratiſſima accidere: praefixusque amborum voluntate dies, quo conuenirent, ac diſſidium icto foedere componerent.

§. 235.

Iamque dies praefinitus ad colloquium aderat, cum ambo imperatores et comites armati exeunt. Crales ſimiliter cum ſtipatoribus ſuis armatus ad vrbem Theſſalonicam et imperatores accedit. Vbi inter ſe conſalutarunt, Crales prior fari incipit.

„Iniquus es in me, imperator, cum bellum mihi facis. Ego vero ſic arbitrabar, rem eſſe nullam, quae alienum et ingratum te reddere poſſet. Scis enim, vt nemo melius, quomodo hoſtiliter ab homophylis oppugnatus, et Romanorum finibus exactus (iniuſte quidem, quis negat? ſed tamen exactus) ad nos confugeris: qui neque beneficium aliquod tibi debebamus, nec tua iniuria dolebamus. Sed ſi vera dicenda ſunt, diſcordias in loco beatitudinis numerabamus, cum inde res noſtrae bene haberent. Aſt ego, quamquam hoſtes tui crebro legationes mitterent, pecuniam et vrbem non vnam offerrent, imperiique Romani partem non minimam parui penderent, ſi me amicum atque ſocium nanciſcerentur, et vnam ſolam pro his omnibus gratiam peterent, vt te vinctum illis transderem, aut ipſe conſtrictum tenerem: nihilominus immani pecuniae, et tot oppidis, tamque amplae et cultae regioni neceſſitudinem tuam antepoſui: nec tantum, quod facillime poteram, hoſtibus non prodidi (haud enim tibi memoria excidit ille

 ſtatus

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

194. ſtatus tuus), ſed etiam, quod in me fuit, bis terque auxilia mea tibi adiunxi. Quorum omnium exiſtimabam te perpetuo memorem, nunquam eo progreſſurum, vt, quamuis potens, vrbes meas affligeres. Tu autem, quod apparet, eorum omnium poſita memoria, nunc barbaros in me, vt in hoſtem iniurioſiſſimum, ducis. Et vrbium quidem alias armis cepiſti, alias dolo et inſidiis, aliquantas etiam metu ſubegiſti. Militum vero praeſidiariorum, qui in quaque reperti ſunt, atque nobilium multorum, partem pugna occidiſti, partem in ſeruitutem redegiſti, et libertatem eis corporum, quando tibi libuit, praebuiſti: non magis manumiſſione eos exhilarans, quam, dum ſeruos faceres, contriſtaueras; quod non ita ipſis iucunda eſſet poſt ſeruitutem libertas, quam triſtis fuerat libertati impoſita ſeruitus. Pecuniam quoque infinitam et pecora innumerabilia abſtuliſti.

„Quae omnia me excruciant, faciuntque, vt vehementer te ingratum et iniquum iudicem. Verum enimuero, tametſi abs te laeſus toties, non hoſtis tibi, ſed amicus et ſocius eſſe volo, perinde vt antehac, et hortor, vt, abiectis iſtis cogitationibus humilibus, priorem amicitiam et foedus mecum renoues, et vterque, quae habet, retineat. Quod ſi aegre tibi eſt, me quoque portionem aliquam de Romano imperio ablatam poſſidere: at illud cogites velim, te multo ampliorem habere, detractam ex ea, quae alterius erat propria: quibus vtrumque contentum eſſe et facto foedere pacem agitare, par eſt. Sin iſta conditio te non delectat, vide, ne, praeterquam quod nihil proficis, inexplebilis auaritiae et ingrati animi erga amicos ac bene meritos crimen incurras."

Haec Crales ad imperatorem, multis praeſentibus.

§. 236.

Imperator, aliquamdiu ſilens, in haec verba reſponſum reddidit. „Nihil aeque hominum vitae iam inde ab initio obeſſe opinor, neque aliud magna diſſidia et bella grauia peperiſſe, quam quod vnusquisque ſibi et aliis haud iuſtus eſt arbiter. Sed ſibi quidem vel turpiſſima frequenter ignoſcit: ab aliis autem etiam pro minutiſſimis delictis poenas poſcit acerbiſſimas. Atque hoc eſt, quod vitam humanam tantopere perturbauit, ac permiſcuit, nec vrbi-

194. Id. ibid. p. 782.

vrbibus tantum ac domibus ingentia incommoda intulit; ſed et tota imperia peſſumdedit, cum aut quidam, inſaturabili cupiditate bello per nefas illato, alios euertunt, aut ab aliis, quibus iniqui fuerant, iuſte ac honeſte ſe vlciſcentibus, euertuntur: quod et tibi modo contigiſſe arbitror. Si enim aequum et bonum te in noſtra ambo- 195.
rum cauſa iudicem praeſtitiſſes, non tu, contra foedus et iuramenta tot oppidis Romanorum incubans, nihil te nouum admittere, cenſuiſſes: nec me, qui ex multis pauca recepi, vt improbum ingratumque, et, quod his mirabilius eſt, auarum accuſauiſſes. Me igitur a ciuibus meis bello petitum, et Romano ſolo pulſum, cum neceſſariis, et amicis, et pecunia multa ad te veniſſe, te neque amore pecuniae, quam ego et hoſtes tam grandem offerebamus c), neque vrbibus et regione, quibus tibi cedebatur, vt mihi malefaceres, te, inquam, nullo horum victum eſſe; ſed omnibus amicitiam meam praetuliſſe, nec ipſe negauerim: eſſem enim in te et alios, qui tam egregiis exemplis ad virtutem incitari poterant, iniuſtiſſimus. Nam quod, nullum, vt aiebas, beneficium mihi debens, in mea me calamitate excepiſti, neque tuopte ingenio ad commoda tua ex me comparanda impulſus es, neque ab alio inductus aut coactus, iniuſte aut indigne in me conſuluiſti, ſed omnibus illis, quae ad principatum amplificandum pertinere videbantur, honeſtatem atque iuſtitiam antepoſuiſti: haec te non modo excelſo animo et ardore quodam immortalis gloriae praeditum, ſed et bonum virum, intelligentia praeſtantem, teſtantur. Et ob haec omnia ego tibi multas gratias iure debere confiteor; non ſolum quod nihil nocueris, cum id facillime poſſes, ſed etiam quod maiori me honore, quam amicum, cumulaueris. Ferme enim, quamdiu tecum vixi, tuo principatu mihi ceſſiſti, non ipſe duntaxat priores mihi deferens, ſed et ſubiectos tuos omnes, tamquam ſi eorum rex eſſem, mihi obtemperare, omnique veneratione et honore me proſequi praecipiens. Quorum gratia ampliores tibi, quam pro ſalute et incolumitate mea abs te conſeruata, gratias ago. Tum ſiquidem abs te ſeruatus, omnino tandem aliquando hac luce defungar: honor autem,

195. Id. ibid. p. 783.

c) οὔτε χρημάτων ἐπιθυμίᾳ τοσούτων ὄντων τῶν τε παρ' ἐμοὶ καὶ τῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων &c.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

quo me cohoneſtaſti, etiam poſt fata manens, per ora poſterorum volitabit. Neque vero te tantum his de cauſis, ſed et coniugem tuam iure laudibus celebrarim, quae tuorum erga me beneficiorum cauſa praecipua fuit. Ipſa enim conſilium dedit, ipſa tibi aliisque proceribus perſuaſit, ne quid ſordidius committeretis, neue pretium aliquod exſpectantes, ſed gratis prorſus, et laudi vobis ſtudium in me veſtrum ducentes, benefici eſſetis: hoc vnum in lucris maximis deputantes, iuſta et honeſta conſectari. Principes porro tui omnes et milites, non tantum quia tu ita velles, itaque mandares,
196. ſed ſponte, et voluntate libera humanitatem candoremque eximium aduerſus me declararunt. Pro quibus et ipſe gratias debeo, et quorum aures vel ſero ea narratio tetigerit, illos praedicabunt. Quid eſt igitur, quod dicis, me, tot meritorum immemorem, ſine vlla cauſa voluiſſe te bello laceſſere, tam male reſpondentem tuis benefactis? Atqui longe foret abſurdiſſimum, lingua quidem ſic prolixe gratias agere bene merentibus, nec tacita velle habere merita, re autem ingratum eſſe, viderique ſibi maxime contrarium, quem neque in illos, qui me vehementer offenderant, et in miſerias praecipitauerant, vnquam tali animo fuiſſe conſtat; ſed et diſſidii huius et armorum iſtorum cauſas ab initio vsque nunc ipſi praebuiſtis; id quod rebus demonſtrare contendam.

„Vt enim mihi, apud vos diuerſanti, ſuper ſocietate viſum eſt foedus ſancire, et ſic inuicem commodare conari: tu mercedem ſocietatis multa oppida et regionem Romani principatus propriam poſtulabas, ego vero nec abiectiſſimum quidem caſtellum tibi ſpondebam, volebamque eſſe gratuitum. Non enim vobis duntaxat indignum, illiberale et pudendum eſſe ſummopere, non gloriae et amicitiae gratia, ſed mercede ſeruire: verum etiam mihi tam impoſſibile factu eſſe, vt nihil magis, propter meam et eorum, qui me ſequerentur, ſalutem Romanos prodere: quamuis illi in me arma improbe mouiſſent: quandoquidem non illos ſeruitute mactare, ſed ab eorum ceruicibus hoſtile ſeruitutis iugum deiicere, iam inde a principio neruis omnibus contendo, ſtatimque meam ſententiam aperui, vt, ſi videretur, amicitiae tantum et honoris ampliſſimi cauſa opem ferres: ſin minus, me tamen nihil ab honeſtate abhorrens commiſſurum, neque ciues meos Romanos proditurum; ſed

196. Id. ibid. p. 784.

ſed cum liberis et propinquitate coniunctis moriturum potius, quam ob praeſentem vtilitatem externa dedecoris monumenta ad poſteros Romanos relicturum. Quae tu quoque cum coniuge proceribusque conſultando iuſta et vtrique noſtrum laudem non minimam conciliatura iudicabas: foedusque percuſſimus, et ſacramenta concepimus, vt amicitiam et ſocietatem in omni vita coleremus, alterque alterum, vt maxime poſſet, in tempore adiuuaret. Oppida vero et regionem Romanam, quantam, Andronico imperatore adhuc ſuperſtite, tu ipſe aut maiores tui prioribus Imperatoribus abſtuliſſent, tantam ſecure teneres: neque propterea ego arma ſumerem, quamuis ea poſſem tibi eripere. Relictas vsque ad id tempus vrbes nullo modo, neque arte, aut machina vlla auferre niterere: ſed mihi ad recuperationem Romani principatus, pro facultate contra aduerſarios meos dimicans, nauares operam Et captas quidem aut deditas, me praeſente, ego haberem ſine controuerſia: ſin contingeret, me abſente, aut ipſum te, aut dynaſtarum tuorum quempiam vrbem aliquam Romanorum aut proditione, aut obſidione, aut corruptis largitione ciuibus, aut alia quadam ratione occupare, reſtitueretur, nullusque obtentus ad vllum auferendi modum ſufficeret. Atque iſtud probare euidenter licet ex iuramentis in tabulas relatis, quibus tunc foedus inter nos ictum ſanxiſti, praeſentibus archiepiſcopo tuo et iis, qui nunc coram adſunt, principibus tuis. 197.

„Conſideremus itaque, vter iuramenta iſta ſeruarit, egone, quem tu tantae improbitatis et tam ingratae voluntatis, atque ſceleris in amicos et inſatiabilis cuiusdam cupiditatis accuſas: an tu, qui ſcilicet alienum nihil concupiſcis, ſed amicitiam conſtanter colis, et quaſi quoddam vitae inſtitutum tenes, vt non facile cum tempore commuteris, neque ſemel decreta per leuitatem retractes. Equidem mihi videor nullum religionis, conſtantiae, aequitatis munus erga amicos praetermiſiſſe: neque auaritiae meae, periurii et infidelitatis in eosdem vllum argumentum exſtat. Cum enim Berrhoeae verſarer, vrbesque finitimae quaedam ad me deſciſcerent, ego quidem, vt res ferebat, augere imperium conabar, et collectis, quantas poteram, copiis, habens et Germanos abs te mihi miſſos, Theſſalonicam amicorum accerſitu veni. Tu mox, nulla

 cauſa

197. Id. ibid p. 785.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

cauſa, nulla occaſione a me praebita, mihi inſidiatus, Theſſaloni-cenſibus, vt in me irent, auctor fuiſti, Germanosque tuos ex ipſa propemodum acie reuocaſti. Quae profecto importuniſſimi hoſtis eſſe ſi tu non dicas, at dicent, quotquot hic aſtant. Me autem inde reuertente, manum ad Axium flumen, tranſitu me prohibituram, miſiſti, et tantum non tua ipſe manu hoſtibus me tradidiſti. Eo enim neceſſitatis adegiſti, vt, niſi Deus deſuper manum ſuam ad flumen traiiciendum extendiſſet, a circumfuſis ſimul Romanis
198. atque barbaris nulla cum noſtra gloria delendi fuerimus: tam praeclare tu iusiurandum, idque in litteras nuper relatum, praeſtitiſti. Nec clandeſtinis inſidiis contentus, etiam Apocauchi, hominis ventoſi, figmentis credens, et pecunia ab illo, vt aiebant, accepta, hoſtem me palam declaraſti, quem in iuramento ſocium ſemper atque amicum habiturum te ſcribis. Haec qui faciat, nec tu eum, opinor, iuratis ſtare affirmaueris.

„Inſuper litteras mittebas, quibus pacem et amicitiam aperte renunciabas, et bellum, non ante pro more indictum, denunciabas: quas et in hunc vsque diem a me ſeruatas videre licet. Ex illo me et manifeſtis armis et occultis inſidiis petere non ceſſaſti. Nam et in me Didymotichum cum Amurio reuerſum, poſtquam ille in Aſiam renauigauit, vt Apocaucho promiſſa faceres, robur exercitus duxiſti, et vsque Mygdoniam palam hoſtis meus tetendiſti. Perſis autem peditibus occurrentibus, quorum naues Latinae triremes incenderant, et egregie attrito ab eis exercitu, quem contra ipſos mittebas, ipſe quoque improuiſa re perculſus in tuam prouinciam rediiſti: et Manuelem deſpotam, filium meum, quem ego Berrhoeae oppidulorumque aliorum praefectum reliqueram, palam obſediſti: nec ciues pecunia deprauare omiſiſti, donec illis exoſum in Theſſaliam expuliſti. Tu vero vrbem occupabas, et Pheras ſimiliter longo tempore obſidens, cum te orarem, iuramentique commonefacerem, quandoquidem, ciuili bello diſtentus, ad vrbes illas accedere non poteram, auris diſcerpenda mea verba tradebas: et egeſtate illos obſeſſioneque aſſidua premens, poſtremo etiam ibi ciuibus primariis pecunia transuerſum actis, vrbem ad te allexiſti: et poſtmodum magno equitum peditumque numero Theſſaliam et Acarnaniam Romanorum prouincias inuaſiſti, ac memorabilem illam

198. Id. ibid. p. 786.

lam calamitatem innexiſti, vt Acarnanes, ob intolerandam famem ad maritimas oras ſponte profecti, barbaris plagiariis lucrum ſe gratuitum proſtituerent: obſecrantes in alias terras transferri, ibique ſeruire tota vita potius, quam praeſenti inedia contabeſcere. Poſtea Angelo conſobrino meo demortuo, quem ego praetorem eo miſeram, tu prouincias tibi vendicaſti; et praeterea vrbes Macedoniae non paucas: quae, quando viciſſim iurabamus, ſub imperio Romano cenſebantur. Vtrum igitur haec amantis et iuramenti ſanctitatem cuſtodientis, habendique inexplebilem auiditatem et rapinas odientis ſunt, an plane ſecus? A quibus vitiis nos procul abſumus. 199.
Quinimmo cum Amurius hic ad me iuuandum cum quatuor et viginti barbarorum millibus adeſſet, qui vniuerſum principatum tuum concutere ac deſtruere poterant: caui diligentiſſime, ne quid damni prouincia tua pateretur: quamquam belli honeſtam occaſionem haberem priores inſidias; quodque opere ipſo apertum te hoſtem profitebare; et hiſce litteris, quas ad me miſiſti, pacem et iuramentum reſcindebas; et id a me barbari etiam atque etiam flagitarent. Tamen abſurdum nimis et perſonae meae indecorum duxi, propter minutum abiectumque animum tuum, et in rebus honeſtis inconſtantiam, ingratum erga amicos atque infidelem videri, ſi qui tanta in me prior bona contuliſſet, ei nihil rependerem; ſed, propter culpas quaſdam tolerabiles, in omni vita mea reliqua hoſtis loco eum ducerem.

Poſt id tempus cum ſaepius vlciſci me poſſem, nolui: verum miſſis oratoribus, etiam ante captum Byzantium, vt tandem amici officium ſequerere, neue iuramenta violares, rogaui. At tu, quid ius fasque poſtularent, non curabas, ſermonibusque fallacibus et curioſis circumſcribere me attentabas. Ego, tametſi id noſſem planiſſime, non ſtatim in te arma moui; ſed enitebar ſemper, ne timiditate quadam d) ad bellum tibi inferendum proſiluiſſe exiſtimarer. Cum cernerem autem, incaſſum me laborare, cunctationemque meam non magnitudinem animi et aequitatem, ſed morum ciuilium neglectum, ac propemodum proditionem eſſe: ne ſic quidem in prouinciam tuam irrui; ſed ademtas vrbes nitor recipere, quarum cauſa tu me auaritiae iniquitatisque inſimulas (tale quiddam

199. Id. ibid. p. 787.

d) ὑπὸ μικροψυχίας.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

dam faciens, quale eſt in prouerbio, fures inſuper accuſant) et cupiditatem quaſi merito mihi obiectas, quod, cum ipſe ampliſſimam Romani imperii partem obtineam, tibi minorem inuideam. Atqui, bone vir, hoc iuſtum et decorum eſſe difficulter probaueris. Non enim ſane Moeſorum, aut Paeonum, aliorumque regnum, quod neutrius erat, diuiſimus: ſed cum tu de Romano imperio, cuius penes me ius et auctoritas eſt, non exiguam portionem detraxeris; adhuc de reliqua tibi gratias agi poſtulas. Me vero etiam ante hunc habitum, quem geſto, Romanis imperaſſe, docere nihil attinet, quando id omnibus notiſſimum eſt. Atenim
200. etſi antea in tenebris viuens, repente imperator prodiiſſem; tamen ſic me in antecedentium imperatorum principatum, quemadmodum in hereditatem quandam paternam, ſucceſſiſſe arbitrarer, totisque viribus debere et poſſe veriſſime, non ſolum de iis, quae tu aueliſti, ſed de minoribus quoque et parui momenti cum quouis contendere, illumque, ni iuſtitiae munus praeſtare velit, bello aggredi. Non ſolum autem hoc firmamento cauſa mea nititur; ſed iuramento inſuper, quo te mihi, et quidem nondum totius Romanorum imperii compoti, obſtrinxiſti. Parum enim conſentaneum eſſet, tum neque circumſtantes me vndique caſus, neque Romanorum tantum in me odium, neque quod opem tuam implorabam, quo aliorum dominus euaderem, neque aliud quippiam eorum, quae tunc aduerſa nobis videbantur, mihi perſuaſiſſe, vt vrbibus Romanis tibi cederem; ſed mori praeoptaſſe, quam indignum quidquam admittere, et te potius permouiſſe, vt Romanorum ciuitates mihi deberi decerneres: nunc, quando totum in manu habeo imperium, et ea ſim potentia, vt ablata recuperare queam, aut ita ſummiſſo ac ſeruili eſſe animo, vt vrbes tibi volens relinquam, aut putare, te iſtud poſtulantem rationi conuenienter loqui.

„Me igitur nec iniurium nec periurum vel ante fuiſſe, vel modo eſſe, ex dictis patere omnibus opinor. Quare, ſi vel nunc ſeruire iuſtitiae et aequitati eſt animus, et Acarnaniam, Theſſaliam atque vrbes, quas habes in Macedonia, reſtituere, praeteritas iniurias haud in magno ponam diſcrimine: quando eas amore et honore mihi temporibus meis exhibito compenſas e), inſtauratoque foedere

200. Id. ibid. p. 788.

e) της φιλιας αμειβομενο

Impp. IOANNE Pal. IOANNE Cantac.

dere et ſacramento, de integro vt amicum et ſocium te amplectar, rurſumque ſtudio atque obſeruantia dignum tua me ab initio oſtendam. Sin autem ius fasque contemnis, et iniuriam inferre ac peierare imbibiſti, ego de Romano imperio nihil dimittam: Deum vero, iurisiurandi praeſidem, et homines, qui tunc aderant, cum iuraretur, et nunc adſunt, dum ad aequitatem prouoco, et bello ſuperſedere cupio, Deum, inquam, hominesque teſtor, niſi ius meum conſequar, me armis et quae habeo conſeruare, et quae ablata ſunt, recipere conaturum. Quod ſi inde euenerint, quae tu minime velles, ne mihi, ſed tibi iraſcare, qui iuratis manere nolueris„.

§. 237.

Haec imperatoris ad Cralis criminationem reſponſio fuit: cui cum ille opponere nihil poſſet (quippe quem iniuriarum atque perfidiae conſcientia ſtimularet) paulum conticuit. Deinde imperatorem rogauit, vti ſecedentes de controuerſia ſua ſine arbitris colloquerentur. Annuit, ſecedunt. Ibi tum Crales confiteri, ſe fidem parum ſanctam habuiſſe, contraque foedus Romanorum oppida occupaſſe: nec tamen ad reddendum propendere, ſed orare, collata in ſe beneficia apud animum recoleret, et hanc ſibi gratiam perſolueret, vt, ambobus retinentibus, quod haberent, ita demum foedus ferirent. Cum nihil vel minimum concederetur, re imperfecta, Crales in caſtra, imperator in vrbem rediit. 201.

Poſtridie denuo, vt inter ſe polliciti erant, conueniunt, eademque iterantur, et neque imperator de repetitione vrbium occupatarum quidquam remittere, neque Crales eas reddere: quanquam diceret, tantum ſe timorem imperatoris concepiſſe, vt etiam, ſi per ſomnium eum videret, ſtatim expergiſceretur: et, ſi de bello cum eo gerendo cogitaret, antequam ſomno conſopiretur, prae metu anxio noctem inſomnia traducere. Neque vero morbum celabat ſuum: quin palam apud Romanos et Triballos narrabat, ſe in omni anteacta vita nullum perinde mortalem vt Cantacuzenum timuiſſe horruiſſeque. Et in illa congreſſione quaerente imperatore, quid ita

και της φιλοτιμιας, ᾗς, ἡνικα ἀδεομην, ἐπεδειξα.

201. CANTACVZEN. T. III. p. 789.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

ita tandem dedecus tantum conſciuiſſet, dum in ſenatum Venetorum ſe allegiſſet, qui maius et illuſtrius, quam ipſi, imperium haberet, reſpondit, eius metu adactum id feciſſe: et adiecit, nihil mirum, quod ſe huc demiſiſſet: mirum magis, non vilius atque deſpectius aliquid auſum. At enim, cum tali timore laboraret, nec eum propalam confiteri erubeſceret, nihilominus vrbes reddere detrectabat: rogabatque, vti tantum foedus iceret, contentus Berrhoea
202. duntaxat et Edeſſa, caſtellisque et oppidulis aliis, quae ad eum defeciſſent. Et iuratus affirmabat, non ſe vrbes cupidinis potius, quam pudoris ergo affectare: quem pudorem non apud domeſticos modo, ſed alios quoque vbicunque dynaſtas ſibi incutiat, ſi metu imperatoris adeo perculſus deiectusque videatur, vt tot oppida ſine pugna deſerat, quae poſt tantam impenſam tamdiu poſſederit, quorumque cauſa cum exercitu tot labores et diſcrimina pertulerit.

§. 238.

Obſtinationem viri cernens imperator, „Mei quidem candoris erga te, inquit, et quod nullum vnquam amici officium a me deſiderari paſſus ſim, tum praeteritum, tum maxime praeſens tempus idoneo poſſunt eſſe teſtimonio. Quia nihil tibi facere allubeſcit, quod iuſtum honeſtumque ſit, venire me ad arma oportebit, feras imitantem, quae, venatorum iaculis appetitae et per ſiluas agitatae, primum quidem fugiunt, et certamen cum hominibus, quantum valent, deuitant: ad neceſſitatem autem redactae, periculoque iam proximae, ſe conuertunt, et, dum vitam ſuam vehementiſſime defendunt, ipſi vitae nullo modo parcunt. Idem ſane ego nunc faciam. Nihil enim minus cupiebam, quam bello te perſequi: ſed, vt aequum erat, amicum et ſocium habere, tuisque meritis vltro mihi praeſtitis, quantas maximas poſſem, gratias referre. Quoniam tamen nihil rectum ac probum agere, neque ab vrbibus, quas contra fas occupatas retines, diſcedere decreuiſti, opus eſt, et me aggredi, quae ex Romanorum republica fore ſentio, et excutere iugum, quod eorum ceruicibus Triballi per nefas iniunxerunt. Verum nunc quidem, cum inſuper conſcriptae copiae nondum adſint, Byzantium reuertar, inſtructusque hibernis menſibus primo vere cum quam ingenti potero exercitu magnoque apparatu in vos mouebo: ea

202. Id. ibid. p. 790.

ea mente, vt aut proeliando occumbam, aut, praeter libertatem mea opera Romanis reſtitutam, teque populumque tuum caedibus ac ſeruituti ſubiiciam. Et cum tu quoque ſcias, me vera loqui, ad reſiſtendum et decertandum de ſumma rerum te compara.„

§. 239.

Crales auditis tam grauiter ac ſerio de bello dictis, cum voluntatem imperatoris immutabilem videret, admodum extimeſcens, precabatur, ne ſic iratus ad arma ferueret: quin potius viam aliquam in his malis inueniret, qua et bello ſuperſederetur, et ipſe 203. pro laboribus atque periculis, quae vrbibus acquirendis toleraſſet, non omnino nihil reciperet: remque totam eius arbitrio permittebat, aequi bonique ſe facturum promittens, quidquid ipſe vtrisque melius commodiusque futurum iudicaſſet.

§. 240.

Imperator, intelligens et omnia citra moleſtiam laboremque haberi non poſſe; et, paucis quibusdam priuatum, paci repugnare, ac de ſumma iacere aleam velle, dementis eſſe, cum futura incertiſſima ſint, et anceps ac dubia fortuna belli: ad haec barbaros ſe introducturum cogitans, qui et Romanis, quorum videntur ſocii, plurimum noceant, et Triballorum futuram cladem, caedes, ſeruitutes (de quibus quanquam hoſtibus nihilominus vt Dei cultor erat ſollicitus), Cralem compellans ait, veritatem et iuſtitiam, et quod quilibet bonus aeſtimator ſuo calculo approbarit, nihil eſſe aliud, quam Romanis vrbibus iuramento comprehenſis ſe abdicare. Caeterum quia ipſum tantopere vrbibus ineſcatum videat, et arbitrantem, vitae partem non modicam cum illis amiſſurum, iniuriam quidem Romanis ſe irrogaturum: verumtamen iudicio ſuo vrbes partiturum, et ceſſurum, quot ſibi placuerit, ſi illi etiam videatur, et ſuae ſtet ſententiae, pacem ſuper his et foedus faciendum. Si recuſet, licere illi, ſe omnes habentem de integro armis laceſſere: et mox Acarnaniam, Theſſaliam, Seruia, et intra has ad mare ſitas vrbes, et Berrhoeam cum Edeſſa, Gynaecocaſtrum et Mygdoniam cum inſtauratis oppidis et circum Strymonem vicos, vsque ad terminos Pherarum et Tanteſſani montes appellatos Romanis attribuit. Zichna,

203. Id. ibid. p. 791.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

na, Pheras, Melenicum, Strymbitzan, Caſtoriam, aliosque vicos et oppidula Macedonica, quae extra dictos montes erant, Cralem retinere voluit, et ſuper his foedus ſocietatemque inire, et abſtinere damnis mutuis. Sic imperator vrbes diſtribuit, quae diſtributio etiam Crali placuit: et ita inter illos conuenit, paxque confecta Triballis iuxta ac Romanis gaudio fuit. Atque eodem in loco Cralem eiusque comitatum imperator ad epulas magnificas inuitauit, iuniore imperatore praeſente, et cum ſocero pariter ex ea munificentia glo-
204 riam aucupante. Secundum prandium pacti ſunt, vt poſtridie imperator Romanos principes viros quinque deligeret, qui ſuo nomine vrbes acciperent; Crales de ſuis totidem deſtinaret, qui illas pro eo traderent: finitisque conuentis, et ſalute dicta, hic ad caſtra, ille in vrbem ſe retulit.

§. 241.

Iam nox erat, cum quidam ex comitibus imperatorum clam ad Cralem adeunt, hortanturque, vrbes ne tradat; ſed bellum aduerſus Cantacuzenum malit, qui, cum in praeſentia exercitu inferior ſit, parum, aut nihil, obeſſe poſſit. Si Byzantium redeat, vt illic ſe comparet, Palaeologum imperatorem permoturos, vt cum eo quibus videbitur optatiſſimis conditionibus paciſcatur, coniunctimque bellum contra illum ſuſcipiat. Sibi enim intolerabile videri, imperare eum, qui heredem imperii legitimum hereditate ſua deiecerit. Crales ſtatim laetitia ebrius, multas ſuaſoribus gratias agit, ſeque imperatori Palaeologo contra ſocerum promte affuturum, et omnem ei beneuolentiam ſtudiumque ſpondet.

§. 242.

Poſtquam luxit, pacem, certa lege conſtitutam, renunciauit [Crales]. Sed ſi velit vrbes nuper occupatas ſolas habere, imo vero ſi etiam de iis adhuc quasdam reddat; ſic perſuaſurum ſibi, vt bello abſtineat: ſi nolit, paratus ad proelium exeat, ſe totis viribus contra pugnaturum. Imperator Cralis verba parui ducere: norat enim, ſe illum cogere in gyrum poſſe. Vehementer autem Romanis inſidiatoribus ſuccenſebat; non enim ignorabat, vnde haec eius mutatio: et rerum emendationem deſperabat, ratus, bellorum rurſus ciuilium magnarumque ſeditionum haec eſſe praeludia. Tamen, quam-

204. CANTACVZENVS T. III. p. 792.

quamuis ſic affectus, poſtridie ſe ad dimicationem exiturum denunciauit.

§. 243.

Crales contra ſe parare, et ſuos confirmare; „ Cantacuzenum non eſſe timendum, quamdiu a ſuis oppugnetur; ſed conſtanter ſperandum, victoriam, quasque Romanis ademerint, vrbes retenturos. Similem enim eſſe homini aquis ſubmerſo, quem ſui aſtantes, ſi quando emerſerit, iterum ſub aqua deprimunt, et neque ſibi, neque ipſis commodare ſinunt. Sin domeſticis diſcordiis aliquando expeditus fuerit, tum iam omnibus illi cedendum libenter, ambiendamque ſtudioſe eius amicitiam. Nam tum illi armis aduerſari, nec ſe putare conducere, nec ipſis hoc ſuadere „. Sic Crales, non ſua magis potentia, quam ſeditionibus ac diſſenſionibus Romanorum confiſus, de integro bellum parturiebat, et die altero prima luce per phalangas diſpoſito exercitu, e caſtris Theſſalonicam procedebat: ſimiliterque imperator pedeſtres et equeſtres copias educens, in acie aduerſa conſtituebat. Neuter tamen proelium ordiebatur, ſtabantque diu, nec ſe exercitus commouebant. 205.

§. 244.

Crales tandem imperatori nunciat, aut pacem componendam, ſi vtrumque retinere velit, quae habet, aut ſine mora pugnam incipiendam. Renunciari iubet imperator, ſe heſterno die pacta praeferre, et amicum ipſum quam hoſtem malle, ſi vrbes reſtituerit. Sin bellum ei optatius ſit, prior paulum progreſſus, pugnae det initium: tum enim ſe, non vt conflictus auctorem, ſed vt ſui defenſorem, alacriter dimicaturum, Deum atque homines teſtantem, non ſe dare, ſed accipere ac pepeti iniuriam: neque fidem frangere, et male mereri de amico; ſed neceſſitatem a ſe exprimere, quae ipſe nolit. Quod ſi prior ille ſe mouerit, nec ipſe contra gradiatur, victoriam ſibi quaſi de fugitiuo habeat. His acceptis, Crales, nec ſe pugnae auidum eſſe, dixit. Si phalangas paulo poſt moueri viderit, ne putet, motum illum ſui inuadendi, ſed in caſtra reuertendi cauſa exſiſtere. Haec Crales. Nec diu poſt in ca-

205. Id. ibid. p. 793.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

ſtra ſe recipiens, ibi pernoctauit. Imperator quoque cum cohortibus ſuis vrbem repetiuit. Crales, Axio transmiſſo, et finitimos Edeſſae locos depraedatus, ipſam obſidere inſtituit.

§. 245.

Imperator cum diutius Theſſalonicae commorandum non pu-
206. taret, quod nihil memorabile agendum reſtaret, Byzantium nauigationem comparabat. Diſceſſurus, iuniorem imperatorem maiorem in modum hortabatur, ne Crali fideret. Iam enim rurſus aggreſſum, bello ciuili Romanos implicare, vt, iis inter ſe dimicantibus, ipſe vrbes ſibi habeat: et monebat, caueret inſidias; quae non res paruas, ſed imperium ipſum attingerent: vnde non ad ipſum duntaxat, ſed ad alios quoque Romanos calamitas redundaret. Tametſi is, aliud quam res eſt loquens, et mentiens, dicat, impigre ſe ipſum adiuturum, quo paternum imperium a raptore recuperet, eumque vlciſcatur: cum dubitetur, an non ſolum in imperium non reſtituturus, quod tamen polliceatur, ſed etiam vitae eius inſidias inſtructurus ſit. Nullam ei fidem horum commodet, certoque ſciat, omnia haec artificioſe ſtrui, vt potius ipſe, quod reliquum eſt imperii, ſecure deuoret. Si ſpretis admonitionibus Crali crediderit, tunc cogniturum eſſe, quantum damni fecerit, quando nec ipſi, nec aliis vllum fructum ea cognitio datura ſit.— Haec et plura cum admonuiſſet, Andronicum Aſanem ſocerum cum iuniore imperatore relinquens, dicto vale, ſoluit.

§. 246.

Crales paulo poſt eius Theſſalonica diſceſſum, quibusdam de factione ſua prodentibus, Edeſſam capit, captam euertit: cum quibus pepigerat, vt paratis ſcalis, ſignum de muro ipſis ſuſtollentibus, accederet. Tum iidem arcentes, qui intus propugnarent, ſecuritatem facerent, vt ita vrbs facilius caperetur. Res ſecundum pacta transigitur. Nam cum in eo eſſent, vt muros oppugnarent, proditoresque ſignum inde dediſſent, Crales ſcalas admouit, milites impune aſcenderunt, ſtatimque irruentes ita eos diruerunt (non enim erant alti), vt equis peruios redderent. Lyzicus praefectus, vrbem proditam conſpiciens, cum praeſidio contra vadit: ſed muris iam proſtra-

206. Id. ibid. p. 794.

proſtratis actum agere ſe intelligens, in arcem feſtinus recurrit. Similiter Byzantii ducenti, ab imperatore in praeſidio relicti, vbi vrbem captam ſenſerunt, ipſi quoque in arcem refugerunt. Crales vrbe potitus, in illos, adhuc ex fuga pauitantes, tetendit. Cum e turri ſe tuerentur (arx enim nondum reparata erat), et Lyzicus femur ſauciatus eſſet, ſubito praeſidiarii arma tradiderunt, fide accepta, nihil incommodi perpeſſuros.

Vt autem et arx in poteſtatem venit, praeſidium et Macroducam praefectum Crales, vt iurarat, armis tantum ablatis, dimiſit: 207.
Lyzico in conſpectu ſuo barbam velli iuſſit, non ſolum quia tum reſtitiſſet; ſed quia etiam, Andronico viuo, apud Caſtoriam non paruae calamitatis ipſi auctor fuiſſet. Deinde vinctum Scopiam, ibi poenas audaciae excepturum, duci mandauit. Qui et propter neglectam curationem vulneris, et alioqui propter hunc caſum ſuum in ipſa via deceſſit. Crales militi vrbem diripiendam, incendendam euertendamque permiſit. Incolarum pars maxima et praecipua ſumma hieme, nouo nimirum Ianuario, nuda expellitur, perque Berrhoeam et alias vrbes diſſipatur. Egentiſſimus quisque ad aedes relictas confugiens, ibi relinquitur. Crales, hieme ſaeuiente, impoſito in arcem praeſidio, domum redit. Fama vulgauit, milites et animalia vectoria plurima frigoris acerbitate in caſtris emortua.

§. 247.

BYZANTIVM reuerſus imperator [miſſa ad Alexandrum Bulgarorum regem legatione, non ſuo iuſſu Turcos in eius terras irruptionem feciſſe, ſignificat f)]. Etenim ſi Crales ereptas vrbes reſtituere, et, vt iurauerat, conſeruare iuſtitiam voluiſſet, non ſibi ſocietatem barbarorum requirendam fuiſſe, quos peſſime oderit: neceſſario autem iis vti, quo et praeſentia tueatur, et abrepta, ſi posſit, recuperet. Aduerſus Cralem igitur facturum, quod inprimis commodaturum videatur: ipſi autem ſe hoc dare conſilii, vti ad barbaros, in Thraciam nullo metu ac pro libidine traiicientes, prohibendos ſecum vires coniungat. — Quod ſi Crales praeſtare ſe am- 208.
bobus, qualem decet, noluerit (conſtare enim ſibi, eum quoque laeſum ab illo grauiter) ſi praeſens eum copia ad officium cogere nequi-

207. Id. ibid. p. 795. 208. Id. ibid. p. 796.
f) Cf. *Bulgarica* §. 485.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1348—1357.

nequiuerit, tunc et barbarorum ope vſuros, traiecta eorum auctoritate tanta multitudine, quantam ducere quocunque voluerint: et ita in hoſtes paucos intrepide facto impetu, eis vitam ademturos. Haec fuit legationis ſententia. Regi cohortatio imperatoris viſa eſt conducibilis, reique gerendae ſocietatem pactus eſt. —

§. 248.

Caeterum Moeſi promiſſa venti rapuerunt: non diu enim poſt per legatos de pecunia collatitia *g*) retractauit. Cralem quippe re
209. audita non leuiter reprehendiſſe, quod tributa Romanis vltro promiſiſſet: et, quae armis obtinere Cantacuzenus nequiret, haec ſibi dolo perſuaderi ſuſtinuiſſet. Quare ſe promiſſa, tantum dedecus ſibi ac generi ſuo inurentia, perſoluere non poſſe. Hac de cauſa non parum indignatus imperator, docere aggreſſus eſt, ſuam, quam Cralis, admonitionem illi fructuoſiorem fore: qui, vt homo inuidus et inſidioſus, ſemper ea diſturbare nitatur, quae ipſi Alexandro eiusque populo valde conductura ſint. — Verum nihil horum ad Alexandrum inducendum ſatis valebat. —

§. 249.

a. C. 1355. *h*)

210. SYNODO [quam imperator, vt de Barlaami haereſi cognoſceret, coëgerat] prorſus finita, — ciuilibus actionibus ſeſe reddens [imperator Cantacuzenus] expeditionem in Triballos adornauit.

§. 250.

211. QVI cum Ioanne [Palaeologo] imperatore Theſſalonicae remanſerant — noua moliebantur, et Ioannem ad arma ſocero inferenda ſollicitabant. [Iniquum enim eſſe, quod Cantacuzenus] bellorum cauſas confingendo ipſe Romanum tenens principatum ſederet, eum [Ioannem] vero vt hominem nullius frugi — a Triballis expugnandum abiiceret. Quae animaduertenda ſint, et conſiderandum, quo pacto

g) Quam Alexander imperatori ad naues armandas promiſerat. vid. *Bulgarica* §. *485*, *486*.

209. Id. ibid. p. 797.

210. CANTACVZENVS T. III. p. 808.

h) Hoc anno ſynodum hanc habitam eſſe docent alii.

211. Id. ibid. p. 817-819.

cto maiorum ſuorum imperium recuperet, in quo quidem nulla ſit futura difficultas. Cralem enim Cantacuzeno infenſiſſimum tota potentia libenter auxilio ſuccurſurum. — Inducebat autem illos ad arma inter imperatores inſtauranda non parum vitioſitas et nequitia, qua vel ad infanda promti ferebantur; potius tamen promiſſa a Crale pecunia, ſi bellum inter Romanos iterum inflammaſſent, eorum animos deprauauerat. [Cum vero Andronicum Aſanem, priusquam conſulta emanarent, Theſſalonica remouendum cenſerent] eum cum ſimulatione amicitiae adeuntes, ſacramentum ſilentii exigunt, iunioris imperatoris ſecretiſſima patefacturos. Vbi, fide iuranti accepta, auſi ſunt fidere, cum Crale bellum ſocero inferendum pepigiſſe, nihilque pactis et conuentis deeſſe narrant, Cralemque propenſiſſimo ſtudio et alacritate imperatori opitulaturum. Cum autem is vir ad res perturbandas ac permiſcendas ſit appoſitus, et foro vti nouerit [i]), etiam hoc vafre excogitaſſe, quo imperatores a reſarcienda concordia alieniores reddat, vt ipſum obſidis loco accipiat: ſimulare enim, non ſe fidere imperatori iuniori, ne forte exercitui, quem ſit ſuppetias miſſurus, inſidietur, eumque, compoſita cum Cantacuzeno controuerſia, diſperdat. Ob hoc, vt Aſanem obſidem accipiat, imperatorem vrgere. Qui quoniam bellum mouere ſtatuerit, maximeque Triballorum auxilium expetat, neceſſario annuiſſe. [Aſanes impoſturae huius neſcius, quo imminentibus ſeſe malis eriperet, e conſilio coniuratorum, Byzantium abiit.]

§. 251.

Diſceſſu Aſanis belli ſolicitatores, largam nacti licentiam, iuniori imperatori auctores fiunt, vti legationem ad Cralem mittat. Quam ille libens admiſit, imperatoremque aduerſus ſocerum copiis, pecunia, neruis omnibus adiuturum, atque imperium reſtituturum magnifice ſpopondit, factoque foedere, quod illi ad eam rem inprimis fructuoſum fore confidebat, fecit, ac ſuggeſſit omnia, quae ad arma inter imperatores alenda valitura credidit [k]). 212.

§. 252.

i) δεινον—χρησασθαι προσηκοντως τοις καιροις.

212. CANTACVZEN. T. III. p. 819.

k) ἐπραἶτε τε παντα και ὑπετιθει, ὁσα ᾠετο τον προς ἀλληλους των βασιλεων πολεμον τηρησειν ἀλυτον. συμβασεις προτερον προς βασιλεα θεμενος, ἁς μαλιστα ἀυτῳ προς την ἀρχην λυσιτελειν.

Impp. IOANNE *Pal.* IOANNE *Cantac.*

a. C. 1355—1357.

§. 252.

His nunciis, quos ab amicis clanculum quotidie accipiebat; grauiter commotus Cantacuzenus, — Annam imperatricem ad filium legauit, cuius oratio illum ab indecenti facinore abſtractum, in concordiam ſecum reduceret: [quam allocutus Cantacuzenus, inter alia
213. inquit] Etiam bellum texit, foedere cum Crale inito, vt, ab eo Triballo milite accepto, in me ducat: quam ego rem nec illi, nec ſubditis, nec nobis profuturam auguror. — ni bellum contra Triballos coeptum eſſet, et nunc Latinum iſtuc inuitum me occupaſſet, pridem ei clauum imperii tradidiſſem, ac inter monachos profectus
214. eſſem. — Quae [Anna] Theſſalonicam ingreſſa, bellum iam plane feruens inuenit: omnia ſiquidem pacta, conditionesque cum Crale transactae *l*), quibus imperatorem iuniorem adiuuaret, ipſeque Crales et vxor prope Theſſalonicam tendentes, inteſtinum Romanorum bellum, vnde compendia ſua ſperabant, nec exigua, vrgebant. Cantacuzenum quippe timebant, et ardens ſtudium erga iuniorem imperatorem prae ſe ferebant, cupientes illi ex hoc perſuaſum, ſe eum amare, et eius iniuriae vindicandae cura affici, cum tamen contrarium omnino, et quidem non ſegniter, facerent. Etenim pro magnis et multis, quae abſtulerant, vilia quaedam nulliusque pretii reſtituebant.

Haec igitur omnia, quaſi araneolorum opera, aduentu praeſentiaque ſua imperatrix diſiecit. Nam filium — flexit —, factioſos — territabat. — Ad haec ad Cralem egreſſa, eumque et vxorem affata, oſtendit — eos contra ius fasque agere, fulmina coeleſtesque plagas velut intentans: quia praeterquam quod Romanos periuriis ſuis foederibusque violandis toties laederent, etiam bellis ciuilibus eos committerent, quibus mutuis ſtragibus intereuntibus, ipſi eorum bona tuto poſſiderent. His verbis effectum eſt, vt factorum turpitudine palam erubeſcentes, re imperfecta diſcederent. §. 253.

213. Id. ibid. p. 820.
214. Id. ibid. p. 821.
l) Foederis huius praeterea meminit Cantacuzenus T. III. p. 838. Imperatorem Ioannem Palaeologum Byzantium proficiſcentem *qui Didymotichi erant praefecti - memores Theſſalonicae facti ab eo cum Crale foederis de ſocietate et eos bellum aduerſus Cantacuzenum pepigiſſe*, eum intromittere dubitarunt. Et p. 853. *ruptoque, quod mecum intercedebat, foedere, cum Crale ſocietatem pactus eſt.*

a. C. 1355—1357.

§. 253.

[IMPERATOR iunior multis iam vrbibus occupatis], et a Crale ex pacto auxilium petebat: qui, nihil cunctatus, promittebat, ſi obſidem ſibi fratrem daret. Imperator ſine mora Manuelem deſpotam ad Cralem pro obſide proficiſci iuſſit. Eo recepto agmen inſtructum mittitur, equitum ſeptem millia, quos *Coſmitzus Borilobices* m), vnus e nobiliſſimis Triballorum, ducebat. Alexander item Moeſorum rex, rogatus, ſubſidium miſit. — 215.

Cantacuzenum, contra ſe Moeſos et Triballos adduci, non fefellit: proinde et ipſe ex Aſia ab Orchane genero Perſicum auxilium popoſcit. Sic vtrique apparatu ingenti inter ſe belligerare conſtituerunt. Morantibus ſociis, imperator iunior Aenum excurrendum, et pactis quibusdam initis cum Venetis, Didymotichum reuertendum duxit. In via Triballorum ei copiae occurrunt, quas cum nobilioribus de comitatu ſuo, et maiore parte militum, qui cum iis verſarentur, donec Aeno rediret, Didymotichum miſit.

§. 254.

Sub idem tempus Calliſtus patriarcha Conſtantinopolitanus [pacis reconciliandae cauſa Adrianopolin profectus, et ab imperatore Cantacuzeno Didymotichum ad generum miſſus], eo veniens, [generum Aenum profectum inuenit, aderantque ex Triballis et Moeſis auxilia, quae Romani, ab imperatore iuniore miſſi, ducentes, iuxta Hebrum non ita procul Didymoticho diſtinctis caſtris (vt Moeſorum tamen eſſent vrbi propinquiſſima) tendebant. Statuerant autem poſtridie ſimul omnes Empythium caſtellum, quod Cantacuzenus praeſidio firmauerat, inuadere, et damnum dare maximum. 216.

Eodem die contigit Perſicum quoque auxilium Cantacuzeno deſtinatum, transmiſſo Helleſponto ad Hebrum caſtra metari, ac neſcire, hoſtem prope tendere, viciſſimque ab eo neſciri. Erant equitum non minus dena millia, duce Sulimano, Orchanis filio ſeniore: qui et ipſi ſequenti lumine Adrianopolin ad imperatorem pergere cogitabant.

215. CANTACVZEN. T. III. p. 843.

m) Κασνιτζος ὁ Μποριλοβικης. Etiam infra §. 255. Graece ſcribitur Κασνιτζος; vbi interpres *Coſmitzus* habet.

216. Id. ibid. p. 844.

a. C. 1355—1357.

§. 255.

Diluculo et illi caſtris digreſſi, ad imperatorem ire contendebant: et Triballi ac Moeſi cum Romanis, a quibus ducebantur, armati verſus caſtellum incedebant, cum repente mutuo ſe ambo exercitus conſpiciunt. Extemplo Moeſi congreſſum cum hoſtibus extimeſcentes, Didymotichum trepidi petunt, magnas fugae habentes
217. gratias, cuius beneficio euaſiſſent. Triballi cum Romanis Perſarum impetum exceperunt: ſed paululum pluribus ac fortioribus reſiſtentes, eorum virtuti ceſſerunt, inſcitiaque locorum et ſimul hoſtium terrore concuſſi, non ea, qua Didymotichum via ducit, fugerunt (certe enim non pauci euadere potuiſſent); ſed per adiacentem Hebro planitiem palabundi, praeter paucos, omnes perierunt. Per campum quippe latum, arboribus ac ſiluis nudum, vbi nullum perfugium, in equis ſtrigoſiſſimis fugientes, hi quidem occidebantur, illi comprehenſi captiui trahebantur. Perſarum ſiquidem equi e diametro contrarii, et ad curſum celerrimi, et ad laborem exercitatiſſimi ſunt. Coſmitzus dux cum paucis effugit: caeteri omnes partim conciſi ſunt, partim viui in poteſtatem venerunt. — Tam infelicem exitum iunioris imperatoris auxilia habuerunt: quod illi ſummae aegritudini fuit, et res eius funditus conquaſſauit.

§. 256.

218. [PATRIARCHA Philotheus ait] non placere Deo, barbaros contra Chriſtianos induci, et agricolas quosdam aut etiam milites innocentes interfici —. Cum Crales iniurias daret, ac peieraret, et de imperio non paruam partem abſtraheret, barbaris introductis, eum auctori detrimentorum leue aut nullum damnum rependiſſe; aliis autem infinitis malorum ingentium cauſam exſtitiſſe, qui a barbaris in ſeruitutem abrepti peremtique ſunt.

§. 257.

219. [IMPERATOR Cantacuzenus, Perſas non vi ſed pactionibus Thracia pellendos cenſens] Moeſos vero [inquit] et Triballos, aeque male de nobis meritos eo adducemus, vt amicitiam noſtram complexi, abrepta reſtituant, barbarorum armis illos territantes: aut etiam, ſi lubebit, infeſto exercitu eos compellemus.

217. Id. ibid. p. 845.
218. CANTACVZEN. T. III. p. 867.
219. Id. ibid. p. 873.

CAPVT

CAPVT XIV.

Seruiorum genus, migrationes, aucta potentia; bella cum Turcis ſub Solimane geſta.

a. C. 1389—1410.

§. 258.

[SVLAIMANES, Orchanis filius, cum pacem cum imperatore Cantacuzeno feciſſet,] coniunctis copiis bellum in Trybalos a) (qui et Bulgari b)) tranſtulerunt. Quidam perhibent, adhuc ſuperſtite Orchane c), Sulaimanem filium tranſiſſe in Europam, accerſitum aduerſus Trybalos a Graecorum rege d). 220.

§. 259.

Trybali autem eo, quem tradimus, modo ad Europae imperium peruenerunt. Stephanus (quem Stepanum alii) Trybalorum rex e), profectus ab ea regione, quae verſus Ionium patet, igne incendiisque plurimis Epidamni regionem deuaſtans, etiam Epidamnum (quod et Dyrrachium) ſubegit f): et hinc in Macedoniam exercitum duxit, Scopiorumque vrbem regni ſedem declarauit g).

§. 260.

Fuerunt autem iſti, quantum coniicere licet ex profectione eorum, qua delati ſunt ad Europae imperium, genus Illyriorum, qui progreſſi ab occidentali verſus Ionium regione, venerunt ad

 Sco-

220. CHALCOCONDYLAS p. 13. p. 11. haec habet: *Orchanes — Graecis in Aſia morantibus bellum indixit — eo tempore, quo Byzantii reges et Trybali in Thracia et Myſi maximo flagrabant inter ſe bello.*

a) Τρυβαλους, interdum et Τριβαλους vocat Chalcocondylas.

b) Perperam haec addit interpres. Si quid addere volebat, *Seruii* addendum erat.

c) Cf. ſupra §. 214. Solimanem ante Orchanem patrem obiiſſe docet Cantacuzenus p. 663, 664.

d) Ioanne Cantacuzeno.

e) τους μεν τοι Τρυβαλων ἡγεμονας ὡδε ἐλθειν ἐπι τα της Ευρωπης πραγματα ἐπυθομεθα. Στεπανος ἐγενετο βασιλευς Τρυβαλων.

f) gr. breuius, και πυρι Επιδαμνον καταςρεψαμενος.

g) Vid. ſupra §. 147. 230.

a. C. 1389—1410.

Scopiorum vrbem, lingua 'etiamnum *h*) non diſſimili vtentes. Iſtud Illyriorum *i*) genus, cum longe lateque teneret mare Ionium, etiam Venetos attigit. Reliqui ab iis ſegregati, per Europam diſperſi ſunt, etiam hodie non multum lingua moribusque et victus ratione abhorrentes. Conſtat itaque, eorum ſententiam haud veritate niti, qui pronunciant, Illyrios eſſe eos, 'quos Albanos nominamus *k*). Nec vero principium eius ſermonis admitto, qui aſtruere conatur, Albanos eſſe Illyrici generis. Quod autem et Albani ab Epidamno prodeuntes, in Europae regionem maritimam, quae orientem reſpicit, venerint: Aetoliaque, Acarnania; nec non magna Macedonum regionis parte ſubacta, ibi habitarint, etiam ipſe noui, multis coniecturis eo deductus, multisque ſuper ea re auditis. An vero ab Iapygia iter facientes (vt quidam cenſent) in Epidamnum tranſierint, et hinc in eam regionem, quam tandem ſubiecere, peruenerint, ſiue cum eſſent finitimi Illyriis Epidamnum colentibus, accedentes paulatim regionem Epidamni, qua in orientem patet, occupauerint, neſcio qua ratione quam veriſſime aſſequar.

§. 261.

221. At nos explanabimus, vt vtraque haec hominum genera, Trybali et Albani, egreſſi ab ea regione, quae ſpectat Ionium, tranſirint per regionem Europae, quae in orientem vergit, ibique habitauerint, nec modicas regiones ſuo imperio adiecerint, verſus occidentem iter inſtituentes: cum etiam propemodum ad Euxinum mare acceſſerint, Iſtrum et Theſſaliam adierint. Quae omnia in hunc modum euenerunt. Rex horum *l*) digrediens ab vrbe Scopiorum, munitus viris rei militaris peritiſſimis et validiſſimo exercitu, loca Caſtoriae finitima in ditionem redegit. Motis deinde caſtris in Macedoniam, praeter Thermam omnia ſubiugans, bellum ad Sauum *m*) vsque promouit: et in Iſtria res praeclare gerens, vniuerſa ea potiebatur regione. Diſpoſitis dein per Europam viris, 'vbi

h) Addit interpres.

i) Boſnos intelligere videtur, de quibus cum ipſi infra p. 283. ſermo eſt, ſimilia omnia occurrunt.

k) οἱ νυν Αλβανοι.

221. Id. p. 14.

l) *Stepanus*, vt ex ſequentibus patet.

m) Σαβαν.

vbi neceſſe erat [n], fidiſſimis [o], in magnam adoleuit potentiam. Etiam Graecos bello aggreſſus, vt ipſorum regnum deſtrueret. Emiſſo itaque equitatu in loca Byzantio propinqua, cum ea grauiter afflixiſſet, abibat. Graeci ab hoc ſibi extrema timebant, cum regnum per incuriam periret, Andronicusque ſenior rex diſſolutiori victui ſe mancipaſſet: Graeci nullum contra illum pugnandi inibant conſilium, verum omnis ſalutis ſpes in moenibus defenſandis ſita erat. Iter dehinc intendens in Aetoliam, Ioanniam ſeu Ioanninam, olim Caſſiopen dictam, vrbem ſuo imperio adiunxit [p]. Macedoniam, qua finitima eſt Axio flumini, commiſit *Zarco* [q], viro apud ipſum dignitate primario. Eam regionis partem, quae a Pherris tendit vsque ad Axium flumen, *Pogdano* [r] tribuit, viro bono et rei militaris peritiſſimo. Regionem, quae a Pherris excurrit ad Iſtrum, *Chrati* et *Vngleſi* [s] fratribus conceſſit; quorum alter regius pocillator, alter equorum regiorum curator erat. Regionem Iſtro adiacentem nactus eſt, contribuente rege, *Bulcus Eleazarus*, *Pranci* filius [t]. Trica et Caſtoria obuenere *Nicolao* Zupano. Aetolia decreta eſt *Prialupi* [v]. Ochridem et regionem Priliapaeam dictam *Pladicae* [x], viro haud ignobili, regendam dedit. Commemoratos modo viros accepimus Europae regionibus praefectos eſſe, a rege Stepano: qui vbi exhalauit animam, ſinguli ſuas regiones quas a viuo gubernandas acceperant, retinuere, foederibusque inter ſeſe ictis, a ſe mutuo bello abſtinuerunt. Graecis vero, vt cuique opportunum erat, admodum bellicis armis moleſti erant.

§. 262.

Michaelem, Myſiorum ducem, qui imperauit locis Iſtro ſubiectis, et regni ſui ſedem Trinabi conſtituit, Stepano antiquiorem exſtitiſſe audiui: praeterea Bulgaros [y], quos Myſios vocamus, ibi ſedes

n) gr. ἀλλους ἀλλῃ.
o) των ὑποχειριων.
p) Ιωαννιων την πολιν εἰχε. in marg. εἱλε.
q) Ζαρκῳ.
r) Πογδανῳ, in marg. *al. man.* Μπογδανῳ *Reg. vt in contextu.*
s) Κραλῃ τε και Ουγγλεσῃ.
t) Βουλκῳ τῳ Ελεαζαρῳ του Πραγκου.
v) Πριαλουπι.
x) Πλακιδῃ, in marg. Πλαδικῃ.
y) Ουλγαρους.

a. C. 1389—1410.

des tenuiſſe accepi: 'Seruios autem ſiue Sorabros et Trybalos, a
222. ſe diſcretos, tandem ad iſtud nomen emerſiſſe z)'. Vtraque iſta genera hominum cum diuerſa ſint, non ad vnum referenda ſunt. Vt autem ſinguli iſti populi regno ſuo a barbaris a) ſint exacti, ipſique prorſus interciderint b), in ſequentibus exponetur.

§. 263.

Sulaimanes cum Cherſoneſi vrbes, praeter Callipolim, ſubegiſſet omnes, profectus eſt cum exercitu aduerſus Thraciam, vt et hanc ſuam faceret. Cum autem pacem feciſſet cum Graecis, expeditionem ſuſcepit contra Trybalorum duces Chratem c) et Vnglesem, qui Graecis admodum intolerandi erant, feroces et bellicoſi d). Qui vbi reſciuerunt, Sulaimanem proceſſiſſe in Europam, regionem ipſorum in Graecia ſitam vaſtare, praedasque nemini parcentem confertim agere, copias et ipſi ſuas aduerſus Turcos duxerunt: conſertisque manibus, victores proelio abierunt, plurimis prima coitione interfectis.

Deinde certiores redditi, Turcorum res vsque augeri, ſibique tandem intolerabiles fore, cum plurimi Turci vsque ex Aſia ad Sulaimanem concurrant, Europaeasque vrbes obſidione vrgeant: his exciti, vterque in mediterranea Thraciae pergit, et copias parat. Vngleſes a Pherris, vbi regia erat, in Turcos progreditur. Chrates autem, praedicti frater, copiis plurimis contractis, ad fratrem per mediterranea Thraciae commeat, communi conſilio iunctisque viribus bellum Turcis illaturi.

§. 264.

Sub idem tempus Sulaimanes oppidum oppugnabat ad Taenarum e) fluuium ſitum, diſtans a Callipoli f) ſtadiis circiter ſeptuaginta

z) Σερβους δε ἐκεινους και Τριβαλους διακεκρισθαι ἀπ' ἀλληλων ἐς τοὔνομα ξυνηνεχθη ἀπο τουτου.

222. Id. p. 15, 16.

a) Turcis nimirum.

b) ἀπωλοντο.

c) Κραλην, ita et infra hoc nomen ſcribitur. et ſupra §. 261.

d) οἱ δη τοις Ελλησιν ἐπιτιθεντο, και χαλεποι ἠσαν, δια το μηδεποτε ἡσυχιαν ἀγειν, ἀλλ' ἀει κακως ποιειν πολεμουντας τοις Ελλησιν.

e) Ταιαρον.

f) ἀπο Αδριανουπολεως.

ginta, plurimis tentoriis, quae eo aduexerat [g], per circuitum fixis, in quibus *Scythae* [h] Turcique, quotquot paſtoralem vitam ſequuntur, quam ſuauiſſime degunt: aſſidensque vrbi, intentus oppugnationi inſiſtebat: et ſtudio expugnandae vrbis adſtrictus, accipit hoſtium aduentum. Deligit igitur ex ſuis octingentos, nocturnisque itineribus prima aurora ad hoſtium caſtra peruenit. Eos deprehendit nec ſolitas vigilias obeuntes, laxatisque cuſtodiis effuſos Taenaro fluuio praebenti aquam potu quidem peſſimam [i], eandem vero et ſaluberrimam. Aeſtatis tempus erat, quo nec arma, nec equos perinde curabant, putantes ſe planiſſime ab hoſtium incurſionibus ſecuros et tutos. Hos nec opinantes, et in Cermanii regione in luxuriam effuſos, altaque quiete ſopitos, Sulaimanes ſtipatus octingentis militibus delectis adoritur, caedemque maximam, impigre obuios mactando, hoſtium fecit. Multi in flumen fuga praepropera delati, dubii quonam ſe verterent, ibi inter cunctandi moras occubuerunt. In hoc proelio deſideratus eſt Vngleſes: etiam Chrates occiſus eſt. Vt autem hic interierit, ignoratur. Hunc eius propinqui, qui eum ſanguine contingebant, aliquamdiu poſt proelium iſtud vixiſſe credidere. Sulaimanes victoria illa inſigni et illuſtri clarus, facile tandem etiam oppidulum, quod obſederat, ſuo imperio adiecit.—

§. 265.

Ferunt Sulaimanem, poſtquam nunciatum erat, Trybalorum 223. et Myſorum copias aduerſum ſe pergere, collocutum cum Graecis, ſi numerarentur ſibi ſexaginta millia drachmarum, velle ſe reſtituere Graecis, quaecunque in Thracia ipſorum cepiſſet oppida: et relicta Europa diſceſſurum in Aſiam.— Graeci—promtiſſimis quidem animis praedictam conditionem accepiſſent: at cum maximus terrae motus accidiſſet, oppidorumque muri procidiſſent, Turci accedentes armati, vrbes plurimas, etiam Graecorum, in ditionem ſuam redegere.— §. 266.

223. CHALCOCOND. p. 17.

g) ἀπο πιλων ἀιγων in marg. ἀπο πιλων αἰγων. R.

h) Σκυθαι τε οἱ Νομαδες.

i) καλλιϛον.

a. C. 1389—1410.

§. 266.

Poſt haec bellum auertit in Myſos et Trybalos. Trybalos [k]) autem [l]) gentem eſſe totius orbis antiquiſſimam et maximam, compertum habeo. Appulerunt in hanc regionem, ſiue (variant enim auctores) diuiſi ab Illyriis: ſiue, vt quorumdam ſententia eſt, ab ea regione, quae vltra Iſtrum in extrema Europa eſt, et a Croacia Pruſiisque, ſeptemtrionale mare accolentibus: nec non a Sarmatia, quam hodie Ruſſiam vocant [m]), propter ſuae regionis frigus inuictum [n]) profecti, Iſtrumque transgreſſi, in regionem Ionio affuſam penetrarunt, vbi quoque habitarunt, cum armis eam regionem, quae Venetos ſpectat, ſubegiſſent [o]). Si autem quis contrariam ſequatur ſententiam, quaſi e regione verſus Ionium vergente digreſſi, Iſtroque ſuperato in illam acceſſerint, vnde eos antea prodiiſſe diximus, regionem, haud quidem contendero: nec tamen eam tuto arripere audeo.

Attamen ſcio, quamuis populi iſti nominibus ſint diſcreti, non tamen moribus quicquam inter ſe differunt: idem linguae vſus iisdem etiam hodie eſt. Diſperſi hinc inde, domicilia per totam habuere Europam, incolentibus quibusdam de illo grege regionem Peloponneſi Laonicam [p]), qua patet ad montem Taugetum [q]), et ad Taenarum. vbi etiam habitauit a Dacia ad Pindum vsque montem, in Theſſaliam ſe proiicientem, alius quidam populus: vtrique nomen fuit *Bacchi.* Nec tamen ſcio, vtrum in Epiros commigraſſe aſſeuerem [r]). Haud me fugit Trybalos, Myſos, Illyrios, Croa-

k) In marg. *Tryballorum, qui et Valachi, origo et ſitus.*

l) το δε γενος τουτο, *Tryballorum*, puta, et *Myſorum.*

m) ἀπο τε Κροατιας και Προυσιων των ἐς τον ἀρκτων, ὠκεανον, και Σαρματιας της νυν ὁυτω Ρωσιας καλουμενης.

n) ἀοικητον, al. ἀνικητον.

o) και ταυτῃ ἐπι πολυ ἐπι Ενετους διηκουσαν καταστρεψαμενοι, ᾠκησαν.

p) χωρας τε της Λακωνικης.

q) Ταΰγετον.

r) ᾧ δη και ἀπο Δακιας ἐπι Πινδον το ἐς Θετταλιαν καθηκον ἐνοικησαν ἐθνος, Βραχοι [in marg. Βλαχοι] δε ἀμφοτεροι ὀνομαζονται. και ὀυκ. ἀν δη ἐχω διεξιεναι, ὁποτερους ἀν τουτων λεγοιμι ἐπι τους ἑτερους ἀφικεσθαι.

a. C. 1389—1410.

Croatios, Polonos [s)] et Sarmatas eadem inter ſeſe lingua vti. Si igitur hinc coniecturam facere licet, exiſtimo, omnes iſtos, vnum hominum eſſe genus, nec diuerſum. Vt autem tandem in diuerſos abierint mores, et in alias conceſſerint regiones, a nullo accepi, vt certum quid de iis praeſenti hiſtoriae inſerere auſim. Vl- 224
tra citraque Iſtrum colunt, longe lateque regnantes. Itaque, mea quidem ſententia, magis quidem veriſimile videtur, hoc hominum genus, variis fortunae procellis iactatum, Ionii regionem inſediſſe, traiectoque Iſtro ibi ſedes fixiſſe: ibidemque potius habitaſſe, quam inde diſcedentes adierint ad eum orbis terrarum tractum, qui propemodum inhabitabilis ſit hominibus [t)]. Illi itaque, ſiue neceſſitate, ſiue voluntate tracti, ad ſui defenſionem ſeorſum a reliquis ſegregati habitare inſtituerunt: vt videre eſt magis coniectanti, quam veritatem rei pronuncianti [v)].—

§. 267.

a. C. 1359. [x)]

[AMVRATES, Orchanis filius] poſtquam—caſtra in Trybalos mouit, eos proelio vicit: Pherrasque vrbem opulentam in poteſtatem redegit, et loca Rhodopen ſpectantia in ditionem accepit, maximaque virtutis militaris patrabat opera. Saini, viro optimo, cum commiſiſſet Pherras vrbem, aduerſus Suſmanum Myſiae regem arma cepit.

s) Πολανιȣς.
224. I.I. p. 18.

t) Βασιλεια μεν ἐςιν ἀυτοις κἀνταυθα τȣ Ἴςρȣ, και περαν τε τοτε γενος τȣτο πολυ μειζον και ἐπι πολυ μαλλον διηκον. ὡς᾽ ἀν μαλλον ἐκειθεν φαναι καλλιον παρεχον, ἐπι τα δε ἀφικεσθαι το γενος τȣτο, και οἰκησαι προς τῃ κατα το Ιονιον χωρᾳ, και παρα τον Ἴςρον διαβηναι, και ἀυτȣ μαλλον οἰκησαι, ἠ ἐντευθεν ὡρμημενον, ἐπι τα ἐκει της οἰκȣμένης σχεδον τοι ἀοικητα ἀφικεσθαι.

v) Quae de Bulgaris eorumque rege Alexandro, a Crale Seru. in hac dignitate conſtituto ſequuntur, vid. in *Bulgaricis* §. 494, 496. et §. 435. not. *b*.

x) Hoc anno Amuratem Orchani ſuceſſiſſe docent alii.

CAPVT

CAPVT XV.

Poſt Stephani obitum orta inter fratrem, vxorem et filium de ſucceſſione diſſidia; Matthaeus Cantacuzeni F. a Seruiis in imperium vocatus; poſt varia bella Ioanni Pal. traditus.

a. C. 1357.

§. 268.

Imp. IOANNE *Pal.*

Imp. IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1357.

225. SVB idem tempus [quo poſt Ioannis Cantacuzeni abdicationem inter huius filium Matthaeum et Ioannem Palaeologum imperatorem bellum exarſit] Crales Triballorum princeps obiit, et exorta eſt inter Triballos non leuis ſeditio. Nam et *Simon*, Cralis frater, tum Acarnaniae dominus, totam Triballorum prouinciam, vt ad ſe pertinentem, affectabat, cui ex Triballica nobilitate multi dabant operam, et *Oureſis* [a]), Cralis filius, propter paternum principatum aduerſus patruum in armis erat. Helena vero eius mater aeque diffidens filio et Simoni leuiro, compluribus ad ſe vrbibus traductis, nec contemnendis ſepta viribus per ſe regnabat, neutrum bello laceſſens, nec adiuuans.

Porro potentiſſimi apud ipſos nobilium vnusquisque, infirmioribus ſubactis oppidis, alii quidem Crali, non vt domino obediebant; ſed vt ſocio et amico auxilia ſubmittebant: alii contra Simoni, eius patruo, opitulabantur: alii, neutrarum partium, quod habebant, conſeruabant, euentumque praeſtolabantur, praeualentiorem ſecuturi, et omnino in mille factiones diſtracti, ſeditionibus agitabantur. § 269.

225. CANTACVZENVS T. III. p. 882.

a) Οὐρεσις.

a. C. 1357.

§. 269.

Romani a Triballis tamdiu, tamque multis et magnis affecti detrimentis, tempus nacti opportunum ablata recuperandi, et facinorum poenas a barbaris expetendi, propter ciuile bellum et ſeditiones, quibus conflictabantur, id ipſum tempus ſine fructu conterebant.

Caeterum Nicephorus deſpota dux, Triballos diſcordiis inteſtinis laborare intelligens, facillimeque prouinciam paternam ſe recuperaturum ſperans, cum praeſertim et Prealimpus, qui Theſſaliam regebat, diem obiiſſet, inſtructis triremibus Aeno, vbi vxorem reliquit, in Theſſaliam nauigauit, quam deſcendens nemine reſiſtente, Theſſalis promte ſe dedentibus, ac velut ex immenſo fluctu Triballici dominatus ad Romanorum manſuetum et tranquillitatis plenum imperium confugientibus, breui totam in poteſtatem redegit. Ille igitur vrbibus recipiendis diſtentus erat. At Limpidarius quidam 226.
de eius famulis, quem nauibus praefectum reliquerat [ab eo deficiens, vxorem illius Aeno diſcedere coëgit.] Deinde quidam domeſtici, homines improbi ac ſtolidi, reginae peſſime cupientes, deſpotam eo impulerunt, vt vxorem Triballis relinqueret, ipſe Helenae, Cralis viduae, ſororem duceret, quo ſic Theſſaliae et Acarnaniae ſtabiliret, ac firmaret imperium (ob illud matrimonium nihil moturis videlicet Triballis) et Albanos aduerſarios non mediocriter noxios frangeret. Mox coniugem ſic exoſus eſt, vt eius conſpectum non ferret.

§. 270.

Non diu poſt Artam, Acarnaniae vrbem, praeſidium miſit, et cum Cralaena per oratorem de connubio cum eius germana ineundo egit. Res igitur iam ſermonum et legationum tenus pro- 227.
ceſſerat, et regina, imperatoris filia, patienter iſtud ferebat.— Poſtquam datus finis, et iusiurandum, in quo ſcriptum exſtabat, ſe vxorem Triballis permittere, et Cralaenae ſororem ducere, tum demum ſuae ſaluti prouidendum, nec propter alienam amentiam indigne ſibi pereundum [regina] conſtituit, et in Peloponneſum ad Manuelem fratrem mittens, ſuam ei dignitatem et incolumitatem tum precibus commendauit: quam ille extemplo per mare ad ſe

226. Id. ibid. p. 883. 227. Id. ibid. p. 884.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1357.

perducendam curauit, Acarnanibus et Albanis eam cum laudibus deducentibus.— Quocirca breui hac de cauſa Albani aperte ab eo deſciuerunt: profitentes, niſi diſſoluto Triballico matrimonio imperatoris filiam e Peloponneſo in thalamum reuocaret, — aduerſus eum impigre bellaturos. Ille—nefandas illas nuptias per legatum antiquauit, coniugemque legitimam e Peloponneſo reuocans, fidem ei iuramento ſanxit, nihil de caetero ſecus in eam admiſſurum.—

§. 271.

228. MVLTO tempore in his negotiis [de Chalile Orchanis filio e Phocaeenſi captiuitate per imp. Ioannem Pal. liberando] conſumto, vrbium Mygdoniae praefecti, Triballorum nobiliſſimi, Matthaeum imperatorem ſecreto euocant, vtpote illi ſe cum vrbibus dedituri: qua de re et antea egerant. Ex quo namque Cantacuzenus pulſus a Romanis apud Triballos diuerſatus fuerat, mira animi inclinatione potentiſſimus quisque potiſſimum eundem colebat. Itaque etiam Crale ſuperſtite libenter vidiſſent, ipſum in Triballos, gentem ſuam, expeditionem ſuſcipere: et in id operam impenſe dabant: ſiquidem eius, quam Cralis, imperium malebant, atque hac de re clam ſaepius cum eo ſermonem habebant. Verum vbi imperator Cantacuzenus inſtitutis ſe monaſticis addixit, eorumque princeps fato functus eſt, propter mutatas viuendi rationes, quod ſperauerant, penitus deſperarunt. Ad Matthaeum autem filium mittentes, ſtudia erga parentem ipſius in memoriam illi redegerunt, et eius aequaliter eſſe ſtudioſos, ei adhaeſuros, magnumque imperium conciliaturos, aſſeuerarunt. Tum vero *Boichnas* Caeſar b) nuncios miſit, parata eſſe, quae requirerentur, omnia, et ſe etiam Pherarum praefectum ad ipſorum ſocietatem pertraxiſſe, qui paratus ſit, vrbem cum ipſa Cralaena multisque aureorum millibus tradere: rogabantque, ad eos accederet quam maturrime, ſic, vt diem aduentus ſui praefiniret.

His nunciis Matthaeus mirabiliter laetatus, hanc erga ſe illorum tam eximiam voluntatem magnifice remuneraturum, promiſit, et tempus triginta dierum praeſtituit, quibus adueniret: totidem namque dies ad colligendum, quem habebat, Romanum exercitum, et

228. CANTACVZENVS T. III. p. 887.

b) Βοΐχνας ὁ Καῖσαρ.

 Imp. IOANNE *Pal.*

et ad auxiliares ex oriente ab affine ſuo Orchane accerſendos credebat ſufficere. Cum Triballis igitur ſe aduocantibus ita pepigit: confeſtimque miſſa legatione ad Orchanem, militem popoſcit, et Romanos per litteras coëgit.

§. 272.

Forte fortuna Orchanem apud Abydum quibusdam de cauſis commorantem legati conueniunt, legationem exponunt. Orchanes illico ex aliis ſatrapiis circiter quinque millium barbarorum congregatum exercitum, traiectum in Thraciam petentium, vt in Moeſiam populatum irruerent, aliquot de ſuis admixtis, — transmittere 229. iuſſit, cauſae expeditionis neſcius et ſimpliciter arbitratus, eum ad barbaros depraedandos auxilia petere. Matthaeus tam repente adueniſſe Perſarum copias cernens, — perturbabatur et angebatur magnopere —. Cum autem niteretur barbaros apud ſe retinere, et tempus terere, illi, ei s regionem directuros, minabantur, niſi cum ipſis primo quoque tempore in hoſtes graderetur. — Decreuit igitur potius cum domeſticis praeſentibus exire, quam alios diutius praeſtolari: communicatoque cum barbarorum ducibus de expeditione in Triballos myſterio, precabatur, ne vrbes, quae ſe dederent, et regionem infeſtarent, ſed ea intacta, ad vere hoſtilem, quo illis duces praeberet, depopulandam ſe darent, huic aequitati pecuniae vim maximam promittens. Barbari, quae eius animo complacuiſſent, cuncta ſe praeſtituros perfectiſſimeque obſecuturos, ſpoponderunt. Mox vna cum illis iter capeſſit, paucis Romanis comitatus: mittitque ad Poichnam Caeſarem ſignificatum, ſe praeter pactum aduentare, compulſum a copiis peregrinis, quae praefixum tempus exſpectare nollent. Qui abſens vrbe, cui praeerat, Drama vocabulo, vt nuncios imperatoris accepit, ſimul et in agmen Triballicum incidit, quod a Crale ad matrem Pheras mittebatur, cum eodem agmine reuerſus eſt, hac mente, vt cum caeteris coniuratis ibi, quid in praeſens faciendum, conſilium caperet.

§. 273.

Barbari vt cum imperatore Pheris appropinquarunt, plures conuentorum ſecuri, praedatum ſe effudere, totamque regionem per licentiam depopulati ſunt: ſuccenſente imperatore, et tentante omnia

229. Id. ibid. p. 888.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1357.

omnia, quibus amicos iniuriis barbarorum ſe prohibiturum putaret. Qui autem cum imperatore et duce ſuo remanſerant, manum Tri-
230. ballorum, in qua et Boichnas Caeſar viſebatur, contra cernentes inuadere, confligere cupiebant. Imperator vbi multo labore eos a pugna abſterrere non potuit, et ipſe ad certamen proceſſit, quod et Triballi in barbaros faciebant, quibus adhuc miſſilibus (vt ſolebant, antequam proelium confererent) praeludentibus, dux cecidit c); cuius caſu ingens confuſio ac trepitatio illos, velut primo impetu victos, peruaſit. Imperator tum maxime et ad intelligendum, quid tali tempore conueniret, et ad rem ipſe conficiendam, aliosque incitandos celer ac promtus apparuit. Alium quippe ducem ſtatim ſurrogauit, quem rei a ſe bene gerendae fiducia impleuit: ruensque in primam aciem, eximia animoſae fortitudinis exempla edidit. Tribus enim hoſtibus continenter ſua manu interfectis, Triballos receptui canere, et Pheras, haud longe diſtantes, ſine mora recedere coëgit. Eo conflictu Perſarum pauci, Triballorum duplo plures deſiderati ſunt.

Barbari, quoniam eis contra ſpem euenerat (non enim opinabatur, hoſtes aliquamdiu ſe defenſuros), tumultu confuſioneque permiſcere omnia, et fugam parturire. Quos confirmans et in ordinem digerens imperator, vt mos eſt, reuertit, ipſe extremum agmen ducens, in quo Romanorum et Perſarum fortiſſimi. Triballi porro incruentos abire barbaros non ſinebant; quos et ipſos, quia celerrime redirent, turbatos ſuſpicabantur: et denuo inuadentes, diſſipare confectos, et in fugam dare nitebantur. Imperator rurſum cum Romanis et Perſarum lectiſſimis ſe opponens eos repellebat: duos enim, congreſſus, deinceps occidit: et alii ab aliis ad orcum miſſi ſunt. Tum denique cuneus Triballorum, imperatoris virtute obſtupefactus, Pheras receſſit, ac de caetero nihil negotii faceſſiuit.

§. 274.

231. Imperator ad Panactem fluuium, ibi pernoctaturus, caſtra fecit, prima luce, etiam aliis, qui ad praedas diſcurrerant, reuerſis

230. Id. ibid. p. 889.

c) ἔτι δὲ ἀκροβολιζομένων τῶν βαρβάρων — ἔπιπτε ὁ στρατηγὸς βέλει τρωθεὶς ὑπὸ τῶν Τριβαλῶν.

231. CANTACVZEN. T. III. p. 890.

ſis, tuto iter reliquum, aggreſſurus. Inclinante in veſperam die, praedatores, quorum magna vis cum non mediocri pecorum hominumque praeda ad caſtra homophylorum tendunt, cum Triballis depugnatum eſſe neſcientes. Qui in caſtris erant, non eſſe ſuos, ſed Triballos ſuſpicati, a quibus confeſtim inuaderentur, quoniam ipſis pugna impares videbantur, non ſolum qua numero, ſed etiam qua audacia, cuius ex praecedentibus proeliis documenta exſtabant, vi ſumma in fugam ſe penetrant, adhuc ſociis interuallo longiſſimo diſtantibus, timentes ſcilicet, ne intercluſi perirent, et per anguſtias apud Philippos quisque alium praeuenire tranſitu contendebant. Metuebant namque, ſi nox ſuperueniſſet, et Philippenſes fugam eorum ſenſiſſent, ne faucibus occupatis in Thraciam tranſire neminem paterentur, et agmen illud Triballicum, vt putabant, cum caedibus inſtaret fugientibus, atque ita nullo impedimento omnes ad vnum interirent. — Romani quoque cum barbaris fuga abripiebantur.

§. 275.

Imperator tam temerariam fugam aegre patiens, quosdam retinere, et inſequentibus reſiſtere conabatur (pauci enim Triballi, ex proximis vicis concurrentes, barbarorum fugientium tergis ſtatim inhaerebant; nam praeſidium Pheris et Boichnas, quid accidiſſet, funditus ignorabant) nihil tamen pro eo, ac par erat, efficiebat, omnibus ad fugam ſalutis cauſa intentis. Tum neceſſario ipſe et ſolus inſtantes excipiens, eos arcebat, ne fugientium plures etiam occiderent. Nihilominus Romanorum ac barbarorum permulti in tranſitu apud Philippos perierunt. Iam enim et Philippenſes eos, fuga cognita, infeſti premebant; et hinc inde trucidabant. Imperator ſemet ſua manu ſaluum praeſtans, ipſe quoque verſus Philippos pergebat, cui cum equus, crebris in hoſtem incurſibus et impreſſionibus delaſſatus, concidiſſet, quo ſe verteret neſcientem famulus quidam, Cypariſſiota nomine—ſeruauit. Nam cum praeſenti capitis ſui periculo equum ſuum imperatori ſubiecit, repente ſiquidem ab inſequentibus Triballis comprehenſus, et ad tempus vinculis mandatus, propter religionis communionem dimiſſus eſt. 232.

§. 276.

232. Id. ibid. p. 891.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1357.

§. 276.

Imperator cum veniſſet Philippos[1] ſolus, et tranſitum obſeſſum conſpexiſſet, nitique contra tam multos non poſſet, nec, quid melius ageret, haberet, in paludem, qua plurima arundo, ingreſſus eſt, latere ſe poſſe credens, quoad nox appetiiſſet. Cum autem paluſtre coenum equi vngulas non ſuſtineret, et infixas retineret, deſcendit, ſeſeque occuluit. Philippenſes porro incurſantes (non enim ignorabant, qui eſſet, quod Gacoras quidam de famulis eius, ex vulnere apud ipſos decumbens, et iam vita deficiens, procul ipſum agnouiſſet, et imperatorem eſſe, qui veniret, citra haeſitationem dixiſſet) et virgulta canibus diligenter ſcrutantes, eum ceperunt, atque in vrbem introduxerunt. Matthaeus igitur imperator eo redactus eſt infelicitatis, et talibus afflictus eſt calamitatibus, nullo eorum inferior, quos bellum reddidit miſerrimos.

Boichnas Caeſar, vt eum Philippis cuſtodiri audiuit: poſtridie acceptum domum ſuam Dramam abducit, prouide admodum et honorifice illum habet, 'et, vt diligenter aſſeruetur, perſtudioſe curat d), promittens, ſi ſit penes ſe, in prouinciam remiſſurum. Formidabat etenim, ne Cralaena ſibi aduerſaretur, poſtularetque iure ſuo, vt belli quoddam ſpolium apud ſe imperatorem habere. 'Ideo quamprimum ab ea depoſcendus videbatur e); ſimul quod ab

233. eo pecuniam ſperabat, et conſtantem amicum fore, vt, ſi priora rurſus aggredienda forent, potenter ab eo adiuuaretur. Capto hoc conſilio Pheras properans, morbo in itinere implicitus, quinis et vicenis diebus imbecillitate corporis impeditus eſt, ne eo perueniret.

§. 277.

[Imperator Ioannes Palaeologus, de Matthaei ſorte certior factus,] legationem ad Boichnam, iam Pheris redeuntem, 'cum facultate in Matthaeum, vt liberet, agendi f), miſit: addita pollicitatione immodicae pecuniae, ſi illum ſibi vinctum traderet. Boichnas

d) Φρȣρȣς δε ἐπεςησεν ἀγρυπνȣς, και πασαν ἐπεδεικνυτο σπȣδην περι την φυλακην.

e) διο δη ἐδοκει ἱκειν ἐπ᾽ ἐκεινην ταχιςα ἐξαιτησομενον.

233. Id. ibi[1]. p. 892.

f) ἀδειας τυχοντα ὡς τε χρησθαι ὁτι βȣλοιτο τῳ βασιλει Ματθαιῳ.

a. C. 1357.

ichnas iam ante cupiuerat, quod cum iuramento aſſeuerabat, Matthaeum domum remittere: et cum Palaeologus eum ſibi prodi cuperet, audire legationem non ſuſtinuit. Sed vt didicit, et vrbes et liberos eius et vxorem captos eſſe, nullamque ſpem reſtare accipiendae ab eodem Matthaeo pecuniae, aut commodaturum ad meditata ab ipſis perficienda, qui iam ſine vrbe et foco ſit, mutata ſententia a Palaeologo pecuniam pro eo paciſcitur. Qua data, veritus, ne Ioannis gratiam aſſecutus, ſe poſtmodum propter proditionem vindicaret, oculos ei eruere cogitauit: ſperans, id etiam Ioanni imperatori gratum fore, ſi ab aliis, non ab ipſo, luminibus orbaretur: mittensque rogabat, vt, quod deliberaſſet, exſequi liceret. Imperator, hoc verbum auerſatus, niſi penitus integrum et incolumem redderet, recepturum negauit: et omni ope nitebatur, vt Triballo perſuaderet, ne quid eum laederet. Quamobrem corpore nihil mutilato ad illum miſſus eſt g).

§. 278.

PER idem tempus [quo Cantacuzenus cum filiis Matthaeo et 234
Manuele poſt illius liberationem e Peloponneſo Byzantium rediit] et Calliſtus patriarcha legatus ab imperatore ad Eliſabetham Cralis coniugem, Pheris poſt illius obitum habitantem, miſſus eſt, adhuc

g) Horum etiam infra meminit Cantacuzenus, et quidem p. 894. Palaeologus Byzantium profectus, ſocero rem exponens, ait, *Quia vero ſic euenit, vt ille* [Matthaeus], *fortuna crudeli vſus, a Triballis captus, et ad ſe in vinculis perductus eſſet, ſe — poſitis omnino veteribus inimicitiis — breui e carcere educturum.* p. 895. Cantacuzenus ad haec, *Nunc quia ſic Deo viſum, et illum quidem pugna contra Triballos captum, atque a victoribus tibi traditum benigne humaniterque tractauiſti, — numini gratias ago — et tibi —.* p. 901. Cantacuzenus inter alia ad filium erudiendum dicta, *Tu*, inquit, *a Triballis accerſitus, cum ſolis barbaris in Macedoniam ieris, ea neceſſitate, vt Romanum exercitum relinqueres, Triballi vero, qui prius contra Perſas nec oculos audebant attollere, pauci aduerſum multo plures pugnauerint, Perſaeque, quamquam hoſtibus longe potentiores, per ſe ipſi in fugam ſe coniecerint, ipſeque relictus ſolus, ab hoſtibus captus et vinctus ad imperatorem affinem adductus ſis — neminem ego repertum iri puto — qui non omnia coeleſti prouidentia acta eſſe iudicet.*

234. CANTACVZEN. T. III. p. 908, 909.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1357.

enim eo ſuperſtite inimicitias exercebant. Summa legationis erat, vt, omiſſo bello inter ſe, barbaros, qui eſſent in Thracia, Romanorum Triballorumque prouincias infeſtantes et aſſidue depopulantes, coniunctis copiis inuaderent.

Cralaena et omnes proceres Triballi legationem placide audierunt, et aeque viſum armis appetendos eſſe barbaros, patriarchamque laudibus ac veneratione non parua afficiebant, et Eliſabetha praecipue mira illum beneuolentia tractabat, ſeſeque deum quemdam hoſpitio accepiſſe putabat.

Euenit autem, vt et ipſe patriarcha et comites eius, praeter paucos, ſaeuo correpti morbo omnes interirent. Ducebat is ſecum de clero eccleſiae primarios: vnde fama per multos diſſipata eſt, veneno ſublatos a Triballis, ſane manifeſto mendacio atque calumnia. Non enim ſolum Cralaenae aequitas et reuerentia, honor ac ſtudium erga patriarcham viuum atque mortuum, ſed et morbi genus, quo quisque confectus obiit, talem de ea ſuſpicionem penitus prohibebant. Diuerſis namque morbis, et nec duo ſaltem eodem exſtincti ſunt. Patriarchae defuncto in metropoli Pherarum ſumtuoſum et honorificum funus ab ea factum. Ad quam cum ex monaſteriis in Atho, potiſſimum vero e ſacra Laura probatiores ſanctioresque monachi venirent, corpusque patriarchae in Atho transportandum, et apud ipſos ſepeliendum rogarent; illa recuſauit, quod diceret, ſibi illud retinendum, magis enim eius viri patrocinio egere.

CAPVT

CAPVT XVI.

Res Seruiorum ſub Eleazaro eiusque filio Stephano; bella cum Amurate et Baiazete geſta; Seruia Turcis tributaria; *ab a. C. 1359 — 1397.*

§. 279.

a. C. 1359 — 1389.

[AMVRATES in Europam transgreſſus, foedere cum Ioanne imperatore percuſſo,] exercitum contra *Dragaſem*, Zarci ducem *b)*, mouit, regionemque iuxta flumen Axium domuit, ſibique tributariam bellique ſociam effecit. Ducem quoque in poteſtatem accepit, quem ſub ſe ſtipendia facere iuſſit, equitum impetrata manu non modica. 235.

His praeclare geſtis, etiam *Pogdanum*, eo loci regnantem, debellauit: quem ſub ſe merere cum exercitu, quem habuerat, voluit. Amurates autem per omnia imitatus aequitatem Cyri, Cambyſis filii, maxima modeſtia et liberalitate tractabat duces Trybalorum et Myſorum Graecorumque, qui in ſuam poteſtatem conceſſerant.

§. 280.

[MORATES, Orchanis filius, poſt patris obitum *c)*] Thraciae 236.
vrbibus potitus imperii limites producit, obſeſſamque Adrianopolin

oc-

235. CHALCOCONDYLAS p. 19. et p. 25. *In Amuratis poteſtatem deuenit rex Myſiorum Drageſes, Zarci filius:* [male. Gr. enim ſic habent: εἶχε δε και των Μυσων βασιλεα, προς δε και Δραγασην, τον Ζαρκȣ παιδα, — *rex Myſorum* (Suſmanus), *praeterea Dragaſes, Zarci filius*] *nec non Pogdanus* [Μπογδανον], *qui Rhodopen imperio tenebat. Acceſſere etiam in ditionem et alii Europaei duces, Trybalorum videlicet, Graecorum et Albanorum. His omnibus imperio ſuo admotis* [κατεστρατευμενων, in marg. κατεστραμμενων], *etiam Aſianis ducibus ſtipatus, deinceps quoslibet bello laceſſere ſtatuit.*

a) Sunt anni imperii Amurathis.

b) ἐπι Δραγασην τον Ζαρκȣ ἡγεμονα, *contra Dragaſem, Zarci F., ducem.* De Zarco et Bogdano ducibus vide ſupra §. 261.

236. DVCAS p. 5, 6. Chalcocond. p. 26, 27.

c) Qui refertur ad a. Hegir. 760. i. e. a. C. 1359.

Imp. IOAN-NE *Pal.*

a. C. 1359—1389.

occupat [d], atque vniuerſam, excepta Theſſalonica, Theſſaliam. Velut ergo Romanorum prouinciis omnibus perdomitis et ſubactis, in Tribalos mouit, et quamplurima ipſorum oppida pagosque funditus deleuit, incolasque captiuos in obiectam Europae Aſiam per fretum Cherſoneſi abductos traiecit.

§. 281.

a. C. 1389.

α) Quibus cum attendiſſet Seruiae Crales (i. e. rex) Lazarus, Stephani Cralae filius [e], conſcripto ex omnibus ditionibus ſuis exercitu, cum tyranno acie decertat, eoque proelio vtriusque exercitus plurimi ceciderunt. Admiſſum deinde nouum quoddam, praeterque id quod dici aut cogitari poteſt callide ſuſceptum facinus: Vir quidam Seruius [f] e primaria nobilitate, iuuenis fortis et audax, ſi quis alius coaetaneorum tunc fuit, talisque exitu approbatus, a Chriſtianorum acie in medios Turcorum ordines velut transfuga procurrit, ſtatimque a Turcis comprehenditur. Ipſe vero, Turco-

α) CHALCOCONDYLAS: *Tandem Amurates bellum Trybalis intulit, ipſorumque duci Eleazaro, qui ad Pannonios ſe contulerat, eosque incitabat, vt contra Amuratem arma arriperent. Eleazarus, vt reſciuit, Amuratem aduerſum ſeſe cum exercitu pergere, contraxit copias quam potuit maximas, vt reſiſteret hoſti aduentanti quam acerrime. Eleazarus cum haberet filias, vna Suſmano Odryſiorum (ſiue Moldauorum,* addit interpres) *regi in matrimonium collocata, eum ſibi generum parauit. Alteram connubio iunxit Bulco Branci, qui fuit Pladicae filius* (Βȣλκον τον τȣ Βραγγȣ τȣ Πλαδικεω υἱον, cf. ſupra §. 261.), *regenti Caſtoriam, et Ochridem, Macedoniae regionem, quam antea Nicolaus Zopani filius tenuerat* (χωραν Νικολεω τȣ Ζȣπανȣ, in marg. Ζεπανȣ). *Mortuis autem ducibus Vngleſe et Craie, Priſtinum et Nyſſam, ſic dictam regionem, ſubigens, vsque ad flumen, quod Sauum nominant, progreſſus eſt. Aduerſus hunc cum exercitum ductaret Amurates, miſſis exploratoribus,*

d) Adrianopolis occupata a. Heg. 763. Chriſti 1362. at Annal. Turc. referunt ad a. 761. Chr. 1360.

e) ὁ τοτε την Σερβιαν κραλευων Λαζαρος, υἱος Στεφανȣ τȣ Κραλη Σερβιας.

f) in marg. *Milos Cobilitzius ei nomen fuit.*

Turcorum principem nomine compellans, dicebat, cupere ſe eum videre, et verba quaedam in aurem ipſi facere, vt hoc bello ſuperior euaderet: huius enim cauſa, inquit, transfuga huc tranſiui. Ducem itaque ſuum illi oſtendunt. Moratesque manu ſignificat, vt ad ſe accederet. Cum ergo prope acceſſiſſet iuuenis, ſica letale vulnus praecordiis tyranni infligit, ipſeque ab haſtatis Moratis ſatellitibus cuſtodibusque membratim conciſus eſt.

Tunc Turci nouum caſum praeter ſpem contuiti, tamque acerbae cladis, cuius ipſi ſpectatores fuerant, impatientes, conſilium prudens atque callidum ineunt: in media acie tentorio erecto intus ſemimortuum Moratem deponunt, ac veluti nullum ſubiiſſent periculum, multis interim deuitatis, intra ordines vt canes rabidi ſe receperunt. Seruii vero, quae a forti ac generoſo iuuene illo tam ſolerter et feliciter proque ſalute ſua geſta erant, non ſolum non cognouerunt, quamque Turci cladem amiſſo duce acceperant; ſed animo inſuper fracti ac deſpondentes, et eximius ille belli dux ſperato fructu deluſus periit: vt et ipſi ignaue ac timide Turcis reſtiterunt, tantiſper dum talem exitum proelium haberet g). comprehenditur

cognouit eum inſediſſe cum exercitu campum, cui Coſobo nomen erat [της Πρειςινε χωρας omiſit interpres]. *Ibidem Amuratis contubernio militabant filii duo, Paiazites et Iagupes. Turci ferunt, Amuratem ibi proeliantem, Eleazarum fugam facere coëgiſſe, quem cum inſequeretur quam velociſſime, incidit in virum Trybalum, in quem arma vertit. Hic, cum foret pedes, conuerſus, iaculo transfixit Amuratis praecordia: quo vulnere mortuus eſt. At Graeci, quantum ad Amuratis mortem attinet, diſſentiunt. Aiunt enim, eum non proeliantem, intercidiſſe: verum cum adhuc ſtaret in acie, virum quemdam generoſiſſimum, nomine Miloen* (Μηλοην in marg. adſcribitur: vel Michaelem; quem Barletius Miloſſum Coblichium appellat, alii Miloſch Khabilouitz), *voluiſſe certamen omnium, quae vnquam fuere, pulcherrimum ſubire. Hic ſi ſibi Eleazarus poteſtatem faceret eorum, quae petiiſſet, pollicebatur, ſe armatum profecturum ad Amuratem, vt*

g) — αλλα μαλλον απεγνωκοτες, ως ὁ καλος εκεινος ςρατηγος ατερ κερδες τε προσδοκεμενε απωλετο, δειλοκαρδιως κακεινοι προς τες Τυρκες αντειχον, εως ου τελος ὁ πολεμος ειληφε.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1389.

henditur Lazarus, et cum eo procerum atque belli ducum quamplurimi, qui in tentorium, in quo Morates iacebat, animam iam agens, adducti trucidantur, idem mortis genus ac Morates experti.

§. 282.

237. β) [Sabucius, maior natu filiorum Moratis, qui dextrum cornu ducebat, eorum, quae in poſtrema acie gerebantur, ignarus, tanquam iuſſu patris aduocatur. Obtemperans a fratre Paiazite comprehenſus excaecatur. Turcorum deinde princeps renunciatur Paiazites.] Hic adepto principatu, poſt Moratis et Lazari caedem a nobis expoſitam, 'Seruios primum tributa pendere coëgit [b], obſidibusque acceptis has conditiones tulit: Lazari illius filius STEPHANVS, 'poſt cladem Seruiis illatam Crales ab eis conſtitutus, quocumque cum exercitu moueret Paiazites, ſub eius ſignis militaret [i]; Maria, Lazari filia virgo tenera adhuc et florens, Stephani ſoror, Paiaziti nuberet; plurimaque argenti talenta ex Seruiae fodinis metallicis ei ſoluere..tur. His legibus data atque obſtricta Turcis Seruiorum fide,—Paiazites verſus orientem in prouincias vltra mare ſitas proficiſcitur. §. 283.

transfugam. Amurates, cum illum vt transfugam ad ſe aduentare crederet, iuſſit, viro confeſtim cederent, quo, quid vellet, tuto eloqueretur. Cum penetraſſet quam proxime ad regis ianuas, offendit regem ſtantem in acie, ad proelium accinctum. Haſtam igitur accipiens, aggreditur longe pulcherrimum, quod ſcimus, facinus. Amuratem enim regem interficit: nec non ipſe ibidem fortiter inter hoſtes proelians, occubuit. Haec eſt Graecorum de obitu Amuratis ſententia. At Turci aliter ſentiunt: videlicet, eum perſequentem hoſtes, parta iam victoria, a viro Trybalo eſſe peremtum. Amurates quidem mortem obiit, vt explanauimus, in Coſobo campo.—

β) CHALCOCONDYLAS: *Poſtquam mortem obiit Amurates, Orchanis F., peremtus a viro Trybalo, ſtatim ſatrapae, qui regebant Ianuas regis, Paiaziten, Amuratis F. iuniorem, pronunciant regem.*

237. DVCAS p. 6, 7. Chalcocond. p. 30, 31. p. 28. *Mortuus eſt* Amurates, *cum regno praefuiſſet annis quinquaginta ſeptem, vitaeque exitum habuit, interfectus a Trybalo.*

b) πρωτον Σερβυς — ὑποτελεις και ὑποφορυς πεποιηκεν.

i) ὁν και Κραλην ἡ Σερβια μετα την συμφοραν ἐκεινην κεχειροτονηκεν, ειη συν τῃ στρατεια αὐτυ ὁποι διαγει ὁ Παγιαζητ, κἀκεινυς συνεκστρατευεσθαι.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1389.

§. 283.

PANNONIA—ſecundum Iſtrum procedens attingit Dacos et Trybalos. 238.

§. 284.

a. C. 1389—1397.

PAIAZITES cum quondam foret Pherris Macedoniae, ibique moras traheret, Graecorum rex, Spartae dux, Conſtantinus Zarci filius, Stephanusque Eleazari filius profecti ſunt in Ianuas. Ibi tum ad regem Paiazitem, venit Mamonas ab Peloponneſo,—accuſabatque Graecorum regis fratrem, vt qui ſibi Epidamnum eripuiſſet. Paiazites indignatione inflammabatur contra Graecorum regem.— Ferunt, quod rex conatus ſit eum interficere, cum colloqueretur ſecum. Verum cunctatus eſt.— Conuenientes igitur in vnum duces illi, cum ea tempeſtate in Ianuis agerent, conſiliumque inibant, non amplius redeundi in Ianuas. 239.

§. 285.

Hic—Iagupen (noſtri Soleimannum vocant addit interpres*) fratrem—necari iubet.— Rex cum in hunc modum fratrem perdidiſſet, regnumque ſibi ſtabiliuiſſet, illico copias in aciem eduxit: commiſſoque proelio, Trybalos in fugam coniecit. Iſto in proelio quam longiſſime ab exercitu in hoſtes euectus eſt. Turci enim fugatis hoſtibus inſecuti ſunt fortiſſime, Trybalosque, quos equitandi peritia antecedebant, neci dederunt. Nam equi Turcorum multo praeſtantiores erant equis Trybalorum: proinde fugientes facile indipiſcebantur. Si Graecis fides habenda eſt, dicemus, ea, quae modo tradidimus, iſto pacto contigiſſe. Turcorum autem alia ſuper his eſt ſententia. Nam perhibent, iſtam victoriam non adſcribendam eſſe Paiaziti, verum Amurati, cuius ductu proelium iſtud ſit factum: eademque victoria euenerit, cum ipſe Eleazarum Trybalorum ducem in ea pugna trucidauerit. Turci in hunc modum, quantum ad iſtud proelium attinet, ſentiunt. At ego coniecturam facere nequeo, quomodo in acie, breui admodum tempore interiecto, fratrem necauerit, et deinde in proelium illico redierit. Praeterea dubito, quomodo Trybalus arripuerit haſtam, regemque niſus ſit perdere, nullo prohibente. Verum cuilibet ſuum ſit hac de re liberum iudicium. Poſtquam Paiazites regni gubernacula ſuſcepit, victoriamque illuſtrem de-*

238. CHALCOCOND. p. 37. 239. Id. p. 42, 43.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1389—1397.

§. 285.

Conſtantinus, Zarci filius Dragaſisque frater, ſcientia militari facile omnes excellebat, nec vlli credebatur prudentia tunc temporis ſecundus. Is bello adortus Albanos et Trybalos hoſtes, in ditionem accepit regionem haud poenitendam. Quo mortuo, Conſtantinus frater regionem obtinuit, Ianuasque frequentare coactus eſt. Hic promittit, Graecorum regi filiam ſe deſponſurum, ſi rata manſerint ea, quae ſuper defectione conuenerint.— Poſtquam nuptiae, vt conuenerat, interceſſiſſent, duces ad defectionem adſpirant, cum ſinguli, quantum poſſent, ad regionem ſuam dilaberentur.

§. 286.

240. THESSALIA, et Scopiorum nec non Trybalorum regio, qua a Philippopoli vsque in Haemum et Sophiam, iſthoc nomine vicum, patet, ab Amuratis filio Paiazite colonos nacta eſt: qui deinde Illyriorum et Trybalorum regionem vaſtabat. Haec loca omnia admodum opportuna fuere ad domandos hoſtes. Poſtea et alii plurimi in hanc regionem confluxerunt, cum accepiſſent eam admodum eſſe idoneam recipiendis mancipiis, et aliis, quae hoſti extorſiſſent, ſeque ibi tutiſſimos fore certo ſcientes.

§. 287.

uictis hoſtibus eſt adeptus, nec paucis interim ſuorum amiſſis, inſuper Trybalorum ducem in acie peremit, non ſocordiae ſe corrumpendum dedit, verum praedabundus vniuerſam peragrauit Trybalorum regionem. Captiſque mancipiis plurimis, regno ſuo eam fortunam induxit, quae ſibi optima et commodiſſima videbatur: Graecos ſibi foedere iunxit. Pace cum Macedoniae ducibus inita, in Scopiorum vrbem coloniam duxit, deductis eo plurimis ab Europa Aſiaque Turcis cum vxoribus et liberis. Hoc autem ideo facere aggreſſus eſt, vt hinc profectus, res Illyriorum agere et ferre tuto poſſet. Incurſionem fecit in Illyriorum regionem: captaque oppidula penitus diripuit. —

240. Id. p. 53. p. 52. haec habet: *Noui illos, qui cum Orchanis filio Amurate et cum Paiazite ea tempeſtate in Europam tranſierant, ad praedas ſe conuertiſſe—habitantes vndique per Europam, ab Scopiorum vrbe vsque ad Trybalorum Myſorumque regionem, etiam per Macedoniam diſperſos.*

a C. 1389—1397.

§. 287.

SELECTI adſtabant [Paiaziti] puſiones et puellae forma et cor- 241.
pore integri —. iique omnes Graeci erant, Seruii, Valachi, Albani, Hungari, Saxones, Bulgari et Latini, ſingulique lingua ſua populari, etiam inuiti, canebant.

§. 288.

a. C. 1397.

γ) PAIAZITES — cum vniuerſis copiis Thraciis, et orientali- 242.
bus ſimul collectis, nouoque conſcripto milite et auxiliaribus Seruiorum haſtatorum cohortibus, quas ducebat Lazari filius Stephanus, in occurſum Temyris proceſſit.

§. 289.

δ) [Proelio Temyrem inter et Paiazitem commiſſo] Stepha- 243.
nus, Lazari filius, Paiazitis ſororius, quique in hoc proelio quinque millia haſtatorum Seruiorum ducebat, vinci ſe non ferens, martiali animo in Scythas, haſtis in eorum ora conuerſis, inpreſſionem

γ) CHALCOCONDYLAS: *Paiazites vt hoſti obuiam procederet inſtructus, comparauit et ipſe quam potuit exercitum maximum, aſſumtis etiam Trybalis ſatellitibus ſuis, qui numero erant quaſi decem mille* (ἐς μυϱιȣς μαλιϛα πȣ γενομενȣς τȣτȣς. in marg. *al. mille*). *In his ſpem maximam habebat Paiazites, vt qui fortitudinis eſſent ſemper memores, quocumque veniſſent.—*

δ) Id. *Vt autem pugna ad multum diei eſt extracta, — ibi Trybali priſtinae ſuae virtutis memores, proelium ciebant magna cum fortitudine et gloria: impetumque dantes in Tzachataidas, haſtas infregerunt, magna cum vehementia proelio incumbentes.*

241. DVCAS p. 30, 31.

242. Id. p. 33. Chalcocondylas p. 78. Vterque omina, quaedam infauſta referentes Seruiorum meminerunt, ille p. 34. vbi eos *Dalmatas* vocat, hic p. 79.

243. DVCAS p. 35, 36. Chalcocond. §. 82. Ducas p. 36. *Hanc legem a maioribus ad poſteros deriuatam non ſolum Romani, ſed etiam Perſae, Triballi et Scythae, quod eandem religionem profiteantur, inuiolatam ſeruant. Solam veſtem auferre, corpora libera dimittere, nullumque extra proelium occidere.*

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1397.

facit. cuius audaciam furentemque impetum videntes, minime ſuſtinuerunt; ſed ex vtroque latere cedentes exitum ei patefecerunt Scythae, qui telis ac ſagittis in equorum poſteriora miſſis, cum ferreis loricis armatos vectores nequirent, equos vulnerarunt. At Seruii flexis equis in hoſtes iterum inuecti, viam denuo ſibi, Scythis cedentibus, et ab vtraque parte multis cadentibus, aperuerunt.

Acceſſit deinde Stephanus ad Paiazitem, multumque ſermonem in aurem ei fecit, ſed perſuadere nequit, vt fugam arripiat. — Attendens ergo Stephanus ad ea quae gerebantur, exitumque proelii inſtantem praeuidens, copias ſuas et primogenitum Paiazitis filium Muſulmanum abduxit, mediosque rurſus hoſtes valida impreſſione perrumpit ac diſturbat: tandemque manu ſua multis hoſtibus caeſis, ſuorum plurimis amiſſis, ipſe circumſtantes vix effugit, quod Scytharum ordines a primo circulo ad interiorem et confertiorem denſati admodum eſſent. Stephanus itaque fugae ſe mandat, et Pruſam verſus viam direxit.

§. 290.

244. [*e*) Temyr Pruſam veniens] illic quoque vxores Paiazitis pellicesque inuenit, interque eas Lazari filiam.

e) CHALCOCONDYLAS: *Incurſionem etiam in Pruſam fecerunt* [Scythae], *et gynaeceum inde rapuerunt. Eleazari filiam, Paiazetis vxorem, rapientes abduxerunt ad regem.— Vt-Eleazari filia, Paiazetis vxor, quam prae caeteris ardentiſſimo amore complectebatur, et ſecum in caſtris ſemper habebat, captiua abducta eſt ad Temirem, iuſſa eſt in conſpectu mariti ſui vinum infundere. Hinc Paiazites ira accenſus, in haec verba prorupit: Neque paterno neque materno tuo genere digna facis. Cum enim natus ſis ex parentibus idiotis et ingloriis pauperibusque, haud tibi decorum eſt, adeo turpiter inſultare regum liberis et vxoribus.—*

244. DVCAS p. 39. Chalcocond. p. 83, 84.

CAPVT

CAPVT XVII.

Res Seruiorum ſub Stephano et Georgio Vulci F. geſtae, vsque ad Seruiam ab Amurate Muhammedis F. ſubactam;

ab a. C. 1403 — 1439.

§. 291.

a. C. 1403.[a])

MOSES vbi accepit a rege Graecorum, Muſulmanem Byzantium aduenisse, continuo acceſſit. — Deinde cum acies vtrinque inſtructae ſtetiſſent, proelium atrox exoritur. Moſes habebat Dacos, Trybalos et Stepanum, Eleazari filium. His in acie iungebantur Turci, qui ex Europa venerant. Legationem autem miſit ad Stepanum Byzantius rex, ſuadens, vt inſtructa acie eat ad regem meliorem et aequiorem Moſe. Moſes enim caetera moleſtus et intolerandus ſociis et in iram praeceps erat. Stepanus, exercitu in ordines explicato, vt pactus erat cum Graecorum rege et Muſulmane, turpiter transfugit Byzantium. 245.

§. 292.

a. C. 1410.[b])

[α) MOSES Paiazitis F. poſt Muſulmani caedem] ingenti — conſcripto exercitu, Seruiam — inuadit (quam quidem Stephanus, Lazari filius, deſeruerat, tanti hoſtis aduentu perculſus, ad cuius etiam nomen ſolum paueſcebat) et in quamplurima oppida agros- 246.

 que

a) CHALCOCONDYLAS: Moſes poſt Muſulmani caedem *Trybalorum duci bellum intulit, ex regione eius frequenter praedas agens, et Spenderobem metropolin obſidione premens. Is erat Stepanus, Eleazari Pladicis vxoris frater, cui Bulco nomen erat* [Στε-

245. CHALCOCONDYLAS p. 92.

a) Ad hunc annum haec referunt alii.

b) Apud Ducam p. 49. in marg. Hegirae a. 813. coepit hic annus Maii 6. fer. 3. a. C. 1410.

246. DVCAS p. 50. Chalcocond. p. 94.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1410.

que patentes excurſione facta, venuſtos iuuenes corpore ac vultu formoſos mancipia abduxit, caeteros gladio peremit. Cumque tria caſtra expugnaſſet, omnes enſe demeſſos proſtrauit. Super cadaueribus deinde Chriſtianorum menſa inſtructa, conuiuio ſplendido ac celebri praecipuos ſuorum magnatesque excepit. Seruia excedens, Adrianopolin pedem refert, breuique ſpatio quieti dato, ad Conſtantinopolin oppugnandam bellicas machinas apparat.

§. 293.

a. C. 1410—1413.

247. GRAECI, cum fato functus eſſet Muſulmanus, filium eius Orchanem accerſentes, oppoſuerunt Moſi hoſtem. Poſtea miſerunt Thermam ad Pogdanum et alios Turcos, qui ibi ſtipendia faciebant, rogantes, vt auxilio eſſent Orchani —. Moſes puerum [Orchanem] viuum cepit, exercitumque trucidauit. Poſtea in Pogdani regionem [c] profectus, eam ſuae ditionis fecit.

§. 294.

248. MECHMETES, Moſis frater, — transgreſſus Byzantium, in colloquium cum Graecorum rege venit. Deinde cum vtrimque ſe iuramenti religione, quantum ſatis erat, deuinxiſſent, profectionem inſtituit ad Trybalorum Thraciaeque principem: vt ad hunc in colloquium adhibitus, copias ab eo acciperet, quibus ſubnixus fratri bellum inferret.

§. 295.

πανος μεν οὗτος Ελεαζαρȣ Πλαδικεω της γηναικος ἀδελφος, Βȣλκος δε τοὔνομα ἔχων]. *Vt Eleazarus finiit vitam, principatum ipſe arripuit, et pro principe ſe geſſit, Paiaziti ſtrenue operam nauans, quandocumque eius auxilium implorasſet. Stepanus cum foret in eo proelio, quod propter Byzantium committebatur, defecit a Moſe, et ad eius fratrem transfugit. Hac rei indignitate irritatus Moſes, vrbem Stepani exercitu circumſedit, regionemque grauiter populationibus vaſtauit. Vt autem Byzantium oppugnatum iuit, multum iuuabatur agens ferensque quaecumque ex regione potuiſſet.—grauiter quoque Thermam, quam obſidione cinxerat, affligebat: etiam cum Tribalis bellum gerens.*

247. CHALCOCONDYLAS p. 94, 95. *in Bogdani r.*
c) ἐπι την Βογδανȣ χωραν. 248. Id. p. 95, 96.

a. C. 1410—1413.

§. 295.

Mechmetes [a Moſe proelio victus] vt copias ſuas traduxit in Aſiam, recta ad Trybalos iter maturauit, vt inde exercitum compararet, quem praeſenti negotio inprimis commodum iudicabat, et cum fratre proelii aleam experiretur. Moſes proelii cupidus, venit in regionem, quae ſupra Haemum eſt, Panium dictam: in qua, quia praeceſſerat montem, inuenit fratrem. Vt ſenſit fratrem accedere, et iam in proximo eſſe, aciem inſtruit, et proelium capeſſit: moxque in fugam agitur, qui fugiens properabat ad Trybalorum ducem. Cum autem ibi verſaretur, miſit legationem ad optimates Turcorum — vt ſolicitaret eorum animos ad defectionem.—

Cum iam acceſſiſſent copiae Mechmeti haud poenitendae, quibus fretus proelii fortunam cum fratre facile tentare poſſet, aſſumto Trybalorum principe, contra fratrem pergere et proelii poteſtatem facere inſtituit. Moſes igitur, vt Mechmetis conſilium impediret,— 249.
in Eryſorum [d] regione conſedit. Ibi Mechmetes in expeditionem egreſſus, caſtra locauit. Vt autem appropinquauit Moſis caſtris, copias in aciem eduxit. Siniſtrum cornu tenebat Trybalorum dux.—
Mechmetes [fratre Moſe victo et occiſo] cum iam regnum eſſet 250.
nactus, et ad id parandum ſibi inprimis vtilem fuiſſe Graecorum operam cognouiſſet, regionem amplam, ſuae finitimam, Trybalorum duci donauit [e].

§. 296.

a. C. 1413. [f]

[MACHVMET imperii potitus] legatos — miſſos a Seruiis, Wa- 251.
lachis, Bulgaris, et duce Ioanninorum, Lacedaemonis deſpota et principe Achaiae benigne ac clementer allocutus, ad menſae ſuae ſacra admiſit, et inter compotandum ſingulis compellatis propinauit, demumque pacifice dimiſit, et reſponſum, quod referrent, tale dedit

249. Id. p. 97.

d) In marg. adſcribitur *Myſorum*.

250. Id. p. 98.

e) τȣς τε Ελληνας ἐπιτηδειȣς ὀντας ἀυτῳ, τῳ Τρυβαλων ἡγεμονι χωραν ἐδωρησατο ἱκανην τῃ παροικῳ ἀυτȣ.

251. DVCAS p. 53.

f) In marg. p. 52. Moſes interficitur a Heg. 816. qui coepit a. C. 1413. April. 3. fer. 2.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

a. C. 1413.

dit: Nunciate dominis veſtris, me pacem omnibus offerre, ab iisque oblatam amplecti. qui fraude pacem corruperit, ipſi Deus pacis infeſtus eſto.

§. 297.

252. [MECHEMET Morati filio prouincias Turcoperſis finitimas regendas tradidit;] quo pacto ipſe Adrianopoli imperii ſede collocata ad coërcendos Romaeos, Hunnos, Walachos, Seruios et Bulgaros in armis ſemper erat, in eo laborans, vt ſubditi ſui per Aſiam et Thraciam ſecundis rebus paceque fruerentur.

§. 298.

a. C. 1421.

253. [MORTEM Machometis vt celarent quatuor eius domeſtici, morbo ipſum detineri iactabant] et cernere erat plures partim in Seruiam, partim CP. miſſos — ad conquirenda pharmaca eius morbo curando neceſſaria. [Poſtea] — cadauer inunctum aromatis condierunt, et ſindone inuolutum ſuper lectum depoſuerunt, ac ſi viuus adhuc aegrotaſſet. — ne, ſi mors imperatoris innotuiſſet Romaeis, Seruiis, — Turcorum res infeliciter ſuccederent.

§. 299.

254. [ADVENTV Moratis nunciato, Paiazites orationem ad proceres habuit, qua inter alia inquit] Ab Othmano genus ducentes principes, traiecto freto Thraciam vniuerſam armis ſuis ſubegerunt: Romanorumque imperium ac Seruios tributa ſibi pendere coëgerunt.

Impp. EMANVELE II. et IOANNE *Eman. Pal.*

§. 300.

a. C. 1421 — 1435.

255. [TVRCI] Anatoliae non ſolum themata, ſed et Thraciae ſubegerunt, a Cherſoneſo ad Iſtrum prouinciis omnibus domitis. Nec etiam quotidianos caſus ac euentus neglexere. cum Seruiis enim, mutato conſilio, hodie pacem ineuntes, ſequenti die Atticam, Lacedaemonem — populabantur. poſtridie cum Romaeorum regiones pacem ac tranquillitatem, vt videbatur, adepturae erant, luctus et clades

252. Id. p. 69.
253. Id. p. 71. annus p. 69. in marg. adſcribitur.
254. Id. p. 72.
255. Id p. 75, 76.

dades Seruiis imminebant, deincepsque Bulgaris, poſtmodum Albanis et finitimis gentibus.

§. 301.

[TVRCI ſuis] incurſionibus in Thracia vniuerſa ad Dalmatiae limites ſolitudinem fecerunt. — Walachos pariter ac Seruios tandemque Romaeos penitus deleuerunt. His in ſeruitutem hoc modo redactis, quintam praedae partem ac ſpoliorum imperatori addicunt. — Si quando vero iuuenis aliquis robuſtus inter captiuos comparuerit, hunc vili pretio emtum rerum principis procuratores imperio adquiſitum mancipiumque appellant: talesque imperator militem nouitium, ſua vero lingua Genitzeros vocat. — Inter ipſos non Turcus aut 256.
Arabs reperitur; verum omnes Chriſtianorum filii, Romaeorum ſcilicet, Seruiorum, Albanorum, Bulgarorum, Walachorum et Hunnorum; qui abiurata pietate — cum conſanguineis ſuis inimicitias capitales ſemper exercent.

§. 302.

SOCIVS et auxiliaris aderat [Albanis in proelio hos inter et 257.
Neapolitanos ad Arten Acarnaniae vrbem commiſſo] Prialupas g) Aetoliae princeps Trybalus, affinis Spatae, duci Artae.

§. 303.

Carolus cum proficiſceretur ab inſulis cum ſuis ſociis — regionem Acarnaniae ſubegerunt. Praeterea eripuerunt Aetoliam Izaulo h) regenti Dromaenorum vrbem et Aetoliam.

Imperium Aetoliae antea penes *Thomam*, Prialupae Trybali filium, fuit, et hoc pacto in Izaulum peruenit. Cum adiuuaret Prialupas Spatam et Albanos in bello, quod geſtum eſt cum Italis, Arten metropolin Acarnaniae obſidentibus, euenit, vt in eo proelio captiui complures, qui generis claritate excellebant admodum, in manus venirent. Inter captiuos hos exſtitit et Izaulus e grege optimatum: qui adoleſcens regis Parthenopes (quae et Neapolis) nuncupabatur. forma erat liberali, et quantum ad mores attinet, aequi-

256. Id. p. 77.
257. CHALCOCONDYLAS p. 112, 113.
g) De quo vid. ſupra §. 261.

h) In marg. *Inico de Daulos. al. Iſaulo.* Ἰζαυλον, infra Ισαυλον.

Impp. EMANVELE II. et IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1421—1435.

aequus et placidus. Hunc cum plurimis aliis captiuum trahens Prialupas domum, vt mancipium tractauit: eosque in cuſtodia aſſeruauit, moratus in regia, valens eos propinquis reſtituere, accepta pecunia, ſi venirent ſuos redemtum. Vxor Prialupae adoleſcentem viſum amare coepit. Erat enim iſtius mulieris ingenium, vt, priusquam peteretur, peteret viros, prae intemperantia, cui obnoxia erat. Cum igitur ſtupri conſuetudinem cum adoleſcente habuiſſet, amore ardens et furens, cum adoleſcente inſidias marito ſubornat. Mulier adoleſcentem ducit in cubiculum, in quo quieſcere ſolitus erat Prialupas dux: ibique, adiuuante adoleſcentem muliere, Prialupas occiſus eſt, et ipſe ad imperii gubernacula aſcendit.

Cum autem ſibi tyrannidem ad eum modum paraſſet, nemini, niſi mulieri ſoli, placebat. At vltio haud multo poſt ſecuta eſt. Prialupas enim, qui filius ei erat, patris nomen gerens, natus ex iſta vxore, cum properaret ad regem Moſem, petens auxilium et praeſidium contra Carolum [i], Acarnaniae principem, vt eam regionem in poteſtatem redigeret, captus eſt, oculique eius eruti ſunt. Regionem vrbis Ioanninorum nemo ſubegit. Petiit enim Carolum ſibi ducem: cui vbi primum vrbis adminiſtratio eſt commiſſa, bellum fortiter admodum ſuſtinuit. Regnum hoc, cum prius Tryballorum foret, ad Izaulum et Carolum ducem in hunc modum deſcendit.

§. 304.

258. [CINEITES in oratione, qua Hamzae, ipſum ad defectionem a Muſtapha hortanti, reſpondet, inter alia inquit] Ioniae dominum Mehemetem, Moratis patrem, proclamaui. poſtea, vbi me expulit, ea praefectura honorauit *Kelpaxiſi* [k] virum genere Tryballum ac mancipium emtum.

§. 305.

259. [MORATES imperio potitus] in Walachiam et Seruiam Acintzidas mittit, qui nunciarent ipſis, ſe regem proclamatum eſſe. Vndequaque igitur accedunt apocriſiarii, qui ipſi principatus initia congratularentur. Venerunt etiam a deſpota Seruiae et Vaiuoda Walachiae, cum quibus pacem firmauit. §. 306.

i) In margine *Daulum.*

k) τῷ Κελπαξήσι.

258. DVCAS p. 96.

259. DVCAS p. 103.

a. C. 1421—1435.

Impp. EMANVELE II. et IOANNE *Eman. Pal.*

§. 305.

[MORATES, poſt pacem cum imperatore Ioanne Emanuele Palaeologo iunctam, in Aſiam reuerſo,] principum vicinorum etiamque longo terrarum interuallo diſſitorum—legati eum adierunt. Imperator quippe Ioannes dominum Lucam Notaram conſiliarium primarium ſuum multa dona ferentem miſit; pariterque Lazarus Seruiae deſpota, Danus Walachiae princeps—, de laetis fauſtisque rebus omnes ei congratulaturi. Fidem etiam obligauerunt, pacem amicitiamque ſe mutuo culturos. 260.

§. 307.

a. C. 1435.

β) Poſtquam vero Adrianopolin Morates venit, deſpotam Seruiae (Stephanum l)), Lazari filium, Paiazitis ſororium, cuius meminimus in Paiazitis IlIlrim rebus enarrandis, fato ceſſiſſe reſciuit. Ab eius ſucceſſore (GEORGIO m)) per legatos totam Seruiam repetit: heredem quippe deceſſor non genuerat: ſupererat nepos ex *Maria* Lazari filia n), defuncti Stephani ſorore. Erat equidem Georgius Wlci o) filius etiam Lazari gener. Admiſſos legatos, vt decebat, honorifice ſuſcipit. Secumque cogitat draconis fraudes; qui, ſi comederit, et aliquatenus ſatiatus fuerit, quietus recumbet; alias, ſi nulla ei offa in os iniiciatur, Seruiam, Bulgariam paternasque ditiones ſuas omnes hiante ore deuoraturus. Occaſione itaque 261.

β) CHALCOCONDYLAS: *Amurates bellum indicit Trybalis* (ἐϛρατευετο ἐπι την Τρυβαλων χωραν). *Primo itaque miſſis exercitibus, (Trybalorum) regionem populabatur. Vt nunciatum eſt Trybalorum principi, regem hoſtiliter accedere, legatos ire iubet ad Amuratem oratum pacem. paratum ſe eſſe, ſi pax coiret, tributum, quantumcumque imperaſſet, pendere: nec recuſaturum facere, quaecumque iuſſiſſet. Amurates huius principis filiam ſibi in vxorem ſociauit, quam petiit ſibi vxorem dari, mis-*

260. Id. p. 109, 110.

261. Id. p. 114, 115. Chalcocondylas p. 129.

l) Supplet interpres.

m) Interpres addit.

n) ειχεν ȣν αδελφιδȣν εκ της Μαρω της θυγατρος Λαζαρȣ.

o) Βȣλκȣ.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1435.

que vſus, filiam ſuam ei deſpondet, maxima Seruiae parte dotis nomine conceſſa; hac ſolummodo conditione appoſita, vt cito pax iureiurando ſanciretur: auri vero et argenti talenta, quae ſoluit, quis numerare poteſt?

Deſtinat deinde legatos, qui principem Moratem ad has pactis conditiones ſuaſionibus adducunt. Ille Vezirum ſuum Sariciam [p] mittit, qui puellae, quam vxorem ducturus erat, ſponſalibus nomine ſuo intereſſet, fidemque Georgio daret, viciſſimque ab eo acciperet. Profectus itaque Saricias ad deſpotam Georgium poſt celebrata ſponſalia rediit. Licentiam aedificandi caſtrum ad Danubii ripam petiit etiam deſpota. qua Moratis decreto conceſſa, *Smedrouum* [q] conſtruere coepit.

§. 308.

a. C. 143$\frac{5}{6}$. [r]

262. MORATES [ex Hungaria exercitum reducens [s]] amne [Iſtro] traiecto, Adrianopolin ſe recepit, mittitque Saritziam velut pronubum, qui ſibi deſponſatam adduceret. In Seruiam cum adueniſſet, eum benigne ac magnifice excepit deſpota, qui hac ipſa hieme incoronatus fuerat. Imperator namque Ioannes, miſſis ei per Georgium Philanthropininum principatus inſignibus, deſpotam Seruiae appellauerat.

Pronubus ille tandem Seruia exceſſit, abducta virgine puella, quae theſauros immenſos veſtesque auro intextas aſportabat, ambos etiam fratres ſecum ducebat. Adrianopolin vbi ventum eſt, ſumma laetitia nuptiae celebratae ſunt. Aliam porro vxorem antea duxerat Morates, Spentiaris filiam: hanc tamen magis ardebat, quod forma eximia praeſtantique ingenio polleret. Nuptiis conſummatis, ſororios ſuos, dona multa ipſis largitus, benigne dimittit.

§. 308.

ſo Saraxie Ianuarum imperatore (Σαραξιην τον των θυρων ἡγεμονα). *quam poſtmodum in regiam aduxit Chaliles, qui plurimum apud regem pollebat.*

p) τον Σαριτζιαν ἑνα ται Βεζυριδων

q) το Σμεδεροβον.

262. DVCAS p. 115, 116.

r) In marg. Anno Hegirae 839. iuxta Annales Turcicos. Circa finem a. C. 1435. et initium 1436.

s) Vid. *Hungarica.*

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

§. 308.

a. C. 1438. t)

At vere inchoante prauum malignumque conſilium aduerſus deſpotam, ſocerum ſuum, init, a quodam procerum ſuorum, qui Phadulach appellabatur, incitatus. Vir iſte malignus ac prauus erat, Chriſtianoque nomini hoſtis infenſiſſimus. — Is igitur aliquando haec Morati dixit: „Quare, domine, fidei noſtrae hoſtes non internecione deles? — quinimo humanus et longanimis infideles foues, ac protegis. Id nequaquam Deo acceptum. — Animum itaque aduerte, o princeps, illudque caſtrum, quod Seruiae deſpota aedificauit, nullatenus rebus noſtris conducere, conſidera. Eo depellatur, et tranſitum a Seruia in Hungariam nobis apertum habebimus. Fontes ſempiternos ipſi eripiamus, qui aurum et argentum, velut aquam perennem, profundunt. Hungariam his opibus ſubigemus, inque Italiam poſtmodum profecti, fidei noſtrae aduerſarios debellabimus.„ 263.

§. 310.

γ) Princeps equidem vir ſimpliciſſimus, et minime malus huius Satanae verbis aures praebuit, et ad deſpotam Seruiae legatos deſtinat, qui caſtrum Smedrouum nuper exſtructum dedi peterent. Ad iſtius legatos deſpota reſpondit, iuſiurandum fidemque datam in memoriam eis reuocat, et contractae affinitatis admonet.

γ) CHALCOCONDYLAS: *Expeditionem ſuſcepit Amurates contra Trybalorum principem, et huius affinem Georgium* (ἐπι Τρυβαλῶν ἡγεμονα, και ἐπι τον ἡγεμονα Γεωργιον τον κηδεστην αὐτȣ, f. αὐτȣ. *Fratrem uxoris ſuae*). *Expeditionis huius iſtam cauſam tradunt.* [aliquid deeſſe videtur] *Stephanum enim iuniorem filium habebat ſecum morantem* [Amurates, cf. §. 311.], *cum proficiſceretur Spenderouiam* (Σπενδεροβον), *vbi ipſorum regia erat. Princeps, relicto filio Gurguro* (*qui et Georgius et Gregorius* [addit haec interpres]) *vt tutaretur vrbem, et defenderet moenia, ſi aduentaret hoſtis, ipſe abibat in Pannoniam, auxilium oraturus. Erat enim huic etiam in Pannonia regio haud contemnenda: praeterea vrbes multae et opulentae, quas, permutatione facta cum Sigismundo, pro Belgrado* (της Μπε-

263. Id. p. 116, 117. Chalcocondylas p. 130, 131.

t) In marg. a. Heg. 842, qui coepit a. C. 1438. Iunii 24. fer. 3.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1438.

At tyrannus, ne minima quidem ratione talium deſpotae monit·rum habita, in eum mouet; et per aeſtatem Smedrouum acceſſit. Exhauſta erant caſtri horrea et reliqua cibariorum penus. tempore igitur apto obſeruato, caſtrum obſidione cinxit, et ad tres menſes integros ea protracta, rebus neceſſariis deficientibus, tandem deditur, fide data, iniuriam nulli illatum iri. Patefactis itaque portis obſeſſi deced·nt, et ad Moratem venerandum acceſſere. Iſtam obſidionem tolerauerant primogenitus deſpotae filius eiusque auunculus Thomas Cantacuzenus.

§. 311.

Ad caſtri cuſtodiam Turcorum praeſidio valido impoſito, illinc digreſſus, *Nouopridum*, vrbium aliarum matrem (metropolin), proficiſcitur; eam expugnat, Turcorumque imperio cum vniuerſa Seruia ſubiicit, et hieme ſuperueniente Adrianopolin reuertitur. Deſpotae etiam filios (quorum alter Adrianopoli agebat, dum Smedrouum oppugnabatur, alter eo dedito captus Adrianopolin ductus eſt) in Aſiam vinctos Amaſtrim, conſilio Phadulachi transmittit, oculoſque vtrique eruit.

§. 312.

λογϱαδος) *Eleazarus acceperat. Haec enim vrbs mire placebat regi, quaſi regio admodum eſſet opportuna propter portus commoditatem* (ἧς ἐδέδοκει τῳ βασιλει ὡς τε τῳ ποϱθμῳ καλως ἐχοντος τȣ χωϱιȣ). *Filius quidem praedicti principis relictus erat, vt tueretur vrbem, et ſe parabat, nihil ceſſurus hoſti, vrbem obſidere inſtituenti. Tandem accedens Amurates incurſionem in agros fecit, et poſtea vrbem obſidione cingit, machinas varias moenibus admouens, ſi quo modo vrbe potiri poſſet. Cum nihil proficeret, bombardas, quae ea tempeſtate habebantur maximae, produci iubet, iisque moenia pulſare haud ceſſabat. Nec ſic aliqua capiendae vrbis ſpes affulſit. Veritus autem Gurgurus, ne vrbs tandem veniret in manus hoſtium, cum bombardarum impetum amplius ſuſtinere non-poſſent, admittebat verba regis, quibus pax offerebatur. Foedus ictum eſt, quo tenebatur, vt vrbs regi traderetur; ipſi autem cum eo in Ianuas proficiſcerentur, conſecuturi ea, quae rex ſtatuiſſet. Gurgurus regi vrbem tradidit: et in caſtra egreſſus, conuerſatus eſt apud regem vna cum fratre ſuo Stephano. Nec multo poſt, vt nunciatum eſt Amurati, patrem horum contra ſe hoſtili animo pergere, filiosque patrem clam adiutare, et ad defectionem inclinare ambos adductos filios oculis orbauit. Spenderouia, Trybalorumque re-*

Imp. IOANNE Emanl. Pal.

§. 312.

a. C. 1439. v)

Vere deinde inchoante validum exercitum conſcribit Morates, — 264.
et ad oppugnandum Belogradum (Albam Graecam) expeditionem
ſuſcipit x). Haec porro Seruiae vrbs eſt, ſitu tuta et facili expugnationi
haud expoſita. Ad confluentem duorum fluuiorum, Danubii
ſcilicet et Saui y), condita. Hanc equidem Hungariae rex ſibi permitti
popoſcerat; veritusque deſpota Georgius z), ne Turci illam
occuparent, et in oppoſitam ripam traiecti Hungarorum ſuasque
vrbes, quas in Hungaria multas poſſidebat, caperent; Hungaris,
vt potentioribus et magis bellicoſis, illam vrbem tuendam concedit.
Quo tempore autem Smedrouum Morates obſidebat, vltra Iſtrum
deſpota, cui Turci admodum infenſi erant, tranſierat, et in ditionis
ſuae vrbibus, Hungarorum agmine ad ſui cuſtodiam cinctus,
degebat a).

§. 313.

TVRCHANES [Turcus] Trybalorum et Theſſaliae praefectus, 265.
accepta Albanorum defectione, — conſcribens exercitum quam potuit
maximum — citato itinere properans, prope vrbem [Argyropolin,
quam obſidebant] Albanos deprehendit: in quos praeter
exſpectatum irruens, plurimos occidit — vrbemque obſidione ſoluit.

gione occupata, oppido praeſidium validum impoſuit, et continuo copias contra Belgradum, Pannoniae vrbem, mouit.

264. DVCAS p. 117.

v) In marg. Anno Heg. 843. qui coepit a. C. 1439. Iunii 14. fer. 1.

x) κατα τυ Πελογραδα ἐςρατευσεν.

y) Σαβυ.

z) Ab Eleazaro deſpota regi Hung. Sigiſmundo traditam eſſe docet Chalcocondylas, vid. ſupra ad §. 310.

a) Reliqua, quae ad Hungaros pertinent, vide ſuo loco.

265. CHALCOCONDYLAS p. 134. Quae hic p. 136. de Ioanne Huniade inter Seruios degente habet, vide in *Hungaricis.*

CAPVT

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

CAPVT XVIII.

Seruia ab Amurate Georgio reddita; a Muhammede tributaria facta; poſt iterata bella ab illo penitus ſubacta;

ab a. C. 1440—1455.

§. 314.

a. C. 1440. [a)]

266. α) INTEREA nobis dictus Georgius deſpota Seruiae cum deuaſtatam ac deſolatam ditionem ſuam cerneret, nulla ſpe alia ſuſtentatus, quam paucorum caſtrorum, quae in Hungaria ſita erant, poſſeſſione, gemeretque quotidie, nullo eius miſeria permoto: ad Hungáriae regem [b)], qui puer admodum erat, venit. Omnia tunc regina illius mater exercituumque praefectus Iancus moderabantur. Sortem itaque ſuam deflendo hortatur, vt eius miſerti ſubueniant. Quibus permota regina, magisque reformidans, ne, Seruia [c)] deſerta, vaſtator in Hungariam penetraret, praefectum ſumtus facienti Georgio auxilium ferre iubet. Is quidem diues pecuniae erat: ſtipendi-

α) CHALCOCONDYLAS: *Ea tempeſtate* [qua Amurates Caramani regionem iterum vaſtatam ſubegit] *Georgius, Trybalorum princeps, in colloquium venit cum Iango et cum Pannonum rege: prehenſansque ſingulos Pannoniae proceres, perſuaſit, vt contra Amuratem arma caperent. Opes autem plurimas immenſamque pecuniae vim Pannonibus ad eam expeditionem pollicebatur. Nec ſolum promiſit, verum pecuniam Pannonibus, vt eos experiretur auxiliares, tradidit. Vſus eſt plurimum opera ad eam rem Iangi, qui Graecis familiariter iunctus erat* (ταυτα δε αυτῳ συγκατεργαζετο και Ιαγγος, τοις μεν Ελλησι φιλος ἠν, αυτῳ φιλος τε ὠν ἐτυγχανε). REX (Conſtantinus) *foedere inito*

266. DVCAS p. 121, 122. Chalcocond. p. 150. 162, 163. 166, 167.

a) Annus apud Ducam margini adſcriptus.

b) προς Κραλην Ουγγριας.

c) Ιαγγου τε Πρωτοστρατορος.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1440.

pendiariorum itaque equitum ac ſagittariorum viginti quinque millia ſumtibus ſuis conſcribit, fluuiumque traiicit. Celeri profectione Sophiam vsque vrbem perueniunt, igneque ſuppoſito eam, aliaque in circuitu oppida et pagos, nihil integrum relinquentes, comburunt. —

Metu Morates tunc perculſus, animo reuoluebat, non viſas prius Hungarorum copias fluuium tranſiiſſe; nunc deſpotam eas adduxiſſe. quare legatos ad deſpotam deſtinat; omnes vrbes, quas ei eripuerat, ipſumque Smedrouum reſtituit; filios etiam excaecatos ei remiſit, — pacemque fide data ac iureiurando ſanciuit [e]. —

§. 315.

a. C. 1444.[f]

[PANNONES, pace cum Boemis facta, cum bellum contra Amuratem repararent;] Georgium Trybalorum ducem ad belli ſocietatem incitabant: verum [is] monitionibus non acquieuit, dicens, eos impia et nefanda patrare, foederum religionem violantes, et priores iniuriari incipientes. Sperabat, ſe ſatisfacturum regi Pannonum 267.

cum Amurate, Mechmetis filio, haud ceſſabat conſilia agere cum Eugenio Romano pontifice, mittens ad hunc legationem: nec non ad Pannonum regem Vladiſlaum, qui nuper admodum ad regni gubernacula acceſſerat. Incitabat eum vel inprimis ad iſta conſilia Georgius Bucus, qui principatu ſuo deturbatus, magnam pecuniae vim in eam expeditionem conferebat.— Comparauit itaque quam maximum potuit exercitum, et in belli ſocietatem adhibuit Draculem, Dacorum principem, et Trybalorum principem Georgium, qui itineris dux erat.— [Amurates proelium tentandum cenſet] *Pannones enim hi* [inquit], *adhibitis Dacis et Trybalis* (καὶ τοὺς Δάκους καὶ Τριβαλῶν ἡγεμόνας παραλαβόντες), *contra nos bellum mouent.—* [Turcis proelio victis, Chaſanes ad Amuratem accedens, inquit] *Hoſti noſtra conſilia enunciauit* [Turchanes] *et acie inſtructus ire mecum noluit. Georgio*

d) Σερβεια.

e) Locum integrum vid. in *Hungaricis.*

267. CHALCOCONDYLAS p. 171, 172.

f) Annus apud Ducam p. 123. marg. adſcriptus.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1444.

nonum, quod non in belli ſocietatem veniſſet, pecuniaria multa. Indicauit tamen regi, eumque diligenter monuit, ne bellum moueret contra Turcos, quorum magna potentia eſſet: eos haud facile a Pannonibus ſubigi poſſe. Cernebat namque Georgius, non eum eſſe belli apparatum, vt Europam obtinere poſſent. — Vladiſlaus his nihil perſuaſus, — Iſtrum traiecit.

§. 316.

268. [CARAMANVS cum pacem peteret] forte aduenit ad regem nuncius ab Trybalorum duce miſſus, referens, Pannones transgreſſos eſſe Iſtrum.

§. 317.

269. [CONSTANTINVS imperatoris Ioannis frater, Peloponneſi dux] vbi intellexit, Amuratem [poſt proelium ad Varnam commiſſum] hoſtiliter cum exercitu accedere; omnes, quotquot in Peloponneſo erant, accerſiuit, nec non fratrem ſuum, qui eo tempore nuptias filiae ſuae concelebrabat. Nam eam elocauerat Trybalorum principis filio Eleazari g). §. 318.

autem Buco, amico ſuo, ſingula indicauit.— Chaliles non ceſſabat iram regis augere, in memoriam redigens, Turchanem, cum ageret in magna Bidina (Βιδινιδι, al. Βινιδι, in vno, Βυδινιδι, in al. Βυδινη), *princeps exiſtens regionis finitimae Iſtro* [cf. §. 313.], *vſum eſſe Buco, Trybalorum duce, et amico et familiari. Hac amicitia motum aiebat Turchanem, voluiſſe illum, quacumque in re poſſet, iuuare. Nam acceptis a Buco muneribus, promiſerat, ſe ei operam ſuam locaturum indefeſſam, quacumque in re voluiſſet. His fidem dans dictis rex, Turchani vincula iniecit.— Georgius Trybalorum dux cum parum auxilii ſentiret ab Pannonibus in recuperando principatu, legatum miſit in Ianuas regis, vt eius animum exploraret, num ſibi reſtituere vellet principatum. Quod ſi faceret, promittebat ſe ipſi tributarium fore: et dimidium tributi, quod regio penderet, ipſi quotannis numeraturum. His conditionibus ſe foedus accipere velle memorabat. quin et Pannonibus ſe perſuaſurum pollicebatur, vt cum ipſo foedus, ſi modo vellet, ferirent. Haec cum legatus audiente rege recenſuiſſet, hic promiſit, ſe ei et filio red-*

268. Id. p. 172.

269. Id. p. 180, 181.

g) τῳ Τρυβαλων ἡγεμονι παιδι Ελεαζαρῳ.

a. C. 1444.

§. 318.

[AMVRATE et Turcis Iſthmi murum oppugnantibus] primus — in murum euaſit, eumque cepit peregrinorum de numero *Chiteres* [h], Trybalus genere; eosque, qui reſiſtebant, in fugam coniecit. 270.

§. 319.

a. C. 1448. [i]

INTEREA [dum Cruam, Scenderis vrbem, obſidet Amurates] nuncius venit a Georgio, Trybalorum duce, qui nunciabat, Ioannem Choniatem, congregatis Pannonibus plurimis, traiicere Iſtrum, et contra ipſum hoſtili animo pergere. His auditis Amurates — cum vniuerſo exercitu profectus eſt in quandam Myſiae regionem 'per regionem Trybalorum [k]. Ea autem regio eſt, quam alluit Morabas [l] fluuius, et in Iſtrum effunditur. Hinc ſe fundit regis regio ad octingenta ſtadia, vsque ad Neſium [m], vrbem regis: ad dextram procedenti *Nobopyrum* [n] (ſiue Bopyrum [o]) vsque ad montem magnum Trybalorum principis colitur. 271.

diturum principatum: verum vt deinceps in fide maneant, amicitiamque ſuam bona fide colant. Ibi tum Bylcus (ὁ Βȣλκος, ſupra Βȣκος) *Pannonum animos ſibi concilians, etiam regem Vladiſlaum eo adduxit, vt foedus cum Amurate faceret. At Vladiſlaum in hunc modum allocutus eſt: O rex, rex Amurates te ad foedus hortatur: nec hoc ſolum, verum regionem reſtituere pollicetur* (ὀυ μην την χωραν ἀποδιδοναι). *Si igitur me audias, foedus panges. Nam hoc pacto res tuae ad bellum melius erunt inſtructae: et ſi deinde ſecundo acceſſeris hoſtiliter, facile vinces. Haec vbi eſſet elocutus, ſtatim in ſententiam ſuam perduxit regem. Qui deinde ex ſententia Bulci, aut quemad-*

270. Id. p. 183.

h) Χιτηρης, in marg. *Georgius.*

271. Id. p. 188, 189. cf. *Hungarica.*

i) Annus apud Ducam p. 124. margini adſcriptus.

k) κατα την Τρυβαλων ἀυτων χωραν. *verſus* —.

l) Μοραβας, in marg. qui et *Schitniza.*

m) Νησιον, in marg. *Nyſſum.*

n) Νοβοπυρον, in marg Νοβοπυρδον. apud Ducam Νοβοπερδον, vid. ſupra §. 311.

o) Addit interpres.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

§. 320.

p) At Trybalorum dux, cernens, Pannonum exercitum non adeo eſſe validum, vt copias regis vincere poſſet, magisque metuens Amuratem, quam Pannones alienigenas, a quibus multa mala eſſet perpeſſus; et quamuis eſſet admodum cupidus vlciſcendi Amuratem, qui filios eius oculis priuarat: attamen haud volenti animo iſtam expeditionem adiunctus Pannonibus ſubibat, imo eam prorſus recuſabat. Haud enim Pannones ſatis firmi videbantur ad debellandas copias regis. Haec cum Pannonibus reſpondiſſet, Ioannes eo reſponſo irritatus, graues minas in Trybalorum ducem iactauit. Nec tamen omittens coeptum expeditionem, copias in regis regionem infeſtas induxit: progreſſusque *Ariſtinum* *q*) vsque, caſtra in Coſobo campo communiuit, vbi olim Amurates Orchanis filius, cum Eleazaro Seruiae deſpota manus conſerens, eumque interficiens, ipſe quoque occubuit, interfectus a viro Trybalo.

§. 321.

modum Bulco promiſerat, nuntium miſit (ταυτα λεγων τε ἐπειθε, και ὡς ὑπεχετο ποιησειν, ἡ ὑπετιθετο αὐτῳ ὁ Τρυβαλος, αὐτικα ἐπεμπεν ἀγγελον) *in Ianuas regis, aduocans regios legatos, quaſi his praeſentibus foedus percuſſurus et regionem recepturus* (ὡς των Παιονων ποιησομενον την εἰρηνην, και αὐτος ἀποληψομενος την ἀρχην). *Amurates igitur legatos ire iubet, quorum auctoritate foedera fiebant, quibus cauebatur, vt Georgius regionem ſuam teneret, et eius regionis tributi partem dimidiam regi quotannis ſolueret.*— reliqua vide in *Hungaricis.*

p) Προὐκαλευντο δε σφισι και των Τρυβαλων ἡγεμονα ἐς τον πολεμον, omiſit haec interpres, et reliqua quoque non ſatis commode interpretatus eſſe videtur. Ego quidem ſic verterem: *In belli ſocietatem vocarunt etiam Trybalorum ducem. Is vero dixit, non videri* [ipſorum] *apparatum parem Amuratis copiis, vt ſpes ſit, bello ipſos ſuperiores fore. praeterea a ſe magis timeri illum, quam Pannones, quippe alienigenas, quique ſe maximis affecerint iniuriis. Cupere quidem ſe poenas ſumere ab Amurate, qui filiis ipſius oculos eruerit. vix autem ipſos praeſenti apparatu de hoſtibus victoriam reportaturos. Se itaque nunquam ſponte in huius belli ſocietatem venturum.*

q) An quod ſupra §. 281. in variet. narrat. *Priſtinum*?

§. 321.

Pannones [proelio a Turcis victi] putabant, Turcos noctu abituros, nec amplius in caſtris manſuros. Et equites quidem non pauci iam diſceſſerant. Vbi autem Trybalos inuenere exſpectantes in anguſtiis hoſtem abeuntem, in caſtra redierunt. — Caeſi ſunt in 273. iſto proelio, vt accepi (vtrinque enim occiſi a Trybalorum duce poſtea dinumerati ſunt) Pannonum et Dacorum decem et ſeptem millia, Turcorum quatuor millia.

(272 in margin at first line.)

§. 322.

Ioannes — fugiens feſtinabat ad Iſtrum. Veſperi aduenit *Sbetzanium* r), vrbem regis. In ambiguo autem erat, quomodo tutius profectionem facere poſſet, ne cognoſceretur a Myſis, et in periculum deinde veniret, vt caperetur a Trybalorum duce. Haud enim Choniatem fugiebat, Georgium, cum quo ſibi inimicitiae erant grauiſſimae, id parare, vt ipſum caperet. — Tandem decreuit conſultiſſimum eſſe, — vt ſolus a ſuis ſeparatus iter ingrederetur. Exorto iam die cum ſolus iter faceret, ex equo deſcendens, pedes peruenit ad collem quendam. Videns autem Turcum hoſtiliter oberrantem, confugit in paludem aqua plenam, quae in longum extendebatur. Deinde cum ex palude proceſſiſſet, peruenit in Georgii regionem. Incidens autem in Trybalos quosdam, eos ſibi itineris duces parare volebat, promittens, ſe ipſis mercedem daturum. Illi autem, quemadmodum promiſerant Choniati, itineris duces facti, eum in itinere per inſidias obtruncare nitebantur. Eum igitur, quaſi interfecturi, comprehendunt. Qui, vt rem ſenſit, ſtringens gladium, Trybalum illico ſtrauit, cum eum in humerum vulneraſſet; alter autem fuga ſibi conſulens euaſit. 274.

Interea Trybalorum princeps, cum comperiſſet, Choniatem ab Amurate victum fugam arripuiſſe, miſit praeconem, qui ſuis nunciaret, vt nulli Pannoni regionem tranſire concederent prius, quam interrogaſſent, quisnam eſſet, et quo abiret. Reliquos quidem

272. CHALCOCONDYLAS p. 191.
273. Id p. 195.
274. Id. p. 196, 197.

r) Σβετζάνιον, in marg. Cod. Reg. Σφεκιάνιον.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1448.

dem paterentur incolumes et inuiolatos abire; verum ſi inueniſſent Choniatem, eum capere et ad ſe adducere iubebantur. Principes itaque regionis ſuis edicunt, quemcumque Pannonem nacti fuerint, ad magiſtratus perducant, vt videant, quisnam ſit. Qui aliter fecerit, et huic edicto non paruerit, eum ignominioſiſſima morte periturum.

Choniates igitur, fame deficiens, quonam ſe verteret, neſciebat. Venit igitur in quendam Trybalorum locum. Ibi cum videret quosdam Trybalos terram colere, ad eos iter flectebat, petens ſibi panem dari. Vt conſpicati ſunt agricolae, virum Pannonem adeſſe, et panem quaerere, dixerunt: At, o hoſpes, panis quidem tibi in promtu eſt; verum neceſſitas poſtulat, vt te perducamus ad magiſtratum vrbis, qui, quis ſis, excutiat. Nam (opinor) Choniatem quaerunt. reliquos Pannones, qui huc pergunt, dimittunt, nullum eorum reſpectum agentes. Agricolae cum haec dicerent, eum haud dimittebant; verum eum fortius comprehendentes efficiunt, vt confiteretur ſeniori, neceſſitate ſubactus, ſe eſſe Ioannem Choniatem. Pollicebaturque magna hoſpitalitatis munera, opesque et agros ſe daturum dicebat, ſi ductus fuiſſet inuiolatus, et ab nullo Trybalo viſus, Belogradum. Senior quidem virum agnouit, eumque ſuſcepit traducendum in regionem ſuam illaeſum; fratribus autem ſuis, quisnam eſſet vir ille, indicauit, praecipiens, ne quoquam abirent, et, quis vir ille eſſet, enunciarent. Veſpere facto, virum deduxerunt in eam domum, in qua paleas et iumenta aſſeruabant, et diem craſtinum exſpectabant, vt Choniatem, omnibus apparatis, abducerent Belgradum.

Eo autem die diſſenſio exorta eſt inter fratres. Hinc vnus de numero fratrum commotus, indicauit vrbis magiſtratui, vbinam eſſet Choniates. Aſſumtis itaque miniſtris, pergebant ad domum, in qua erat Choniates, latitans in palearum receptaculis, eumque capientes abduxerunt ad vrbis magiſtratum. Magiſtratus autem eum vinctum deduci curauit ad praeſidem, ſignificauitque, eum eſſe deprehenſum latitantem in foeno. Praeſes, cum adductus eſſet Choniates, eum in carcerem coniectum ad tempus aliquod in arce detinuit. At Choniates perſuaſit principi arcis et cuſtodibus, vt ſimul cum ipſo inſurgant hoſtiliter contra praeſidem, et vrbem occupent.

Cum

a. C. 1448. *Imp.* IOANNE *Eman. Pal.*

Cum quidam, rei, quae parabatur, conſcius, inſidias patefeciſſet, etiam quid cuſtodes molirentur cognitum eſt. Verum hi occiſi ſunt omnes.

Ioannes autem, affinitatem iungens cum illo s), filiam ſuam filio t) eius in matrimonium collocando, remiſſus eſt Budam in regnum ſuum.

§. 323. *Imp.* CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1450. v)

β) [MECHEMETES poſt Amuratis, patris ſui, obitum imperio potitus, filium defuncti, ex principis Sinopes filia coniuge ſuſceptum, ſtrangulari iubet, puerique occiſi matrem patris ſui mancipio nuptum dedit.] Alteram quoque ſuam nouercam, Georgii, Seruiae deſpotae, filiam, Chriſtianae pietatis tenaciſſimam, volebat et ipſe alii cuidam ſeruo connubio iungere: ſed veritus, ne pater eius Hungaros ad bellum ſibi inferendum exciret, antequam recens ſuſceptum imperium ſtabiliuiſſet, libidine ſua abuti prohibitus eſt. Deſpota quippe de generi ſui Moratis obitu certior factus, et rerum ſummam obtinere Mechemetem, apocriſiarios ad eum ſtatim deſtinat conſolandi ac doloris leuandi, quod patre orbatus eſſet, gratia; vt etiam foedera et pacta, quae ſibi cum eius patre interceſſerant, renouaret, et ſacramento ſtabiliret. Inſuper etiam, vt filiam ſuam repeteret, et domum paternam reduceret: quae omnia Mechemetes praeſtitit, non eo tamen animo, vt pacifice regnare amicitiamque colere vellet, ſed, quam aduerſum ſe dari occaſionem metuebat, redimeret; quam vbi ſibi commodam nactus fuerit, contra ius fasque iniurias inferret. Haec et alia, ſub agni pelle, antequam 275.

β) CHALCOCONDYLAS: *Etiam cum Trybalorum principe pacem fecit* [Mechmetes], *cui filiam, Amuratis vxorem, ipſius vero nouercam, remiſit, putans ſe ei rem gratam facere. Regionem eidem, quantam antea contribuit* (ὅσην ἐκτησατο, in vno ἠτησατο).

s) In margine ſuppletur *Deſpota.*

t) In marg. *Mathiae.* graeca ſic habent: Ιωαννης δε ἐπιγαμιαν ἀυτῳ ποιησαμενος, και ἁρμοσαμενος τον παιδα ἀυτȢ, ἀπεπεμψεν ἐπι την ἀρχην ἀυτȢ εἰς ΒȢδην.

275. DVCAS p. 129, 130. Chalcocond. p. 199.

v) Hoc anno, a. M. 6958. obiit Amurates, Ducas p. 128.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1450.

tequam quoque naſceretur, latitans lupus faciebat. Apocriſiarios amice benigneque ſuſcepit, mutuoque ſacramento foedera renouauit, et pacifice eos dimiſit; ſimulque nouercam eius patri ſplendide ac honorifice habitam remiſit: beneficiis etiam ac muneribus quampluri mis eam locupletauit, locis in Seruiae finibus, vnde ſe dignitatemque ſuſtentaret, ac tueretur, aſſignatis, omniaque ad victum caeterosque vitae vſus ſuppeterent.

Imp. MVHAMMEDE II.

§. 324.

a. C. 1453. x)

276. CVM [poſt captam Conſtantinopolin] Adrianopolin ſuperbiſſima triumphi pompa veniſſet Mechemetes, cunctos principes ac duces Chriſtianos —, vt ipſi ſalutato gratularentur, confluentes vndique cernere licebat. — Tyrannus ergo ſuperbus ac inſolens, ob debellatam vrbem animo elatus, in ſolio ſedere, principes vero Chriſtiani trepidantes, et, qualem erga ipſos in poſterum ſe praeſtaret, exſpectantes ſtare. Primum itaque, duodecim millium nummorum tributum annuum a Seruiis Turcorum aerario ſoluendum ſe iniungere, eorum legato ſignificat.

§. 325.

a. C. 1453. y)

Anno itaque ab vrbe capta primo, menſe Auguſto, a Seruiae deſpota legati venerunt, qui debita tributa ſoluerunt, largamque ſtipem et eleemoſynam captiuis Adrianopoli erogarunt. Georgii namque deſpotae mandato moniales centum iuuenes ac vetulas redemtas libertati reſtituerunt. Illuſtres porro et a palatinis genus
277. ducentes captiui, in Seruiam profecti, ab eo et regina, ſua coniuge, pecunias, quibus ſe redimerent, eleemoſynae nomine acceperunt.

§. 326.

a. M. 6962. a. C. 1454.

Autumnus deinde, ſimulque ab orbe condito annus 6962. iniere: ſequentemque hiemem Mechemetes domi transegit, deſpotam aduen-

276. DVCAS p. 177.

x) Annus captae a Turcis Conſtantinopolis.

y) Annus apud Ducam margini adſcriptus.

277. Id. p. 178.

aduentante vere inuadere, totamque Seruiam imperio ſuo adiungere animo agitans. Hunc equidem acerbum triſtemque nuncium iniuriamque ab inexplebilis auaritiae tyranno, poſt captam vrbem ſibi inferendam, quotidie exſpectabat deſpota; qui ſenex longa rerum experientia edoctus, vtque narrauimus, damna multa ab iniuſto tyranno perpeſſus erat.

Hanc autem belli contra ius fasque cauſam praetexit, hisce deſpotae obiectis: „Prouinciae, cui dominaris, tua non eſt, nec paterni iuris heres eam poſſides: totum ius in ea Stephanus, filius Lazari, habet, ac ſibi vindicat; propterea ad me quoque pertinet. Illius itaque finibus, nil cunctatus, decede. Vulci, patris tui, ditionis partem, vrbemque Sophiam tibi dare poſſum. Sin parere renueris, in te confeſtim mouebo.„

§. 327.

Talia per quendam ſibi maxime fidum ſatellitem ſuum deſpotae ſignificauit. illique ſeruo ſuo viginti quinque dies praeſtituit, intra quos reuerſus a deſpota reſponſum ipſi afferret, diutinas magis moras trahenti capitis poenam, inſepultumque cadauer feris eſcam proiiciendum minitatus. In Seruiam profectus tyranni apocriſiarius, deſpotam trans Iſtrum agere comperit. cum interea diſtinent proceres, hodie et craſtina die affuturum cauſati. Moras hac arte trahendo, oppidis muniendis tempus occupauere, in quae cibaria caeteraque neceſſaria copioſe comportant. Ludum ſibi factum apocriſiarius tum demum aduertens, dieque praeſtituta, quae iam elapſis triginta diebus ceſſerat, ſe tyranno non ſtitiſſe; poenam ſibi indictam reformidabat.

§. 328.

Adrianopoli igitur cum toto exercitu ira accenſus tyrannus mouit, et Philippopolin venit. Interea, quem miſerat, caduceator ei occurrit, deſpotam in Hungariam aufugiſſe affert: inſidiasque et dolos a magnatibus, qui ipſum diſtinuerant, ſibi ſtructos exponit. Hunc equidem morte damnaſſet tyrannus, niſi ante praeſtitutam diem de tam longae morae cauſis, Seruiorum belli apparatu, et deſpotae fuga eum certiorem litteris feciſſet.

 §. 329.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1454.

§. 329.

Hungari, fluuio ſuperato, agros Ternouo circumiectos iam populati ac depraedati, conſertisque cum Turcorum exercitu manibus victoriam adepti, ſpoliisque graues fluuium iterum traiecerant y) Motis Philippopoli caſtris, Sophiam tyrannus acceſſit, ibi-
278. que toto exercitu, meſazontibus totoque ſenatu ſuo relictis, aſſumtis ſecum pedeſtrium copiarum viginti millibus in Seruiam irrumpit; nec, qui aduerſum ſe proeliaretur, obuium habuit: iamdiu namque deſpota eiusque proceres cum integris ſuis familiis tranſierant; poſtquam, praeſidiis arcibus impoſitis, intra eas populum vniuerſum ſe recipere ille praecepit: bono animo eſſe, nec ſe hoſti permittere hortatus eſt, breui ſe affuturum cum potenti exercitu pollicitus. At tyrannus Smedrouum vsque proceſſit, quam arcem, fluminis ripae impoſitam commodumque in Hungariam traiectum praebentem, captam auide cupiebat: ab eaque fruſtra tentata receſſit. Oppugnato deinde, nec expugnato, quodam caſtro, firmo ſatis ac valido, oppidum z) ei ſubiectum minusque firmum, intra cuius moenia ruſtici ex vicis agrisque circumiectis ſe tutabantur, conditionibus iureiurando pactis ac ſancitis, deditione in eius poteſtatem venit: violato

y) CHALCOCONDYLAS: *Rex Mechmetes capto Byzantio expeditionem contra Trybalos et Nouopyrgum* [Νοβόπυργον, in marg. *Nouovardum, qui et nouus mons*] *vrbem ſumſit. Haec intra regis regionem ſita eſt prope flumen Morabam, qui fluens a Priſtino regis regione, et huc veniens in Iſtrum exhauritur. Exercitus regius vniuerſus graſſabatur per Trybalorum regionem vniuerſam: equitatus quoque in hanc emiſſus praedas rerum omnium confertim agebat. Ipſe autem circumſederat parte copiarum vrbem, et ſupino bombardarum iactu grauiſſime, quae intus erant, affligebat. Bombardas autem erectas* [mortaria], *ſupino iactu lapides in altum torquentes, primus rex ille inuenit.— Diebus igitur plurimis Mechmetes oppidanos in hunc modum laedens, tandem eos deditionem facere coëgit. Vbi ſemet ipſos ſuaque fidei regis tradidere, ipſe ſupellectilem et pretioſiſſima quaeque accipiens et partem quandam hominum in mancipiorum conditio-*

278. DVCAS p. 179. Chalcocondylas p. 215, 220.

z) *Nouopyrgum* forte, cuius Chalcocondylas meminit, quod alias *Nouopridum* vocatur. Vid. ſupra §. 319. not. n.

a. C. 1454.

lato deinde ſacramento omnes, qui in oppido erant, captiuos abduxit. Sophiam reuerſus, indeque motis caſtris, Adrianopolin praeda grauis redit; quam cum proceribus ſuis, quique operam ei nauauerant, ex ſemiſſe partitus eſt. Partem captiuorum, quam ſibi retinuit, quatuor millia virorum et feminarum, colonos nouos in vicos, Conſtantinopoli vicinos, deduxit.

§. 330.

a. C. 1455.

EO anno, qui ſequebatur, expeditionem contra Belgradum, vrbem Pannoniae, ſuſcepit [Mechmetes]. — Exercitus [itaque] ſuos Adrianopolin exciuit, — iterque fecit per Trybalorum regionem. Trybalorum dux hoſpitaliter et benigne regem et duces tractauit, mittendo iis munera maxima. Nam ducem Trybalorum haud fallebat, ſe continuo armis Mechmetis debellandum, vbi primum in Turcorum ditionem Belogradum conceſſiſſet. 280.

 §. 331.

nem transferens, reliquos ibi habitare paſſus eſt: maxime propter metalli opus, cuius inprimis iſtius regionis incolae periti cenſentur. Nec contemnendus regi reditus eſt ex metallis, quae ſunt iuxta iſtam vrbem. Trybalorum princeps Georgius, cognito contra ſe Mechmetem hoſtili animo pergere, abiit transiens in Pannoniam ad Choniatem: veritus, ſi Senderouiam (Σπενδεϱόβην) *veniſſet, vt obſideretur a rege. Rogabat itaque Choniatem, ne ſe amicum et propinquum deſereret, verum acerrime a vi Turcorum aſſereret. Vbi autem Georgius tantum effecit apud regem, vt pax fieret, non multo poſt exſpirauit* (ἐπι δε Σπεμδεϱοβην [in marg. Σπενδεϱοπυϱδην, interpres adſcribit *Spenderbegus legatus*] ἐπϱασσε πϱος βασιλεα γενεϑαι οἱ εἰϱηνην cet.). *Succeſſio principatus deuoluebatur ad Eleazarum, filium iuniorem. At caeci* [*Stephanus et Georgius*, interpres ſupplet] *continuo ſurripientes pecunias, quotquot poterant, venere ad regem: qui cum his regionem aſſignauit, factum eſt, vt victum nanciſcerentur ſufficientem, pax autem cum eo conuenerat, vt quotannis tributum maximum ferret, videlicet viginti millia ſtaterum auri.*

280. CHALCOCONDYLAS p. 220, 221. Haec iis ſubiungit Chalcocondylas, quae ex eodem ad §. 329. attuli.

Imp. MVHAMMEDES II.

a. C. 1455.

§. 331.

281. MECHMVTES, regii palatii praefectus et Europae ſimul dux, — filius fuit Michaelis: materno genere Trybalus, paterno Graecus erat. Hunc puerum adhuc exſiſtentem, et euntem vna cum matre a Nebopriedo [a] Senderouiam [b], equites regii comprehenſum in itinere, adduxerunt cum vniuerſa familia ad regem. Rex autem accipiens puerum in ſuum cubiculum, magnum eum breui declarauit virum. —

§. 332.

282. Is [Mechmutes, Michaelis F. Ianuarum princeps et Europae dux] aſſumto Europae exercitu, qui complectebatur circiter octo myriades militum, profectus eſt contra Trybalos, qui habitant iuxta regionem Iſtro aſſuſam [c]. Cum autem deprehenderet, Pannones nihil innouare, verum quietem amplecti, Illyricum ſubigere aggreſſus eſt: et oppidula, quae vi ceperat, diripuit. Poſtquam in Illyricum copias duxit, ibi caſtra prope Iſtrum communiuit, vt vrbes regis ibi ſitas caſtodiret.

§. 333.

a. C. 1458. [d]

283. REX [Mechmetes] ea tempeſtate [qua Corinthus, Athenae &c. in Turcorum poteſtatem venerunt] bellum mouit contra Senderouiam [e] et Trybalorum regionem. Huius belli iſta cauſa traditur. Mortuo Eleazaro, Bulci filio, relicta eſt vxor eius vna cum filia in principatu, arcemque Senderouiae tenebat. Elocans autem filiam Illyriorum regis filio (is erat Stephanus, Boſniae rex [f]) principatum retinere cogitabat vrbis. Verum Trybali confluebant ad Machumetis fratrem Michaelem, qui apud Trybalorum principem egerat: eumque ducem creantes iuſſerunt vrbis negotia curare. Mulier hunc aduenientem in arcem quaſi hoſpitem inuitauit, continuoque

281. Id. p. 231.

a) Νεβροπειδȣ in marg. Νεβοπειδȣ, ſic etiam Reg. Cod.

b) Σπενδεροβην.

282. Id. p. 236.

c) ὁρμωμενος δε ἐντευθεν. omiſit interpres.

283. Id. p. 244.

d) Hoc anno Corinthum a Turcis captam docent alii.

e) Σπενδεροβην. ita et infra.

f. g. h) Addit haec interpres.

que ei vincula iniicit, vinctumque ad Pannones mittit. Quem Pannones accipientes in carcerem coniecere. Trybali igitur (qui et Seruii ſunt) iterum recidebant ad regem Pannonum [b]: et accerſiti vna cum principis defuncti vxore, deditionem vrbis fecerunt.

§. 334.

At rex, cognito quonam res ſuae redactae forent [i]), arma capit, et copias contra Senderouiam ducit, quaſi vi eam recuperaturus. Oppidani cum audirent, aduerſum ſe hoſtiliter pergere regem, obuiam ex vrbe procedunt. At rex munera magna in hos Trybalos contulit, quosdam opibus, quosdam vero regionibus donans. Vxorem Eleazari, in foedus receptam, paſſus eſt abire auferentem opes ſuas impune. Praeſidium autem vna cum vrbe cepit.

§. 335.

Audio, eam regionem [Illyricum], ſi quis longitudinem conſideret, ab Trybalorum regione et Dorobyza fluuio [k]) ſe extendere vsque ad Sandalis regionem, et ad Ionium ſinum ſtadiis octingentis. Latitudo vero regionis, qua excurrit ad Pannones et Trybalos, complectitur duo millia ſtadiorum. A Trybalis incipit Iſaaci regio. hanc excipit deinde Pauli regio. 284.

§. 336.

Hi quidem [Iſaacus et Paulus] iam ante bellum geſſerant cum rege [Mechmete], nunc quidem Trybalis, nunc vero Pannonibus adhaereſcentes: et cum Turcos adducerent, regionem Illyrico affuſam populabantur, bellumque in Trybalos auertebant. Caeterum Trybalorum princeps bellum contra hos ſuſcipiens, vrbes eorum obſidebat: et foedera cum iis pangens, tandem ſe pacatum exhibebat. Etiam Sandales hos antea bello appetiuerat, et accito regis exercitu ipſorum agros euaſtabat. Cum autem hi ſoli perpetuis inter ſe diſſiderent odiis, et regis peregrinos accerſerent, propriae re- 285.

 gioni

i) *οὔπω κατεσαντων ἐς τόδε αὐτῷ των πραγματων.*
284. Id. p. 285.
k) *ἀπὸ Δορόβυκης ποτ.* paulo inferius: *Rex—traiecit Dorobyzam* [Δοροβίκην in marg. Δοβροβίκην] *fluuium, qui Tryballos et Illyrios dirimit.*
285. Id. ibidem.

Imp MV-HAMMEDE II.

a. C. 1458.

gioni plurimum calamitatis inuexerunt. Nam mancipia plurima belli iure ſubinde a militibus capiebantur, et deportabantur. Praeterea et ea regio vel maximam experiebatur vaſtationem.

§. 337.

a. C. 1453 —. [l)]

286. [Metropolita in itinere conſtitutus ſcribit] ad *Cnezem* Seruiae [m)].

Celſiſſime, magne Cneze [n)] totius Seruiae, prudentiſſime, in Domino iucundiſſime, et ter deſiderate domine et fili noſtrae humilitatis: gratia, pax et miſericordia a Deo omnipotente tuae dominationi [o)] multiplicetur.

Ad Cnezis [p)] vxorem.

Celſiſſima domina) totius Seruiae, prudentiſſima et ornatiſſima mulierum, ſancto Spiritu filia: gratia, pax et miſericordia dominationi tuae multiplicetur.

Ad Dominam [r)] Seruiae.

Piiſſima, et Chriſto amata, celſiſſima et illuſtriſſima, et in ſancto Spiritu deſideratiſſima domina Seruiae. Gratia, pax et miſericordia regno tuo multiplicetur.

Ad filium eius.

Piiſſime et amans Chriſtum, illuſtriſſime, et in ſancto Spiritu deſideratiſſime domine, et fili noſtrae humilitatis: omne bonum dominationi tuae a Domino humilitas noſtra precatur.

Ad *Zupanum.*

Nobiliſſime, illuſtriſſime, et dux peritiſſime [s)], magne Zupane, in ſancto Spiritu iucundiſſime fili noſtrae humilitatis, domine N. Gratiam, pacem et aliud omne bonum a Domino probitati tuae precamur.

Quomodo ſcribit patriarcha ad praeſulem *Peſcii.*

287. Sanctiſſime archiepiſcope Peſcii et totius Seruiae, in ſancto Spiritu dilecte.

286. CODINVS Salutatt. Epiſtolarum Pontific. p. 414, 415. cf. ſupra §. 17.

l) Hoc circiter tempore ſcripſit Codinus.

m) Εις Κνεζην Σεϱβιας.

n) Κνεζη in marg. Κυενζη.

o) τῃ αὐθεντειᾳ σου.

p) In marg. Κυεντζη.

q) αὐθεντϱια.

r) Δεσποιναν.

s) ϛϱατηγικωτατε.

287. Id. ibid. p. 419.

CHRO-

CHROVATICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE CHROVATIS.

Hiſtoria Chrouatorum.

CHROVATI, natio Slauica, olim vltra *Bagibareia* [montes Carpaticos putant] in regione Germaniae et Hungariae finitima, quam *Magnam* vel *Albam Chrouatiam* vocabant, habitarunt. Inde pars gentis circa initium ſaeculi poſt C. N. ſeptimi egreſſa, in Dalmatiam venit, ibique, pulſis, qui eam non diu ante occupauerant, Auaris, conſedit. Nonnulli eorum, a popularibus ſuis diuiſi, in Illyrico et Pannonia [Sauia] proprium ſibi conſtituerunt principatum. Chrouati vero tunc temporis in Francorum ditione erant. Quorum inauditam crudelitatem cum diutius ferre non poſſent, praefectis eorum occiſis, defectionem fecerunt. Orto itaque inter vtramque gentem grauiſſimo bello, Chrouati tandem, cum ſeptem iam annis dimicaſſent, victores, ſe in libertatem vindicarunt. His ita geſtis, ſe ſponte ſubmiſerunt imperatori Heraclio, et ſimul, ſacerdotibus Roma aduocatis, fidem Chriſtianam amplexi ſunt, *Porga*, *Porini* filio, rege.

Ex eoque tempore Chrouati Dalmatici cum finitimis gentibus, quod, cum Chriſto nomen darent, pontifici Romano iurato promiſerant, pacem egerunt; mercaturae operam dantes. Magna vero Chrouatia tunc crebris Francorum, Hungarorum et Patzinacarum excurſionibus vaſtata eſt.

Poſt obitum autem Heraclii Chrouati cum reliquis Slauis Dalmaticis, a Romanis defecerunt: et Baſilii Macedonis demum temporibus ſub Romanorum redierunt imperium. Cum Bulgaris finitimis Chrouati diu pacem habuerunt, donec ab illorum rege Michaele Boroſe bello peterentur. is vero cum nihil efficeret, amicitiam renouauit. Symeon, alius Bulgarorum rex, circa a. C. 931. aduerſus Chrouatos exercitum miſit. qui ab hoſtibus in anguſtiis montium circumuentus, et totus fere deletus eſt.

Ortis poſt id tempus ciuilibus inter Chrouatos diſcordiis, MIROSTHLAVVS, *Craſemeri* filius, qui tunc genti imperabat, a *Pribunia* Bano interfectus eſt.

Chro-

Chrouatia tandem a. C. 1019. a Baſilio Porphyrogenneta in prouinciae formulam redacta, ſaepius poſtea rebellauit, ſed a Romanis vi armorum ad officium redire coacta eſt.

Reges et principes Chrouatorum.

Clucas (Κλȣκας). *Lobelus* (Λοβελος). *Coſentzes* (Κοσεντζης). *Muchlo* (Μȣχλω). *Chrouatus* (Χρωβατος)	fratres, quibus ducibus Chrouati in Dalmatiam venerunt.
Tuga (Τȣγα). *Buga* (Βȣγα).	ſorores dictorum principum.
PORINVS (Πορινος). PORGA (Πoργα). TERPEMERES (Τερπημερης). CRASEMERES (Κρασημερης). MIROSTHLAVVS (Μιροσθλαβος).	reges Chrouatorum.

Sermo (Σερμων) Sirmii dominus a. C. 1019.
Neſtongus (Νεςογγος) frater Sermonis.

Scriptores de Chrouatis.

CHROVATORVM mentionem faciunt Conſtantinus Porphyrogenneta, Incertus eius Continuator, Simeon Logotheta, Georgius Monachus, Cedrenus, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Nicetas Choniates, Michael Glycas et Chalcocondylas.

De antiquitate Chrouatorum, priſcis eorum ſedibus, migratione et rebus in Dalmatia geſtis vsque ad a. C. 931. ſi, quae de eorum a Romanis defectione, et bello aduerſus Bulgaros geſto Incertus Continuator, Cedrenus, Zonaras, Simeon Logotheta et Georgius Monachus breuiſſime delibant, excipias, vnicus Conſtantinus Porphyrogenneta memoriae prodidit.

Sub Baſilio Porphyrogenneta gentem Chrouatorum in Romanorum ditionem veniſſe Cedrenus et Zonaras, hic quidem breuiſſime, referunt. Hi duo et Glycas eorum etiam ſub Michaele Duca meminerunt. Vbi eos cum Seruiis confundunt. Eodemque imperatore motas a Chrouatis et Dioclenſibus turbas, et ab auo ſuo compoſitas eſſe Nicephorus Bryennius refert. Ema-

Emanuele Comneno imperante Stephanum Neemanem, Serviorum regem, Chrouatiam ſibi vindicaſſe, Nicetas Choniates docet.

De Croatia in extrema Europae parte verſus Septemtriones ſita, et Croatiorum cum aliis gentibus cognatione pauca quaedam habet Chalcocondylas.

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Chrouatorum migratio et res ab eorum inde in Dalmatiam aduentu, vsque ad regis Miroſthlaui caedem geſtae; ab a. C. 610? – 867?*

§. 1. Chrouatorum antiquae ſedes; migratio; bellum cum Auaris geſtum; Dalmatia occupata.

§. 2. Belochrouati Francis finitimi et (Conſtantini porph. aetate) ſubiecti.

§. 3 Pars Chrouatorum Illyricum et Pannoniam occupat, proprio principi ſubiecta.

§. 4. Chrouati Dalmatici, iugo Francorum excuſſo, ſe in libertatem vindicant, baptizantur.

§. 5. Chrouati ad Heraclium imp. confugiunt; in Dalmatia ſedes accipiunt; archiepiſcopo, epiſcopis, presbyteris et diaconis Roma ad eos miſſis, baptizantur.

§. 6. A pontifice Romano ipſis, ne alios bello petant, iniungitur; id iurato promittunt.

§. 7. Idem ipſis Martinus quidam iniungit; Chrouatorum nauigatio, commercium.

§. 8. Chrouati Romanis, non Bulgaris, ſubiecti; Michael Boroſes Chrouatis bellum infert, pacem cum iisdem facit.

§. 9. Vrbes Chrouatiae baptizatae; potentia.

§. 10. Magna ſeu Alba Chrouatia baptizatae viribus inferior; Francorum, Hungarorum et Batzinacarum excurſionibus vexata.

CAPVT II. *Res Chrouatorum ab a. C. 867 – 1166. geſtae.*

§. 11. *Chrouati poſt Heraclii obitum a Romanis deficiunt; imp. Baſilio ſub Romanum redeun' imperium.*

§. 12. *Romani Dalmatiae incolae Chrouatis [et reliquis Slauis] tributarii.*

§. 13. *Bulgari, Chrouatos armis adorti, clade afficiuntur.*

§. 14. *Chrouati in Bulgaros bellum parant.*

§. 15. *Chrouati ſe Baſilio Porph. dedunt; Sirmium cum regione finitima, Sermone principe occiſo, eidem ſubiicitur.*

§. 16. *Chrouati [Seruii] Bulgariam occupare conati, proeliis a Romanis victi, diſcedunt,*

§. 17. *Chrouati et Dioclenſes Illyricum infeſtant.*

§. 18. *A Nicephoro Bryennio ad officium redire coguntur.*

§. 19. *Stephanus Neeman, Seruiorum princeps, Crabatiam et Cattarorum principatum ſibi vindicare nititur.*

§. 20. *Seruii a Croatia in regiones auſtrales progreſſi.*

§. 21. *Chrouati, Bulgari, Boſni, Poloni et Ruſſi vnum hominum genus.*

CHRO-

CHROVATICORVM
CAPVT I.
Chrouatorum migratio, et res ab eorum inde in Dalmatiam aduentu, vſque ad regis Miroſthlaui caedem geſtae;
ab a. C. 610?—867?

§. 1.

a. C. 610—641.

VIDENTES [occupata Dalmatia [a]] Abares, pulcherrimam eſſe 1.
hanc terram, ſedes illic poſuerunt. Chrobati [b] vero tunc habitabant vltra *Bagibaream* [c], vbi nunc ſunt *Belochrobati*.

Vna autem generatio, nempe quinque fratres *Clucas*, *Lobelus*, *Coſentzes*, *Muchlo*, *Chrobatus*, duaeque ſorores *Tuga* et *Buga* [d], vna cum ſuis populis diſcedens ab ipſis, in Dalmatiam venit; vbi Abares incolas inuenerunt; belloque per annos aliquot inter eos geſto, vicerunt Chrobati; Abarumque alios quidem interfecerunt, alios vero parere ſibi coëgerunt. Atque ex illo tempore a Chrobatis poſſeſſa haec regio fuit, ſuntque etiamnum in Chrobatia Abarum reliquiae, et Abares eſſe cognoſcuntur.

1. CONSTANTINVS de adm. imp. c. 30. p. 95.

a) Cf. *Slauica* §. 4—6.

b) Χρωβατοι.

c) ἐκειθεν Βαγιβαρειας. Bandurius in Animaduerſionibus p. 88, 89. „Βαγιβαρειας, inquit, ſiue Βαγιβαρεια eſt ſlauum vocabulum, graece detortum: i. e. Βαβειαορεια i. e. *Babii montes*, Slaue *Babie gore* videlicet *vetulae* vel *Vetularum montes*. quo nomine *Carpatii* montes, Poloniam ab Vngaria diſterminantes, ab aliquibus nuncupantur. Ex his apparet, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniſſe.

d) Κλȣκας, και ὁ Λοβελος, Κοσεντζης, Μȣχλω, — Χρωβατος, — Τȣγα — Βȣγα.

a. C. 610—641.

§. 2.

Caeteri vero Chrobati verſus Franciam e) commorabantur, et appellantur hodie f) *Belochrobati*, ſiue *Chrobati albi*, qui proprio principi ſubiecti ſunt. Parent autem Othoni Magno, regi Franciae, quae et Saxonia; baptiſmique expertes affinitatem cum Turcis g) et amicitiam contrahunt h).

§. 3.

e) Bandurius l. c. „ Hic Franciam, inquit, Porphyrogenitus pro hodierna Germania ſumit, vt ad cap ſeq. adnotabimus. Belochrobatos autem, nimirum *Albos Chrobatos* ex Beli Hruati apte deducit, cum *Beli* vel Bili, ſive, vt noſtrates, *Bieli*, Slaue *Albos* ſignificet „.

f) Conſtantini Porphyrogennetae nimirum aetate.

g) *Hungaris*, quos Turcos idem Conſtantinus vocat.

h) Id. c. 31. p. 97. *Chrobati, qui Dalmatiae partes nunc inhabitant, a Chrobatis baptiſmi expertibus, qui et albi appellantur, originem ducunt; qui ſane vltra Turciam prope Franciam incolunt, Sclauis contermini ſunt, non baptizatis Serbl.s. Chrobati autem dicuntur lingua Sclauorum, i. e. terram multam poſſidentes.* reliqua vid. infra.

Bandurius in Animaduerſionibus p. 91, 92. adnotat: „ Animaduertendum eſt, inquit Lucius, Prophyrogeniti Χρωβατοι Graece *Hrouati* exprimi, Latina autem verſione *Chrobati*, qui ſlaue *Hruati* indigitantur; et ſicuti Graeci aſperitatem vitantes ω tantum addentes *Hrouati* pronunciant, ita Latini, cum Χ non habeant, prout Graeci ~~et Slaui~~, loco ipſius *ch* ponentes, non recte aſpirationem Χ exprimunt, ideo vox diuerſificatur, et eo magis quod β Graecum in *b* Latinum vtplurimum vertitur, quod hic in *v* verti deberet, vt cum Slauorum *Hruati* propria prolatione conueniret. — Quod autem Chrobati dicantur lingua Slauorum *terram multam poſſidentes* dictio ſlaua *Hruati* nomen proprium nationis eſt, nihil aliud ſignificans. Ex iis vero quae ſupra cap. 30. refert *Caeteri vero Chrobati verſus Franciam commorabantur, hodie* Βελοχρωβατοι ἤγουν· ἄσπροι χρωβατοι, *Belochrobati ſiue Albi Chrobati;* Albos Chrobatos ex *Beli Hruati* apte deducit, cum *Beli* vel *Bili* Slaue *Albos* ſignificet: ita idem verbum *Beli*, *b* in *v* verſo, *Veli* magnos ſignificat: quod clarius ſe explicando Porphyrogenitus ſubdit c. 31. in fine: *Magna autem Chrobatia, quae etiam Alba cognominatur*, et c. 32. in principio: *Magna Chrobatia baptiſmi expers, et Alba quoque nuncupata.* Sic magnos Hruatos, vel magnam Hruatiam pro Sarmatia, quae ampliſſima prouincia eſt, ſumens, recte verbum *Veli* Slauum Graece appropriando, multas terras poſſidere Chrobatos Sarmatas ſcribit: ob id ſupra c. 30. ait: *Chrobati vero tunc habitabant vltra* Βαγιβαρειας, *vbi nunc ſunt Belochrobati* (vid. not. c.) et cum Porphyrogenitus Franciam pro hodierna Germania, et Turciam

a. C. 610—641.

§. 3.

At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quaedam ſeceſſit, et Illyricum atque Pannoniam [i]) occupauit: habebantque etiam ipſi principem ſupremum, qui ad Chrobatiae tantum principem amicitiae ergo legationem mittebat. §. 4.

pro Vngaria ſumat, Chrobatos a Sarmatia, nunc Polonia dicta, vel Bohemia veniſſe innuere videtur: cui opitulantur Scriptores rerum Bohemicarum et Polonicarum, a Cromero relati. Tamen probabilior videtur opinio eiusdem Cromeri, qui Serbos ex Sarmatia Aſiatica cum Bulgaris vicinis in Europam tranſiiſſe narrat, eo magis quod Slauorum, qui Bohemiam, Poloniam, Lithuaniam, Carinthiam, Stiriam et Carniolam habitant, dialectus diuerſa eſt ab iis, qui Slauoniam, Croatiam, Boſnam et Seruiam incolunt, quorum ſermo Bulgaris, caeterisque orientalibus Slauis ſimilior eſt et purior, praeſertim Boſnenſium. Sed cum de origine nationum non inquiratur, ideo in his, prout in incertis, non eſt immorandum, neque expendendum, an ante Mauricii tempora Slaui Illyricum vtrumque, partemue habitauerint? Cum Cromerus ex diuerſitate nominum a Slauis inductorum circa Mauricii tempora ex oriente eos aduenisse ſcribat: alii vero ex Iornande et aliis Slauos, aliis nominibus dictos, circa Iſtrum habitaſſe eredunt, et ſicuti Serbos in Sarmatia Aſiatica prope Volgam ponit Ptolemaeus, ex quibus Serbos vel Seruios Cromerus non improbabili coniectura cum vicinis Bulgaris, a Volga ita dictis, in Europam tranſiiſſe ſcribit: ita cum Crobizos Herodotus lib. 4. Scymnus lib. 7. Strabo lib. 5. et Ptolemaeus cap. 9. in Alyſia ponant, citra Iſtrum; qui, an iidem cum noſtris Chrobatis ſint, et a Bulgaris ſuis ſedibus pulſi, gradatim alios expellentes, ſimul cum Beſſis regiones Croatiae et Boſnae, quas hodie tenent, occupauerint, cum nullus hucusque dixerit, non affirmatur, neque, ſi aliquis aſſereret, negaretur: cum non videatur impoſſibile, Slauos aliis nominibus dictos, ab antiquo ſicut vltra Iſtrum, ita etiam citra habitaſſe; neque Iſtrum impermeabilem fuiſſe, vel tanta religione cuſtoditum, vt pro temporum varietate eaedem nationes citra et vltra habitare non potuerint. Sed ne in re incerta amplius vagetur, cum Croatos Dalmatiae partem occupaſſe nomen hodiernum comprobet, idque nullus ſcriptor praeter Porphyrogenitum referat, ipſi deferendum eſt, etiamſi multa aequiuocare potuerit circa eorum originem, quae ex auctorum inopia corrigi non poſſunt „.

i) την Παννονιαν. „ Ita, inquit Bandurius in Animaduerſionibus p. 89., emendamus. Perperam in Editis et in Mſſ. legitur τ. Παγανιαν. Hic autem, Porphyrogenitus, inquit Lucius, Illyricum a Pannonia ſeiungit, cum ſupra [vid. *Slauica* §. 3.] Dalmatiam vsque ad Danubium ex-

a. C. 610—641.

§. 4.

Per aliquot vero annos etiam Dalmatiam incolentes Chrobati Francis ſubiiciebantur, quemadmodum et antea, dum in ipſorum terra degerent. Tanta autem in eos crudelitate vtebantur Franci, lactentes adhuc eorum pueros occidentes canibus obiicerent. Quae res cum intolerabilis Chrobatis eſſet, facto diſſidio, principes, quos ex ipſis habebant, interemerunt, vnde magnus contra eos exercitus mouit e Francia, et poſt ſeptem annorum bellum aegre tandem ſuperiores facti Chrobati, omnes Francos, eorumque principem Cotzilin e medio ſuſtulerunt *k)*. Et exinde liberi ac ſui iuris

tendendo, Pannonias in Dalmatia incluſerit, vt dictum eſt. Ideo hic Illyricum pro Dalmatia; Pannonia vero pro Pannonia Sauia ſumenda eſt. cum reliquas Pannonias tunc et poſteris temporibus Auares poſſederint. — tuncque Croatos e Dalmatia recedentes eam partem Pannoniae occupaſſe, quae olim Sauia, ſiue Interamnia dicebatur, inter flumina ſcilicet Saua et Draua, nomenque regioni a generali nomine Slauorum particulare Slauoniae indidiſſe cenſendum eſt, quod hodie etiam ſeruant et communi lingua vtuntur„.

k) Bandurius in Animaduerſ. p. 89, 90. adnotat: „ Haec Prophyrogenitus, inquit Lucius, de Croatis iugum Francorum excutientibus et baptiſmum ſuſcipientibus, tempore eiusdem Heracli ſenioris, ſcripta reliquit; cum vero Francorum hiſtorici de Croatis mentionem non faciant, ſed quaedam tantum de Slauis ſcribant, tempore Heraclii geſta, ideo referenda ſunt. Dagobertum enim Francorum regem Auares et Slauos ſuae ditioni ſubegiſſe, regni eius anno 7. geſtorum eius ſcriptor tradit. Sed ſicuti Auares tunc Pannonias incoluiſſe conſtat; ita Slauos Francis in Germania a Septemtrione, in Illyrico vero ab oriente conterminos fuiſſe patet. De quibus autem Slauis haec intelligi debeant, an de Septemtrionalibus vel de Orientalibus, incompertum eſt. Similiter ea, quae idem auctor tradit, Longobardos ad ſolatium Dagoberti 9. eius anno hoſtiliter in Slauos perrexiſſe, et victoriam obtinuiſſe, ad quos Slauos referenda ſint, non conſtat: tamen de Orientalibus, qui Longobardis proximi, Foroiulienſique eorum ducatui contermini erant, intelligi debere videtur. qui nomine Carnutum ſiue Carantanorum nuncupati; nunc autem in Carnos, Stirios et Carinthios diſtincti ſunt. quos ſubditos fuiſſe Francorum imperio et in regno Boioariae comprehenſos Wolfgangus Lazius poſt alios tradit, quibus Croati addi poſſunt, quos ex Porphyrogenito tunc Francis ſubditos fuiſſe argui poteſt; ſed ipſorum iugum excuſſiſſe, et baptiſmum ſuſcepiſſe imperante eodem Heraclio, temporibus examinatis, euenire non

ris facti ſacrum baptiſma a Romano pontifice petierunt, miſſique epiſcopi ipſos baptizarunt, principatum tenente PORINO *l*).

§. 5.

Atque hi ipſi Chrobati ad Romanorum imperatorem Heraclium confugerant, antequam Serbli confugiſſent ad eundem imperatorem Heraclium; quo tempore Abares armis inde Romanos eiecerant; quos Roma adductos Diocletianus imperator illic habitare fecerat, vnde et Romani nuncupati ſunt, quod Roma venientes ſedes poſuiſſent in illis regionibus, nempe Chrobatia et Serblia, vti nunc vocantur. Pulſis vero Romanis illis ab Abaribus, tempore eius- 2.

potuit. At ſicuti Heraclium expeditionibus Aſiaticis impeditum in Illyrico aliquid egiſſe, nullus praeter Porphyrogenitum ſcribit—, ita ſi Heraclii Iun. [Iuſtinianum rhinotm. intelligit Bandurius, et quae de eius aduerſus Slauos ſuſceptis expeditionibus Zonaras et Cedrenus tradunt, huc pertinere autumat, loca ipſa vide in *Slauicis §. 87. ſeqq.*] tempore ſecutum poneretur Chrobatorum baptiſmum, rectius temporibus congruerent, quae idem Porphyrogenitus de Croatis Francorum iugum excutientibus baptiſmumque ſuſcipientibus refert loco citato: quae cum ſupra [in *Slauicis*] relatis ex Zonara et Cedreno conuenire poſſunt: Croatosque et Serblos primos ex Slauis fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe coniectari poteſt. Roma autem accerſitos ſacerdotes, qui Croatos baptizarunt, vt Porphyrogenitus ait, Latinus ritus ipſorum demonſtrat, et archiepiſcopum ex ipſis conſtitutum fuiſſe concordat Porphyrogenitus cum Archidiacono Spalatenſi, qui Ioannem, legatum ſummi pontificis, patria Rauennatem, primum electum Spalati archiepiſcopum tradit cap. II. qui olim Salonitanus, Dalmatiae totiusque Croatiae primas, ad hodiernum vsque diem nuncupatur,—tempus autem non tradit. Ideo ſi ad haec tempora archipiſcopi electio poneretur, ſuppleretur, quod Archidiacono ſimul et Prophyrogenito deeſt: ſed ſicuti Roma accerſitum archiepiſcopum, ita e Dalmatia epiſcopum et presbyteros, iam gnaros linguae Slauae, Croatis datos fuiſſe, par eſt credere; Croatosque baptizatos inde mitiores redditos, vt Porphyrogenitus ait. Ad haecque tempora connubia inter Slauos et Dalmatas iuncta dicendum eſt, vt Archidiaconus aſſerit de Spalato, quod ad reliquas quoque Dalmatarum ciuitates extendi debere, auctorum ſilentium ſuadet coniectari „.

l) Quae his ſubiungit Conſtantinus, infra §. 9. not. *s.* adfero.

2. CONSTANTINVS de adm. imp. c. 31. p. 97. Haec quidem iis, quae ſupra ad §. 2. not. *h.* ex eodem attuli, ſubiunguntur.

a. C. 610—641.

eiusdem Romanorum imperatoris Heraclii, deſolata eorum regio iacuit, quapropter iuſſu huius imperatoris iidem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, et in ipſorum terra, quam etiam hodie tenent, ſedes collocarunt [m]).

Erat autem Chrobatis illis tunc temporis princeps *Porgae* pater [n]), Heracliusque imperator Roma per legatum ſacerdotibus accerſitis, conſtitutoque ex ipſis archiepiſcopo, epiſcopo, presbyteris et diaconis, Chrobatos baptizauit. Et tunc quidem temporis Chrobatorum princeps erat PORGA.

Regio autem haec, quam incoluerunt Chrobati, ab initio ſub poteſtate erat Romanorum imperatoris, vnde etiam in hodiernum vsque diem palatia ac hippodromus Diocletiani imperatoris ſuperſunt in regione Chrobatorum, in vrbe Salona, quae eſt proxima vrbi Aſpalatho.

§. 6.

Hi autem Chrobati baptizati extra limites propriae terrae non libenter aliis bellum inferunt, idque quia oraculum quoddam ſiue ſtatutum acceperunt a Romano pontifice, qui ſub Heraclio Romanorum imperatore ſacerdotes miſit, eosque baptizauit. Chrobati ſiquidem poſt acceptum baptiſmum pepigerunt, et chirographis pro-
3. priis datis ſancto Petro apoſtolo iurauerunt, nunquam ſe alienam terram armis inuaſuros, ſed pacem habituros cum omnibus volentibus, et imprecationem viciſſim a Romano pontifice acceperunt, vt, ſi quando aliae gentes ipſorum Chrobatorum terram inuaderent, belloque infeſtarent, pro iis pugnaret, vindexque eorum eſſet Deus, victoriam conciliante Petro, Chriſti diſcipulo.

§. 7.

Multis vero annis elapſis, in diebus principis TERPEMERE [o]), qui pater fuit principis CRASEMERE [p]), e Francia, quae inter Chrobatiam et Venetiam media eſt, veniens vir quidam Martinus nomine, maxime quidem pius, ſed habitu ſeculari; quem iidem quoque Chrobati miracula feciſſe plurima dicunt. Hic porro vir pius, imbecillus admodum et pedibus mutilatus, ita vt a quatuor bajulis, quo-

m) Vide et ſupra §. 1.
n) An qui ſupra §. 4. *Porinus.*
3. Id. ibid. p. 98.
o) Τερπημερη.
p) Κρασημερη.

quocunque vellet, deferretur, illud ſanctiſſimi pontificis mandatum Chrobatis ad vltimum vitae finem ſeruandum eſſe, itidem ſanxit, eadem etiam illis, quae antea pontifex, imprecatus. Quapropter neque ſagenae ipſorum Chrobatorum, neque condurae [q]) vnquam ad aliquem bello infeſtandum abeunt, niſi ſi quis eos adoriatur. Sed huiusmodi nauigiis Chrobati, qui mercatus frequentant, ad emporia proficiſcuntur, oppidatim circumeuntes Paganiam et ſinum Dalmatiae Venetias vsque.

§. 8.

Chrobatiae autem princeps ab initio, id eſt, ab Heraclii imperatoris temporibus, Romano imperatori, non Bulgariae principi ſubditus erat. Neque Bulgarus cum Chrobatis bellum geſſit, praeter Michaelem Boroſen [r]), Bulgariae principem, qui ſumtis armis bellum ipſis intulit; ſed cum nihil efficeret, muneribus datis et acceptis pacem fecit. Neque Chrobati vnquam Bulgaris tributum dederunt; ſed alteri alteros ſaepe amicitiae ergo donis cohoneſtarunt.

§. 9.

Baptizatae vero Chrobatiae vrbes habitatae iſtae ſunt [s]): *Nona*, *Belo-*

q) Bandurius in Animadu. p. 96. „Κοντȣϱα, inquit, et Κονδȣϱα genus nauigii apud Croatos, quod Sagena minus eſt [coll. §. 9.]. Noſtratibus autem hoc nauigii genus etiamnum *Gundula* dicitur „.

r) De Seruiorum principibus in Chrobatiam tempore Michaelis huius et Simonis poſtea fugientibus cf. *Seruica* §. 7. 8. 12. 14.

s) Id. c. 30. p. 95. haec habet: *Diuiſa autem* [continuantur, quae §. 4. adtuli] *eſt eorum regio in Zupanias XI. quarum nomina Chlebiana, Tzentzena, Emota, Pleba, Peſenta, Parathalaſſia, Brebera, Nona, Tnena, Sidraga, Nina; ipſorumque Banus tenet Cribaſam, Litzam et Gutzecam. Et quidem praedicta Chrobatia cum reliquis Sciabiniis ita ſita eſt. — Zachlumorum principatus — montana* [regio] *quae ad Septentrionem, Chrobatis contermina eſt. — A Zentina autem fluuio Chrobatia incipit, extenditurque verſus mare ad Iſtriae vsque confinia, ſiue Albunum vrbem; verſus montana aliquatenus etiam ſupra Iſtriae thema excurrit, ac verſus Tzentina et Chlebena Serbliae regionem attingit. — Serblia — ad Septentrionem quidem Chrobatiae contermina eſt.* Bandurius in Animadu. p. 90, 91. „Ζȣπανια, inquit, Slaua vox *regionem* ſignificat; et a Zupa deducitur, quod populum vel regionem aliquam habitatam ſignificat. Hinc autem *Zupanus*, ſeu

a. C. 610—641.

Belogradnm [t]), *Belitzin* [v]), *Scordona* [x]), *Chlebena*, *Stolpum* [y]), *Tenen*, *Cori* [z]), *Claboca* [a]). Exhibetque equitum ſexaginta millia; peditum centum millia, et ſagenas octoginta, conduras centum: et ſagenae quidem quadraginta viros habent; condurae vero viginti, nempe quae maiores, nam minores decem viros tantum habent.

Atque haec quidem Chrobatiae potentia et copiae fuerunt [b]) vsque ad principatum Craſemere [c]); quo mortuo cum MIROSTHLAVA [d]), filius, poſtquam quadriennium genti praefuiſſet, a *Pribunia* *Bano*

Zupanus, dignitas apud Seruios, Hungaros, et vniuerſim apud Slauicam gentem, *Praefectus prouinciae vel alicuius territorii* aut ciuitatis„ —. Chlebiana hodie *Hliuno* nuncupatur. Tzentzena, hodie *Cetina*. Emota, nunc *Imota*. Pleba forſan *Plieua* in Boſna. Peſenta poſtea in Dioeceſi Tinninienſi, inquit Lucius. Parathalaſſia, *Maritima*; Slaue, *Primorye*. Brebera, hodie vulgo *Bribir*. Nona, Slaue *Nin*. Τνηνα, Latine *Tinninium*, Slaue *Knin*. Sidraga, poſtea in Dioeceſi Scardonenſi. Νινα Nina, niſi idem ſit ac Nona, et in duas Zupanias diuiſa, inquit Lucius de Regno Dalmatiae et Croatiae. Βοανος, *Banus* idem quod dux; Slaue *Ban*. Cribaſa Slaue *Karbaua*. Litza Slaue *Lika*. Γουτζηκα in MS. legitur Γουτζησκα. Poſtea in Doeceſi Signien. Caeterum in relatis Zupaniis, inquit Lucius, maritimae vtplurimum regiones numerantur, ideo vel duces ſiue Bani a Porphyrogenito nominati, maritimam tantum Croatiam poſſederunt, vel ipſe in rebus occidentalibus parum verſatus, multa omiſit„.

t) Βελογραδον *Belgradum* vel *Alba maris* ad differentiam tam Albae Vngaricae, quae Regalis, quam Seruiae, quae Graeca dicebatur. Nautis autem *Zara vecchia* appellatur.

v) Bandurius: „ forſan *Belina* in Bucouiza „.

x) Band. „ Slaue *Scradin* „.

y) Band. „ Forſan *Stulba* prope Biſtrizam flumen Hliuni, inquit Lucius „.

z) Band. „ Lat. Corinium, Slaue *Karin* „.

a) Band. „ forſan *Klapaz* prope fontes Vnae. Caeterum multa nomina ciuitatum, inquit Lucius, cum ipſis Zupaniarum nominibus conueniunt, cum in ipſis poſitae, earumque caput exſiſtentes, commune quoque cum ipſis nomen habuerint. — In hac regionum et ciuitatum diſtributione Porphyrogenitus comprehendit occidentalem Dalmatiam maritimam, a Croatis tunc poſſeſſam, praeter oppida maritima, quae Romani vel Dalmatae tenebant.

b) Band. „ Hic videtur [Conſtantinus] vires integras totius regni Croatorum deſcribere; quippe pars illa ſola occidentalis Dalmatiae neque tot equites ac pedites habere potuit, neque ſola loca littoralia continentis ſine inſulis tot ſagenas ac conduras habuiſſe probabile eſt.

a. C. 610—641.

Bano e) interfectus eſſet, plurimis obortis diſſidiis ac factionibus, equitum peditumque numerus valde imminutus eſt, item ſagenarum ac condurarum. Et ſagenas quidem nunc triginta habet, conduras magnas paruasque, et equitatum peditatumque f).

§. 10.

Magna autem Chrobatia, quae etiam Alba cognominatur, in hodiernum vsque diem ſine baptiſmo eſt, quemadmodum et finitimi Serbli: equitem peditemque non habet tam numeroſum, quam baptizata Chrobatia; quippe frequentibus incurſionibus infeſtata Francorum, Turcorum, Patzinacitarum: neque ſagenas, neque conduras item; aut nauigia ad mercaturam habet, vtpote a mari remota; a quo quidem triginta dierum itinere diſtat. Mare autem, a quo totidem dierum itinere diſtat, illud eſt, quod Nigrum appellatur. Chrobati ad montes Turcis adiacent. 4.

c) Κρασημερη. Bandurius in Animadu. „ Hic *Creſimir* appellatur, et *Maioris* cognomine donatus in Creſimiri regis abnepotis litteris, quae editae habentur apud Lucium p. 76.

d) Μιροϑλαβȣ. Band. „ Hic ab aliis *Dircislauus* appellatur; et eundem primum titulum regium ab imperatore CPltano conſecutum argui poteſt ex eo, quod ſcribit Archidiaconus Spalatenſis cap. XIII. *Martinus archiepiſcopus fuit anno Domini nongenteſimo ſeptuageſimo, tempore Theodoſii imperatoris et Dirciſlaui regis: iſte Martinus fuit Spalatenſis natione; hic fecit eccleſiae vnum calicem magnum cum ſua patina de auro puriſſimo. Ab iſto Dirciſlauo caeteri ſucceſſores eius, reges Dalmatiae et Croatiae appellati ſunt: recipiebant enim regiae dignitatis inſignia ab imperatoribus CPlitanis, et dicebantur eorum eparchi ſiue patricii; habebant namque ex ſucceſſione ſuae originis patrum et proauorum dominium regni Dalmatiae et Croatiae.* Sed fallitur hic Archidiaconus, dum Theodoſium a. C. 970. imperaſſe ſcribit, quippe ille annus fuit primus imperii Ioannis Tzimiſcae „.

e) τȣ Πριβουνȣ Βοεανȣ. Band. „ Sic in Editis, in Mſ. vero legitur τȣ Πριβȣνια Βοεανȣ. Hic Pribunia vel Pribunius idem fortaſſis eſt, qui in veteribus priuilegiis Pribinna Guſſichius appellatur. Vide Lucium p. 77. et ſeqq. „.

f) Κονδȣρας μεγαλȣς και μικρȣς, και Καβαλαρικον και πεζικον. „ Sic, inquit Bandurius, in omnibus Mſſ. at puto hic deeſſe numerum condurarum, et equitatus peditatusque, vt optime et Meurſius monuerat „.

4. CONSTANT. de adm. c. 13. p. 62.

CAPVT

CAPVT II.

Res Chrouatorum
ab a. C. 867. vsque ad 1166. geſtae.

§. 11.

a. C. 641—867.

5. POST Heraclii obitum cum imperium Romanum ob imperatorum, inprimis Michaelis Balbi, ignauiam atque ſocordiam tantum non exſpiraſſet; Chrobati, excuſſo Romanorum iugo, ſe in libertatem vindicarunt. At ſimul ac rerum potitus eſt Baſilius Macedo, ſponte ſub Romanum redierunt imperium, et qui ex ipſis nondum Chriſto nomen dederant, miſſis a Baſilio ſacerdotibus, baptizati ſunt [a].'

§. 12.

6. EX quo vero dicti iam Sclabi [Chrobati, Seruii &c.] inhabitarunt, finitima Dalmatiae omnia occuparunt; vrbesque Romanorum inſulas colebant, ex iisque viuebant: at cum quotidie a Paganis captiui abducerentur, et exterminarentur, inſulas deſeruerunt, continentem colere volentes; verum a Chrobatis prohibebantur, cum nondum illis tributa penderent: nam ea, quae hodie Sclabis pendunt, tunc praetori exhibebant. Sed cum vitam tolerare non poſſent, ad Baſilium illum praeclarum imperatorem acceſſerunt, eumque res a nobis commemoratas edocuerunt: is itaque imperator auctor fuit, vt ea omnia, quae praetori ſoluebant, Sclabis darent pacis cauſa, et praetori exiguum aliquid penderent, ad oſtendendam duntaxat Romanis imperatoribus, et ipſorum praetori debitam ſubiectionem ac ſeruitutem. Atque ex illo tempore omnes iſtae vrbes

5. CONSTANTINVS de adm. imp. c. 29. p. 87, 88. Id. in Vita Baſilii p. 178. Conſtantini Continuator p. 92. Cedren. T. II. p. 576.

a) Excerpta ſunt, locum integrum et varietatem narrationis vide in *Slauicis §. 114. ſeqq.*

6. CONSTANT. de adm. imp. c. 30. p. 96.

a. C. 641—867.

bes Sclaborum tributariae pacta ipſis ſoluunt: Aſpalathus quidem vrbs nomiſinata centum; Diadora centum et decem; Opſara centum; Arbe centum; Becla centum: ita vt vniuerſim eſſent nomiſinata ſeptingenta et decem, excepto vino et caeteris ſpeciebus diuerſis, quas praeter praedictam ſummam exhibebant.

§. 13.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* ROMANO *Lacapeno.*

Impp. CONSTANTINO *Porph.* ROMANO *Lacap.*

a. C. 931.

PORRO circa illud etiam tempus [quo Seruiam deſolarunt] Chrobatiam cum *Alogobotur* armata manu ingreſſi Bulgari, omnes a Chrobatis interfecti ſunt. 7.

§. 14.

VICINAE—gentes, Turci, Serbi, Chrobatae, atque alii, audita Simeonis [Bulgarorum regis] morte, Bulgaros bello petere ſtatuebant. 8.

Sub Romano Iuniore, Nicephoro Phoca et Ioanne Tzimiſce nulla fit Chrouatorum mentio.

§. 15.

Imp. BASILIO *Porphyrogenneta.*

Imp. BASILIO *Porph.*

a. C. 1019.

α) SVBACTA Bulgaria, imperatori [Baſilio] ſe dedidit etiam contermina Chorbatorum gens, et eius principes, fratres duo, quibus 9.

α) ZONARAS: *Bulgaria domita, etiam Crauatarum genus* (τα των Κραβατων ἐθνη) *et Sirmium Romano imperio ſe ſubmiſerunt.*

7. Id. ibid. c. 32. p. 102. Cedren. T. II. p. 625. Zonar. T. II. p. 189. Incert. Continuator p. 255. cf. *Bulgarica §. 113.*

8. CEDRENVS T. II. p. 625. Zonar. T. II. p. 189. Incert. Cont. p. 255. Sym. Logoth. p. 486. Georg. Monach. p. 582. cf. *Bulgarica §. 126.*

De *Morabis* poſt cladem ab Hungaris acceptam ad Chrouatos, Bulgaros etc. profugis quae refert Conſtantinus de adm. imp. c. 41. p. 111. vide *Bulgarica §. 115.*

9. CEDRENVS T. II. p. 717. Zonar. T. II. p. 227.

Imp. BASILIO *Porph.*

a. C. 1019.

bus imperator honores ac opes amplas tribuit. Solus adhuc imperium detrectabat SERMO, Sirmii dominus b), *Neſtongi* frater. Ad hunc Conſtantinus Diogenes, finitimae prouinciae praefectus, legatum mittit, interpoſito iureiurando affirmans, cupere ſe ipſum conuenire, ac de rebus neceſſariis colloqui. quod ſi ipſe inſidias vereretur ſubeſſe, tribus tantum famulis ſtipatum ſe ad ripam profluentis ibi amnis acceſſurum. idem ipſe quoque faceret. Obtemperat Sermo, atque hoc modo cum Diogene congreditur. Ibi cum iam collocuturi eſſent, Diogenes pugionem, quem in ſinu abditum geſtabat, ſubito in latus Sermonis adigit, eumque interficit: famuli fuga elabuntur. Diogenes vicinis exercitibus contractis, valida cum manu ad Sirmium proficiſcitur: viduaeque exterritae magnis inſuper pollicitationibus perſuadet, vt ſe Sirmiumque imperatori traderet. Ea Byzantium miſſa, ibi primario cuidam ciuium matrimonio copulata eſt: Diogenes recens captae ditioni praefectus.

Sub Romano III. et reliquis imperatoribus vsque ad Romanum Diogenem nulla fit Chrouatorum mentio.

§. 16.

Imp. MICHAELE *Duca.*

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 107⅔.

10. TERTIO anno imperii illius [Michaelis Ducae] *gens Crouatorum, quos nonnulli Seruios vocant*, Bulgariam occupare aggreſſa eſt, ac quaedam loca cepit, ſed multis proeliis factis, multis vtrimque caeſis, tum iis excidit, quae tenuerat, tum deuicta et Romana ditione pulſa in ſuas redire ſedes coacta eſt.

§. 17.

b) *ὁ τȣ Σιρμιȣ κρατων, ἀδελφος τȣ Νεστογγȣ Σερμων.* Hic alterius Chrouatorum partis, qui Pannoniam Sauiam tenebant (vid. ſupra §. 3.) princeps fuiſſe videtur. Du Cange in Notis ad Zonaram p. 108, 109. „—At quod Diogeni ille (Scylitzes) Lupus Protoſpatha Bugiano ſeu *Βοοιȣανῃ* tribuit ſub a. MXXIV. *Et transfretauit Bugianus in Curbatia, et comprehendit ipſam Principiſſam, vxorem Coſmici al. Ciſigni.* „

10. ZONARAS T. II. p. 288. Cedren. T. II. p. 850. ſeqq. Glyc. p. 330. cf. *Bulgarica §. 195. ſeqq.* vbi haec fuſius multo vna cum narrationis varietate adſero.

Imp. MI-CHAELE *Duca.* II.

§. 17.

a. C. 1073—1078.

POSTQVAM—Caeſar [Ioannes Ducas, frater imperatoris Conſtantini Ducae] inclytam vitam in monaſticam profeſſionem mutauit, imperator Michael curis innumerabilibus conflictabatur; Scythis c) quidem Thraciam et Macedoniam incurſantibus, Slauorum d) vero gente iugum Romanae dominationis excutiente et Bulgariam rapinis atque incendiis agente ferenteque. Scupi quoque et Naiſus vaſtabantur, quin ipſum etiam Syrmium, et quae circa Sagiam e) amnem ſita ſunt oppida, 'quaeque ad Iſtrum iacent ciuitates grauiter laborabant. Inde rurſus Chorobati et Dioclenſes rebellantes vniuerſum Illyricum infeſtabant f).—

Cum igitur aduenifſet Bryennius,—ducem ipſum declarauit [Michael] vniuerſae Bulgarorum regionis, 'vt praeualentem illic Sthlabinorum gentem comprimeret g). In quo non ſane ſpes fefellit. Illuc enim profectus, breui tempore animos audacium Sthlabinorum belli ſucceſſibus deiecit, vt iugo Romanae potentiae rurſus colla ſubmitterent, et facile paterentur tali Bulgariae duci obſequi ac ſeruire ſeſe.

§. 18.

Quoniam vero Chorobati et Dioclenſes Illyricum incurſabant,—putauit e re fore Michael Auguſtus, ſi Bryennium e Bulgaria Dyrrachium transferret, quae vrbs eſt metropolis Illyrici. Statim ergo ad eum litterae mittuntur, non iubentes magis, quam rogantes, vt in Illyricum tranſiret. Iuit igitur, et cuncti eum libenter indigenae ſuſceperunt, erat enim homo gratioſiſſimus et liberaliſſimus. Sumto autem ibi aliquo non magno temporis ſpatio ad expeditionem comparandam, duxit exercitum contra Dioclenſes et Chorobatos.

Cum autem illi in praeruptis et acceſſu difficilibus caſtra muniſſent locis, hanc expediendi pugnandique itineris rationem iniuit. Arma-

II. NICEPHOR. BRYENNIVS p. 68-70.

c) Patzinacae intelligi videntur, quorum his temporibus frequens occurrit apud Scriptores Byzantinos mentio.

d) Σθλαβινων.

e) Σαγιαν. *Sauum* procul dubio intelligit.

f) Καὶ αἱ παρίστριοι πολεις [αἱ μεχρι Βυδινης, omiſit interpres] κακως διεθεντο. ἐκειθεν δ' αὐθις Χωροβατοι και Διοκλεις ἀποσαντες, ἁπαν το Ιλλυρικον κακως διετιθουν.

g) ὡστε δὲ αὐτου και το Σθλαβινων ἐθνος κατακυριευσαν ἀνασαληναι.

Imp. MI-
CHAELE
Duca.

a. C. 1073—1078.

Armatos prius milites per anguſtias traiecit. Metuente vero [exercitu] ex ipſa experientia praeſentis difficultatis laborem, qui redeuntibus per tam impeditas ſemitas exantlandus ſupereſſet, iuſſit dux indigenas magno numero armatos aſciis pone agmen ſequi, et per quemcunque ſaltum anguſtum aegre milites perruperant, aperire virgultis excidendis, complanandis ac dilatandis viis. Quod videntes milites, ſecuro animo in hoſtes ibant. Cum ſic ad locum proceſſiſſet, vbi caſtra erant hoſtilia, direxit aciem, acrique proelio commiſſo, Illyricos [h] praeclare vicit. Moxque ciuitatibus eius tractus cunctis ſub Romani, vt prius, foederis conditionem redactis, obſidibus acceptis, et idoneis cuique loco praeſidiis impoſitis, Dyrrachium reuertit.

Sub Nicephoro Botaniate, Alexio I. Ioanne II.
Comnenis nulla fit Chrouatorum mentio.

§. 19.

Imp. EMANVELE
NVELE I.
Comn.

Imp. EMANVELE I. *Comneno.*

a. C. 1166.

12. [12] IMPERATOR Emanuel Comnenus cum Seruiorum principem Stephanum Neemanem, finitima quaeque inuadere, Crabatiam et Cattarorum dominatum ſibi vindicare audiuiſſet, Theodorum Padiatem cum copiis contra illum ablegauit.

§. 20.

13. [13] [TRYBALI] appulerunt in hanc regionem, ſiue (variant enim auctores) diuiſi ab Illyriis: ſiue, vt quorumdam ſententia eſt, ab ea regione, quae vltra Iſtrum in extrema Europa eſt, [i] et a *Croacia Pruſiisque Septemtrionale mare accolentibus* [i].

§. 21.

14. [14] HAVD me fugit, Trybalos, Myſios, Illyrios, Croatios [k] Polanios et Sarmatas eadem inter ſeſe lingua vti. Si igitur hinc coniecturam facere licet, exiſtimo omnes iſtos vnum hominum eſſe genus, nec diuerſum.

h) In Graeco non legitur. *Dioclenſes* et *Chrobatos* ſupplere poterat interpres.

12. NICETAS CHONIATES p. 103. Locum integrum vide in *Seruicis* §. 62, 63.

13. CHALCOCONDYLAS p. 17. cf. *Seruica* §. 266.

i) ἀπο τε Κρωατιας και Πρεσιων των ἐς τον ἀρκτωον ὠκεανον.

14. Id. l. c. cf. *Seruica* l. c. Formam litterarum ad Chrouatorum principes ab imperatoribus CPlitanis datarum exhibet Conſtantinus de Cerim. Aul. Byz. L. II. c. 48. p. 399. vid. *Seruica* §. 17.

k) Κροατιες.

ZACHLV-

ZACHLVMICA
TERBVNICA
PAGANICA
DIOCLEICA
MORAVICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

ZACHLVMICA

EX

CONSTANTINO PORPHYROGENNETA, INCERTO EIVS CONTINVATORE ET CEDRENO.

ab a. C. 610—917.

§. 1. Termini Zachlumorum principatus; veteres incolae.	*§. 4. Raguſa Zachlumis tributaria.*
§. 2. Zachlumorum genus, nomen.	*§. 5. Zachlumi a Romanis deficiunt; ſe rurſus ſubmittunt.*
§. 3. Buſebutze et Michael principes Zachlumorum; vrbes.	*§. 6. Michael Zachlumorum princeps Simeonem Bulgarum aduerſus Seruios concitat.*

§. 1.

a. C. 610—641. [a]

A Rauſio Zachlumorum principatus initium habet [b], et protenditur ad Orontium flumen vsque; oraque maritima Paganis, montana, quae ad Septemtrionem, Chrobatis, quae in fronte, Serbliae contermina eſt [c] —. 1.

Zachlumorum terrae Romani primum dominabantur; illi nimirum Romani, quos Diocletianus imperator Roma eo veluti in coloniam deduxit: quemadmodum et in Chrobatorum hiſtoria de iis dictum eſt [d]. Romanorum igitur imperatori prius parebat Zachlu- 2.

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 30. p. 96.

a) Sunt anni imperii Heraclii.

b) *ἀπο δε του Ραουσιου* [Raguſa] *ἀρχεται ἡ ἀρχοντια των Ζαχλουμων.*

c) Quae ſequuntur vide in *Paganicis* §. 5.

2. Id. ibid. c. 33. p. 103. Caput hoc inſcribitur: *Περι των Ζαχλουμων, και ἧς νυν οικουσι χωρας.*

d) Vid. *Chrouatica* §. 5.

a. C. 610—641.

morum regio, ſed ab Abaribus poſtea ſubiugata, et in vinculis abductis ipſius incolis, tota haec regio deſerta fuit e).

§. 2.

Qui vero nunc illic habitant Zachlumi, Serbli ſunt, ab illo principe, qui ad Heraclium, Romanorum imperatorem, confugit: et Zachlumi dicti ſunt a monte *Chlumo* nuncupato f): et alias Sclauorum dialecto *Zachlumi* dicuntur ii, *qui poſt collem habitant* g); quandoquidem magnus inibi collis eſt, in cuius vertice vrbes duae ſunt; *Bona* et *Chlum*; retro autem hunc collem flumen *Bona* nuncupatum deuehitur, quod Graecis *καλον* ſignificat.

§. 3.

VENIT autem poſteritas proconſulis et patricii *Michaelis* h) *Buſebutze* i) Zachlumorum principis filii, a non baptizatis accolis fluminis *Biſlas*, quod et *Ditzice* cognominatur k), habitauitque ad flumen *Zachluma* nuncupatum: ſuntque in Zachlumorum territorio vrbes habitatae *Stagnum* l), *Mocriſcic*, *Ioſle*, *Galumaënic* et *Dobriſcic* m).

§. 4.

3. RAGVSIVM vrbs n) medium iacet inter has duas regiones, nimirum inter Zachlumorum regionem Terbuniamque, et habent Ragu-

e) Vid. *Slauica* §. 1. ſeqq.

f) Ζαχλȣμοι δε ὠνομασθησαν ἀπο ὀρȣς ὀυτω καλȣμενȣ χλȣμȣ.

g) Ζαχλȣμοι, ἠγȣν ὀπισω τȣ βȣνȣ. „Atqui [inquit Bandurius in Animaduerſ. in Conſtant. Libr. de A. I. p. 10.] ſi ita eſt, *Sachlumi* appellandi ſunt potius, quam *Zachlumi*, neque ita Slauorum dialecto vocandi ſunt omnes, qui poſt collem habitant; quippe *ſa* Slaue *poſt* ſignificat, Chlumus vero nomen proprium montis [forte h. l. alias enim *Cholm'* in genere *collis* ſignificat] eſt„.

h) An illius, cuius infra §. 6. incidit mentio.

i) τȣ Βȣσεβȣτζη.

k) εἰς τον ποταμον Βισλας, τον ἐπονομαζομενον Διτζικη.

l) Bandurius: „vrbs epiſcopalis ſub ditione Reip. Raguſinae„.

m) το Μοκρισκικ, το Ιοσλη, το Γαλȣμαηνικ, το Δοβρισκικ.

3. Id. i id. c. 30. p. 90, 97.

n) το δε καστρον το Ραȣσιον. Bandurius in Animadu. p. 91. „At, inquit, non longe poſt Porphyrogeniti tempora Raguſina reſp. a Seruiae prin-

a. C. 610—641.

Raguſini ciues in vtraque hac regione etiam vineas ſuas, pendunt-que Zachlumorum quidem principi nomiſmata triginta ſex; Terbu-niae vero principi totidem.

§. 5.

a. C. 641—867.

POST obitum Heraclii Zachlumi cum reliquis Sclauorum po-pulis ditioni Romanae ſe ſubtraxerunt, ſuisque, non alienis, legibus vſi ſunt. Imperante vero Baſilio Macedone, ſub Romanum redie-runt imperium. Eodemque imperatore Romanis contra Saracenos in Italia militarunt *p*. 4.

§. 6.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 917.

POST imperium — domini Leonis, Dyrrachii tunc praefectus, protoſpatharius Leo Rhabduchus — in Paganiam — venit, ſermonem conſiliumque inſtituturus cum — Petro [Serbliae] principe de aliquo negotio. Inuidia autem ob hanc rem motus MICHAEL, Zachlumorum princeps, Symeoni Bulgarorum principi ſignificat, Romanum im-peratorem Petrum principem muneribus colere, quo, Turcorum copiis adiutus, Bulgariam inuadat. — Furens itaque — Symeon con-tra Seruiae principem Petrum mittit cum exercitu Theodorum Si-gritzen. — 5.

cipibus terras et inſulas obtinens, territorium terra marique dilatauit, vt ſcribit Iac. Luccari in Annalibus Raguſinis „.

4. Id. ibid. c. 29. p. 87—89. Id. in Vita Baſilii [Scriptt. poſt Theo-phanem p. 178, 179.]. Conſtantini Continuator ibid. p. 52. Cedren. T. II. p. 576, 577, 584. hic eos *Za-chlubos* vocat.

p) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Slauicis* §. *116*, *117*.

5. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 32. p. 101. cf. *Seruica* §. *9*.

Inſcriptionem, qua in litteris ad Zachlumorum principes vſi ſunt impp. CPlitani, vide in *Seruicis* §. *17*.

TERBVNICA ET CANALICA

EX

CONSTANTINO PORPH., INCERTO EIVS CONTINVATORE ET CEDRENO.

§. 1. Terbuniatarum et Canalitarum genus; principatus origo.
§. 2. Terbuniae et Canalis nomen; vrbes.
§. 3. Terbuniae termini; Raguſa Terbuniae principi tributaria.
§. 4. Terbun. et Canalitarum defectio.

§. 1.

a. C. 610—641.

1. TERBVNIATARVM Canalitarumque eadem regio eſt; incolae vero a non baptizatis Serblis deſcendunt, qui illic habitarunt a) ab eo vsque principe, qui a Serblia non baptizata ad Heraclium imperatorem confugit, vsque ad Blaſtemerum, Serblorum principem, qui filiae ſuae maritum dedit '*Crainan, Belaë* Terbuniae Zupani filium b), eumque honoris ergo principem appellauit, et, vt ſui iuris eſſet, effecit: atque ex illo *Phalimeres* c) natus eſt, ex quo *Tzutzemeres* d).

§. 2.

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 34. p. 103, 104.

a) Conſtantinus c. 32. p. 99. haec habet: *Cumque ea, quae nunc Seruia dicitur et Pagania, quaeque Zachlumorum terra vocatur, item Terbunia et Canalitarum regio, quae imperatoris Romanorum ditionis erant, propter Abarum excurſiones deſertae eſſent, expulſis inde Romanis—regiones illas Seruiis habitandas imperator dedit.*

b) Κραϊναν, τον υἱον Βελαη τȣ Ζȣπανȣ Τερβȣνιας. Bandurius in Animaduerſ. p. 110. „Hodie, inquit, Terbuniae principatus Turcis paret; epiſcopus vero Terbuniae vnus e ſuffraganeis archiepiſcopatus Raguſini, eligitur a ſenatu Raguſino; fortaſſis quod Mercanenſis epiſcopatus cum Terbunienſi iunctus eſſet, et Mercana ſit ſub ditione reip. Raguſinae„—.

c) Φαλιμερης.

d) Τζȣτζημερης.

a. C. 610—641.

§. 2.

Terbuniae vero principes ſemper Seruiae principi parébant; et regio ipſa lingua Sclauorum *locum munitum* ſignificat: quandoquidem multae in ea munitiones ſunt. Eſtque ſub ea alia adhuc regio, quae Canale nuncupatur; Canale vero *viam plauſtri* Sclauorum idiomate ſignificat e): nam propter loci planitiem ſeruitutes omnes plauſtris praeſtant. Habet autem tam Terbunia, quam Canale, oppida, quae habitantur, haec: *Terbuniam*, *Hormum*, *Rhiſena*, *Lucabete*, *et Zetlebe* f).

§. 3.

A Decateris vero incipit Terbuniae principatus, porrigitque ſe Rauſium vsque, at verſus montana Serbliae adiacet g).— Caeterum Rauſium vrbs medium iacet inter has duas regiones, nimirum inter Zachlumorum regionem Terbuniamque, et vtrique principi tributum pendit h). 2. 3.

§. 4.

e) Bandurius in Animaduerſſ. p. 110. „Canale, inquit, ſeu Canalis ſub dominio Reip. Raguſinae: olim ager Epidaurius; neque Canale ſeu Canalis regio illa dicta eſt, vt putat hic Porphyrogenitus, quod Canale Serblorum idiomate viam plauſtri ſignificet.— Sed regio illa ab aquaeductu lingua Epidauria Canalis appellatur, vt ſcribit Ludouicus Tubero noſter, Abbas Melitenſis lib. v. Comment. de temporibus ſuis: *Iisdem fere temporibus*, inquit ille, *ager Epidaurius addita Vitalia, et tota regione, quae ab aquaeductu lingua Epidauria Canalis appellatur, poſt ſexingentos circiter annos ab excidio Epidauri, pretio quibusdam accolis regulis Boſſinatibus ſoluto recuperatus eſt, viritimque inter ciues magna veterum poſſeſſorum inuidia atque contentione diuiſus. Quod autem Canalenſis ager territorii Epidauri fuerit, argumento eſt opus mirabili ſtructura effectum, quo a vigeſimo prope milliario aqua in vrbem perducta eſt, partim ſubterraneo riuo, partim ſubſtructionibus, partim opere arcuato. Cuius quidem operis, a Slouinis procul dubio euerſi, adhuc extant veſtigia, atque quibusdam in locis inſcriptiones Latinis literis nomina curatorum indicantes.*

f) εισι καςρα οικεμενα, η Τερβενια, το Ορμος, τα Ρισενα, το Λεκαβετε, το Ζέλληβη.

2. Id. ibid. c. 30. p. 95.

g) Sequuntur hic, quae ſupra in *Zachlumicis* §. 1. adtuli.

3. Id. ibid. p. 96, 97.

h) *Zachlumica* §. 4.

§. 4.

a. C. 641—867.

4. Ab imperio Heraclii Terbuniatae et Canalitae ditioni Romanorum ſe ſubtraxerunt; et imperante demum Baſilio Macedone ſponte ſub eorum redierunt imperium *i*).

4. Id. ibid. c. 29. p. 87—89. Id. in vita Baſilii Macedonis p. 178, 179. Conſtantini Continuator p. 52. Cedren. T. II. p. 576, 577. 584.

i) Excerpta ſunt, locum integrum in *Slauicis* adtuli.

De inſcriptione, qua in litteris ad Terbuniae principes datis imperatores CP. vſi ſint, vide *Seru.* §. 19.

PAGA-

PAGANICA SEV ARENTANICA

EX

CONSTANTINO PORPH., INCERTO EIVS CONTINVATORE ET CEDRENO.

§. 1. *Veteres Paganiae incolae; Paganorum genus.*

§. 2. *Paganorum nomen, vrbes, inſulae.*

§. 3. *Pagani inſulas, a Romanis poſſeſſas populantur.*

§. 4. *Pagani a Romanis deficiunt; ſub imperium Rom. redeunt, baptizantur.*

§. 5. *Paganorum Zupaniae, vrbes, inſulae.*

§. 6. *Pagania Seruiorum principi ſubiecta.*

§. 7. *Chrouatorum mercatores Paganiam nauibus adeunt.*

§. 1.

a. C. 610—641.

REGIO etiam illa, quam nunc Pagani incolunt [a]), primitus a 1.
Romanis tenebatur, quibus Roma deductis imperator Diocletianus in Dalmatia ſedes aſſignauit [b]). Et oriundi ſunt etiam ipſi Pagani a Serbliis non baptizatis, ab eo ſcilicet principe, qui ad Heraclium imperatorem confugit. Capta vero itidem ab Abaribus et vaſtata haec regio ſub Heraclio imperatore rurſum incolis frequentari coepit.

§. 2.

Pagani autem dicuntur, quod baptiſmum non accepiſſent eo tempore, quo Serbli omnes baptizati erant [c]). Etenim Pagani Sclanorum

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 36. p. 104, 105. inſcribitur hoc caput: περι των Παγανων, των και Αρεντανων καλȣμενων, και ἧς νυν οἰκȣσι χωρας.

a) Cf. infra §. 2. 5.

b) Vid. et *Terbunica* §. 1. not. a.

c) Bandurius in Animaduerſionibus p. 112. „Chrobati, inquit, ac Serbli, vti ſupra ad c. XXX. adnotauimus [vid. *Chrouatica* §. 4. not. k.] fidem Chriſti ſuſceperunt Heraclio iuniore imperante; Pagani vero

a. C. 610—641.

uorum lingua *baptiſmi expertes* dicuntur [d]; Romanorum vero dialecto regio eorum *Arenta* nuncupatur [e]; vnde ipſi a Romanis *Arentani* appellantur.

Habet Pagania vrbes habitatas *Mocrum* [f], *Berullia*, *Oſtroc* [g], et

ſue Arentani baptizati fuere ſub Baſilio Macedone, vt idem Porphyrogenitus ſcribit ſupra cap. XXIX [hunc locum infra §. 4. adfero] quemadmodum etiam plures alii e Slauis, qui Dalmatiam incolebant, vt ipſe tradit eodem loco et in Vita Baſilii num. LIV. ex editione Regia [hunc locum ad *Slauic.* §. 118. adtuli]. Quod quidem congruit cum Platina, qui Adriani II. Pontificis et Suetopoli principis Dalmatiae Sclauos Chriſti fidem ſuſcepiſſe ait in Vita Ioannis XIII quem pro XIV. ponit. Haec autem Platinam ex Blondo, Blondum vero ex Chronico MS. Andreae Danduli exſcripſiſſe ait; vbi ſic legitur; *Huius autem B. Cyrilli praedicatione Suetopolis Rex Dalmatiae, qui ab Odrillo, germano Totilae regis Gothorum, originem duxerat, cum toto ſuo populo fidem Catholicam ſuſcepit.* Verum Dandulus haec ſub Michaele contigiſſe ſcribit. Platina vero ſub Baſilio Macedone„.

d) Haec loco infra §. 4. allato repetit Conſtantinus. Ibi Bandurius in Animaduerſſ. p. 68. „At, inquit, fallitur cum hic, tum ibi [Conſtantinus] dum ait, Paganos Slauorum lingua *non baptizatos* intelligi; quippe *Paganus* Latinis ſcriptoribus Chriſtianis dicitur *Gentilis* ſeu *Idololatra*. Vide Gloſſ. med. et inf. Latinitatis Du Cangii, vbi quamplurima loca praedictorum Scriptorum in medium proferuntur: unde facile quispiam intelligere poterit, vocem hanc Latinam et non Slauam eſſe, maxime cum hac voce noſtrates non vtantur ad denotandos non baptizatos, neque quidquam apud ipſos ſignificet. Verum locus hic Porphyrogeniti ambigendi occaſionem Ducangio praebuit in Notis ad Alexiadem (vbi ait Anna Scythas Latinorum more, ſeu recepto apud Latinos idiomate et vocabulo *Paganos* appellabat). Pagani vox, inquit, Slauorumne propria fuerit, an Latinorum, an vero eam Latini a Slauis hauſerint, iure controuerti poteſt, cum longe ante Slauorum auditum nomen vſurpent ſcriptores Chriſtiani, etſi in confeſſo ſit, ante Conſtantinum M. et Conſtantium vix vſurpatum hac notione pro Gentilibus et Idololatris, vt pridem obſeruatum a Baronio in Notis ad Martyrologium. Verum ſi Ducangius Sclauam linguam calluiſſet, et loca Scriptorum illa, quae in laudato Gloſſario exhibet, ſedulo conſideraſſet, procul dubio dixiſſet, Porphyrogenitum hac in re erraſſe„.

e) Bandurius p. 120. „Hodie, inquit, regio illa *Narenta* et populi illius *Narentani* dicuntur„. Cedrenus loco infra ad §. 4. citato *Rentanos* vocat.

f) Band. l. c. „Slaue *Mocro* nuncupatur„.

g) Oςρωκ. Band. „Slaue *Oſtrog* appellatur„.

a. C. 610—641.

et *Labinetza*: poſſident item Arentani inſulas magnas, vnam, quae *Carcra*, ſiue *Cicer* h) dicitur, in qua habetur et vrbs; alteram, quae *Meleta*, ſiue *Malozeatae* i), cuius in Actis Apoſtolorum S. Lucas meminit, Melitem eam appellans —; tertiam inſulam magnam, quae *Phara* k) dicitur; quartam, quae *Bratzes* l). Sed et aliae praeterea inſulae ſunt, quae ad Paganos non pertinent, puta *Choara* m), *Ies* n) et *Laſtobon* o).

§. 3.

EX quo vero — Sclaui inhabitarunt, finitima Dalmatiae omnia occuparunt, vrbesque Romanorum inſulas colebant, ex iisque viuebant: at cum quotidie a Paganis captiui abducerentur, et exterminarentur, inſulas deſeruerunt, continentem colere volentes; verum a Chrouatis prohibebantur. — 2.

§. 4.

a. C. 641 — 867.

AB imperio Heraclii imperatoris Arentani, qui et Pagani nuncupati ſunt, cum reliquis Sclauis ditioni Romanae ſe ſubtraxerunt, 3.

Fff 3 fuiſ-

h) Κερκερα ἤτοι το Κικερ. Band. „Latine *Corcira*, Slaue *Karkar* dicitur„.

i) Μελετα ἤτοι Μαλοζεαται. Band. „Slaue *Mliet*. Latine vero dicitur *Melita* Plinio„.

k) Φαρα. Bandurius p. 122. „Latine etiam *Phara*, Slaue vero *Huar*„.

l) Βρατζης. Band. „Latine *Brachia*, Slaue *Brac*„.

m) Χοαρα. Band. „Antonini in Itinerario *Corra* dicitur„.

n) Ιης. Band. „Latine *Iſſa*, Slaue vero *Vuis* nuncupatur„.

o) Λαστοβον. Band. „Stephani Ladeſta, Tab. Peut. Ladeſtris. Latine *Laudeſtina* dicitur, Slaue vero *Laſtovo*; paretque reip. Raguſinae. Hae autem quatuor magnae inſulae Orientales, inquit Lucius, continenti Paganorum ſeu Narentanorum proximiores, ab ipſis occupatae, in eorundem quoque nomen ſimul cum poſſeſſione tranſiuere, et inter Dalmaticas numerari deſiere. Iſſam autem et Ladeſtinam cum Choara ad Paganos ſeu Narentanos non pertinuiſſe Porphyrogenitus ait, ideo Dalmaticum nomen ſeruaſſe, et ſimul cum Adriatici dominio has quoque inſulas, in alto mari ſitas, Romanos retinuiſſe; harumque inſularum commoditate nauigationem Adriatici et dominium reliquae Dalmatiae continuaſſe dicendum eſt„.

2. Id. ibid. c. 30. p. 96. Cf. *Chronotactica* §. 12.

3. Id. ibid. c. 29. p. 87, 88. Id. in Vita Baſilii Mac. p. 178. Conſtantini Contin. p. 52. Cedren. T. II. p. 576.

a. C. 641—867.

ſuisque non alienis legibus vſi ſunt. Imperante autem Baſilio Macedone, Sclaui Dalmatici rogantes in fidem rurſum recepti, et qui ex ipſis nondum baptizati erant, baptizati ſunt p). Pagani autem, qui et Arentani Romanorum lingua nuncupati ſunt, in locis inacceſſis atque praeruptis baptiſmi expertes relinquebantur. Pagani quippe Sclauorum lingua non baptizati dicuntur q). Deinceps vero etiam hi, miſſis ad eumdem praeclarum imperatorem legatis, petierunt baptizari; miſit itaque et baptizauit. —

§. 5.

4. ZACHLVMORVM ora maritima Paganis — contermina eſt. Ab Orontio flumine Pagania incipit, et porrigitur vsque ad Zentinam flumen et Zupanias tres habet, *Raſtotzam* r), *Mocrum* s) ac *Dalen* t); et quidem duae Zupaniae, Raſtotza ac Mócrum ad mare ſitae ſunt, et ſagenas v) habent; Daleni vero Zupania procul mari ſita eſt, et eius incolae ex agricultura viuunt. Habent quoque Pagani in propinquo inſulas quatuor, nimirum *Meletam*, *Curcuram* x), *Bartzum* y) et *Pharum* z), omnes pulcherrimas fertiliſſimasque, oppida item deſerta et paludes multas, in quibus habitant et iumenta alunt, vnde victum parant.

§. 6.

a. C. 917.

5. POST imperium domini Leonis [Sapientis], Dyrrachii tunc praefectus, protoſpatharius Leo Rhabduchus — in Paganiam venit, quae

p) Excerpta ſunt, locum integrum vide in *Slauicis* §. 114. ſeqq.

q) Vide et ſupra §. 2. ibique not. *d*.

4. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 30. p. 96.

r) Ῥαστωτζαν. Bandurius p. 91. „Eadem fortaſſis, quae hodie Slaue *Rat*, regio ſub ditione reip. Raguſinae„

s) Vide ſupra §. 2. not. *f*.

t) Band. „Eadem fortaſſis, quae *Dalluntum* Antonino, niſi ibi pro Dalluntum legendum ſit *Dalminium*, vt Ortelius ſuſpicatur„

v) Sagenae et Condurae, quarum et infra §. 7. mentio occurrit, nauigia ſunt: plura vide in *Chrouaticis* §. 7. ibique not. *q*. et §. 9.

x) Κȣρκȣρα. ſupra §. 2. Κȣρκȣρα.

y) Βαρτζω. ſupra §. 2. Βρατζης.

z) Φαρος, ſupra §. 2. Φαρος.

5. Id. ibid. c. 32. p. 103. Cf. *Zachlumica* §. 6.

a. C. 917.

quae tunc temporis a Serbliae principe occupata erant, ſermonem conſiliumque inſtituturus cum — Petro [Serbliae] principe de aliquo negotio. —

§. 7.

[SAGENIS et conduris] Chrobati, qui mercatus frequentant, 6. ad emporia proficiſcuntur, oppidatim circumeuntes Paganiam et ſinum Dalmatiae Venetias vsque.

6. Id. ibid. c. 31. p. 98. Cf. *Chrouatiea* §. 7.

DIO-

DIOCLEICA

EX

CONSTANTINO PORPH., INCERTO EIVS CONTINVATORE, CEDRENO ET NICEPHORO BRYENNIO.

§. 1. Dioclea olim a Romanis poſſeſſa, ab Auaris vaſtata, Slauis ab Heraclio ad inhabitandum conceſſa.

§. 2. Diocleae nomen, vrbes, ſitus.

§. 3. Diocletianorum defectio: reditus in fidem Romanorum.

§. 4. Dioclenſium motus a Nicephoro Bryennio compreſſus.

§. I.

a. C. 610—641.

1. ETIAM Dioclea regio primitus occupata erat a Romanis, quos illuc Roma tranſtulerat Diocletianus imperator; quemadmodum et in Chrobatorúm hiſtoria dictum eſt: et Romanorum imperatori erat ſubiecta; ſed ab Abaribus haec quoque regio ſubiugata ac vaſtata fuit; et ſub Heraclii imperatoris temporibus habitari iterum coepit, quemadmodum Chrobatia, Serblia, Zachlumorum terra, Terbunia et Canale.

§. 2.

Dioclea autem nuncupata eſt illa regio ab vrbe ibi condita a Diocletiano imperatore, ‘quae, nunc habitatoribus vacua, in hodiernum vsque diem Dióclea appellatur a); ſuntque in ea regione

1. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 35. p. 104. Inſcribitur hoc caput: *περι των Διοκλητιανων, και ἧς νυν οικουσι χωρας.*

a) *νυνι δε ἐστιν ἐρημοκαστρον —Διοκλεια.* Bandurius in Animaduerſ. p. 111. „Doclea, inquit, ſeu Dioclea vrbs euerſa a fundamentis fuit circa finem decimi ſeculi a Samuele Bulg. rege; eiusque veſtigia ac ruinae marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur in lacu Lygniſtri, ad quem ſita fuit, vt ſcribit Ludouicus Tubero lib. VIII. Comment. de Temporibus ſuis: *E quibus ſane Maracius in iuſtum pene auctus fluuium eo ipſo accipitur lacu, quo*

a. C. 610—641.

one vrbes habitatae magnae, *Gradetae*, *Nugrade* et *Lontodo-cla* b).

. Dioclea porro propinqua eſt Dyrrachii oppidis Eliſſo, Helcy-nio et Antibari, extenditurque Decatera vsque: montana autem Ser-bliae finitima ſunt. A Decateris vero incipit Terbuniae principatus. 2.

§. 3.

a. C. 641—867.

* AB imperio Heraclii Diocletiani ditioni Romanae ſe ſubtra-xerunt; imperante vero Baſilio Macedone ſub Romanum redierunt imperium. * 3.

§. 4.

Docleae (quam et ipſam erumpentibus ſubito aquis abſorptam eſſe credunt) veſtigia ac ruinae marmoreaque monumenta ſub aquis viſuntur. Falluntur ergo Scriptores illi, qui Diocleam hodie *Antibarim*, aut *Medon*, aut *Catarum* appellant; cum primum deſtructa fuerit Dioclea a Slauis, deinde a Bulgaris, tandem erumpentibus ſubito aquis abſorpta. Dioclea autem vrbe a Bulgaris, vti iam diximus, euerſa circa finem decimi ſeculi, Ioannes Archiepiſcopus Docleenſis Raguſium ſe contulit, atque ab eo tempore Eccleſia Raguſina archiepiſcopalem dignitatem accepit a Benedicto, pontifice maximo, vt ſcribit Seraphinus Razzius Florentinus ordinis S. Dominici, in Hiſtoria Archiepiſcoporum Raguſinorum, quae Italico idiomate conſcripta, aſſeruatur manuſcripta in bibliotheca S. Marci Florentiae: cuius quidem verba a nobis Latine facta hic proferre libet: *Deuaſtato a Gothis atque fere a fundamentis euerſo circa annum noſtrae Salutis 404. Epidauro, nobiliſſima Dalmatiae vrbe, Ioannes Epidaurius ciuis et archiepiſcopus fuga ſibi conſulens Tribunium petiit, ibique translata ſede atque titulo ſuae eccleſiae diu commoratus eſt. At oppugnata Raſcia, ſubactaque Boſona cum finitimis ab infidelium ſchiſmaticorumque tyrannide, diu eccleſia illa viduata manſit paſtore. Anno vero 863. temporibus Nicolai I. papae, cum ad fidem catholicam Bulgarorum imperator veniſſet, conſenſu pontificis Tribunienſis archiepiſcopatus Docleam transfertur. Denique anno circiter 980. propter euerſionem quoque Diocleae a Bulgaris et Graecis factam coactus fuit primam ſedem repetere, atque ſcapulum Mercanenſe haud plus quatuor milliaribus ab Epidauro diſſitum, nec diu incoluit;* ob incurſiones Saracenorum ſede Raguſium translata.„

b) το Γραδεται, το Νεγραδε, το Λοντοδοκλα.

2. Id. ibid. c. 30. p. 95.

3. Id. ibid. c. 29. p. 87—89. In Vita Baſilii p. 178. ſeqq. Conſtantini Contin. p. 52. Cedren. T. II. p. 576. cf. *Slauica*.

§. 4.

Imp. MICHAELE *Duca.*

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 1073—1078.

4. QVONIAM — Chorobati et Dioclenſes c) Illyricum incurſabant; [imperator Michael Nicephorum Bryennium, breui ante Bulgariae praefectum, in Illyricum tranſire iuſſit. Qui] ſumto — ibi aliquo non magno temporis ſpatio ad expeditionem comparandam, duxit exercitum contra Dioclenſes et Chorobatos. [Et cum] ad locum proceſſiſſet, vbi caſtra erant hoſtilia, direxit aciem, acrique commiſſo proelio Illyricos d) praeclare vicit.

4. NICEPHORVS BRYENNIVS p. g. 69, 70. cf. *Chronatica* §. 17, 18.

c) Διοκλεις.

d) Addit perperam interpres.

MORA-

MORAVICA

EX

CONSTANTINO PORPH., CEDRENO, NICETA CHONIATE ET CHALCOCONDYLA.

§. 1. Sphendoplocus Morauiam inter tres filios diuidit, duobus natu minoribus natu maximo parere iuſſis.

§. 2. Morauia internis fratrum diſſidiis concuſſa, ab Hungaris occupatur.

§. 1.

a. C. 880. a)

MORAVIAE princeps, SPHENDOPLOCVS b); fortis terribilisque populis finitimis fuit, filiosque habuit tres; et fatis concedens, I.
regionem ſuam in tres partes diuiſit, filiisque ſingulis ſuam portionem tradidit: maximum natu principem magnum faciens, reliquos vero duos ſub eius poteſtate conſtituens. Hortatus vero eſt eos, ne inter ſe mutuo dirimerentur, hoc exemplo: Virgis tribus allatis, vbi colligaſſet eas, primogenito confringendas tradidit; cumque ille id facere nequiret, ſecundo in manum dedit, et mox tertio: deinde diſſolutas ſingulatim diuiſit tribus, qui acceptas frangere iuſſi, ſine vllo id negotio confeſtim fecerunt. Quo facto, exemplo per occaſionem hanc arrepto, ita eos admonens dixit: Si in concordia et amore manſeritis coniuncti; nunquam vos hoſtes veſtri ſuperabunt, neque captiuos abducent; ſi vero per contentionem ambitionemque principatum in tres partes diuidetis, maximo fratri obedire recuſantes, et a vobis ipſis vaſtabimini, et a finitimis hoſtibus funditus delebimini.

§. 2.

I. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 41. p. 110, III. inſcribitur hoc caput: περι της χωρας της Μωραβιας.

a) Annum hunc ex nota b. adſcribo.

b) Σφενδοπλοκος. Bandurius in Animaduerſionibus p. 125. „Spendoplocus, inquit, hic Porphyrogeniti idem, qui Suetopelekus, ſeu, vt Annales Francorum, Zuentibolkus; et in Epiſtola Ioannis VIII. ad eun-

§. 2.

a. C. 895.[c)]

Poſt huius autem Sphendoploci mortem, anno vno in pace exacto, orto deinde diſſidio et bello ciuili, inuadentes Turci, funditus eos exſtirparunt, regionemque eorum occuparunt, quam in hodiernum vsque diem incolunt [d)]: quaeque ſupererat multitudo, diſſipata confugit ad finitimas gentes, nimirum ad Bulgaros, Turcos, Chrobatos et ad reliquas nationes.

dem ſcripta, Suetopluchus. Hic a Methodio et Cyrillo vna cum ſua gente ad fidem Chriſti conuerſus eſt circa a. C. 880. Vide Acta Sanctorum Bollandi ad IX. Martii; Lucium de Regno Dalmatiae et Croatiae p. 68. et 439."

c) Hoc anno Sphendoplocum obiiſſe, alii docent.

d) Horum praeterea meminit Conſtantinus de Adm. Imp. c. 13. *Turcis contermina eſt ad meridiem magna Morauia* (ἡ μεγαλη Μωραβια), *ſiue Sphendoploci regio, quae omnino a Turcis vaſtata eſt, et ab ipſis iam obtinetur*. it. c. 38. p. 108. *Turci* — [a Patzinacis] *profligati fugientes, et terram ad ſedes collocandas quaerentes, magnam Morauiam ingreſſi, incolas eius expulerunt, ibique ſedes ſuas poſuerunt, tenentque etiam in hodiernum vsque diem*. it. c. 40. p. 109. *Ad curſum fluminis exſtat Sirmium* (κατα την τȣ ποταμȣ ἐκδρομην ἐςι το Σερμιον), *quod Belegrada abeſt duorum dierum itinere: inde magna Morauia baptiſmo carens, quam Turci deuaſtarunt, cuiusque princeps olim fuit Spendoplocus*. Loca integra vide in *Hungaricis*.

Cedrenus T. II. 745. haec habet: *Petrus Bulgarus cognomento Deleanus—profugus ex vrbe* [CP.] *Bulgariam peruagando vsque ad Morabum et Belegrados peruenit, quae ſunt caſtella Pannoniae trans Iſtrum ſita, Turcicae vicina ditioni*. Cf. *Bulgarica* §. 177.

Morabi fluuii meminerunt Nicetas Choniates p. 278. vid. *Seruica* §. 64. Chalcocondylas p. 219. vbi *Haec* [Nouopyrgum vrbs] inquit, *intra regis regionem ſita eſt prope fluuium Morabam, qui fluens a Priſtino regis regione et huc veniens in Iſtrum exhauritur*. vid. *Seru*. §. 329. lit. Y. Id. p. 188. 195. vid. *Hungarica*.

De inſcriptione, qua in litteris ad Morauiae principem datis imperatores CP. vſi ſint, vide *Seruica* §. 17.

BOSNICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE BOSNIS.

Situs Boſniae.

BOSNIA, quam *Boſonam* Conſtantinus Porphyrogenneta, *Boſthinam* Cinnamus vocat, qua orientem ſpectat, Dryno vel Dorobyza, qua occidentem, Wkrina, qua Septemtriones, Sauo, fluminibus cingitur; a meridie Adriaticum mare et *Cudugerorum* regionem attingit.

Vrbes in Boſnia memorantur Catero, Deſnec, Gaitia et Clitia; praeter fluuios vero ſupra nominatos, alius, qui Illyriſſus (Ἰλλυρις) vocatur.

Boſnorum Hiſtoria.

BOSNI, quibus Illyriorum nomen fere ſemper tribuit Chalcocondylas, Slauorum progenies ſunt, et cum Seruiis vnam olim conſtituiſſe gentem videntur. A quibus poſtea (circa a. C. 949.) diuiſi, ſuas leges ſuosque habuere principes. Ex his vnus Borizes nomine a. C. 1154. et 1156. Hungaros in bello, quod tunc aduerſus Emanuelem Comnenum gerebant, auxiliis iuuit. Trecentis fere annis poſt a. C. 1439. Amurates Sultanus contra Boſnos exercitum miſit; ſupplicibus pacem dedit, annuo ipſis impoſito tributo. Quod pro more poſtulatum cum a. C. 1462. Muhammedes legatum in Boſniam deſtinaſſet, rex [Stephanus] ſe id diutius penſurum eſſe, mira vſus ſuperbia, negauit. Sultanus itaque ira incenſus, ſimulatque bella, quae tunc aduerſus Valachos et Lesbum inſulam gerebat, confecit, a. C. 1463. cum ingenti exercitu in Boſniam irrupit. Vrbibus aliis vi, aliis deditione captis, rex quoque, accepta incolumitatis fide, in Turcorum manus venit. Quem cum contra fidem iureiurando firmatam breui poſt Muhammedes interficiendum curaſſet, Boſniam in prouinciae formulam redegit.

INDEX

INDEX PARAGRAPHORVM.

§. Vrbes Boſniae.

§. 2. Boſnia Seruiae finitima, ſuum habet principem.

§. 3. Borizes Boſniorum rex Hungaris contra Emanuelem Comn. auxilia ſubmittit.

§. 4. Amurates exercitum aduerſus Boſnios mittit,

§. 5. Boſniae ſitus; metropolis.

§. 6. Boſnii promiſſo Amurati Sultano tributo, pacem obtinent

§. 7. Cudugerorum, gentis Illyricae, regio; regionis Ibanis Caſtriotis ſitus, Ibanes a Turcis debellatus, Amuratis in bello ſocius; eius filius, patre mortuo, ſuccedit.

§. 8. Muhammedes II. plures Boſniae vrbes vi armorum ſuae ditioni adiungit.

§. 9. Boſniorum rex Eleazari Seruiorum principis filiam filio ſuo in matrimonium accipit.

§. 10. Muhammedes Boſniorum regem bello petit; Boſniorum genus, migratio.

§. 11. Boſniorum rex legatum a Muhammede, qui tributum poſceret, miſſum, ſuperbe reſpondens, remittit.

§. 12. Muhammedes bello Valachico et Lesbico confecto, exercitum in Boſniam ducit.

§. 13. Boſniae tunc temporis rex, auxiliis antea a Muhammede contra fratres adiutus, principatum obtinuerat.

§. 14. Boſniae ſitus.

§. 15. Iſaacius et Paulus principes Boſniae regi aduerſus Muhammedem auxilia promittunt.

§. 16. Muhammedes Dobobice fl. ſuperato in Boſniam irrumpit; Illyriſſum fl. tranſit; copiarum Turcicarum numerus.

§. 17. Muhammedes Dobobicem vrbem expugnat.

§. 18. Machumutes dux regem Boſniae inſequi iuſſus, Gaitiam, inde Clitiam, vbi rex morabatur, venit.

§. 19. Muhammedes Gaitiam, regiam Boſniae, deditione capit.

§. 20. Machumutes dux regem Boſniae inſequens, flumen, quo hic ſe tutum putabat, praeter opinionem omnem, cum exercitu traicit.

§. 21. Rex Boſniae Clitiam vrbem ingreſſus, a Turcis obſidetur.

§. 22. *De bello deſperans deditionem facit, accepta incolumitatis fide, vxore iam antea cum theſauris Raguſam fuga elapſa.*
§. 23. *Deſcriptio Raguſae, bellum huic vrbi a Sandale, Cudugerorum duce, illatum; Sandales antea Muhammedi belli Boſniae regi inferendi auctor.*
§. 24. *Muhammedes regem in vinculis circumducens, Boſniam vniuerſam ſubigit.*
§. 25. *Vxorem Boſniae regis repetitum legatos Raguſam mittit; quos, ea in Italiam profecta, legationis irritos recipit; Sandalis regionem vaſtat.*
§. 26. *Regia Sandalis fruſtra oppugnata, diſcedit; principes finitimi deditionem faciunt; contra fidem datam in vincula coniiciuntur.*
§. 27. *Rex Boſniae occiditur; diuerſae de eius caede ſententiae.*

BOSNICA

E CONSTANTINO PORPHYROGENNETA, CINNAMO ET CHALCOCONDYLA;

ab a. C. 949—1463.

§. 1.

Imp. CONSTANTINO Porph.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 949.

1. SVNT in baptizata Serblia oppida, quae habitantur, Doſtinicum &c. in agro vero Boſonae *Catera* et *Deſnec* [a].

§. 2.

Imp. EMANVELE Comn.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1154.

2. [IMPERATOR Emanuel Comnenus, expeditione aduerſus Seruios ſuſcepta [b],] cum ad Sauum proxime perueniſſet, ad aliud inde flumen deflexit, Drynam nomine, quod in ſuperiori ſeſe loco effundens Boſſenam [c]) a reliqua Seruia diſterminat. Boſſena autem haud ſubeſt archizupani [Seruiae], imperio; ſed gens eſt, quae et ſuos mores, et ſuum agnoſcit principem.

§. 3.

a. C. 1156.

3. [HVNGARI cognito Emanuelis Comneni aduentu, Branizobar, quam oppugnare in animo habuerant, abierunt.] His cognitis imperator,

1. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 102, 103. cf. *Seruica* §. 15.

a) εις το χωριον Βοσωνα [εισι καςρα οικȣμενα] το Κατερα, το Δεσνηκ.

Poſt primam hanc Boſniae mentionem, nullus Scriptorum Byzantinorum vsque ad imperatorem Emanuelem Comn. Boſniae vel Boſniorum meminit.

2. CINNAMVS p. 59.

b) Vid. *Seruica* §. 41.

c) Βοϑναν. ita et infra ſcribitur. Du Fresne in Notis ad h. l. p. 448. „Boſſena, inquit, quae Conſtantino Βοσωνα nuncupatur, principes ſuos habuit, quorum ſeriem damus in Familiis Dalmaticis„.

3. Id. p. 75. Cf. *Hungarica.*

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1156.

ator, acceptoque BORIZEM Boſſinae, regionis Dalmaticae, principem i), qui auxilio venerat Hungariae regi, in ſuum redire principatum; fortiſſimos militum delectos, qui manus cum Borize conſererent, dimittit. Copiis iſtis praefuit Baſilius, — Chartularius principis. Ipſe imperator a tergo cum reliquo Romanorum exercitu lento ſequebatur gradu. Verum Baſilius oblitus, opinor, cuius gratia, et quo cum hoſte pugnaturum ſe emiſiſſet princeps, maturato itinere, ad Hungaros quam proxime ſucceſſit.

§. 4.

Imp. IOANNE EMANVELE *Palaeologo.*

Imp. IOANNE EMANVELE *Pal.*

a. C. 1439.

AMVRATES [fruſtra oppugnato Belgrado] cum exercitibus abſceſſit, et domum ire contendit. Scopiorum vero et Illyriorum regioni praefectum dedit virum primarium, ſuumque ſororium: cui tradidit pedeſtres et equeſtres copias, vt incurſionem in Illyricum e) facere poſſet. 4.

§. 5.

Illyriorum rex * * * f) Boſſina g) regionis illius nomen eſt: quae cum ſit aſpera et montana, porrigitur vsque ad Illyrios, qui incolunt maritimam Ionii regionem. Eſt et vrbs regnique ſedes *Gaitia* ſiue Iaitza h), et fluuius, qui eam alluit, quem Wkrinam vocant, is in Sauum exit i), qui deinde in Iſtrum exhauritur.

§. 6.

Hic Illyriorum rex ſua regione ab Iſamo k) vaſtata, exercitum comparauit. Veritus autem cum Amuratis confligere exercitu, legatos

d) Βοριτζης ὁ Βοσθυης χωρας ἐξαρχων. Du Freſne in Notis ad h. l. p. 452. „Qui, inquit, Orbino *Barich* appellatur, Boſſenae Banus ſeu princeps, ſub A. MCLIV. Boritium excipit *Culinus*, cuius non ſemel mentio occurrit apud Innocent. III. PP. in Epiſtolis„.

4. CHALCOCONDYLAS p. 132.

e) Boſnia h. l. intelligi et a reliquo Illyrico diſtingui videtur.

f) In marg. „Lacuna in Reg. Cod. et in ora Μποσινα„.

g) Ποσθυη.

h) Γαϊτια.

i) Addit haec interpres.

k) Is procul dubio eſt, cuius ſupra §. 4. mentio incidit.

Imp. IOANNE EMANVELE *Pal.*

a. C. 1439.

legatos miſit, qui dicerent, ſe paratum eſſe, ſi pacem impetraret, quotannis vigiati quinque millia aureorum tributi nomine conferre. Rex Amurates hac conditione pacem dedit.

§. 7.

HVIC regioni adiacet *Stephani Sandalis* filii regio [l]), quam gens Illyrica tenet: et ſe extendit ad Ionium * * * [m]). Haec natio cum Illyrica ſit, iam olim a reliquis ſeparata eſt Illyriis. Incolae autem moribus et victus ratione nihil diſcrepant ab Illyriis, verum alias ſequuntur leges. *Cuduergi* [n]) nuncupantur omnes, qui degunt in Sandalis regione.

Inter hanc et Epirum ſitae ſunt quaedam Venetorum vrbes, vbi et *Ibanis* regio habitatur *Caſtriotis*. Huic annexa eſt Comneni regio, pleraque maritima exſiſtens, verſus mediterraneam regionem breui interuallo extenditur ad loca Argyropoli ſi itima; vbi praefectus Amuratis caſtra habens, Ibanis et Comnenorum regionem euaſtabat. Interea Ibanes victus, ibat in Ianuas regis, eumque ſequebatur, quocumque militatum cum copiis abiiſſet.— Deinde mortuo Caſtriote Ibane, filium eius accipiens, in patrium principatum ſubrogauit Amurates.

Imp. MVHAMMEDE II.

§. 8.

a. C. 1455.

5. [MACHMVTES Ianuarum princeps et Europae dux, contra Trybalos Iſtri accolas profectus], cum—deprehenderet, Pannones nihil innouare, ver m quietem amplecti, Illyrium ſubigere aggreſſus eſt: et oppidula, quae vi ceperat, diripuit. Poſtquam in Illyrium copias duxit, ibi caſtra prope Iſtrum communiuit, vt vrbes regis ibi ſitas cuſtodiret.

§. 9.

a. C. 1458.

6. MORTVO Eleazaro Bulci filio [Seruiorum principe], relicta eſt vxor eius vna cum filia in principatu, arcemque Senderouiae tenebat.

l) ἡ τȢ Στεφανȣ τȢ Σανδαλεω [in marg. Σκανδαμιω] χωρα.

m) In marg. „Eadem lac. in Reg. Cod.„

n) Κȣδȣγεροι.

5. Id. p. 230. Cf. *Seruica* §. 332.

6. Id. p. 244. Cf. *Seruica* §. 333.

a. C. 1458.

Imp. MVHAMMEDIS II.

bat. Elocans autem filiam Illyriorum regis filio (is erat Stephanus Boſniae rex o)) principatum retinere cogitabat vrbis.

§. 10.

a. C. 1463.

[MVHAMMEDES ab expeditionibus aduerſus Valachos et inſulam Lesbum ſuſceptis reuerſus] aeſtate—ea quae ſequebatur, bello laceſſebat Illyrios et Illyriorum regem. V.

Genus hoc hominum antiquum eſt, et regionem verſus Ionium ſpectantem incolens, plerumque ad magnam claritatem acceſſiſſe perhibetur. 'Vulgo nunc Boſni vocantur p). Verum Dalmatae, Myſii, Tryballi, etiam Sarmatae eadem fere vtuntur lingua, aut non multum diſſimili, vt non difficulter ſe mutuo intelligant. Veriſimile tamen eſt, illos profectos ab regione, quae verſus Ionium patet, cum pauci numero exſiſterent, et vbique rebus fortiter geſtis inclareſcerent, Thraciam perdomuiſſe; et Iſtro transmiſſo, Sarmatiae regionem inhabitaſſe. Sunt vero, qui tradunt, eos a Scythis q) pulſos, 'transiiſſe in regionem, quae vltra Iſtrum colitur r); et ſubacta Thracia, ad ſinum eum veniſſe, ibique ſedes fixiſſe. Miror autem, quod quidam ſunt, qui cenſent Illyrios Albanos eſſe: quaſi Illyrii, qui tenent ſinum Ionii, proceſſerint in hanc continentem, et Aetoliam, et Theſſaliae regionem. Caeterum vniuerſa illa regio ab Epidamno 'vsque ad Carnerium ſinum s) complectitur ſpatium ter mille ſtadiorum. Hanc regionem tenet hominum genus vnum, eadem lingua vtens. Porrigitur ab mediterranea ſe extendens vsque ad Iſtrum, attingens Sandalis regionem, finitimis vndique Tryballis et Myſiis. Haec autem dico, maxime hanc con-

o) Addit haec interpres.

7. CHALCOCONDYLAS p. 283.

p) Καλȣνται δε ὁυτοι τανυν Βοσνοι. Quae hic vsque ad finem §phi de genere, et migratione Illyriorum ſeu Boſniorum Chalcocondylas refert, iisdem fere verbis p. 13. 17. 71. repetit. loca ipſa in *Seruicis* §. *260. 266.* et in *Ruſſicis* §. *118* adfero.

q) Interpres in margine adſcribit, *Tartaris.* At diu ante Tatarorum aduentum gentes Slauicae in Dalmatia et regionibus finitimis confederunt.

r) διαβηναι τε ἐς την ἐπι ταδε τȣ Ιϛρȣ χωραν.

s) μεχρι τȣ Καρνερȣ καλȣμενȣ κολπȣ. In marg. interpres, „qui et Carnicus dicitur„.

§. 2.

a. C. 895. c)

Poſt huius autem Sphendoploci mortem, anno vno in pace exacto, orto deinde diſſidio et bello ciuili, inuadentes Turci, funditus eos exſtirparunt, regionemque eorum occuparunt, quam in hodiernum vsque diem incolunt d): quaeque ſupererat multitudo, diſſipata confugit ad finitimas gentes, nimirum ad Bulgaros, Turcos, Chrobatos et ad reliquas nationes.

dem ſcripta, Suetopluchus. Hic a Methodio et Cyrillo vna cum ſua gente ad fidem Chriſti conuerſus eſt circa a. C. 880. Vide Acta Sanctorum Bollandi ad IX. Martii; Lucium de Regno Dalmatiae et Croatiae p. 68. et 439,,.

c) Hoc anno Sphendoplocum obiiſſe, alii docent.

d) Horum praeterea meminit Conſtantinus de Adm. Imp. c. 13. *Turcis contermina eſt ad meridiem magna Morauia* (ἡ μεγαλη Μωραβια), *ſiue Sphendoploci regio, quae omnino a Turcis vaſtata eſt, et ab ipſis iam obtinetur.* it. c. 38. p. 108. *Turci* — [a Patzinacis] *profligati fugientes, et terram ad ſedes collocandas quaerentes, magnam Morauiam ingreſſi, incolas eius expulerunt, ibique ſedes ſuas poſuerunt, tenentque etiam in hodiernum vsque diem.* it. c. 40. p. 109. *Ad curſum fluminis exſtat Sirmium* (κατα την τȣ ποταμȣ ἑδομην ἐϛι το Σερμιον), *quod Belegrada abeſt duorum dierum itinere: inde magna Morauia baptiſmo carens, quam Turci deuaſtarunt, cuiusque princeps olim fuit Spendoploſus.* Loca integra vide in *Hungaricis*.

Cedrenus T. II. 745. haec habet: *Petrus Bulgarus cognomento Deleanus—profugus ex vrbe* [CP.] *Bulgariam peruagando vsque ad Morabum et Belegrados peruenit, quae ſunt caſtella Pannoniae trans Iſtrum ſita, Turcicae vicina ditioni.* Cf. *Bulgarica* §. 177.

Morabi fluuii meminerunt Nicetas Choniates p. 278. vid. *Seruica* §. 64. Chalcocondylas p. 219. vbi *Haec* [Nouopyrgum vrbs] inquit, *intra regis regionem ſita eſt prope fluuium Morabam, qui fluens a Priſtino regis regione et huc veniens in Iſtrum exhauritur.* vid. *Seru.* §. 329. lit. Y. Id. p. 188. 195. vid. *Hungarica*.

De inſcriptione, qua in litteris ad Morauiae principem datis imperatores CP. vſi ſint, vide *Seruica* §. 17.

BOSNI-

BOSNICA
EX
SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1463.

Turci, qui finitimam circa tenebant regionem, plurima nanciſcebantur mancipia.
9. Cum autem praedas agerent mancipiorum ex omnibus, quas ſcimus, vrbibus, ea continuo in Europam et Aſiam transmittebant. Et ex quo rex coloniam in Scopiorum vrbem deduxit, et Ioſue, Iſaaci filius, regis nomine eam adminiſtrauit, plurima ab Illyrico mancipia ſunt abducta, et in Europam Aſiamque translata, quorum numerus maior erat, quam ſperare potuiſſet ab ea regione.

§. 14.

Audio, eam regionem, ſi quis longitudinem conſideret, ab Tryballorum regione et *Dorobyza* fluuio e) ſe extendere vsque ad Sandalis regionem, et ad Ionium ſinum ſtadiis octingentis f). Latitudo vero regionis, qua excurrit ad Pannones et Tryballos, complectitur duo millia ſtadiorum. A Tryballis incipit regio Iſaaci, hanc excipit deinde Pauli regio, cuius vrbes ſe porrigunt vsque in hanc regis Illyriorum regionem g).—

§. 15.

Eadem tempeſtate Iſaacus et Paulus ſocietatem facientes, auxilium pollicebantur Illyriorum regi. Nam conſtituerant et ipſi bellum indicere regi, ſi Pannones aliquid noui contra Turcos molirentur.

§ 16.

Rex in militiam profectus, traiecit Dorobyzam h) fluuium, qui Tryballos et Illyrios dirimit. Progreſſus deinde, venit ad *Illyriſſum* fluuium i) nauigabilem, quem ſuperauit pedeſtri exercitu transuecto nauibus, quas ibidem fabricari iuſſerat. Equos autem in flumine reliquit, donec copias transportaret. Tum temporis in armis habuiſſe creditur rex quindecim myriades equitum, praeter peregrinos et Azapides, pedeſtre robur, qui eum in id bellum ſequebantur. Aderat et alia hominum multitudo inutilis ad arma: quae pro-

9. Id. p. 20[illegible].

e) ἀπο τῆς Τρυβ. χωρας και Δοροβικης ποταμȣ.

f) ςαδιȣς ἐς ὀκτακοσιȣς. in marg. ὀκτακιχιλιȣς.

g) Quae hic ſequuntur vide in *Seruicis* §. [illegible]36.

h) Δοδοβικην, in marg. Δοβοβικην. *ſic etiam Reg. Cod.*

i) ἐπι Ιλλυριον ποτ.

propterea comitabantur regia caſtra, vt, ſi quid opus eſſet, militibus inſeruiret. Reliquus interim exercitus equitibus conſtat. Nec tamen gens eſt,— quae plura iumenta in expeditiones ducat. 10.

§. 17.

Tranſito Illyriſſo, impetum in regionem hoſtilem dedit: et aggreſſus *Dorobizam* k) vrbem, 'eam omni machinarum genere oppugnabat l). Vrbs haec eſt ſita in excelſo monte. quapropter natura loci munitiſſima perhibetur m). At rex expediens bombardas et mortaria, non ceſſabat terrorem iniicere oppidanis: et tandem vrbe potitus eſt. Partem hominum, quos ibidem indeptus eſt, in ea vrbe reliquit: parte donauit Turcorum optimates: tertiam partem Byzantium transtulit.

§. 18.

'Machumutem iuſſit n) deligere Europae exercitus robur, atque feſtinare citato agmine in eum locum, in quo acceperat regem Illyriorum morari, antequam regiam ſibi ſubiiceret: qui impigre iuſſa capeſſens, ſumma celeritate adhibita, flumen transgreſſus eſt. Veniens Gaitiam, accepit, regem proficiſci traiecto flumine in *Clitiam* o) vrbem. Is igitur nihil remittens de curſu, tranſiuit fluuium, qua eum in tres alueos diuiſum cognouit. hoc ſuperato, Clitiam venit die ſecundo.

§. 19.

Rex p) ſublatis ſignis Gaitiam contendit, regni ſedem Illyrici. Quo vbi peruenit, vrbs illico conditionibus ſeu pactionibus in ditionem regis venit. Nam vbi fama increbuit, Dobobicam eſſe captam a rege, quae vrbium totius regni longe erat munitiſſima, reliquae vrbes illico territae in diuerſum abripiebantur, et quilibet pro ſe ſedulo contendebat, vt prior deditionem faceret, ſperans, ſe in hunc modum non paruam gratiam apud regem initurum. Gaitiae ciues cum appropinquaſſet rex, continuo primores ciuitatis obuiam mi-

10. Id. p. 286.

k) Δοβοβικην.

l) ἐπι τῃ ἐσβολῃ καταςας ἐπολιορκει.

m) ἡ δε πολις ἁυτη ὠκεῖλαι ἐρυμνη ὀυσα ἐπι ὑψιλȣ ὀρȣς.

n) ἀπο δε Δοβοβικης ἀυτηκα ἐκελευε Μαχȣμȣτῃ &c.

o) Κλιτιην. interpres in marg. *Clyzam.*

p) Muhammedes.

Imp. MV-
HAMMEDE
II.

a. C. 1463.

miſerunt, dedentes ſeſe et ſua regi. Orabant autem regem, vt ipſis permitteret patrio et ſolito more rempublicam adminiſtrare. Rex preces eorum non auerſatus eſt, verum continuo, quod petiuerant, praeſtitit.

Deinde etiam arcem in deditionem accepit, quam praeſidio impoſito ſuorum firmauit. Elegit ſibi optimatum filios: dehinc quosdam delegit, quos donauit iis, qui ſecum erant.

§. 20.

Vbi primum ea vrbs in dominium conceſſit regis, negotium datum eſt Machumuti, Ianuarum duci, vt, accepto Europaeo exercitu, ſumma celeritate pergeret aduerſus Illyriorum regem. Nam audierant, eum morari in ea vrbe, quae diſtabat ab Gaitia itinere maxime quinque dierum, exſpectantem, quonam res Illyriorum eſſent euaſurae. Eius autem vrbis, quae regem Illyriorum tenebat, nomen erat Clitia. Etiam fratris eius filium, agentem annum decimum tertium, ibidem cum rege conuerſari, nunciatum erat Machumuti. Hic aſſumens, vt iuſſus erat, exercitum, ſecundo die attigit flumen, cui nomen eſt * * * *q*). Is fluuius nauium erat patiens, et ſpem omnem in eo ſitam ponebat rex Illyriorum. Nam cum nullae naues magnae praeſto eſſent, putabat, regem nunquam eo audaciae progreſſurum, vt id tranſiret, quo ſecum bellum gereret. Vt autem cum copiis ad flumen Machumutes acceſſit, mire feſtinando cohortari non abſtitit exercitum et exercitus duces, vt transgrederentur flumen, regique opus pulcherrimum efficerent, capientes videlicet Illyriorum regem. Sic autem locutus fertur: „Viri Turci, nunc quilibet veſtrum fac vir fortis appareat, atque pedes flumen hoc tranſeat. Neutiquam enim mihi dubium eſt, quin maxima et ſplendida munera maneant eum quae ab rege accipiet, qui primus flumen ſuperarit„. His dictis, regii milites maximo ſtudio conabantur transgredi flumen. Ibi tum primus, vt traditur, Omares, Turachanis filius, Theſſaliae praefectus, cum ſuis irruit in flumen: qui paululum modo natantes flumen ſuperarunt. Hos ſecutus eſt, pari ſucceſſu vſus, et reliquus exercitus. Egreſſi flumine, illico inuaſere agros. §. 21.

11. Id p. 287.

q) Adſcribit in marg. interpres: „Nomen fluuii deſideratur, in R. non eſt lacuna„.

a. C. 1463.

§. 21.

Hinc rex Illyriorum timens, ne, ſi in fugam verteretur, equitum aduentu oppreſſus, in maximum periculum veniret, ſe recepit, vt incolumis praeſens diſcrimen euaderet, in vrbem quandam eo loci ſitam, nomine Clitiam. Verum Machumutes, cum exercitu ſuperueniens, eam vrbem obſidione circumdedit. Vrbis eius ſitus eſt in loco paluſtri, et in circuitu paludes viſuntur longe lateque, quae vrbem munitam et aditu difficilem praebeat. Eo tempore locus ille vniuerſus ſolaribus radiis exuſtus exaruerat. Caeterum his nihil moti milites Mahumutis, accedunt, eamque obſidione circumueniunt. Arundinem, quae plurima ibi enata erat, exſcindentes, comportabant in foſſam, vt igne deinde iniecto, vel vi tandem etiam inuitos oppidanos in deditionem redigerent.

§. 22.

Haec parari cernentes ciues vrbis et Illyrii milites, credentesque ſe non diu poſſe reſiſtere viribus Turcorum, legatos ad Machumutem mittere decernunt, orantes, vt in deditionem acciperentur: petentes praeterea, vt regi veniam daret qui quoque ſemet ipſum dediturus ſit, ſi iuriſiurandi religio interueniat; qua intercedente in ſpem erigatur, nihil mali ab Turcis paſſurum. Machumutes Illyrii preces non abnuit. Foedus eſt ictum, iusiurandum eſt datum, quemadmodum orauerant Illyrii. Tandem cum vrbe egreſſus eſſet rex, vrbem occupauit. Homines, qui in vrbe erant, in tres partes ſecreuit. vnam ibidem morari iuſſit: alteram inter optimates ſuos diſtribuit: tertiam adduxit ad regem, et eidem dono dedit. 12.

In hunc modum Illyrici rex captus eſt Clitiae vna cum fratris filio, qui haud dum impleuerat aetatis annum decimum tertium. Vxor r) regis iam ante ſe contulerat Rhaguſium s), quae eſt vrbs iuxta Ionium, vt praeſenti diſcrimini ſubtraheretur. Plurimas eo conuexerat opes conſilio viri t).

Iii 2 §. 23.

12. Id. p. 288.

r) In marg. adſcribitur: „Eleaſari Deſpotis filia„. Cf. ſupra §. 9.

s) Ραγȣζιον.

t) In marg. „Haec ad Sixtum IV. Pontif. M. Romam profugit, et ad mortem vsque honorifice eſt habita„. Vid. infra §. 25.

a. C. 1463.

§. 23.

Eam vrbem incolunt Illyrici viri admodum illuſtres, qui eo conuenere. Et cum diſciplinae ſanctitate animi ipſorum facile coaleſcerent, et diſcordia omnis ſubmota foret, eam admodum emunierunt validiſſimis vndique obiectis muris. Et proficiſcentes in continentem v) et Ionium, mercium gratia, breui vrbem opibus haud contemnendis auxere. Habet, a quibus regitur, leges optimas et ſaluberrimas, et in ariſtocratiam verſa adminiſtratur. Ciues magnificis aedificiis vrbem hanc exornarunt, quae quidem quamuis obſcura fama feratur, tamen celebris habetur, producendo viros prudentia inſignes.

Ea vrbs finitima eſt Sandalis regioni. Cum hoc bellum vrbi fuit. Verum, vt mihi videtur, diſcordiarum cauſam parum iuſte Sandales ſeminauit, eosque inuitos arma capere coëgit. Nam vxor Sandalis vna cum filio adoleſcente propter mariti improbitatem Rhaguſium confugerat. Sandales Rhaguſios miſſis legatis rogarat, vt redderent vxorem et filium: quibus non admittentibus preces, bellum indixit. Rhaguſii filium Sandalis communi ſententia ad id bellum imperatorem eligunt: ſuggerentesque magnam pecuniae vim, fortiter bellum a Sandale illatum propulſare ſategerunt. Cauſa, quae impulit matrem et filium, vt Rhaguſium ſe reciperent, fuit, quod Sandales muliere Florentina pro pellice vtebatur, eamque vt dimitteret, nullis vxoris precibus adduci potuerat x). Filius inimicitias
13. gerens cum patre, et belli dux a Rhaguſiis pronunciatus, bello adortus eſt patrem, proelioque inito patrem fugam arripere compulit, plurimis de exercitu in fuga caeſis: certe in patrem impia et nefaria auſus.

Mittebat is frequenter legatos ad regem, conſulens, vt iunctis copiis Illyriorum regem debellarent. Tandem monendo et conſulendo tantum profecit, vt Turcorum exercitus aduenirct, et regionem regis grauiter populando corrumperet x). Sub idem tempus cum fama volaret, regis copias accedere contra Illyriorum regem, nec ipſe ſe parare intermiſit, vt regium exercitum, ſi in ſuam regionem populabundus ingrederetur, ſi quid poſſet, armis a populationibus prohiberet, eumque propulſaret. Nunc

v) κατ' Ηπειρον.

x) Excerpta ſunt. B. Id. p. 289.

x) Και ϛρατον ἐπηγε Τȣρκων, και ἐκακȣ την χωραν.

a. C 1463.

Imp MV- HAMMEDE II.

Nunc eo redire libet, vnde in hunc ſermonem digreſſus ſum.

§. 24.

Poſtquam regem Illyriorum Machummutes Michaelis filius y) in ditionem accepit, cum eo circumiens etiam caeteras vrbes regi Turcorum ſubiiciebat. Et quidem circa haec verſabatur Machummutes. Omarem autem, Turachanis filium, iubebat cum exercitu pergere contra caeteras Illyriorum vrbes, caeterum ipſe in regia contendebat caſtra.

Rex Turcorum diſcruciabatur animi propter iuramentum Illyriorum regi praeſtitum ab Machummute. Grauiter quoque Machummuti indignabatur, vt qui parum opportune huic regi ſalutis ſpem, interpoſita iuriſiurandi religione, obtuliſſet. Regem quidem Illyrium vinculis illigatum circumduxit, peragrans Sandalis regionem. Nam Illyrios partim quidem ipſe, partim vero Mahumutis et Omaris marte perdomuit. Omares ſummo ſtudio annitebatur, vt eam regionem, quae nondum ſubiecta erat, cogeret regis ſuſcipere imperium. — Haec hactenus ab rege Illyricas vrbes ſubiugante geſta ſunt z).

§. 25.

Quibus peractis, legatos ire iubet Rhaguſium vrbem, quaeſitum regis vxorem. Haec regem anteuertens, exceſſerat vrbem, 14.
et in Italiam abierat. Nam cum fama captae regionis ad ipſam allata eſſet, omni mora poſita relinquebat vrbem, et in Italiam properabat. Legati cum eam haud reperiſſent in iſta vrbe, abierunt re infecta.

Rex omnibus in vnum contractis copiis, inuaſit Sandalis regionem, quam miſere euaſtauit. Nam equites per vniuerſam regionem graſſantes, eam grauiter afflixere. Inde nec oppidis abſtinuit: quae accedens obſidere haud omiſit. Sandalis milites, qui in montium iugis ſe tenebant, montibus digreſſi, inſidiabantur cubicul ſiue tentorio regis. Et cum quaedam inde diripuiſſent, illico retro in montes, vnde venerant, ſe receperunt. Regio haec non ſecus ac Illyriorum deſerta et vaſta eſt.

y) Seruius fuit materno genere, paterno Graecus, vid. *Seruica* §. 331.

z) In marg. „Boſſina a Turcis ſubacta, 1463„. 14. Id. p. 290.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1463.

§. 26.

Rex caſtra mouens ad Sandalis vrbem, eam diebus aliquot obſidebat. Quum vero vrbis oppugnatio non ſuccederet ex animi ſententia, abiit, ducens exercitum per Stantis, Craici et Pauli [a], qui principes erant, regiones. Ad hos praecones dimiſit, qui iuberent, vt ſuam ſinguli regionem regi traderent. quod ſi facerent, fore, vt ſinguli aliam regionem in Europa ab rege acciperent. Principes illi perſuaſi praeconum verbis, ſemet ipſos et regionem regi manciparunt. Cogitabant enim impoſſibile fore, vt in poſterum regionem ſuam defendere et tutari poſſent, cum vndique cingerentur regis regione, quaſi in medio habitantes. Verum profecti in Ianuas regis, hac conditione adducti, deditionem faciunt, vt alia regione pro ſua donarentur. Nec multo poſt hos compedibus compeditos abduxit domum, ſimul etiam exercitum dimiſit.

§. 27.

Regem Illyriorum mane cum in caſtris quieſceret, et abitum moliretur, accerſiuit in conſpectum ſuum. Qui cum intelligeret, ſe parum fauore regis vocari, tenens manu litteras, quibus continebatur iusiurandum ab Machumute datum, prodibat in conſpectum regis. Vt in conſpectum regis venit, rege imperante caput eius praeciſum eſt [b]. Tradunt, regem propinaſſe interficiendum Illyriorum regem Perſae, praeceptori ſuo. Sunt qui referunt, coquum regium iſtum virum, neſcio quod crimen in eum intendentem, confeciſſe. Nam is, cum plurimum diſſideret a ſententia Machumutis, filii Michaelis, regis iuſſu Illyriorum regem leto dedit. In hunc modum memoriae proditum eſt occidiſſe Illyriorum regem, occupato regno eius ab rege Turcorum [c].

a) In marg. „Conſtantini, Caraguſii, qui Repoſius, filiorum Ibanis Caſtriotae [de quo vid. ſupra §. 7.], et Pauli Duchaini„.

b) In marg.„ Alii excoriatum ſcribunt 1463„.

c) Subiungit his Chalcocondylas; *Veneti et Pannones, cognito regionem Illyriorum in ditionem veniſſe regis, regemque Illyrium captum a Turco occubuiſſe, propterea reliquos regionis principes in vinculis agere vitam, haec neutiquam diutius ferenda eſſe cenſuerunt—.*

FINIS PARTIS PRIMAE
TOMI SECVNDI.

TOMI SECVNDI
PARS II.

BVLGARICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE BVLGARIS.

Bulgarorum Nomen et Genus.

BVLGARI qua tempeſtate Romanis primum innotuerunt, hoc nomine, quo noſtris adhuc temporibus veniunt, inſigniebantur. Rationem huius denominationis ex toto ſcriptorum Byzantinorum agmine vnicus Nicephorus Gregoras prodidit; cum eos a *Volga*, (Βȣλγαν vocat) fluuio, ad quem olim accoluerunt, dictos eſſe refert. Sed praeter iſtud alia ipſis tribuunt nomina Byzantini. *Hunnos* enim illos, ob generis forte, quam putabant, coniunctionem, *Hunnogunduros* quoque et *Cotragos* vocant. at haec duo vocabula quasdam potius tribus, quam gentem vniuerſam deſignaſſe videntur. Theophanes *Hunnobundobulgaros* a), et *Contragos*, Nicephorus Gregoras vero, *Scythas* primum, poſt *Bulgaros*, audiiſſe, ait. Et haec quidem antiquiora ſunt gentis nomina. Poſteris enim temporibus *Moeſi*, a Moeſia inferiore, quam tunc tenebant, et *Blachi*, vnde neſcio, vocati ſunt.

De Genere Bulgarorum, veteres dico, ſi quaeras, vix aliquid certi a Graecis exſpectare poteris. Pro Hunnis nobis illos non vno loco venditant. At ita, cum tam late pateat, ac fluctuet Hunnorum nomen, non multo ſane doctiores ſumus. Caeterum cuiuscunquè demum fuerint originis Bulgari, eos tandem cum Slauis in vnam coaluiſſe gentem certum eſt.

Bulgarorum Sedes et Migrationes.

BVLGAROS olim inter Tanain et Volgam fluuios regionem, quae ex ipſorum nomine *Magna Bulgaria* vocata eſt, late incoluiſſe, Scriptores Byzantini docent. Prima gentis migratio, qua ad Iſtrum acceſſerunt propius, circa a. C. 501. contigiſſe videtur ex

Kkk 2 hoc

a) Duobus nominibus, *Onogundurorum* et *Bulgarorum*, ad vnum verbum vitioſe, vt videtur, contractis. quod librarii forte, non Theophanis ipſius, peccatum eſt. Duo certe Codices et Anaſtaſius Bibliothecarius pro Οὐννοβȣνδοβȣλγαρων, duo nomina habent. vid. §. 13. not. c.

hoc certe tempore, flumine ſaepius traiecto, Romanorum infeſtare coeperunt. Centum circiter et quadraginta annis poſt prope vniuerſi, paucis in auito ſolo trans Tanain fluuium remanentibus, in Europam effuſi ſunt. Quorum quidem alii ad Tanais ripas ſedes fixerunt; alii regiones ſecundum Iſtrum ad Pannoniam vsque pertinentes occuparunt; alii, in Italiam abeuntes, ad Rauennam conſederunt. Illi vero, quos ad Iſtrum conſediſſe diximus, non diu poſt flumine ſuperato, Moeſiam inferiorem, quae inde Bulgariae nomen accepit, ſuae ditioni adiunxerunt. Hi ſuccedente tempore Thraciae quoque partem, quam ſua lingua *Zagoriam* vocabant, Macedoniae, Theſſaliae, quae Magnae Blachiae et Bulgariae ex hoc tempore nominibus inſigniebantur, et Illyrici denique partem ad mare vsque ſibi ſubiecerunt. His vero poſteris temporibus rurſus eiecti regionibus, in Bulgaria proprie dicta, quae a meridie Haemo monte, a Septemtrionibus fluuio Iſtro, ab occidente Seruiorum agro, ab oriente Euxino ponto terminatur, ſe continuere.

Hiſtoria Bulgarorum.

PERIODVS I.

Res Bulgarorum ab eo inde tempore, quo ad Danubium primum conſederunt, vsque ad gentem a Baſilio ſubactam et Romanis ſeruientem, ab a. C. 501 — 1185.

BVLGARI, inauditum antea nomen, ſub Anaſtaſii Aug. imperio a. C. 501. primum deſcenderunt ad Danubium. Ex eo certe tempore fluuium ſaepius transgreſſi Thraciam atque Illyricum vaſtarunt. quorum ob iteratas incurſiones Anaſtaſius murum longum, ex nomine eius Anaſtaſianum dictum, condidit. Iuſtiniano I. imp. a. C. 540. cum agrum Romanum infeſtarent: Mundus, tunc Illyrico praefectus, ingens eorum agmen deleuit. quae clades tantum iis incuſſit terrorem, vt Danubium diu non auderent traiicere.

Sub idem tempus Auari, ex oriente in occidentem effuſi, poſt multas alias gentes etiam Bulgaros debellarunt; ſibique habuere ſubiectos, donec CVBRATVS, Bulgarorum (vel Hunnogundurorum, ſic enim hoc loco vocantur) princeps, excuſſo Auarorum iugo, populum omnem, quem a Chagano, incertum praeſidia, an auxilia, acceperat, indigne tractatum eiecit.

Sub

Sub huius Cubrati vel Cobrati, quo nomine eundem virum intelligi arbitror, imperio, maxima pars gentis antiquas adhuc ſedes inter Tanain et Volgam fluuios tenuit. Poſt mortem vero illius quinque eius filii contra monitum patris a ſe inuicem, quisque cum gente, cui imperabat, ſeparati ſunt. Primogenitus BATBAIAS cum ſuis in auito ſolo ſubſtitit, et non diu poſt a Chazaris ſubactus eſt; ſecundus natu frater COTRAGVS (a quo Cotragorum tribus dicta eſſe videtur) in citeriore Tanais ripa conſedit; quartus et quintus fratrum Iſtrum transgreſſi, ille quidem in Pannoniam, Auaris ſe adiungens, hic vero in Italiam ad Rauennam abiit; tertius denique, ASPARVCH nomine, inter Danaprin et Onglum fluuios ſedes poſuit. Vnde cum poſtea regiones Iſtro vicinas infeſtarent a. C. 678. Bulgari, Conſtantinus Pogonatus in eos exercitum duxit, ſiniſtro quodam Romanorum fato. Illic enim cum aliquamdiu vtrique haeſiſſent, proelii non auſi adire periculum, et imperator acri pedum dolore vexatus Meſembriam abiiſſet; Romani, diſceſſum eius fugam interpretati, temere fugerunt omnes. Quo viſo Bulgari inſecuti fugientes traiecere Danubium, et Moeſiam inferiorem, quam tunc Slaui obtinebant, occuparunt, Slauis debellatis tributum impoſuerunt, et cum Conſtantino, ſtipendia pacto, pacem fecerunt.

TERBELIS, qui his temporibus genti imperabat, Iuſtinianum rhinotmetum, licet foedifragum, quippe qui tributa, a patre promiſſa, pendere recuſabat, a Leontio ab imperio deiectum, cum Bulgarorum et Slauorum copiis a. C. 703. in illud reſtituit. Huius parum memor beneficii Iuſtinianus, duobus elapſis annis a. C. 705. eos armis adortus eſt; ſed tunc magnam cladem reportauit. Ex eo tempore ſaepius agrum Romanum Bulgari infeſtarunt; donec Theodoſius Adramytenus cum rege eorum COMERSIO a. C. 714. pacem iunxit, qua vtriusque regni limites Meleonas Thraciae conſtituerunt. Amicitiam, quae inter vtramque gentem per quadraginta annos interceſſerat, Bulgari tandem a. C. 755. diruperunt; et cum tributa, quae ob noua per Thraciam exſtructa oppida maiora poſtulabant, ipſis Conſtantinus Copronymus negaret, arma receperunt. Thraciam itaque fere ad Longos vsque muros depopulati, a Conſtantino cum exercitu occurrente proelio victi, et pacem rogare coacti ſunt.

Non diu poſt a. C. 762. internis concuſſa eſt motibus Bulgaria. Stirpe enim, quae ipſis hucusque reges dederat, exciſa, TELETZIN, ho-

hominem arrogantem, ſibi principem praefecerunt. Hoc ob cladem, quam a Romanis accepit, rurſus ab imperio remoto et occiſo; SABINVS rerum potitus eſt. Qui cum de pace cum Romanis contra ſententiam Bulgarorum ageret, ne quid durius ab illis pateretur, veritus, ad imperatorem confugit. PAGANVS, quem in eius locum Bulgari ſurrogarunt, pacem a. C. 764. cum imperatore compoſuit. VMARVS, TOCTVS, CAMPAGANVS vnius anni ſpatio genti principes praefuerunt. Durantibus his internis diſſidiis Conſtantinus Copron. iteratas in Bulgariam irruptiones fecit, non tamen ſucceſſu ſemper felici. Qui poſt illos, de quibus dictum eſt, Bulgaris imperauit TZERICHVS, vel, vt ab aliis vocatur, TELERICVS, et ipſe a ſuis, vt videtur, pulſus, a. C. 776. Conſtantinopolin venit, ibique baptizatus et a Leone Chazaro, qui ipſi coniugis ſuae, Irenes, conſobrinam in matrimonium dedit, patricius creatus eſt.

Quae internis, quae dixi, diſſidiis penitus fere euerſa erat Bulgarorum potentia, ſub CARDAMO rege a. C. 791. rurſus erigi coepit; CRVMVS vero, qui illi circa a. C. 807. ſucceſſit, eam ad ſummum euexit faſtigium. Hic enim Sardicam, quae Triaditza poſtea vocata eſt, ſuae ditioni adiunxit; Nicephorum imperatorem, qui Bulgariam magno cum exercitu inuaſit, pacem oblatam detrectantem, cum ſuis occidione cecidit. Michaele Rangabe et Leone Armenio imperantibus a. C. 812, 813. Debeltum, Meſembriam et Adrianopolin adeo expugnauit, vaſtauit Macedoniam, et incolas ingenti numero in Bulgariam trans Iſtrum deportauit. Ad Conſtantinopolin vsque progreſſus, Romanis victor inſultauit; et quas tunc, ſub colloquii ſpecie, vitae ſuae ſtruxerant inſidias, loca Vrbi vicina igni ferroque vaſtando vltus eſt. Leo imperator tandem contra Bulgaros cum exercitu profectus, eos dolo potius, quam virtute, vicit, et ſubito in Bulgariam irruptione facta, eam crudeliſſime, nulli ſexui, nulli aetati parcens, vaſtauit. His in furorem actus Crumus agros Romanos late populatus, Conſtantinopolin oppugnare decreuit. Quo conſilio cum ingentem ex Bulgaris, Auaris, quos et ipſos debellauerat, et Slauis compararet exercitum; ex ſanguinis profluuio circa a. C. 820. fatis conceſſit.

CRYTAGON, qui poſt Crumum Bulgaris imperauit, in Chriſtianos, olim captiuos abductos, crudeliſſime ſaeuiit, quod Bulgarorum multos ad fidem Chriſtianam perduxerant; et eorum praecipuos acerbis affectos ſuppliciis interfecit. Caeterum Michaeli Balbo contra

contra Thomam rebellem auxilia ſubmiſit, at tyrannum debellauit. Sub BALDIMERE, qui Crytagoni ſucceſſit, Romani, olim e Macedonia abducti, ferro ſibi viam e Bulgaria Transiſtriana aperientes in patriam redierunt. BOGORIS, qui eum excepit, a. C. 843. Michaele Theophili F. cum matre Theodora imperante, Romanis bellum inferre parans, vbi imperatricem nequaquam minis territam vidit, pacem ſeruauit. Non diu poſt fidem Chriſtianam, quam ipſi iam antea ſoror, quae eam, cum Conſtantinopoli captiua moraretur, edocta fuerat, et Theodorus monachus captiuus, quanquam fruſtra, praedicauerant, amplexus eſt. Rationem, qua inductus id fecerit, alii aliter referunt. Sunt, qui Bulgariam Chriſtianorum precibus a fame liberatam, ſunt, qui bellum, quod Romani moliebantur, ſunt denique, qui picturam quandam monachi, cui Methodio nomen erat, huius rei cauſam fuiſſe, referunt. Hoc quicquid demum fuerit, ipſe cum gente ſua ad fidem Chriſtianorum tranſiit, ex imperatoris, qui ipſum e ſacro fonte ſuſcepit, nomine *Michael* appellatus. Tunc et imperator Bulgaris, qui ſe anguſtis nimis arctari querebantur finibus, regionem deſertam a Sidera ſeu ferrea [porta] ad Debeltum vsque conceſſit, quae poſtea eorum lingua *Zagora* i. e. *transmontana* dicta eſt. Baſilius Macedo ſimulatque imperii potitus eſt, vt Bulgarorum gentem in fide magis confirmaret, archiepiſcopum et epiſcopos, quibus adhuc carebant, circa a. C. 867. ad eos miſit, et ita, vt ii quoque, qui auitis adhuc ſacris dediti erant, Chriſto nomen darent, effecit. PRESIAM, qui poſt illum, vt videtur, regnum tenuit, cum Seruiis bellum geſſit; ſed ab ipſis proelio victus, filio quoque ab hoſtibus capto, pacem facere coactus eſt. Caeterum pax inter Romanos et Bulgaros, quamdiu quidem Baſilius imperauit, inconcuſſa manſit. Primis vero Leonis Sapientis annis Romanorum quorumdam auaritia factum eſt, vt Bulgarorum commercium Conſtantinopoli Theſſalonicam transferretur, et huius gentis mercatores variis afficerentur iniuriis. De qua re cum fruſtra apud imperatorem per legatos queſtus eſſet SIMEON, tunc temporis Bulgarorum rex, aduerſus Romanos a. C. 888. bellum ſuſcepit: quod, licet pluribus proeliis victor diſceſſiſſet, ob Hungarorum, quos Leo concitauerat, irruptionem pace facta componere coactus eſt. Hinc armis in Hungaros conuerſis, eos clade affecit. Non diu poſt a. C. 904. bello Romanis iterum illato, eorum exercitum deleuit. Pace vero cum illis iuncta,

iuncta, adhibitis in belli ſocietatem Patzinacitis, in Hungarorum, qui in bellicam expeditionem profecti erant, terram irruptione facta, vxores et liberos eorum in captiuitatem abduxit. Hungari itaque reuerſi cum terram ſuam vaſtatam reperirent, in iis, quas poſtea ſemper tenuerunt, regionibus ſedes collocarunt. Sub Conſtantini Porphyrogennetae imperio ſaepius Romanis bellum intulit Simeon, ſaepius, ipſe cum imperatore congreſſus, pacem compoſuit, ſed nunquam diuturnam. Tandem, vt Romanum funditus euerteret imperium, Saracenos ſibi adiungere belli ſocios, legatis ad eos miſſis, tentauit. Quod eius, cum, legatis in reditu interceptis, Saracenos, qui illos comitabantur, imperator ſibi conciliaſſet, irritum fuit conſilium. Varia quoque Simeon geſſit cum Seruiis bella, quorum vltimo, Zacharia principe in Chrouatiam fuga elapſo, et Zupanis dolo circumuentis, gentem facile debellatam in Bulgariam deportauit. In Chrouatos denique expeditionem cum ſuſcepiſſet, vniuerſum paene amiſit exercitum; et ipſe breui poſt a. C. 941. cordis morbo oppreſſus, de vita deceſſit, PETRO F. ſucceſſore relicto. Mortis eius fama ad vicinas gentes perlata, omnes, factas ſibi eo regnante a Bulgaris vlturae iniurias contra illos arma capere meditabantur. Quibus hi maxime territi, fame praeterea et locuſtis, quae terram eorum depaſcebantur, afflicti, ad Romanos, qui et ipſi bellum parare ferebantur, de pace et affinitate legatos miſerunt. Romanus Lacapenus, facile Bulgari concedens precibus, ſuam ex Chriſtoporo F. neptem, Mariam, ei in matrimonium dedit, et pacem cum Bulgaris confirmauit, quam hi per viginti annos inuiolatam coluerunt.

Nicephorus demum imperator ob negatum a Petro contra Hungaros auxilium, a. C. 967. Ruſſorum principem Sphendoſthlauum aduerſus Bulgaros concitauit. Qui Bulgariam iteratis vicibus depopulatus, ea, pactorum, quae cum Nicephoro inierat, ſecurus, amplius decedere noluit. Imperator itaque Ioannes Tzimiſces quae precibus non potuit, armis impetrare decreuit. Bellum itaque contra Ruſſos ſuſcepit. quo tandem ſuperior, pacem cum illis compoſuit, et, rege BORISE, Petri filio, capto, Bulgariam in prouinciae formulam redegit.

Sed ſtatim poſt Tzimiſcae obitum a. C. 976. Bulgari, quatuor fratribus, Comitis cuiusdam, viri inter ipſos potentis, filiis, DAVIDI, MOSI, AARONI et SAMVELI, imperio tradito, a Romanis de-

defecerunt. cum fratrum tres, alii quidem morte naturali, alii violenta, deceſſiſſent; Samuel, homo bellicoſiſſimus, ſolus rerum potitus eſt. Hic, imperatore Baſilio in bello aduerſus Bardam Solerum occupato, per Romanorum prouincias, Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam, Graeciam ac Peloponneſum, graſſatus, multis ſuae ditioni adiectis vrbibus, Preſpae regiam ſedem conſtituit. Baſilius ſimulatque a bellis ciuilibus reſpirauit, in Samuelem arma conuertit; vrbes a Bulgaris antea captas recepit plurimas, et Bulgariam trans Haemum iteratis vicibus incurſauit Cum vero bellum per 27. iam extractum eſſet annos, Baſilius Bulgaros ad regni ipſorum introitum clade omnium maxima affecit; captiuis, qui fuiſſe ad quindecim millia feruntur, oculos eruit; eosque, ſingulis centuriis vnoculo duce dato, ad Samuelem miſit. quo hic ſpectaculo in ſtuporem actus, biduo poſt obiit a. C. 1014. Bellum interim ſub filio eius GABRIELE et IOANNE BLADISTHLAVO, Aaronis, frater is Samuelis fuit, filio cum aliquot adhuc duraſſet annis; Bulgaria vniuerſa, proceribus gentis poſt mortem Ioannis, qui a. C. 1017. Dirrhachium oppugnans occiſus eſt, vndique ad Baſilium imperatorem deficientibus, in Romanorum poteſtatem venit.

Sub imperio Michaelis Paphlagonis a. C. 1040. DELEANO, TEICHOMERO et ALVSIANO ducibus, Bulgari rebellarunt; ſed iam ſequenti anno, Aluſiano, cum Deleano in conuiuio oculos eruiſſet, ad imperatorem transeunte, et Deleano capto, (Teichomerus enim iam antea a ſuis occiſus erat) rurſus ſub Romanorum redire imperium coacti ſunt. Triginta et duobus annis poſt a. C. 1073. Seruii Bulgariam inuaſerunt, ac Bulgari, iugo Romanorum excuſſo, Michaelis Seruiorum principis filium CONSTANTINVM BODINVM, ſibi regem praefecerunt, mutato nomine *Petrum* appellantes. Is vero infelici cum Romanis commiſſo proelio captus et ad imperatorem miſſus, eius iuſſu Antiochiam abductus eſt. Vnde eum Veneti, ingenti pecunia ab eius patre Michaele accepta, ſuffurati, in Seruiam reduxerunt. Hoc modo Bulgaria ſub ditionem Romanorum redacta, iis per centum, et quod excurrit, annos paruit.

PERIODVS II.

Res Bulgarorum a regno ſub Petro et Aſane fratribus inſtaurato, vsque ad Bulgariam a Turcis occupatam; ab a. C. 1185—1453.

BVLGARI, quam diu moliebantur, tandem, Iſaacio Angelo Romanis imperante, a. C. 1185. fecerunt defectionem. Tunc enim

 duo

duo fratres, PETRVS et ASAN, gentem, ob acerbas, quibus a Romanis premebatur, exactiones iam ſatis rerum nouarum cupidam, ſuperſtitione in auxilium adhibita, vt aperte deficeret, facile perpulerunt. Iſaacius Angelus, expeditione ſuſcepta, primo, eos impetu diſſipauit, Petro et Aſane cum paucis ad Scythas [Comanos] trans Iſtrum fuga elapſis. Cum vero regionem, quod debuerat, praeſidiis occupare et locis idoneis caſtella munire neglexiſſet, agros depraedari contentus, non tantum ipſe victoriae fructum amiſit; ſed etiam Bulgari Romanis vt inſultarent audacius, in cauſa fuit. Aſan breui poſt cum Comanorum auxiliis in Bulgariam reuerſus, in id vnice intentus fuit, vt Bulgarorum fines, qui olim fuerant, quam latiſſime proferret. Hic igitur cum fortiter ac ſtrenue, Romani vero duces ignaue ac negligenter rem gererent; in dies creuit Bulgarorum potentia. Quam cum tandem Iſaacius Angelus reprimere pararet, et hoc conſilio idoneum conſcripſiſſet exercitum, a fratre ſuo Alexio imperio deiectus eſt. Alexius, id vnice agens, vt ſibi imperium, quod occuparat, confirmaret, res Bulgaricas omnino neglexit. Hinc factum eſt, vt, cum poſtea pacem Bulgaros rogaret, repulſam ferret. Aſan vero Romanos exercitus, quos contra ipſum Alexius miſit, pluribus proeliis profligauit. Haec dum aguntur, quidam ex amicis Aſanis regis, *Iuancus* nomine, ob commercium cum ſorore vxoris eius, in odium ipſius incurrit. Cuius rei cauſa cum ſupplicium ab eo ſumere Aſan vellet, eum nocte intempeſta ad ſe vocari iuſſit. Iuancus vero vt periculum, quod ſibi imminere ſubodorabatur, a capite ſuo auerteret, gladio ſub veſte occultato, ad regem acceſſit, eumque, cum ad primum ipſius aſpectum enſem quaereret, a. C. 1195. occidit. Inde elapſus ad conſcios ſe recepit, qui, pluribus in partes ſuas pertractis, Ternobum occuparunt. Hic cum Petro, qui poſt Aſanis caedem ſolus rerum potiebatur, aliquamdiu reſtitiſſet, et imperator auxilia, quae Iuancus ipſum rogauerat, mittere cunctaretur; deſperatis rebus Ternobo clam profugus, imperatorem adiit, cui poſtea per aliquod tempus contra populares ſuos ſtrenuam nauauit operam. Petri vero non diuturnum fuit imperium, quippe qui breui poſt a ſuorum quodam confoſſus interiit. Huic qui ſucceſſit tertius fratrum IOANNES, virtute pariter ac fortuna nulli regum Bulgarorum ſecundus, non minus, quam Aſan, Romanis iteratis ſuis irruptionibus moleſtus fuit. A turbis vero iſtis tandem, pace Romanos inter ac Bulgaros a. C.

1200.

1200. compoſita, aliquamdiu ceſſatum eſt. Capta a. C. 1203. a Latinis Conſtantinopoli, Romanorum multi ad Bulgaros tranſiere, qui Ioanni regi, vt Latinis bellum inferret, auctores fuerunt. Hic, cum Latinis ob arrogantiam, qua legatos ipſius exceperant, et ipſe infenſus eſſet, facile perſuaſus, Romanis, vt ſuos ad defectionem ſollicitarent, in patriam dimiſſis, e Bulgaris et Comanis numeroſiſſimum collegit exercitum. Quo Latini audito cum imperatore Balduino et reliquis ducibus Conſtantinopoli egreſſi, a Comanis et Bulgaris a. C. 1205. ingenti clade affecti ſunt, et Balduinus ipſe captus ac Ternobum abductus eſt: vbi non diu poſt, acerbiſſimis affectus ſuppliciis, interiit. Ex eo tempore Ioannes Bulgarorum et Comanorum cateruas crebro in Latinos emiſit. quae omnia longe lateque igni ferroque deuaſtarunt; vrbes ac caſtella ceperunt, atque euerterunt plurima, ea audacia, vt ad portas vsque CP. prouecti, easque pauci interdum ingreſſi, cuſtodes occiderent, atque ita ad ſuos gloriabundi reuerterentur. Quas Bulgarorum et Comanorum graſſationes demum imperator Henricus ſua virtute repreſſit.

Fatis functo a. C. 1207. Ioanne, ſororis eius filius BORILAS regnum obtinuit. quo aliquamdiu quiete potitus eſt, donec Ioannes, Aſanis filius, e Ruſſis, ad quos poſt patrui obitum profugerat, cum parua eorum manu reuerſus, paternam hereditatem armis repetiit. Borilas proelio ab ipſo victus, Ternobum conceſſit; vbi ſeptem annos obſeſſus, tandem aufugit. In fuga vero comprehenſo oculi eruuntur, et IOANNES a. C. 1221. vniuerſa potitur Bulgarorum regione. Hic breui et virtute et, qua in victos vtebatur, humanitate, gloriam inſignem adeptus, non Bulgaris tantum; ſed Romanis etiam aliisque gentibus carus fuit. Imperator Ioannes Ducas eum ſibi affinem, filio ſuo Theodoro eius filiola Helena deſponſa, ac belli ſocium adiunxit. Hi ambo itaque vnitis viribus aduerſus Latinos expeditione ſuſcepta; prouincias eorum depopulati ſunt. vrbium captarum alias Ioannes imperator, alias Ioannes rex accepit. At Bulgarus, foederis cum Romanis, quorum auctam in dies potentiam formidabat, percuſſi cito pertaeſus, filiam ſuam, varias praetexens cauſas, repetiit, et cum Latinis pacem compoſuit. Breui tamen poſt, dum Tzurulum cum Latinis oppugnat, accepto de morte vxoris, filii et archiepiſcopi Bulgariae nuncio, hanc ſibi foederis violati poenam a Deo inflictam ratus, pacta cum imperatore renouauit, filiamque Theodoro marito remiſit. Mortuo aliquot annis

nis post a. C. 1245. Ioanne, CALLIMANVS, eius ex vxore Vngara filius, in regno ſucceſſit, ac pacemcum Romanis confirmauit. Hoc quoque, duodecimo aetatis anno, fatis functo, MICHAEL, quem Ioannes ex Angeli Theodori, Theſſalonicae Deſpotae, filia ſuſceperat, admodum iuuenis regnum ſuſcepit. Hoc tempus opportunum ratus Ioannes Ducas, bello in Bulgaros moto, multas vrbes, quae illi antea occuparant, nullo labore recepit; et ita demum cum Michaele pacem fecit. Poſt obitum vero Ioannis Ducae, a. C. 1256. cum Michael occiduas regiones praeſidiis nudas conſpiceret, in eas irrupit, et omnia, quorum Romani breui ante potiti erant, ſub Bulgarorum ditionem redegit; incolis, qui maximam partem Bulgari erant, et popularibus ſuis, quam Romanis, ſubeſſe ſatius ducebant, vltro deditionem facientibus. His coactus imperator Theodorus Laſcaris cum exercitu in Europam traiecit. Bello aliquamdiu cum Bulgaris geſto, et pluribus vrbibus receptis, tandem pacem, de qua Michael legatum ad ipſum deſtinauerat, admiſit. Mortuo breui poſt a. C. 1257. vel 1258. Michaele, cum nullos reliquiſſet liberos, Bulgari MYTZEN, ſororis eius filium, regem appellarunt. Qui cum ignauia ſua rem Bulgaricam in ſummum adducturus diſcrimen videretur; Conſtantinus Toechus, vir prudentia ac robore inſignis, comparata factione, tyrannidem affectauit. Mytzes ab illo Ternobi obſeſſus, opportunitatem nactus cum vxore ac liberis Meſembriam, indeque ad imperatorem Theodorum Laſcarin Nicaeam confugit. A quo benigne ſuſceptus, praediisque circa Troiam et Scamandrum donatus, ibi cum ſuis habitauit. CONSTANTINVS TOECHVS hoc modo regni potitus, vt aliqua tamen iuris ſpecie illud obtinere videretur, Theodori Laſc. filiam Irenen, Aſanis, olim Bulgarorum regis, ex filia neptem, in matrimonium rogauit. Quam vbi accepit, priorem ſuam coniugem, ad imperatorem Nicaeam miſit. Defuncto non diu poſt a. C. 1259. Theodoro imperatore, Michael Palaeologus imperii, quo Theodori Laſc. filium Ioannem ſpoliauit, potitus eſt. Hanc fratri ſuo illatam iniuriam vt armis vlciſceretur, Irene coniugem perpetuo ſtimulabat. qui ob vrbes Bulgaris ereptas imperatori et antea infenſus erat. Rei vero aggrediendae commodam tunc praebuit cauſam Sultanus Azatines. Hic enim apud Romanos iam diu moratus, cum nullam reditus ſpem haberet, Conſtantinum per fidum hominem rogauit, vt, adiunctis ſibi Tatarorum auxiliis, Romanis bellum inferret, magnam ei, ſi ipſius

ope

ope liberatus eſſet, pecuniam pollicitus. Conſtantinus facile perſuaſus, cum magno Tatarorum exercitu in Thraciam irrupit, eaque vaſtata, Aenum vrbem, vbi Sultanus degebat, obſedit. vnde tandem, dedito ab incolis Sultano, pacatus diſceſſit. Mortua Conſtantini coniuge Irene, Michael Palaeologus, vt Bulgarum ſibi conciliaret, Mariam, ſororis ſuae Eulogiae filiam, ipſi a. C. 1270. nuptum collocauit, et ſimul, ſe vrbes Meſembriam et Anchialum ipſi traditurum, promiſit. His vero promiſſis cum poſtea ſtare recuſaret imperator, et Maria praeterea maritum, vt illatam ab eodem matri ſuae iniuriam vlciſceretur, ſollicitaret: bellum Romanos inter ac Bulgaros renouatum iri videbatur. Sed imperator, foedere cum Noga, Tatarorum principe, percuſſo, Bulgarum pacem ſeruare coëgit. Aliquo elapſo tempore a. C. 1277. ne filio Michaeli, quem Conſtantino pepererat, valde adhuc iuueni, patre ſine ſpe decumbente, a Sphentiſthlabo, viro tunc inter Bulgaros praepotente ac deſpota, metuendum eſſet, Maria eum, licet iam prouectum aetate, adoptauit, et breui poſt perfide occidit. Hoc amoto metu, nouum curarum agmen ex improuiſo irruit. Ruſticus enim quidam et ſubulcus *Cordocubas*, vel, vt Graeci interpretabantur, *Lachanas* dictus, noui conſtituendi principatus conſilium iniit. Quod, cum ſaepius iam de hac re inter ſodales ſuos ſermones habuiſſet, die ſubito dicto exſequi coepit. Statim ſe ipſi adiunxerunt, quos ſibi iam antea conciliauerat, ruſtici, et alii, quos fama viri in Bulgarorum auxilium a Deo miſſi excitauerat, innumeri. Idoneo iam ſuccinctus Lachanas exercitu, ducis habitum ſumſit, et quam ſuis de ſe ſpem fecerat, non vanam fuiſſe, re ipſa, victis nonnullis Tatarorum, qui tunc Bulgariam impune vaſtabant, cateruis, oſtendit. Bulgari cum iam vndique ad Lachanam deficerent, Conſtantinus vt tyrannidem, prius quam nimis confirmaretur, diſſiparet, arma contra Lachanam cepit. At rex, viribus longe inferior, proelio inito victus, et a tyranno occiſus eſt. Ita apertae plene regionis potens LACHANAS, ad ſubigendas vrbes conuerſus, ſolito ſucceſſu nunc hanc nunc illam in poteſtatem accepit. Harum rerum nuncio maxime conturbatus imperator, quid faceret, dubius haeſit. Eum in affinitatem recipere cogitabat; ſed hoc abiecto poſtea conſilio, Mytzae, olim Bulgarorum regis, filium Ioannem Aſanem auxiliis, quibus is paternum recuperaret regnum, iuuare decreuit. Illum itaque e Troicis regionibus aduocatum generum ſimul, filia

Irene ei in matrimonium data, ſimul Bulgarorum regem appellauit. Maria interim, Conſtantini regis vidua, animi anceps, quo ſe verteret, neſciebat. Omnibus demum, quam fieri poterat, optime perpenſis, nihil aliud ſibi, ſiquidem regina eſſe atque appellari vellet, relictum videbat, quam vt Lachanam in regni torique ſocietatem aduocaret. De vtroque igitur cum per legatos ſignificaſſet; hic tandem, et quaſi renuenti ſimilis, quae offerebantur admiſit. Hoc modo regno potitus Lachanas, quae ad bellum, quod ipſi a Tataris ac Romanis imminebat, pertinebant, ſummo ſtudio apparabat. Cum Romanis quidem ſaepius proelio congreſſus plerumque victor diſceſſit. non tam virtute ſua, quam inaudita, qua in captiuos vtebatur, crudelitate. Hac enim deterriti Romani, a pugna cum Lachano ineunda quam maxime abhorrebant. Caeterum cum inſigni plerumque temeritate dimicaret; tandem factum eſt, vt a Tataris cladem acciperet. Hoc cognito Ternobitae, excuſſo, quod iamdiu meditabantur, foedae tyrannidis iugo, Mariam cum filio Michaele exercitus imperatorii ducibus dedidere, et Mytzae filium Ioannem cum vxore in vrbem receptum regem ſalutarunt. Lachanas duplicem hanc vt vlciſceretur iniuriam, collecto ſatis magno exercitu Ternobum obſedit; eam tamen, Romanis licet, quas imperator ſubmittebat, ſemel iterumque profligatis copiis, capere non potuit. Erat tunc inter Bulgarorum proceres quidam, nomine Terteres, vir maximae apud gentem gratiae et exiſtimationis. Qui ne res nouas moliretur, imperator veritus, eum Ioanni Aſani affinitatis vinculo iungere decreuit. Terteres facile ſibi perſuaderi paſſus, vxore, quam tum habebat, cum filio Oſphentiſthlabo ad imperatorem miſſa, ſororem Aſanis in matrimonium accepit, et deſpota ab imperatore appellatus eſt. Nihilo tamen minus, conciliatis ſibi gentis proceribus, breui poſt a. C. 1280. regnum affectauit. Quod eius vtprimum apparuit conſilium; Ioannes, collecta regia gaza, quae ſplendidiſſima Ternobi aſſeruabatur, clam cum vxore Conſtantinopolin profugit. TERTERES itaque vacuum Aſanis fuga regnum, magna Bulgarorum voluntate, palam occupauit. Tunc et Lachanas, cum diu iam Ternobum fruſtra obſediſſet, ad Nogam, Tatarorum principem, auxilia, quorum ope in regnum reduceretur, rogatum abiit. Non diu poſt Ioannes ad eundem cum donis plurimis ab imperatore miſſus eſt, ſpe auxilium ab eo, quippe qui vxoris eius ſororem in matrimonio habebat, impetrandi. Vtrumque

que diu vana ſpe cum Nogas lactaſſet, tandem Lachanam, veteris, qua Tataros affecerat, memor iniuriae, in conuiuio occidi iuſſit, Ioanne, pro eo intercedente vxore, incolumi dimiſſo. Terteres, ſatis iam confirmato principatu, pacem cum imperatore fecit, et priorem vxorem, quam pacis legem propoſuerat, Nicaea, vbi cum filio in cuſtodia aſſeruabatur, recepit; Ioannes vero in qualemcunque regni amiſſi compenſationem deſpotae dignitate ab imperatore ornatus eſt. Terteres cum per aliquot annos regnaſſet, Nogae territus minis fugit, et ab imperatore Andronico, Michaelis filio, metu Tatarorum ducis, non admiſſus, aliquamdiu circa Adrianopolin delituit; Nogas autem SMILTZVM in eius locum Bulgarorum regem appellauit. Occiſo circa a. C. 1294. in proelio, cum Tuctai, alio Tatarorum principe, commiſſo, Noga, filius eius Tzacas cum reliquis copiis in Bulgariam irrupit, eamque ſibi, quippe qui gener eſſet Terteris regis, vindicare aggreſſus eſt; adiuncto etiam ſibi OSPHENTISTHLAVO, tanquam primo rerum publicarum adminiſtro. Hic aliquamdiu Tzacae fortunam ſecutus, valida poſtea comparata factione, eundem ſubito adortus comprehendit, et primum quidem regno ac libertate, tandem etiam vita ſpoliauit. Quae dum aguntur, Bulgarorum quidam, legatis ad imperatorem deſtinatis, vt Michaelem, Conſtantini regis filium, qui CP. tunc agebat, mitteret, in paternum regnum reſtituendum, rogarunt. Facile eorum concedens precibus imperator, Michaelem cum exercitu, Radoſthlauo et aliis ducibus, in Bulgariam ablegauit. Quam ingreſſis Eltimeres, Cruni deſpota, occurrens, eos proelio commiſſo profligauit, et multos e proceribus Rom. captos ad Oſphentiſthlauum regem miſit, quibus hic non prius in patriam redeundi facultatem conceſſit, quam pro iis liberatum ab imperatore patrem ſuum Terterem recepiſſet. Non diu poſt circa a. C. 1305. Oſphentiſthlauus, vt ſorori ſuae a Seruiae Crale, qui illam, ducta imperatoris filia, repudiarat, et ſecundo eiusdem marito, Michaeli deſpotae, ab imperatore, qui eum in cuſtodiam dederat, illatas vlciſceretur iniurias, in terram Romanorum irrupit, et plures eorum vrbes Haemo vicinas vel vi cepit, vel conditionibus ad deditionem perpulit. Andronicus, his maxime conturbatus, Michaelem filium cum exercitu contra Bulgaros miſit. qui, hoſtibus proelio victis, terram eorum, incurſione facta, late vaſtauit. Aliquo inde elapſo tempore Bulgarorum rex neceſſitudinis nuptialis cum domo Auguſta honorem expetiit,

petiit, ſed tunc quidem repulſam tulit. Hinc Romanos iterum bello adortus, Meſembriam, Anchialum et Agathopolin vrbes captas ſuae ditioni adiunxit. Pacis vero poſtmodum cupidus, de ea legatos ad imperatorem miſit, et ſimul vnum e filiabus Michaelis Augusti, Andronici filii, in matrimonium rogauit. Quum autem vrbes, quas occuparat, reddere abnueret, imperator reſponſum differendo negotium extrahebat: ita tamen, vt ſpem non praecideret omnem, ne is, repulſa irritatus, arma reſumeret. A. C. 1318. tandem conceſſit Bulgari precibus imperator, eique Theodoram, ſuam ex Michaele filio neptem, matrimonio iunxit. Ortis non diu poſt a. C. 1321. inter Andronicos, auum et nepotem, diſſidiis, Oſphentiſthlanus nepoti copias ſubmiſit. ſpecie quidem, vt ipſi belli aduerſus auum ſocii eſſent, re autem ipſa, vt, ſi poſſent, eum comprehenſum ad ſe perducerent. Hinc, cum exercitu numeroſo eum ſtipatum viderent, ſtatim re infecta diſceſſerunt. Fatis demum functo a. C. 1322. Oſphentiſthlauo, in regno ſucceſſit GEORGIVS TERTERES filius. Hic irruptione in Romanorum prouincias facta, vrbes alias cepit, alias igni ferroque vaſtauit, Philippopolin etiam dolo occupauit. Haec inter Andronicus Iunior, pace cum auo facta, contra Bulgaros profectus, eos proelio inito profligauit, et in Bulgariam ipſam incurſione facta, magnam inde abduxit praedam. Mortuo ſub hoc ipſum tempus Tertere, multae Bulgarorum vrbes ad imperatorem defecerunt, alias Boëſilas, demortui regis patruus, Romanorum amicus, occupauit, Bulgariae deſpota ab imperatore appellatus. Philippopolin imperator et Boëſilas per quatuor menſes, ſtrenue eam defendentibus, quos ibi antea collocauerat Terteres, fruſtra oppugnarunt. ſed vrbs non diu poſt caſu quodam in Romanorum rurſus poteſtatem venit. MICHAEL *Streantzimeri F.* poſt Terteris, qui ſine herede deceſſerat, obitum, rex a Bulgaris declaratus, aſcitis Vngroblachorum et Scytharum [Tatarorum] auxiliis, vrbes, quae ad Romanos defecerant, obſedit. Cui cum imperator occurrere pararet, falſo de morte Boëſilae, quem, vt ad pugnam neceſſaria pararet, domum dimiſerat, accepto nuncio, re infecta Adrianopolin rediit. Michael interea vrbes, quae defecerant, recepit, et Boëſilae quoque regione occupata, in Thraciam irrupit. Imperator vero, cum, quem Bulgaris opponeret, idoneum exercitum non haberet, regem eorum ad ſingulare certamen prouocari iuſſit, quod hic, quippe principis perſona indignum, declinauit.

Dum

Dum itaque copias Andronicus Iunior cogit; venerunt a Michaele oratores, qui, illum Oſphentiſthlaui defuncti regis viduam vxorem duxiſſe et pacem amplecti, nunciarunt. His maxime laetus imperator, ipſe quoque ad Bulgarum legatos miſit, ac pacem, de qua ille ſignificauerat, confirmauit. Bello poſtea a. C. 1327. auum inter ac nepotem recrudeſcente, hic ſibi Michaelem contra illum adiunxit ſocium. At is maioribus promiſſis ab auo ſollicitatus, eius partes amplexus eſt, eique auxilia ſubmiſit: quae tamen, imperatoris iunioris minis territus, cito reuocauit. Maiori interim collecto Michael exercitu, denuo in prouincias Romanorum irrupit. ſed breui poſt inter imperatorem ac Bulgarum de pace hac lege conuenit, vt imperator Bucelum vrbem, quam Bulgari occuparant, reciperet. Aliquot annis poſt a. C. 1330. Michael in Seruios bellum mouit, cuius ſe futurum ſocium Andronicus Iunior promiſerat. Crales Stephanus vniuerſis regni viribus Michaelem petiit, eumque tempore induciarum, quas cum illo pactus fuerat, perfide adortus, clade affecit. Michael ipſe hoc proelio captus, ex vulnere breui poſt exſpirauit. His ita geſtis, Bulgari, pulſa Michaelis vidua, ſorore impe atoris Andronici Iunioris, priori eius coniugi, quae Stephani ſoror erat, regnum reddiderunt. Quibus Romani cognitis irruptione in Bulgariam facta, eaque vaſtata, Anchialum, Meſembriam et plures alias vrbes deditione receperunt. Haec inter Bulgari, eiecta Cralis Stephani ſorore, ALEXANDRVM, e Streantzimero et Michaelis ſorore natum, ſibi regem praefecerunt. Qui ſimulatque rerum potitus eſt, cum Bulgarorum exercitu et Tatarorum auxiliis, contra vrbes, quae imperatori deditionem fecerant, profectus, eas, praeter Meſembriam, recepit omnes. Accedente vero cum magnis copiis imperatore, viribus ſuis diffidens Alexander, de pace legatos miſit. quae his tandem conditionibus compoſita eſt, vt Romanis Anchialus, Bulgaris vero Diampolis redderetur. Haec dum aguntur, Tatarorum, quos contra Belaurum patruum euocauerat Alexander, acceſſerunt auxilia. Cum his, eorum, quae de pace acta erant, ſecurus, Romanos ad Rhoſocaſtrum adortus, vicit proelio. ſed eodem adhuc die rurſus de pace legatos miſit. Qua tandem ea, qua dixi, lege compoſita, vterque domum reduxerunt exercitus. A. C. 133 . miſſis Alexander legatis filio ſuo Michaeli imperatoris filiam in matrimonium rogauit. Haec licet imperatori parum grata acciderent; tamen, cum inde aliquod ad remp. redundaturum arbitrare

tur commodum, conſenſit, et filiam Adrianopolin, quo et Alexander cum filio ſuo acceſſit, deduxit. Nuptiis ibi celebratis, vterque, Alexander Ternobum, imperator Conſtantinopolin, reuerterunt. Sub initium imperii Ioannis Palaeologi, a. C. 1341. noua exſtitit diſſidiorum Romanos inter ac Bulgaros cauſa. Tunc enim Alexander Siſinanum, Michaelis e Seruiae Cralis ſorore filium, qui primum ad Scythas [Tataros], poſt ad Romanos confugerat, ſibi dedi poſtulauit. Multis de hac re in vtramque partem diſputatis, cum nullis Romanos terreri minis Alexander videret, a poſtulatis deſtitit, et renouato priori foedere, in Bulgariam abiit. Enato ſequenti anno Ioannem Pal. inter et Ioannem Cantacuzenum ciuili bello, Alexander nunc has nunc illas ſequebatur partes, in id vnice intentus, vt eorum diſſidiis in rem ſuam vteretur, pactorum et iuramentorum, quibus ſe vtrique obſtrinxerat, ſecurus. Ea tempeſtate Turci, quos Cantacuzenus ſibi belli ſocios adiunxerat, Bulgariam ſaepius infeſtarunt. Quo Alexander magis adhuc ab imp. Cantacuzeno abalienatus, Ioannem, quantum potuit, auxiliis iuuit. Alexandro demum circa a. C. 1350. fatis functo ſucceſſit SVSMANVS filius, qui, ab Amurate Sultano proelio victus, legatis miſſis pacem rogauit. qua impetrata hoſpes deinceps et amicus Sultani Turcorum fuit, cui etiam filiam in matrimonium collocauit. Atque ita Bulgaria Turcis aliquamdiu tributaria manſit, donec ab illis demum penitus ſubacta eſt.

GENE-

GENEALOGIAE
Regum Bulgaricorum.

NN. NN.
Secundum Anaſtaſium
Vulger et *Drongo;*
a. C. 539.

NN.

Organas. — NN.

1) CVBRATVS, al. CVRATVS, al. CROBATVS.
a. C. 634—641

2) BATBAIAS, al. *Baſianus.* 2) COTRAGVS. 2) ASPARVCH. NN. NN.
reges a. C. 642—668?

3) TERBELIS, a. C. 702—718. — 3) CORMESIVS al. COMERSIVS. a. C. 714, 715.

NN. filia, cuius maritus 5) SABINVS. a. C. 762.

4) TELETZES al. *Teleſius.* a. C. 762.

6) PAGANVS; a. C. 762—764.

7) VMARVS a. C. 764, 765.

NN.

Baianus. — 8) TOCTVS; a. C. 765.

9) CAMPAGANVS; a. C. 765—.

10) TZERIGVS al. *Telericus*
a. C. 774.—777.
vxor, Irenes Auguſtae agnata.

11) CARDAMVS
a. C. 791—796.

NN.

12) CRVMMVS al. *Crumnus.* an *Crem* Suidae? a. C. 809—820.

NN. filia; cuius maritus *Conſtantinus* Patzici

13) CRYTAGON, al. *Mortagon* al. *Mutrago*; a. C. 820—822.

14) BALDIMER; a. C. 829—842.

15) BOGORIS, al. *Goboris*, poſtea *Michael* dictus; a. C. 843—860.

19) SIMEON; a. C. 888—942.
vxor 1. NN. 2. filia Georgii Surſubulis.

16?) PRESIAM; a. C. 867—.

1. *Michael.*
2. 20) PETRVS. a. C. 942—967. *Ioannes. Beniamin.*

17?) MICHAEL BORISES; a. C. 870—.

vx. Maria, filia Chriſtophori, filii Romani Lacap.

18?) BLASTEMERVS.

21) BORISES a. C. 967—971. *Romanus*, *Simeon* dictus. NN.

NN. *Comes* inter Bulgaros potens.

22) DAVID. 22) MOSES. 22) AARON.

Aluſianus a. C. 1040, 1041. cum *Deleano* res nouas in Bulgaria molitur.

24) IOANNES BLADOSTHLAVVS. a. C. 1015—1017. vx. Maria.

Pruſianus. *Aaron.* *Ibatzes.* filii 3. et filiae ſex.

22) SAMVEL, *Mocrus.* a. C. 978—1014. vx. captiua Lariſſaea.

23) RADOMERVS f. *Romanus*, f. *Gabriel*; a. C. 1014, 1015.

Troiannus. NN. filia, maritus Andronicus Caeſaris Io. Ducae filius.

NN. filia; maritus Aſotes.

NN. filia; maritus Bladimer.

Romanus.

25) DELEANVS, a. C. 1040. filii 5. filiae 2.

Aecatherina; maritus, Iſaacius Comn. imperator.

25) TEICHOMERVS.
a. C. 1040.

Michael
Seruiorum rex.

26) CONSTANTINVS BODINVS.
rex Bulg. a. C. 1073.

Poſt regnum inſtauratum.

NN.

2) PETRVS 1) ASAN.
reges
a. C. 1185 — 1195.

3) IOANNES I.
a. C. 1195 — 1207.

NN. filia.

4) BORILAS ſ. *Phrorilas*. a. C. 1207 — 1221.

5) IOANNES II. *Aſan.*
a. C. 1221 — 1245. vxor
1. Maria Vngara. 2. filia Theodori Angeli Theſſalon. deſpotae.

Alexander.

8) CALLIMANVS II. a. C. 1257. vxor, vidua Michaelis.

1 *Helena*, maritus Theodorus Laſc. II.

1 *Thamar.*

1 6) CALLIMANVS I. a. C. 1245.

2 7) MICHAEL I. a. C. 1245—1257. vxor, filia Roſi Vri.

2 *Maria* marit. 8) MYTZES, rex a. C. 1257.

2 *Anna.*

2 NN. filia.

Maria, filia notha. Manuel Comnenus.

Toechus

1

9) CONSTANTINVS; a. C. 1257—1277. vx. 1. NN. 2. Irene, (Theodora) imp. Theodori Laſc. II. filia. 3. Maria, Eulogiae, ſororis Mich. Pal., filia.

13) MICHAEL II. rex a. C. 1296.

11) IOANNES III. *Aſan.* a. C. 1278—1280. vx. Irene Michaelis Pal. filia.

NN. maritus Terteres.

NN. filia; maritus Michael deſpota.

NN. filia; maritus, Magnus Dux Rogerius.

10) CORDOCVBAS ſ. LACHANAS. a. C. 1278. vx. Maria, Conſtantini Toechi vidua.

NN. e Comanis oriundus.
vxor Bulgara.

12) TERTERES; a. C. 1280—1294? vxor 1. NN. 2. ſoror Ioannis Aſanis.

Eltimeres, Croni deſpota. vxor, filia Smiltzi.

1. 13) OSPHENTISTHLAVVS. vxor 1. *Encone*, *Mancuſi* filia. 2. Theodora, filia Michaelis imp. a. C. 1294—1322.
14) GEORGIVS *Terteres*. rex a. 1322.

Boëſilas, Bulgariae deſpota.

NN. filia; maritus Tzacas Tatarus a. C. 1294.

2. NN. filia, maritus 1. Stephanus Crales Seruiae. 2. Michael Cotrules.

NN.

Smiltzus. a. C. 1294. vx. filia Conſtantini Pal., Michaelis imp. fratris.
NN. filia. maritus Eltimeres.

Radoſthlauus, Sebaſtocrator.

Boſſilas.

Streantzimerus, e Comanis et Bulgaris ortus, Dynaſta Bulgariae.

15) MICHAEL III. rex a. C. 1323—1331. vx. 1. filia Stephani, Seruiae Cralis. 2. vidua Oſphentiſthlaui.

1. *Siſmanus*. 1. *Ioannes*. 2. NN. 2. NN.

Belaurus.

NN. filia. maritus *Streantzimerus*.

16) ALEXANDER; a. C. 1332—1350.

Helena; maritus Stephanus Seru. Crales.

Michael Aſan; vxor, Maria imp. Andronici Iun. filia.

17) SVSMANVS, vltimus Bulg. rex; a. C. 1350—. vx. 1. filia Eleazari, Seruiae Cralis. 2. Iudaea.

1. NN. filia; maritus, Amurates Sultanus.

2. NN. filia; maritus, Andronicus, Ioannis Pal. imp. filius.

Viri

Viri inter Bulgaros illuſtres ;

Saeculo VIII.

Boilades [Βοϊλαδες, Β·λιαδες ſecundum Conſtantinum Porphyrog.] nomen, quo gentis proceres a Bulgaris vocantur.

Boilas et *Tzigatus* [Βοϊλας και Τζιγατος] ; legati a Bulgarorum rege ad Conſtantinum Copron. a. C. 774. miſſi. Anaſtaſius *Boilan Tzigatem* ſcribit, vt vnum virum deſignare videatur.

Saeculo IX.

Dargamerus [Δαργαμηρος], a Crumo rege a. C. 812. ad Michaelem Rangaben legatus miſſus.

Saeculo X.

Theodorus Sigritzes [Θεοδ. Σιγριτζης] ; *Marmaës* [Μαρμαης]; *Cnenus* [Κνηνος], *Etzboclia* [Ἡτζβοκλια]; } Duces a. C. 917. cum exercitu contra Seruios a rege Simeone miſſi.

Alogobotur [Αλογοβοτȣρ] exercitus, ab eodem rege contra Chrouatos miſſi, dux.

Conartikinus [Κοναρτικεινος]; *Bulias Tarkanus* [Βȣλιας Ταρκανος]; } filii Bulg. regis tempore Conſtantini porph.

Georgius Surſubules [Γ. Σȣρσȣβȣλης, Σȣσȣρβȣλος Cedreno]; affinis Simeonis, ab eoque filiis tutor datus.

Simeon Calutercanus [Σ. Καλȣτερκανος]. *Vſampſus* [Ουσαμψος] *Simeon* ; *Stephanus* ; *Mag·tinus* [Μαγοτινος]; *Cronus* [Κρονȣς] ; *Menicus* [Μηνικος] } Petri regis ad Conſtantinum et Romanum Lacap. legati.

Chryſelius [Χρυσελιος] ; vir Dyrrachii potens, citius proditione Baſilius imperator vrbem capit ; a. C. 995.

Saeculo XI.

Dobromerus [Δοβρομηρος] ; Berrhoeae princeps, vrbem Baſilio dedit a. C. 1001.

Nic·laus, ob ſtaturae breuitatem *Nicolitzes* [Νικολιτζης] dictus, Seruiis, caſtello, praefectus; a. C. 1091.

Draxanus [Δραξανος], vir inter Bulgaros potens, ad Baſilium tranſit, nobilem Romanam vxorem ducit a. C. 1001.

Crucras [Κρακρας], Pernico praefectus, a. C. 1002.

Neſtoritzes [Νεϛοριτζης], a Gabriele rege a. C. 1014. cum exercitu Theſſalonicam miſſus.

Do-

Dometianus Caucanus [Δομετιανος ὁ Καυκανος], Gabrielis conſiliarius a. C. 1015.

Elitzes [Ηλιτζης], Moglenorum princeps a. C. 1015.

Ibatzes [Ιβατζης], dux exercitus a. C. 1015.

Dauid, Bulgarorum Archiepiſcopus, a. C. 1015.

Dragomutzus [Δραγομȣτζος], Strumpitzae praefectus, a. C. 1017.

Bogdanus [Βογδανος], dynaſta Bulgariae, a. C. 1017.

Zaritzes [Ζαριτζης], *Dobromerus* [Δοβρομηρος] iunior, proceres Bulgarici, a. C. 1017. 1019.

Elemagus [Ελεμαγος], Belegradorum princeps, a. C. 1019.

Caucanus [Καυκανος], dux cum exercitu a Deleano rege Dyrrachium a. C. 1040. miſſus, vrbem capit.

Nicolaus Chryſelius, caſtello Percrin, Babyloni proximo, praefectus a. C. 1034.

Manuel Ibatzes, exercitus Bulg. dux, a. C. 1040.

Theodulus, *Ioannes*, *Ioannes Aoinus*, Bulgariae archiepiſcopi, a. C. 106.—1078.

Georgius Boitachus [Γ. ὁ Βοïταχος], vnus e Bulgarorum proceribus, a. C. 1073. a Comchanis originem ducens.

Boriſes Dauid [Βορισης Δαβιδ], a. C. 1073.

Rhodomerus [Ροδομηρος], vir e Bulgaris nobilis, materno genere ad conſanguinitatem attinens Irenes, vxoris Alexii I. Comneni.

Pudilus [Πȣδιλος], vir inter Blachos princeps a. C. 1081.—.

Saeculo XII.

Ioannes Camaterus, poſt a. C 1180. Bulg. archiepiſcopus.

Ibancus [Ιβαγκος]; vnus ex amicis regis Aſanis, quem occidit, a. C. 1195.

Mitus [Μιτος], Ibanci frater.

Chryſus [Χρυσος], Strummitzae et aliorum oppidorum dominus, a. C. 1197—1200.

Saeculo XIII.

Ezyiſmenus [Εζυϊσμενος] Proſaco et finitimis locis praefectus, a. C. 1206.

Aſthlauus [Ασθλαβος], regis Ioannis II. Aſanis affinis, Melenici et finitimae regionis dominus, a. C. 1226.

Tzuilas [Τζȣιλας], transfugii ſuſpectus iuſſu Michaelis Pal. oculis priuatur, a. C. 1262.

Sphentiſthlauus [Σφεντισθλαβος] Bulg. deſpota, a Maria Conſtantini Toechi vxore adoptatus, et occiſus a. C. 1276.

Pantoleon [Παντολεων], diues Bulgarus, cuius filiam adoptiuam *Enconen* [Εγκονην] Oſphentiſthlauus

tiſthlauus Terteris regis filius, vxorem duxit a. C. 1294.

Saeculo XIV.

Chraniſthlaus [Χρανισθλαβος] In bello contra Lachanam a Michaele Pal. captus, ab Andronico Sen. Magni Tzauſii dignitate ornatus. a. C. 1306.

Gridus [Γριδος], *Pantzus* [Παντζος], } legati a. C. 1322. ad Andronicum Sen. ab Alexandro rege miſſi.

Raxinas [Ραξινας], reginae Bulg. protoueſtiarius;

Philippus, Logotheta eiusdem. quorum ope Alexander a. C. 1332. rerum potitur.

Momitzilus [Μομιτζιλος], caſtellis Meropes profectus, contra Romanos rebellat a. C. 1344, 1345.

Raicus [Ραϊκος] Momitzili ex fratre nepos.

Saeculo XV.

Palda [Παλδα], Muhammedis II. Contoſtaulus, a. C. 1453.

Scriptores de Bulgaris.

DE rebus Bulgarorum memoriae prodiderunt Theophylactus Simocatta, Nicephorus Patriarcha, Theophanes Iſaacius, [Anaſtaſius Bibliothecarius], Leo Grammaticus, Auctor Incertus, Conſtantinus Porphyrogenneta, Anonymus Bandurii, Conſtantini Continuator, Incertus Continuator, Symeon Logotheta, Georgius Monachus, Cedrenus, Scylitzes, Conſtantinus Manaſſes, Zonaras, Nicephorus Bryennius, Suidas, Anna Comnena, Georgius Acropolita, Ioël, Nicetas Choniates, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Michael Glycas, Georgius Codinus, Ioannes Ducas, et Chalcocondylas.

Ante a. C. 501. apud ſcriptores Byzantinos (ſi a Codino, qui iam Conſtantini M. tempore Moeſiae inferiori Bulgariae nomen, ſed temere, tribuit, diſcedas) plane nulla, ab hoc vero tempore vsque ad imperium Conſtantis, nepotis Heraclii, admodum rara occurrit Bulgarorum memoria. De eorum ſub Anaſtaſio et Iuſtiniano I. in Romanorum prouincias factis irruptionibus Theophanes, [Anaſtaſius], Cedrenus et Zonaras mentionem faciunt. Codinus eorum ſemel ſub Tiberio, vbi Chaganum Bulgariae principem vocat, Theophylactus et Theophanes aliquoties ſub Mauricio, hic praeterea bis ſub Heraclio, meminerunt. Interim non pauca, quae de Hun-

Hunnis, Vturguris et Cuturguris, Procopius, Agathias et Menander referunt, de Bulgaris intelligenda eſſe videntur.

Bulgarorum, qui poſt Crouati principis obitum circa a. C. 642. in Europam immigrarunt, ſedes et migrationes e Nicephoro Patriarcha et Theophane diſcimus. Sed non pauca ſunt in iſta narratione obſcura et quae vix inter ſe conciliari poſſunt. Quae inde, Moeſia inferiore a Bulgaris occupata, frequentiſſima occurrit vsque ad a. C. 813. gentis memoria, a Nicephoro, qui in a. C. 766. deſinit, Theophane, Cedreno et Zonara conſeruata eſt. quaedam eorum Conſtantinus Porphyrogenneta, Ioël, Conſtantinus Manaſſes, Suidas, Anonymus Bandurii, Codinus et Glycas attingunt Quae his ſuccedunt tempora, Crumi, Crytagonis, Baldimeri et aliorum, Symeonis inprimis et Petri imperiis illuſtrantur. eaque Leo Grammaticus, Georgius Monachus, Symeon Logotheta, Cedrenus, Zonaras, et Anonymi quidam fuſe ſatis deſcribunt; Glyca, Conſtantino Manaſſe, et Conſtantino Porphyrogenneta, quorum hic, praeter alia, bella, quae cum Seruiis, Chrouatis et Patzinacis geſſere Bulgari, refert, quaedam eorum delibantibus. Bulgariam a Ruſſis primum, deinde a Romanis, imp. Baſilio Porphyrogenneta, ſubactam, ſeu res ab a. C. 867—1019. geſtas Cedrenus, Zonaras et breuiſſime Glycas memoriae prodiderunt. Iisdem porro auctoribus, necnon Ioanni Scylitzae, Nicephoro Bryennio et Annae Comnenae, quae de rebus Bulgarorum, quamdiu Romanis paruerunt, occurrunt, debemus. Res vero poſt inſtauratum regnum ab Aſano, Petro et Ioanne regibus ab a. C. 1185—1206. geſtas Nicetas Choniates et Georg. Acropolita, hic quidem omnia breuius, narrant. Quae inde ſequuntur vsque ad a. C. 1261. Acropolita et Nicephorus Gregoras tradunt. Acropolitam excipit Pachymeres, qui Bulgarorum hiſtoriam vsque ad a. C. 1308. continuat. Res tempore Andronicorum et Ioannis Palaeologi vsque ad a. C. 1350 a Bulgaris geſtas Cantacuzenus et Nicephorus Gregoras, hic breuius multo, perſequuntur. Quae de eorum bellis cum Turcis occurrunt ſparſa et pauca, ea Chalcocondylas et Ducas ab obliuionis iniuria vindicarunt. De epiſcopis denique Bulgariae quaedam adfert Codinus.

INDEX

INDEX
Capitum et Paragraphorum.

CAPVT I. *Prima Bulgarorum memoria; iteratae eorum ex regionibus tranſiſtrianis in Romanorum terras irruptiones, ab a. C. 501–641.*

§. 1. *Vquaeductus tempore Conſtantini M. e Bulgaria CP. perducti.*

§. 2. *Prima Bulgarorum in Illyricum et Thraciam irruptio.*

§. 3. *Bulgari iterum in Illyricum irrumpunt; Romanos clade afficiunt.*

§. 4. *Murus longus ab Anaſtaſio ob Bulgarorum excurſiones exſtructus.*

§. 5. *Vitalianus rebellis ſibi Bulgaros adiungit.*

§. 6. *Bulgari Scythiam, Myſiam et Thraciam incurſantes ab Illyrici magiſtro vincuntur; Bulgari alii Romanos ſecuros opprimunt, Illyrici magiſtrum et alios capiunt.*

§. 7. *Mundus, Gepaes, Bulgaros in finibus Illyrici caedit, captiui in Armeniam et Lazicen mittuntur.*

§. 8. *Tiberius imp. caſtellum aedificat, vt claſſis ſua a Bulgaris tuta eſſet.*

§. 9. *Romani ducis Petri iuſſu Bulgarorum cohortem adorti, vincuntur; Chaganus [Auarorum] ea re pacem violatam queſtus, donis placatur.*

§. 10. *Priſcus Rom. dux Bulgaros Singidone eiicit.*

§. 11. *Bulgari cum Auaris CP. oppugnant.*

§. 12. *Cubratus, Hunnogundorum princeps, defectione ab Auaris facta, pacem cum Heraclio imp. iungit.*

CAPVT II. *Res Bulgarorum ſub principe Crouato et quinque eius filiis; eorum migrationes vsque ad id tempus, quo pars gentis in regionibus, ab altera parte Iſtro, ab altera Haemo terminatis, conſedit; ab a. C. 642–687.*

§. 13. *Antiquae magnae Bulgariae ſitus.*

§. 14. *Crouati principis teſtamentum a filiis neglectum; eorum ſeparatio et migratio.*

N n n 2 §. 15.

§. 15. *Bulgaris, qui fratrum natu maximo Batbaiae parebant, a Chazaris tributum imponitur.*

§. 16. *Conſtantinus Pogon. contra Bulgaros, per regionem Danubio vicinam graſſantes, expeditionem ſuſcipit.*

§. 17. *Exercitus Rom. Imperatoris reditum fugam interpretatus et ipſe fugit, Bulgari inſtant, et Danubio traiecto in auſtrali eius ripa ſedes ponunt; Slauis ſibi tributariis factis.*

§. 18. *Imperator annuo Bulgaris promiſſo ſtipendio, pacem cum illis componit.*

§. 19. *Iuſtinianus rhin. pactis ſtare nolens, bellum contra Bulgaros et Slauos parat.*

§. 20. *Imperator Bulgaros vincit, Slauos in Aſiam deportat, vnde rediens a Bulgaris clade afficitur.*

CAPVT III. *Res Bulgarorum ſub Terbeli et Comerſio regibus geſtae; ab a. C. 702--759.*

§. 21—23. *Iuſtinianus rhinotm. ad Terbelin Bulg. regem confugiens; eius ope imperium recuperat; eum donatum dimittit.*

§. 24. *Terbelis ad ſtatuam Iuſtiniani rhin. concionatus.*

§. 25. *Iuſtinianus Terbeli bellum infert; a Bulgaris clade affectus, aegre Anchialum indeque CP. euadit.*

§. 26. *Iuſtinianus a Terbeli contra Philippicum auxilia impetrat; quibus, Iuſtiniano capto, diſceſſus liber conceditur.*

§. 27. *Conſtantinus Heraclii F. et Iuſtinianus rhin. Terbeli tributarii.*

§. 28. *Bulgari CP. vsque penetrant, Thracia vaſtata redeunt.*

§. 29. *Georg. Buraphus Thraciam a Bulgarorum incurſionibus defendit.*

§. 30. *Theodoſius Adramyt. cum Bulg. principe Comerſio foedus iungit.*

§. 31. *Saraceni CP. oppugnantes a Bulgaris cladem accipiunt.*

§. 32. *Artemius Terbelis et Bulgarorum ope imperium recipere tentat, fruſtra; a Bulgaris Leoni imp. deditur.*

§. 33. *Bulgari Conſtantino Copron., maiora tributa dare renuenti, bellum inferunt, proelio victi de pace legatos mittunt.*

§. 34. *Conſtantinus bello in Bulgaros moto clade afficitur.*

CAPVT

CAPVT IV. *Res Bulgarorum ſub regibus Teletzi, Sabino, Pagano, Vmaro, Tocto et Tzerigo [Tellerigo] geſtae; ab a. C. 762--776/7.*

§. 35. *Bulgari familia regia deleta, ducem ſibi praeficiunt Teletzin, qui armis in Romanos motis, ad Anchialum proelio vincitur.*

§. 36. *Teletzi occiſo Sabinum, huic, ob pacem cum Romanis factam amoto, Paganum ſubſtituunt.*

§. 37. *Frigus inſolitum in Zecchia, Chazaria, Bulgaria &c.*

§. 38. *Paganus imperatorem adit, qui cum eo fictam pacem iungit; imperator ſubito in Bulgariam irrumpit, caſulis aliquot incenſis, remeat.*

§. 39. *Imperator exercitum in Bulg. ducit, rege eorum Tocto occiſo, regionem vaſtat.*

§. 40. *Conſtantinus bellum contra Bulgaros mouet, qui territi pacem rogant; claſſis Rom. tempeſtate perdita.*

§. 41. *Conſtantinus bellum reparat, pacem impetrant Bulgari; inſtrumentum pacis.*

§. 42. *Bulgari et Romani bellum occulte parant, imp. Bulgaros ex improuiſo adortus victoria potitur; cum ſpoliis et captiuis redit.*

§. 43. *Imperator bellum reparat; claſſe tempeſtate afflicta redit; Tzerigus Bulg. rex occultos imperatoris amicos cognitos occidit.*

§. 44. *Conſtantinus Copron. expeditione contra Bulg. ſuſcepta moritur.*

§. 45. *Tellerigus Bulg. rex ad imp. Leonem confugit.*

CAPVT V. *Res Bulgarorum ſub regibus Cardamo et Crumo vsque ad proelium cum Romanis commiſſum, quo ipſe imp. Nicephorus occubuit, geſtae; ab a. C. 788--811.*

§. 46. *Philetas Thraciae dux cum multis ſuorum a Bulgaris occiditur.*

§. 47 *Conſtantinus Leonis Chazari F. a Cardamo proelio vincitur.*

§. 48. *Bulgari in Thraciam irrumpunt, Romanos clade afficiunt.*

§. 49. *Cardamo tributa poſtulanti equina ſtercora Conſtantinus mittit; Cardamus cum exercitu ad Abrolebam ſiluam procedit, viribus diffidens ſuis remeat.*

§. 50. *Nicephorus bellum in Bulgaros mouet, ob conſpirationem CP. redit.*

§. 51. *Bulgari ſtipendium Rom. militibus ad Stromonem miſſum intercipiunt, multis Rom. occiſis abeunt.*

§. 52. *Crumus, Bulg. rex, Sardicam capit; Nicephorus cum exercitu progreſſus, re infecta CP. redit.*

§. 53. *Nicephorus in Bulgariam irrumpit; Crumus pacem rogat, fruſtra.*

§. 54. *Nicephorus Crumi regiam occupat; pacem a Crumo oblatam reiicit; Crumus Romanos reditu intercludit.*

§. 55, 56. *Bulgari noctu in caſtra Nicephori irruunt, imperator cum multis ſuorum occiditur; caput Nicephori poculum Bulgarorum.*

CAVT VI. *Reliqua Crumi geſta, vsque ad eius obitum ab a. C.* 812 -820.

§. 57. *Michael Rangabe contra Bulgaros expeditionem ſuſcipit; Crumus Debeltum capit; copiae eius in Thracia et Macedonia late graſſantur.*

§. 58. *Crumus Michaeli pacem offert, quam hic admittere renuit.*

§. 59. *Crumus Meſembriam oppugnat, ab Arabe transfuga machinas expugnatorias componendi artem edoctus; vrbem capit.*

§. 60. *Michael pacis agitat conſilia, quam alii diſſuadent.*

§. 61. *Crumus iterum irruptione in Thraciam facta, multis ſuorum amiſſis diſcedit.*

§. 62. *Michael, pace repudiata, exercitum educit.*

§. 63. *Crumus ad Berſiniciam caſtra ponit; pugna ad Adrianopolin commiſſa Romani temere fugiunt, caſtris potiuntur Bulgari.*

§. 64.

§. 64. *Crumus exercitum CP. ducit; pacem Romanis offert.*
§. 65. *Leo Armen. Crumum ad colloquium doloſe inuitat; hic venit, inſidias ſubodoratus fugit.*
§. 66. *Crumus iratus a CP. inde Adrianopolin vsque omnia vaſtat; Adrianopolin capit, incolas in Bulgariam trans Iſtrum deportat.*
§. 67. *Crumum, Rom. regionem iterum vaſtantem, imperator, vt pacem ſeruet, hortatur, fruſtra; imperator ad Meſembriam Crumum noctu adortus, ingentem dat Bulgarorum ſtragem; Bulgariam vaſtat.*
§. 68. *Bulgari hieme Arcadiopolin vsque penetrant; cum ſpoliorum et captiuorum magna copia diſcedunt.*
§. 69. *Crumus dum bellum parat, CP. oppugnandi animo, moritur.*
§ 70. *Auari a Bulgaris debellati; cauſae eorum interitus; leges a Crumo latae.*

CAPVT VII. *Res Bulgarorum ſub regibus Crytagone [Mortagone], Baldimere, Preſiam, Bogori et Boriſe [Michaele] geſtae; ab a. C.* 820–886.

§. 71. *Crytagon in Chriſtianos, olim Adrianopoli abductos, ſaeuit, multos occidit, reliquos tandem demittit.*
§. 72. *Mortagon rex Michaeli balbo contra Thomam auxilio profectus eum proelio vincit.*
§. 73. *Macedones captiui Bulgaros, reditum eorum prohibere conantes, vincunt, vt et Hungaros a Bulgaris aduocatos; in Macedoniam redeunt.*
§. 74. *Bogoris bellum minatus; reſponſo Theodorae imperatricis territus, foedus renouat.*
§. 75. *Bogoris pro Theodoro Cuphara monacho ſororem ſuam CP. detentam recipit, haec fratrem ad fidem Chriſtianam perducere fruſtra nititur.*
§. 76. *Bulgari Thraciam et Macedoniam infeſtant; militibus a Theodora miſſis, coërcentur.*
§ 77. *Michael bellum aduerſus Bulgaros parat; hi fame preſſi pacem rogant; cum rege Bogori Chriſtianam religionem amplectuntur.*

§. 78.

§. 78. *Bulgari contra Bogorin rebellant, vincuntur; Chriſtiani fiunt; regione a Ferrea Debeltum vsque a Michaele imp. donantur.*

§. 79. *Baſilius gladiatorem Bulgarum luctando ſuperat.*

§. 80. *Thraciae ac Macedoniae duces, Bulgaris quieſcentibus, etiam in oriente militant.*

§. 81. *Baſilius imp. Bulgaros, archiepiſcopum et epiſcopos mittens, in fide magis confirmat.*

§. 82. *Preſiam Bulg. rex Serblorum principi Blaſtemero bellum infert ſucceſſu parum felici.*

§. 83. *Boriſes Michael contra Serblos infeliciter pugnat, filio capto, cum illis pacem facit.*

§. 84. *Muntimerus Serbl. princeps fratres duos captos in Bulgariam mittit, filius alterius eorum Clonimerus a Boriſe vxorem Bulgaram accipit.*

CAPVT VIIII. *Res Bulgarorum ſub rege Symęone vsque ad pacem cum impp. Conſtantino Porph. et Romano Lacapeno iunctam geſtae; ab a. C.* 888–928.

§. 85. *Symeon ob illatas mercatoribus Bulgaris iniurias bellum parat.*

§. 86. *Romanos duces contra ſe miſſos pluribus vincit proeliis, Leo imperator Hungaros ſibi contra Bulgaros belli adiungit ſocios.*

§. 87. *Symeon legatum Leonis in carcerem coniicit; Hungari Iſtro traiecto Bulgariam vaſtant, Symeonem proelio vincunt; Bulgaros captiuos imperatori vendunt.*

§. 88 *Imperator oblatam a Symeone pacem amplectitur; Symeon Hungaros clade afficit, captiuos Bulgaros ab imp. recipit.*

§. 89. *Symeon, pace violata, Romanis bellum infert, Romanos ad Bulgarophygum vincit.*

§. 90. *Pace cum Romanis facta, Hungaris alio bello occupatis, eorum terram adiunctis ſibi Patzinacis vaſtat.*

§. 91. *Alexander Conſtantini porph. patruus legatos Bulgarorum, de pace miſſos, indigne tractat; hinc Symeon bellum contra Romanos parat.*

§. 92.

§. 92. *Symeon cum exercitu CP. venit; vrbis capiendae ſpe abiecta, de pace agit, donatus diſcedit.*

§. 93. *Iterum in Thraciam irrumpit; Patzinacae contra ipſum auxilia promittunt.*

§. 94. *Symeon Adrianopolin proditione capit, quam Romani, donis ad illum miſſis, recipiunt.*

§. 95. *Imperatrix Zoë pace cum Saracenis compoſita, exercitum contra Symeonem mittit.*

§. 96. *Romani ad Acheloum fl. a Bulgaris proelio vincuntur; Patzinacae ob orta inter Rom. duces diſſidia abeunt.*

§. 97. *Ducibus in vrbem reuerſis, de eorum diſſidio quaeſtio inſtituitur.*

§. 98. *Romani noctu a Bulgaris ad Cataſyrtas oppreſſi, fugam faciunt.*

§. 99. *Bulgari a Romanis exploratum praemiſſis non procul Thermopoli caeduntur.*

§. 100. *Symeon exercitum CP. ducit, duces Romanos in fugam vertit, Pegarum palatia Stenique ſpatium omne igne vaſtat.*

§. 101. *Bulgaris ad Theodorae palatia progreſſis, Sactices cum paucis eos a tergo adoritur, iis impetum in eum facientibus, vincitur.*

§. 102. *Symeon Adrianopolin obſidet, quae fame preſſa deditionem facit.*

§. 103. *Symeon Thracia et Macedonia vaſtata CP. progreſſus, legatos ad ſe mitti poſtulat, colloquium imperatoris expetit.*

§. 104. *Dum imperator omnia ad Symeonem excipiendum praeparat, hic Deiparae ad Pegen templum incendit.*

§. 105. *Imperator ad locum conſtitutum primus procedit; tandem et Symeon venit, eius comitatus.*

§. 106. *Colloquuntur, pace iuncta diſcedunt; ſiniſtrum aquilarum omen.*

§. 107. *Symeon, rupto foedere, legatos ad Phatlumum Afrorum principem mittit, de foedere contra Romanos iungendo; legati in reditu a Romanis intercepti in carcerem coniiciuntur.*

CAPVT IX. *Bella Bulgarorum cum Seruiis et Chrouatis tempore inprimis Michaelis Boriſae et Symeonis*

geſta;

geſta; varia de rebus eorum tempore Conſtantini Porph. ab a. C. 610–949.

§. 108. Chrouati Romanis tributarii non Bulgaris; Michael Boriſes Chrouatis bellum infert; poſtea donis datis et acceptis pacem componit.

§. 109. Clonimerus Serblus e Bulgaria fugit; Petrus, Serbl. princeps, Symeonis Bulgari amicus.

§. 110. Symeon Bulgarus Petro bellum infert, eum dolo ad ſe pellectum in Bulgariam abducit, vbi in carcere moritur.

§. 111. Paulus, Serbl. princeps, Pribeſthlabi filium captum Bulgaris aſſeruandum tradit.

§. 112. Zacharias, Serbl. princeps, duces Symeonis victos occidit; alio miſſo a Symeone exercitu, fugit; Bulgari Serbliam occupant, incolas in Bulgariam abducunt.

§. 113. Bulgari Chrouatos bello adorti, occidione caeduntur.

§. 114. Tzeeſthlabus e Bulgaria fugit, Serblii e Bulgaria et ex aliis regionibus ad ipſum confluunt.

§. 115. Moraui ab Hungaris debellati ad Bulgaros et alias gentes finitimas confugiunt.

§. 116. Romanorum imperatores, Patzinacis foedere iuncti, Bulgaris formidabiles.

§. 117. Loca Bulgariae, quae Ruſſi CP. proficiſcentes transeunt; Bulgaria Seruiae et Patzinaciae finitima.

§. 118. Legati Bulgarorum quomodo imperatorem ſalutent; et Logotheta eos interroget.

§. 119. Inſcriptio litterarum ab imperatore ad Bulg. principem datarum.

§. 120—124. Varia de Bulgaris, conuiuiis ſolemnibus CP. adhibitis.

CAPVT X. *Imperium Petri, Symeonis filii, Bulgarorum regis; ab a.* C. 941–963.

§. 125. Moritur Symeon Petro filio ſucceſſore.

§. 126. Bulgari ab hoſtibus, fame et locuſtis afflicti, primum in Romanos armantur, poſt pacis et affinitatis foedera offerunt.

§. 127. Romano imperatore annuente, de pace agitur; Petrus Bulgarus et Romanus conditiones ratas habent; nuptiales contractus peragunt.

§. 128.

§. 128. *Maria Chriſtophori filia, imp. Romani Lacap. neptis, Petro Bulgaro in matrimonium datur, cum marito in Bulgariam abit.*

§. 129. *Ioannes Petro fratri inſidias ſtruit; carceri primum incluſus poſtea CP. abducitur; vbi praedia ab imperatore accipit, et vxorem ducit.*

§. 130. *Michael monachus in fratrem rebellat; rebellionis ſocii, eo mortuo, Rom. prouincias incurſant.*

§. 131. *Maria Petri vxor ſaepius CP. venit.*

§. 132. *Baſilius, Romani Lacap. ex ſerua Bulgara filius, a Conſtantino euiratus.*

§. 133. *Romanus Conſtantini porph. F. cum Bulgaris pacem confirmat.*

§. 134. *Petrus duos filios pacis obſides CP. mittit, moritur; quatuor fratres imperium affectant.*

CAPVT XI. *Res Bulgarorum ſub Boriſe et Samuele regibus; ab a. C. 967—1014.*

§. 135. *Petro contra Hungaros auxilium Nicephoro imp. ferre recuſante, hic Ruſſos in Bulgariam euocat.*

§. 136, 137. *Ruſſi Bulgariam ſemel iterumque vaſtant.*

§. 138. *Ruſſi Bulgaria decedere recuſant; bellum parat imp. Io. Tzimiſces, Ruſſi vna cum Bulgaris in Thraciam irrumpunt.*

§. 139. *Imperator, Ruſſis ad Perſthlauam victis, vrbem et ſimul Boriſem regem capit, quem cum reliquis Bulgaris benigne tractat.*

§. 140. *Imperator Doroſtolum oppugnare parat; Sphendoſthlauus Bulgaros ad XX. M. in vincula coniicit.*

§. 141. *Imp. Boriſem regia dignitate exutum magiſtrum creat.*

§. 142. *Bulgari ſub quatuor fratribus Dauide, Moſe, Aarone et Samuele rebellant.*

§ 143. *Samuel Rom. prouincias, in Peloponneſum vsque penetrans, vaſtat; praeter alia caſtella Lariſſam capit, incolas in Bulgariam abducit.*

§. 144. *Baſilius imp. in Bulgariam irrumpit; falſo rebellionis nuncio territus redit, Samuel Romanis inſtat, eorumque caſtris potitur.*

§. 145. *Baſilius Theſſalonicae praeſidium relinquit, quod Samuelis graſſationes reprimat.*

§. 146. *Samuel exercitum Theſſalonicam ducit, ducibus Rom. victis in Peloponneſum irrumpit, ad Spherchinum amnem a Romanis inſignem cladem accipit.*

§. 147. *Aſotes gener Samuelis factus ad Romanos profugit; Dyrrachii praefectus vrbem Romanis dedit.*

§. 148. *Romani quidam, ſtudii erga Bulgaros ſuſpecti, in cuſtodiam dantur, aufugiunt alii; imperator multa Triaditzae caſtella euertit.*

§. 149. *Duces Romani Perſthlauam vtramque et Pliſconam capiunt; redeunt.*

§. 150. *Dobromerus imperatori Berrhoeam dedit; Seruia expugnantur, capto eorum praefecto Nicolitze.*

§. 151. *Imperator Bodenam capit; eius praefectus Draxanus bis profugus in palum ſuffigitur.*

§. 152. *Imp. Bidynam capit; Samuel Adrianopolin excurrens magnam abducit praedam.*

§. 153. *Imp. Samuelem ad Scopias adortus in fugam vertit, vrbem deditione capit, Pernicum fruſtra oppugnat.*

§. 154. *Baſilius per Cimbam Longum et Cleidium in Bulgariam irrumpit; Samuelem in fugam vertit.*

§. 155. *Baſ. XV. M. captiuorum excaecatos, ſingulis centuriis vnoculo duce dato, ad Sam. mittit, qui hoc ſpectaculo attonitus breui poſt moritur.*

§. 156. *Lichnitis palus a Mocro ſ. Samuele rege in foſſas centum diſſecta, quae ad Deurem confluentes Drymonem fl. efficiunt.*

CAPVT XII. *Res Bulgarorum ſub Gabriele et Ioanne Bladiſthlabo regibus; Bulgaria a Baſilio porphyrogenneta ſubacta, ab a. C.* 1014-1019.

§. 157. *Samueli ſuccedit Gabriel filius.*

§. 158. *Neſtoritzes Bulg. dux a Theſſalonicae praefecto fuſus; Matzucium ab imperatore captum; Theſſalon. praefectus non procul Strumpitza a Bulgaris clade afficitur.*

§. 159. *Melenicus caſtellum deditionem facit; Buteliana, Gabrielis regia, incenditur; Prilapum et Stypeium caſtella capiuntur.*

§. 160.

§. 160. *Bodenam, quae defecerat, recipit imperator; Moglenorum vrbs et princeps Elitzes et alii Bulg. proceres capiuntur.*

§. 161. *Ioannes Bladiſthlabus Gabrielem occidit; ſe imperatori ſubiectum fore per legatos promittit, quod et alii Bulg. principes faciunt.*

§. 162. *Imperator Ioannem doloſe agere intelligens, in Bulgariam redit, res Dyrrachianae, duces Rom. ab Ibatza Bulgaro victi.*

§. 163. *Imp. Pernicum fruſtra oppugnat, caſtellum Longum capit, Pelagoniam populatur.*

§. 164. *Cracras et Ioannes cum Patzinacis irrupturi nunciantur, imperator plura caſtella capit.*

§. 165. *Imp. exercitum contra Ioannem emittit; ipſe in eum tendit; fugit Ioannes.*

§. 166. *Ioannes Dyrrachium oppugnans occiditur; principes Bulg. ſe et caſtella imperatori dedunt; litterae viduae Ioannis.*

§. 167. *Imp. Achridem, inde Iliſſum, metropolin Bulg. venit; vbi Ioannis viduam cum familia excipit.*

§. 168. *Alii Bulg. proceres ſe imperatori ſubmittunt.*

§. 169. *Ibatzes, Ioannis dux, imperatori reſiſtit; tandem ab Achridis praefecto dolo circumuentus oculis priuatur, et ad imp. adducitur.*

§. 170. *Nicolitzes ſaepius profugus, ſe ſponte imperatori dedit; duae Samuelis filiae adducuntur.*

§. 171. *Caſtella in Seruiis et Soſco ſolo aequantur; Belegradorum princeps ſe imperatori dedit; hic CP. redux triumphat.*

CAPVT XIIII. *Singularia quaedam de hominibus Bulgaris, Bulgaria ſub Deleano et Aluſiano rebellans, hoc deditionem faciente illo capto, pacatur; a Romanis per praefectos regitur; ab a. C. 1026—1068.*

§. 172. *Pruſianus Bulgarus in oculorum periculum venit.*

§. 173. *Patzinacae in Bulgariam irrumpunt; a Diogene Bulg. duce victi coërcentur.*

§. 174. *Pruſianus affectati imperii ſuſpectus in cuſtodiam datur; oculis priuatur.*

§. 175. *pro monacho raditur.*

§. 176. *Nicolaus Chryſelius Bulgarus caſtelli Perrin praefectus; cuius incuria hoc a Saracenis recipitur.*

§. 177. *Bulgari Deleano duce deficiunt, Dyrrachii praefectus in eos mouere parat, ab imp. reuocatur.*

§. 178. *Dermocaitae noui Dyrr. praefecti crudelitas; Deleanus et Teichomerus a Bulgaris reges ſalutati, hic, Deleano auctore, interficitur.*

§. 179. *Deleanus Rom. exercitum ad Theſſalonicam fundit; miſſo exercitu Dyrrachium capit.*

§. 180. *Nicopolitana prouincia ad Deleanum deficit; cauſa defectionis.*

§. 181. *Aluſianus Bulgarus CP. profugus ad Deleanum tranſit; ab hoc cum exercitu Theſſalonicam oppugnatum miſſus, clade afficitur.*

§. 182. *Aluſianus Deleanum ad conuiuium inuitatum excaecat, ad imperatorem profugit; Deleano capto et rebellione diſſipata, Bulgariae praefectus datur.*

§. 183. *Maniaces rebellis Conſtantini Monom. exercitum in Bulgaria vincit; occiditur.*

§. 184. *Aaron Beſta, Bladiſthlabi F., Baaſpracaniae praefectus.*

§. 185. *Bulgariae dux cum exercitu Patzinacis ſe opponere iubetur; Patzinacis victis, captiuis in Bulgaria ſedes aſſignantur.*

§. 186. *Bulgari in bello cum Patzinacis Romanis militant.*

§. 187. *Nicephorus Bulgariae praefectus.*

§. 188. *Leoni Bulg. epiſcopo, ſuccedit Theodulus monachus.*

§. 189. *Iſaacius Comn. Samuelis Bulg. regis filiam vxorem ducit.*

§. 190. *Ioannes Comn. occidentis dux, Bulgaris carus.*

§. 191. *Vzi Bulgariam vaſtant, a Bulgaris et Patzinacis debellantur.*

§. 192. *Theodulo Bulg. Archiepiſcopo ſuccedit Ioannes monachus.*

§. 193. *Bulgari Romano Diogeni in oriente contra Turcos militant.*

§. 194. *Aluſianus Bulgarus contra Criſpinum Francum in Armenia infeliciter rem gerit.*

CAPVT XIV. *Bulgaria ſub Bodino, Michaelis Seruiae regis filio, rebellans, ſub ditionem Romanam redacta; Bulgaria ſub Romanis ab a. C.* 1073-1181.

§. 195. *Seruii irruptionem in Bulgariam meditantur, Bulgari, Bodino Seruiae regis filio rege declarato, a Romanis deficiunt.*

§. 196.

§. 196. Romani et Bulgari ipſis adiuncti ad Priſdiana a Seruiis proelio victi.
§. 197. Bodinus Niſum ſe confert, Petrilum contra Romanos in Caſtoriam mittit, Petrilus victus in Seruiam abit.
§. 198. Saronites Rom. dux Bodinum, dum Scopias tendit, ex improuiſo oppreſſum vincit, et capit.
§. 199. Bodinus Antiochiam miſſus, a Venetis, pretio inductis, liberatus ad patrem redit; Alemani et Franci regiam Bulg. in Preſpa deſtruunt.
§. 200. Beſtarches Neſtor Bulgariae finitima vaſtat.
§. 201. Slaui [Seruii] Bulgariam infeſtant; Nicephorus Bryennius eos coërcet.
§. 202. Andronici uxor, filia Troianni, neptis Samuelis olim Bulg. regis.
§. 203. Baſilaces contra Nicephorum Boton. rebellans exercitum Bulgaricum ſibi adiungit.
§. 204. Ioanni Bulg. archiepiſcopo defuncto ſuccedit Ioannes Aoinus.
§. 205. Patzinacae Bulgariam depraedantur.
§. 206. Exeba oppidum Blachicum.
§. 207. Alexius Comn. I. exercitum in Bulgariam ducit, contra Patzinacas.
§. 208. Bellum contra Turcos parans, ex Bulgaris, Blachis dictis, milites conſcribi iubet.
§. 209. Rhodomerus Bulgarus.
§. 210. Archiepiſcopus Bulgariae Ioannis Sebaſtocratoris filii defectionem nunciat.
§. 211. Pudilas Blachus Comanos Iſtrum traieciſſe nunciat; Comani Blachis ducibus ad Goloën accedunt.
§. 212. Bulgarorum epiſcopus matrimonii illegitimi caerimonias peragit.
§. 213. Ioannes Camaterus Caniclei praefectus, poſt Bulgariae patriarcha

CAPVT XV. *Bulgaria ſub Petro et Aſane fratribus a Romanis deficiens; res a Bulgaris vsque ad Ibanci defectionem geſtae; ab a C. 1185—1195.*

§. 214 Bulgari [Blachi], Petro et Aſane auctoribus, deficiunt; cauſae defectionis. § 215.

§. 215. *Superſtitio ad populum concitandum in ſubſidium adhibita; Petrus inſignia regia ſumit, Rom. prouincias vaſtat.*

§. 216. *Iſaacius Ang. Bulgaros vincit; Aſan et Petrus ad Scythas [Comanos] fugiunt; regionem praeſidiis occupare negligens, victoriae fructum nullum capit imperator.*

§. 217. *Aſan cum Scythis in Bulgariam redit; Ioannes Sebaſtocrator contra Bulgaros miſſus, ob affectati regni ſuſpicionem reuocatur.*

§. 218. *Ioannes Cantacuzenus, dux parum cautus, a Bulgaris opprimitur, caſtris exuitur.*

§. 219. *Branas Alexius, re contra Bulgaros feliciter geſta, rebellat.*

§. 220. *Bulgari et Scythae agrum Rom. vaſtant; Iſaacius Ang. Tauroconi exercitum cogit.*

§. 221. *Bulgari Lardeae finitima vaſtant; Romanos non procul Berrhoea vincunt, aduentu imperatoris terrentur.*

§. 222. *Iſaacius excurſiones Bulgarorum reprimit; qui tamen Philippopoli finitima vaſtant.*

§. 223. *Per Triaditzam in Zagoram irruptionem meditatur imperator, quam hiems moratur.*

§. 224. *Imperator Lobitzo fruſtra oppugnato CP. redit; res in peius ruunt.*

§. 225. *Conſtantinus Aſpietes, pro exercitu contra Bulg. miſſo apud imperatorem locutus, excaecatur.*

§. 226. *Bulgari Rom. terram depraedantur; imperator contra eos profectus, re infecta redit.*

§. 227. *Imperator exercitum per anguſtias reducens, a Bulgaris oppreſſus, aegre euadit.*

§. 228. *Bulgari plures vrbes munitas capiunt; imperator eorum incurſiones reprimit.*

§. 229. *Conſtantinus imperatoris patruelis a Bulgaris formidatus; tyrannidem affectans excaecatur.*

§. 230. *Bulgarorum de Conſtantini caſu incredibilis laetitia; iteratae graſſationes.*

§. 231. *Iſaacius magno conflato exercitu, de ſumma rerum dimicaturus egreditur; id agens a fratre Alexio de imperio deiicitur.*

§. 232. *Alexius exercitum dimittit, belli Bulgarici ſecurus.*

§. 233.

§. 233. *Alexius de pace legatos mittit, fruſtra; Romani ad Serras a Bulgaris caeſi.*

§. 234. *Alexius Iſaacium Sebaſtocratorem contra Bulgaros emittit; Aſan famam de Alexii virtute bellica contemnit.*

§. 235. *Sebaſtocrator incautius cum exercitu iter agens; in inſidias delapſus capitur; reliqui vix Serras euadunt.*

CAPVT XVI. *Aſanis caedes; rebellio Ibanci, fuga; res a Petro et Ioanne, a Chryſo principe Bulg. et Ibanco geſtae; pax Romanos inter et Bulgaros reſtituta; ab a. C.* 1195–1200.

§. 236. *Sacerdos a Blachis captus, fruſtra libertatem rogans Aſanem, ipſi fit malorum vates.*

§. 237. *Ibancus ob commercium cum ſorore uxoris Aſanis capite pleƈtendus, Aſanem occidit.*

§. 238. *Ibancus, Ternobo occupata, Petro reſiſtit; viribus ſuis diffidens fugam meditatur.*

§. 239. *Imperatorem auxilium rogat; hic cunƈtando occaſionem Bulgaria potiundi perdit; Ibancus ad imperatorem fuga elabitur.*

§. 240. *Petrus rerum potitur; eo occiſo, Ioannes frater ſuccedit; priora huius fata.*

§. 241. *Ibancus benigne ab Imperatore ſuſceptus; Sebaſtocratoris viduam in matrimonium rogat; vtilem Romanis contra populares ſuas nauat operam.*

§. 242. *Alexius contra Chryſum principem expeditionem ſuſcipit irritam.*

§. 243. *Bulgari cum Scythis Rhaedeſtum et Cuperium inuadunt, ingentem praedam auehunt, quam ipſis Byziae praefeƈtus eripit; qui eam, hoſtibus irruentibus, rurſus amittit.*

§. 244. *Alexius contra Chryſum proficiſcitur, qui caſtella Strummitzam et Proſacum tenebat; ſitus huius caſtelli.*

§. 245. *Imperator Proſacum oppugnare conſtituit, contra prudentiorum conſilium.*

§. 246. *Proſacum fruſtra oppugnat.*

§. 247. *Imperator Chryſo Strummizam, Proſacum cum finitimis regionibus permittit, protoſtratoris filiam matrimonio iungit.*

§. 248. *Ibancus a Romanis defectionem facit; quod futurum imperatori multi praedixerant.*

§. 249. *Spado quidam ad eum ab imp. miſſus, ipſum, vt coepta perſequatur, perfide hortatur.*

§. 250. *Critzimus et alia Ibanci oppida a Romanis capiuntur.*

§. 251. *Ibancus, praeda propoſita, Romanis inſidias ſtruit; in praedam irruentes adortus, protoſtratorem capit.*

§. 252. *Ibancus, Romanis proelio decernere non auſis, loca finitima ſubigit et depraedatur.*

§. 253. *Alexius varia contra Ibancum molitur; Stenimachum capit; Ibancum, iureiurando inductum, in vincula coniicit, vrbibus eius potitur.*

§. 254. *Bulgari et Comani agros Rom. vaſtant; ob irruptionem Ruſſorum redire coguntur.*

§. 255. *Ioannes Bulg. rex Conſtantiam capit, Varnam expugnat; eius crudelitas, diſceſſus.*

§. 256. *Manuel Camytzes protoſtrator, imperatore ipſum redimere nolente, ſe ad Chryſum adiungit, et cum illo agrum Rom. vaſtat.*

§. 157. *Chryſo dolis circumuento, cum Ioanne rege pacem facit imperator.*

CAPVT XVII. *Res Bulgarorum vsque ad obitum Ioannis regis, bella inprimis cum Latinis impp. Balduino et Henrico geſta; ab a. C.* 1203-1206.

§. 258. *Romauorum multi poſt captam a Latinis CP. ad Ioannem Bulg. transeunt, qui, arrogantia Latinorum offenſus, eos, vt ſuos contra Latinos concitent, dimittit.*

§. 259. *Adrianopolis et Didymotichum vrbes Bulgaricis auxiliis fretae, deficiunt; Balduinus Adrianopolin oppugnat.*

§. 260. *Ioannes, Scythis miſſis, Latinos lenioribus proeliis laceſſens, in inſidias pertractos occidione caedit; Balduinus imp. captus Ternobum abducitur.*

§. 261. *Scythae a Ioanne miſſi oppida Byzantio vicina diripiunt.*

§. 262. *Ioannes Theſſalonicam contendit; Serras, victis Latinis, occupat; arcem tandem deditione capit.*

§. 263. *Marchio Bonifacius contra Ioannem cum exercitu contendit; cladis Latinorum nuncio accepto, Theſſalonicam redit; copiae ab ipſo Serris ſubſidio miſſae a Scythis funduntur.* — §. 264.

§. 264. *Ioannes Berrhoeam et alias vrbes capit.*
§. 265. *Bulgari et Scythae Latinos Adrianopolin obſidentes laceſſunt; auxilia CP. miſſa profligant.*
§. 266. *Ioannes Philippopolin captam diruit.*
§. 267. *Scythicas cateruas Adrianopolin et Ruſium mittit, Latini Ruſio erumpentes fere omnes, a Scythis victi, occiduntur.*
§. 268. *Scythae Aprum capiunt et euertunt, it. Brana victo, Rhaedeſtum, Daonium euertunt.*
§. 269. *Arcadiopolis, Meſena, Tzurulum, Athyra a Scythis et Bulgaris euerſa.*
§. 270. *Scythae et Bulgari Thraciam vniuerſam, Selybria et Byzia exceptis, vaſtant; ad Byzantium vsque graſſantur.*
§. 271. *Ioannes, Didymoticho diu fruſtra oppugnato, in Bulgariam reuertitur.*
§. 272. *Scytharum et Bulgarorum inaudita crudelitas.*
§. 273. *Balduinus imp. diu in vinculis detentus, tandem a Bulgaris occiditur.*
§. 274. *Scythae et Bulgari Didymoticho euerſo Adrianapolin petunt; imp. Henricus eos in fugam vertit.*

CAPVT XVIII. *Res Bulgarorum ſub Borila et Ioanne regibus; ab a. C.* 1207—1239.

§. 275. *Ioanne mortuo, Borilas ſuccedit, eius ex ſorore nepos; filius Ioannes ad Scythas [Ruſſos] aſportatur.*
§. 276. *Theodorus Epiri deſpota, Bulgaris multa loca eripit.*
§. 277. *Ioannes cum Ruſſis reuerſus Borilam per 7. annos Trinobi obſidet; imperii potitus ei oculos eruit.*
§. 278. *Theodorus Epiri deſp. a Bulgariae archiepiſcopo Demetrio coronatus.*
§. 279. *Aſthlauus Melenici dominus.*
§. 280. *Theodorus Ep. d. Ioannem Bulgarum, affinem, perfide bello adortus; proelio victus, capitur.*
§. 281 *Ioannes captiuos humane tractat, multos dimittit; pluribus in Thracia captis vrbibus, in magnam Blachiam excurrit; Illyricum vsque omnia vaſtat, praeſidiis relictis in Bulgariam redit.*
§. 282. *Theodorus rebus nouis ſtudens a Ioanne oculis priuatur; Manuel Comnen. eius frater Ep. d. cum Ioanne Bulg. pacem habet.*

§. 283. *Ioannes Ducas imp. cum Ioanne Bulgaro affinitatis et amicitiae foedus iungit, filio Theodoro Bulgari filia in matrimonium accepta.*

§. 284. *Ioannes imp. et Ioannes Bulg. Latinis bellum inferunt, loca illis erepta inter ſe diuidunt; imperator in orientem, Bulgarus in Bulgariam abit.*

§. 285. *Ioannes Bulgarus, pactorum pertaeſus, filiam repetit; quam ipſi imperator tradit.*

§. 286. *Scythae, a Tataris pulſi, Bulgaris licet inuitis, Iſtro traiecto, in Macedonia ſedes ponunt.*

§. 287. *Ioannes Bulg. ſe Latinis adiungens cum illis Tzurulum oppugnat; uxoris, filii et epiſcopi Bulg. morte nunciata, Trinobum redit; pacta cum Io. Duca renouat, filiam remittit.*

§. 288. *Auxiliis Balduino ex occidente ſubmiſſis, tranſitum per ditionem ſuam concedunt Bulgari.*

§. 289. *Ioannes Bulg. Romanorum amicus parum fidus; Theodori deſpotae filia in matrimonium ducta, ſocerum Theſſalonicam remittit, qua hic, fratre pulſo, potitur.*

CAPVT XIX. *Res Bulgarorum ſub Callimano et Michaele regibus; ab a. C.* 1245–1257.

§. 290. *Ioanni defuncto ſuccedit Callimanus F.; reliqui Ioannis liberi; Callimanus cum Io. Duca foedera renouat.*

§. 291. *Io. Ducas contra Ioannem Ang., Theſſalonicae deſpotam, bellum ſuſcipit; a Bulgaris ſecurus.*

§. 292. *Callimano defuncto, imperator Bulgaris bellum inferre cogitat; ducum eius ſententiae diuiſae.*

§. 293. *Imperator Serras capit; praefectus Dragotas Bulgarus arcem dedit.*

§. 294. *Dragotas Melenicum miſſus, Bulgaros, vt imperatori deditionem faciant, hortatur; idem et Nicolaus facit, incolae obtemperant.*

§. 295. *Multas alias vrbes capit imperator; pacem cum Bulgaris facit.*

§. 296. *Bulgarici motus quieſcunt.*

§. 297. *Matrimonium inter Michaelem Theſſ. deſpotam et ſororem Callimani Thamarem iungendum proponitur.*

§. 298. *Michael Bulgarus, Ioanne Duca mortuo, multas vrbes ab hoc capta recipit.*

§. 299.

§. 299. *Theodorus Laſcaris de bello Bulgarico cum ſuis deliberat.*

§. 300. *Helleſpontum cum exercitu traiicit; Bulgari, eius aduentu nunciato, ſe immotos tenent.*

§. 301. *Praecurſores Rom. exercitus Bulgarorum cuſtodes caedunt; Michael cum ſuis in Bulgariam fugit.*

§. 302. *Imperator Beroën capit; hieme ingruente Adrianopolin redit.*

§. 303. *Achridas loca et Rhodopeia quaedam oppida recipit.*

§. 304. *Exercitus ab imp. Tzepaenam miſſus temere fugit; caſtrorum potiuntur Bulgari.*

§. 305. *Dragotas Bulgarus defectione facta Melenicum oppugnat; ſubſidia ab imperatore ſubmiſſa; fauces Ropelii a Bulgaris munitae.*

§. 306. *Romani Bulgaros ad introitum faucium in fugam vertunt; Dragotas equorum pedibus conculcatus moritur; imperator Melenicum intrat.*

§. 307. *Vrbs Beleſus a Rom. capitur; Bulgaris liber diſceſſus conceditur.*

§. 308. *Oppida a Bulgaris antea occupata recepta, praeter Patmon et Tzepaenam, omnia.*

§. 309. *Imperator Tzepaenam petit; exercitus laborat.*

§. 310. *Stenimachum imperator contendit, Vatcunio oppido fruſtra tentato, Adrianopolin redit, copiis ad Didymotichum relictis, Nymphaeum abit.*

§. 311. *Imperator in occidentem redit; Scythae, a Bulgaris in Macedoniam immiſſi, loca ad Reginam fl. et circum Didymotichum ſita vaſtant; Romanos, eos adortos, vincunt.*

§. 312. *Imperator Bulgarophygum petit; Scythas ad Bizyam aſſecutus fundit.*

§. 313. *Bulg. princeps de pace legatos mittit; conditiones pacis.*

§. 314. *Imperator de ſinceritate Bulgari dubius.*

CAPVT XX. *Res Bulgarorum ſub regibus Mytza et Conſtantino Toecho vsque ad Sphentiſthlaui, a Maria adoptati, caedem geſtae; ab a. C.* 1258-1277.

§. 315. *Michaeli defuncto Mytzes ſuccedit; ob ignauiam a ſuis contemtus.*

§. 316. *Conſtantinus Toechus contra Mytzen inſurgit; hic Ternobi aliquamdiu obſeſſus ad imperatorem Nicaeam fugit, a quo circa Troiam praedia accipit.*

§. 317. *Conſtantinus legatis miſſis imperatoris filiam Theodoram in matrimonium rogat; qua accepta priorem ſuam coniugem Nicaeam mittit.*

§. 318. *Michael deſpota ab Aſane oculis priuatur; eius filius Ioannes ex Megaloblachitis exercitum conſcribit.*

§. 319. *Rom. prouinciae ab Italis, Bulgaris, Triballis occupatae.*

§. 320. *Michael Pal. de imminente Bulgarorum irruptione ſollicitus.*

§. 321. *Michael plures Bulgarorum vrbes occupat, Conſtantinus vltionis opportunitatem captat.*

§. 322. *Tzuilas Bulgarus transfugii ſuſpectus Nicaeam abductus oculis priuatur.*

§. 323. *Conſtantinus a Sultano Azatine euocatus cum Scythis [Tataris] in Thraciam irrumpit; Aenum oppugnant, Sultane dedito diſcedunt.*

§. 324. *Bulgarorum, Triballorum &c. ſpolia tantum auferendi, homines neque captiuos abducendi, neque extra aciem occidendi inſtitutum.*

§. 325. *Conſtantinus Mariam, neptem Michaelis Pal. in matrimonium accipit; Michael vrbes ex foedere reſtituendas Bulgaro tradere cunctatur; ſpecioſus huius cunctationis praetextus.*

§. 326. *Maria Conſtantinum ad vrbes negatas armis repetendas exſtimulat; imperator, Tatarorum amicitia fretus, et alias occupat.*

§. 327. *Breuis rerum a Mytze et Conſtantino geſtarum narratio.*

§. 328. *Michael Pal. de imminente Conſtantini irruptione ſollicitus.*

§. 329. *Maria legatos ad patriarcham Hieroſolym. et Sultanem mittit; hic legatos re infecta dimittit.*

§. 330. *Maria Michaelem F. coronari curat; Sphentiſthlabum, virum ex regio ſtirpe ortum, adoptat; perfide occidit.*

CAPVT XXI. *Initia Lachanae ſ. Cordocubae, illius rebellio, caedes Conſtantini Toechi; reliqua Lachanae, tam*

tam ante imperium, quam in imperio, geſta, a. C. 1277, 1278.

§. 331. *Lachanas ſubulcus, magna de ſe futura iactat; grauitatem et ſanctimoniam affectat; noui conſtituendi principatus conſilia agitat; apparitiones ſanctorum fingit; a ſuis ſuſpicitur.*

§. 332. *Diem conſilio ad exitum perducendo dicit; homines vndique ad eum confluunt.*

§. 333. *Ob valetudinem infirmam, Conſtantinus Tatarorum incurſionibus reprimendis par non eſt; Lachanas eos ſemel iterumque vincit.*

§. 334. *Lachanae motus Conſtantinum aeque ac Rom. imperatorem conturbant; hi bellum parant.*

§. 335. *Conſtantinus cum copiis ſibi relictis cum Lachana proelio decernit, quo victus occiditur.*

§. 336. *Michael Pal. de Lachana ſibi per affinitatem iungendo cogitat; prius, qui de rebus eius curatius cognoſcant, mittit.*

§. 337. *Conſilio mutato, Ioannem Mytzae F. generum aſciſcendum et in paternum regnum reducendum cenſet; quod et reliquis placet.*

§. 338. *Ioannes Troia accerſitus gener imperatoris et rex Bulg. appellatur; Bulgarorum quidam ſe ipſi adiungunt.*

§. 339. *Ioannis et Irenes nuptiae; conuentionum nuptialium capita, iurata.*

§. 340. *Michaelis Pal. Mariam capiendi molimina.*

§. 341. *Maria vtrum ad imperatorem confugere, an ſe regnumque Lachanae permittere debeat, dubia haeret.*

§. 342. *Tandem ſuas nuptias cum dotali regno Lachanae offert; quae hic aegre accipit; Ternobum ingreſſus, nuptias cum Maria celebrat; coronantur.*

§. 343. *Imperator hac re ſibi creatam moleſtiam diſſimulat; copias in Bulgariam mittit.*

§. 344. *Lachanas regii luxus et deliciarum vxoris cito pertaeſus, hanc indigne tractat.*

§. 345. *Conciliatis ſibi Bulgaris bellum aduerſus Tataros et Romanos ſtrenue et feliciter gerit; inſigni in captiuos vtens crudelitate, Romanos a proelio deterret.*

§. 346. *Lachana a Tataris proelio victo [perfide occiſo], Bulgari Ioannem dominum recipiunt; Maria capta ad imperatorem mittitur.*

CAPVT XXII. *Res Bulgarorum, ſub Ioanne Aſane et Tertere, hoc quidem primum tyranno, poſt rege, geſtae; Ioannis Aſanis fuga, Lachanae ad Tataros profugi caedes; Blachorum in Aſiam deportatio; Pſeudolachanae geſta; ab a. C.* 1279–1291.

§. 347. *Terteris potentia imperatori ſuſpecta; affinitas Terterem inter et Ioannem Aſ. iuncta.*

§. 348. *Defectionis Terteris ſuſpicio ob neceſſitudinis vinculum non veriſimilis.*

§. 349. *Re non amplius dubia, Aſan fugit cum regiis theſauris CP., Terteres regnum vacuum occupans, coronatur.*

§. 350. *Ternobum, regnante adhuc Ioanne Aſane, a Lachana oppugnatum; auxilia, a Romanis ſubmiſſa, caeſa.*

§. 351. *Lachanas et paulo poſt Io. Aſan ad Nogam veniunt; auxilia contra Terterem rogatum, qui vtrumque diu ſpe vana lactat.*

§. 352. *Lachanas Nogae iuſſu in conuiuio occiſus; Io. Aſan ab Euphroſyne ſeruatus.*

§. 353. *Thracenſes legiones Bulgaris oppoſitae.*

§. 354. *Terteres foedus cum Andronico Sen. percutit; priori vxore recepta, alteram ad imp. remittit.*

§. 355. *Aſan in compenſationem regni amiſſi deſpota Romaniae ab imp. creatur.*

§. 356. *Imperator Michaeli deſpotae Aſanis filiam in matrimonium promittit; affinitas inter Ioannem Sebaſtocratorem et Terterem iungenda, Tertere pacem cum imp. amplexo, irrita.*

§. 357. *Terteres de imminente Tatarorum irruptione ſollicitus.*

§. 358. *Blachi, ne ſe hoſtibus Romanorum adiungerent, in orientem deportantur; multi reditum magna pecunia rediment.*

§. 359. *Bulgarus ſe Lachanam profitetur; Maria, olim Lachanae vxor, id verum eſſe negat.*

§. 360. *Romani, a Turcis preſſi, eum ſibi ducem dari importune poſtulant.*

§. 361. *Imperator Pſeudolachanam cum copiis emittit; ob turbas a populo excitatas reuocatum in cuſtodia teneri iubet.*

CAPVT XXIII. *Bulgaria a Tataris ſubacta; Tzaca Tataro a Sphentiſthlabo occiſo, liberata; imperium Sphentiſthlabi; ab a. C.* 1294—1322.

§. 362. Terteris fuga; Tzacae et Tatarorum in Bulgariam irruptio; ſocietas inter Tzacam et Sphentiſthlabum inita.

§. 363. Sphentiſthlabus puellam Bulgaram cum dote vxorem ducit; Bulgaros ſibi conciliat.

§. 364. Factione ſibi comparata, Tzacam comprehenſum in carcerem coniicit; occidit; Ioachimum patriarcham ſtudii erga Tataros ſuſpectum praecipitio necat.

§. 365. Imp. Andronicus Michaelem Conſtantini regis F. in Bulgariam mittit, qui regnum paternum recuperare fruſtra nititur; Sphentiſthlabus patrem Terterem redimit.

§. 366. Radoſthlabi contra Sphentiſthl. ſuſcepta expeditio; clades Romanorum; captiuorum permutatio.

§. 367. Priora Sphentiſthlabi fata.

§. 368. Seruiae Crales repudiata vxore, Terteris filia, Simonidem Andronici Sen. F. ducit.

§. 369. Michael deſpota Terteris filiam, a Crale ſeparatam, vxorem ducit.

§. 370. Sphentiſthlabus, iniurias a Crale ſorori, ab imperatore Michaeli deſpotae, ſororis marito, illatas vlturus, in Rom. fines irrumpit; plures vrbes ad Haemum capit.

§. 371. Imperator bellum contra Sphentiſthl. parans, Eltimerem ſibi conciliat.

§. 372. Rogerio Latino ſororis ſuae et Aſanis filiam Mariam in matrimonium dat.

§. 373. Rogerius a caede Chraniſthlabi Bulgari, ducis Romani, aegre abſtinet.

§. 374—377. Res a Ioanne Choerobosco, Bulgaro, contra Turcos geſtae.

§. 378. Sphentiſthlabus adiuncto ſibi Eltimere Haemo vicina incurſat; multas vrbes capit; aliis imminet.

§. 379. Imperator Michaelem F. contra Bulgaros cum exercitu mittit; Boſſilas Bulgarus, Romanis militans, contribules ſuos ad Scafidam amnem in fugam vertit, captiuos dimittit.

§. 380. *Bulgari, dimiſſi, Romanos adorti caedunt; Michael Bulgariam late vaſtat; Adrianopolin redit.*
§. 381. *Vana imperatoris de nimia ſuorum audacia ſollicitudo.*
§. 382. *Rogerius ad bellum Bulgaricum ex oriente euocatus, hoſtis magis, quam ſocius.*
§. 383. *Boſſilas Bulgarus Turcopulis praefectus.*
§. 384. *Induciae belli Bulgarici; Boſſilas Turcop. dux; Blachica acies.*
§. 385. *Sphentiſthlabus duas arces Eltimeri eripit, ob affinitatem cum imperatore ſuſpecto; affinitatem cum domo Auguſta fruſtra quaerit.*
§. 386. *Sphentiſthlabus Eltimeris regionem vaſtat, nec a Romana abſtinet.*
§. 387, 388. *Alani, Romanis militantes, ad Sphentiſthl. tranſeuntes in Bulgariae finibus ab Amogabaris et Turcopulis funduntur.*
§. 389. *Sphentiſthlabus cum Romoforto Amogabarorum duce foedus et affinitatem iungit.*
§. 390. *Ad imperatorem de affinitate iungenda legatos mittit; qui ipſum vana ſpe lactat, bono Romanorum.*
§. 391. *Sphentiſthlabus Theodoram, Michaelis filiam, Andronici ſenioris neptem, ducit.*
§. 392. *Sphentiſthlabus priuatas cum Andronico Sen. ſimultates exercet.*
§. 393. *Andronico Iuniore Byzantium cum exercitu petente, copias mittit, qui eum ſub ſpecie amicitiae, caperent; Boëſilas ad Andronicum Sen. tranſit.*
§. 394. *Moritur Sphentiſthlabus.*

CAPVT XXIV. *Res Bulgarorum ſub regibus Georgio Tertere et Michaele Streamtzimeri F.; ab a. C.* 1322—1330.

§. 395. *Romanis bellis ciuilibus, ſub Andronicis, diſſidentibus, Terteres, Bulg. rex, agros eorum vaſtat; Philippopolin proditione capit.*
§. 396. *Oppida circa Adrianopolin depopulatur; Andronicus Iunior, Tertere in fugam verſo, in Bulgariam irrumpit; praeda onuſtus redit.*
§. 397. *Tertere mortuo, multae Bulg. vrbes ad Romanos deficiunt, alias Boëſilas occupat; qui deſpota Bulgariae ab imp. appellatur.*

§. 398. *Imperator et Boëſilas Philippopolin fruſtra oppugnant.*

§. 399. *Michael Streantzimeri F. a Bulgaris rex ſalutatus, vrbes, quae defecerant, Vngroblachis et Scythis auxiliantibus, obſidet.*

§. 400. *Imperator Michaeli occurrere conſtituit; Boëſilam res ad bellum neceſſarias vt comparet, domum dimittit; ipſe cum exercitu Potucam abit.*

§. 401. *Falſo accepto de obitu Boëſilae nuncio, Adrianopolin reuertitur.*

§. 402. *Michael multas vrbes capit; Romani Philippopolin ſingulari caſu interueniente recipiunt.*

§. 403. *Michael terra Boëſilae occupata, ſuperiorem Thraciam ad Beram vsque vaſtat.*

§. 404. *Imperator Michaelem ad ſingulare certamen prouocat, quod hic vt a ratione alienum detrectat.*

§. 405. *Andronicus Iun. ſibi bellum contra Bulg. depoſcit; magnus domeſticus Cantacuzenus apud auum eius petitionem iuuat.*

§. 406. *De bello Bulgarico deliberatur; vincit Iunioris Andronici et Cantacuzeni ſententia.*

§. 407. *Bellum parat Andronicus Iunior; de conſilio Bulgari dubius.*

§. 408. *Michael imperatores de matrimonio ſuo cum Sphentiſthlabi vidua per legatos certiores facit; pacem offert, quam impp. admittunt.*

§. 409. *Nicephorus Gregoras legatus in Seruiam miſſus, ad Strymonem in Bulgaros, regionis cuſtodes, incidit.*

§. 410. *Michael cum vxore Andronicum Iun. Tzernomiani conuenit.*

§. 411. *Georgius Bulg. archiepiſcopus ad Andron. Iun. ab auo legatus.*

§. 412. *Berrhoitae et Bulgari Romanis ſubiecti ſe Andronici Iun. partibus adiungunt.*

§. 413. *Andronicus Iun. Boëſilam Bulg. deſpotam cum aliis Achridem mittit*

§. 414. *Michael Bulg. et Crales Seruiae affines.*

§. 415. *Iunior Andronicus Michaelem ſibi contra auum ſocium adiungere cogitat.*

§. 416. *Michael Didymotichum venit; foedus cum Andronico Iun. percutit.*

§. 417. *Contra fidem Andronico datam, clam auxilia auo promittit.*

§. 418. *Michaelem cum Scytharum auxiliis in ſuis et Romanorum confiniis caſtra locaſſe, nunciatur; Andronicus cum ſuis ad caſtellum Logos contendit.*

§. 419. *Ibanes Rhoſſus cum 3000. equitum a Michaele imperatori auo auxilio miſſus; Andronici, Cantacuzeni &c. de uero Michaelis conſilio ſententia.*

§. 420. *Ibanes Rhoſſus e finibus Rom. recedere, iuſſus, recuſat; Andronicus Iun. auum, vt ſibi a Bulgaris caueat, hortatur.*

§. 421—423. *Andronicus Iun. Michaelem violati foederis per legatos incuſat, minas addit; Michael perfidiae crimen a ſe remouere nititur; Ibanem cum exercitu reuocat.*

§. 424. *Michael cum Scythis Thraciam vaſtat, imperatore cum exercitu Biziam contendente; ſe ad proelium paratum eſſe ſimulans, fugit.*

§. 425. *Imperator Bulgariam vaſtat, redit.*

§. 426. *Michael Buzelum capit, Probatum obſidet; imperator in illum tendit, ſe ad pugnam inſtruunt.*

§. 427. *Imperator de pace legatos mittit, Buzelum et alias vrbes repetit; Michael Sozopolin ſibi dedi poſtulat.*

§. 428, 429. *Imperator, praeſentibus Mich. legatis, ſuis arma imperat; legatis haec nunciantibus, Michael ſe pacem amplexurum, Bucelum redditurum ſignificat; pax et amicitia inſtaurantur.*

§. 430. *Michael et Andronicus Iun. ad Praecipitia conueniunt; pacem confirmant.*

§. 431. *Sebaſtopulus Bulgarus Romanis contra Turcos militat.*

§. 432. *Michael et Andronicus contra Seruiae Cralem bellum ſuſcipiunt; hic cum omnibus copiis Michaelem petit.*

§. 433. *Crales cum Michaele inducias paciſcitur; tamen eum adortus vincit; Michael captus ex vulnere moritur.*

CAPVT XXV. *Res Bulgarorum ſub regibus Alexandro et Suſmano; Bulgaria Turcis ſubiecta, ab a. C.* 1331–1453.

§. 434. *Bulgari, Michaelis ſecunda coniuge cum liberis pulſa, priori eius coniugi et liberis regnum reddunt; imperator in Bulg. irrumpit, ea vaſtata CP. redit.* §. 435.

§. 435. *Bulgari Alexandrum, Michaelis ex ſorore nepotem, ſibi regem praeficiunt, qui vrbes a Romanis captas, Scythis auxiliantibus, recipit.*

§. 436. *Imperator copias Meſembriam mittit, ipſe in Bulgariam irrumpit; plures vrbes recipit.*

§. 437. *Alexander iuxta Aetum caſtra ponit; cum Romanis proelio congredi non audet.*

§. 438. *De pace legatos mittit; de qua tandem inter illos conuenit.*

§. 439. *Alexander Scytharum auxiliis auctus, cum his Romanos adoriri ſtatuit.*

§. 440. *Alex. exercitum educit; Romani ſe ad proelium accingunt; tuba Scythica audita, nouos hoſtes primum Getas eſſe putant, tandem Scythas eſſe vident.*

§. 441. *Proelio commiſſo in fugam vertuntur Romani, plures tamen e Bulgaris cadunt.*

§. 442. *Alexander victis pacem offert; de qua inter ipſum et imperatorem conuenit; amicus vtriusque principis congreſſus.*

§. 443. *Alexander imperatoris filiam filio ſuo in matrimonium rogat; imperator tandem conſentit.*

§. 444. *Nuptiae Adrianopoli celebrantur.*

§. 445. *Andronicus Iun. Bulgaris formidatus.*

§. 446. *Alexander Siſmanum, Michaelis ex Seruiae principis ſorore filium, a Ioanne Pal. ſibi dedi poſtulat; ni reddant, bellum minatur.*

§. 447—451. *Multis in vtramque partem de hac re diſputatis, Romani ſe ad bellum parant; Alexander territus pacem amplectitur.*

§. 452. *Procerum Rom., ſi Cantacuzenus ſe rerum adminiſtratione abdicet, ad Alexandrum confugiendi conſilium.*

§. 453. *Litterae a Cantacuzeno ad Alexandrum datae a Byzantiis interceptae.*

§. 454. *Adrianopolitani Alexandrum contra Cantacuzenum ſuppetias rogant, eum in vrbem recipere recuſant; aduentus Alexandri Cantacuzeno noxius.*

§. 455. *Bulgari, ab Alexandro per Thraciam dimiſſi, a Romanis et Turcis cladibus afficiuntur.*

§. 456. *Alexander pacem offert; quam Cantacuzenus admittit; diſcedunt.*

§. 457. *Byzantii vrbem Alexandro dedere, quam Cantacuzeno ſeruire malunt.*
§. 458. *Crales Seruiae Helenam vxorem ad fratrem eius Alexandrum deducit.*
§. 459. *Ioannes Angelus Theſſaliae ſeu Blachiae praefectus appellatur.*
§. 460. *Cantacuzeni factio ad Alexandrum de foedere legatos mittit; quod hic percutit; vitae Cantacuzeni per Seruiae Cralem inſidias ſtruit, fruſtra.*
§. 461. *Alexandri ſimulatum auxilium Didymotichenſibus moleſtiſſimum.*
§. 462. *Irene imperatrix Bulgaros ab vrbe diſcedere iubet, fruſtra; epiſcopus Bulgarorum fugam praedicit.*
§. 463. *Bulgari cognita Turcorum aduentu territi diſcedunt.*
§. 464. *Caſtella Meropes Cantacuzeno deditionem faciunt, qui illis Momitzilum Bulgarum praeficit; priora huius viri fata.*
§. 465. *Byzantii cum Alexandro aduerſus Cantacuzenum foedus iungunt; Bulgarus promiſſum auxilium recuſat, cur?*
§. 466. *Alexander tandem auxilia adducit; Byzantii Momitzilum ad defectionem ſollicitant.*
§. 467. *Cantacuzenus Alexandrum, vt pacem ſeruet, hortatur, fruſtra; Alexander Morrham ingreditur.*
§. 468. *Cantacuzenus cum auxiliis Turcicis Alexandrum petit; hic, legatis dimiſſis, in Bulgariam abit.*
§. 469. *Momitzilus naues Turcorum ad Abderam exurit; Cantacuzenus Turcos in illum immittit; quibus ſe opponere Momitzilus non audet.*
§. 470. *Momitzilus imperatori ad Meſenem ſuperuenit; hic aegre Cumuzena euadit.*
§. 471. *Momitz. miſſis ad Byzantios et Cantacuzenum legatis, ab illis deſpota, ab hoc ſebaſtocrator renunciatur.*
§. 472. *Alexander Ioanni Pal. auxilia mittit; Momitzilus Chalcidicam infeſtat.*
§. 473. *Byzantii ob Seruiorum et Bulgarorum auctam hoc bello potentiam, pacem cum Cantacuzeno faciendam putant.*
§. 474. *Cantacuzenus Byzantiis, quod vrbes Rom. Bulgaris tradiderint, per legatos exprobrat.*
§. 475. *Momitzili milites legatos Cantacuzeni ad Seruiae principem miſſos ſpoliant.*

§. 476.

§. 476. *Turci Cantacuzeno contra Momitzilum auxilio veniunt, Romanis nondum ad bellum paratis, in Bulgariam irrumpunt; cum magna praeda reuertuntur.*

§. 477. *Turci et Romani Momitzilum petunt; qui, pacis ſpe irrita, exercitum educit.*

§. 478. *Peritheorienſes Momitzilum recipere recuſant; eius ex fratre nepotem cum quingentis recipiunt.*

§. 479. *Pugna commiſſa, Momitzilus vna cum exercitu perit.*

§. 480. *Imperator Xanthiam, ſedem Momitzili, occupat; viduam eius cum facultatibus ſuis in Bulgariam dimittit.*

§. 481. *Bulgarorum auxilia Byzantiis parum vtilia.*

§. 482. *Turci a Cantacuzeno domum redire iuſſi, irruptione in Bulgariam facta, praeda onuſti redeunt.*

§. 483. *Regis Bulgarorum titulus imp. Cantacuzeno ab Aegypti Sultano datus.*

§. 484. *Turci ab Orchane reuocati, Bulgariam populantur.*

§. 485. *Imperator legatis miſſis, ſuſpicionem, Turcos a ſe in Bulgariam immiſſos eſſe, remouet; Alexandrum ad foedus contra Turcos et Cralem Seruiae ineundum hortatur.*

§. 486. *Alexander ſocietatem paciſcitur; imperator bellum contra Turcos parat.*

§. 487. *Alexander a Seruiae Crale perſuaſus foedus retractat; imperator Bulgarum, vt fidem datam ſeruet, hortatur.*

§. 488. *Alexander Ioanni Pal. contra Cantacuzenum auxilia mittit; hic ſibi Turcos adiungit ſocios.*

§. 489. *Bulgari et Serui cum Io. Pal. copiis Empythium oppugnare cogitant; Turcis Cantacuzeno auxilio venientibus, fugiunt; Turci Bulgariam depraedantur.*

§. 490. *Sulmanus, in Thracia ſede fixa, Bulgaris moleſtus.*

§. 491. *Cantacuzenus Anchialum capit, Meſembriam obſidet; Alexander, multa numerata pecunia, pacem impetrat.*

§. 492. *Amurates Turcos Bulgarorum ſpoliis ditat.*

§. 493. *Sulimanus Romanis ob Bulgarorum motus pacem offert; Bulgaris bellum infert.*

§. 494. *A Dacia ad Pindum vsque montem Brachi [Blachi] habitant. Bulgari, Serui &c. eadem lingua vtuntur.*

§. 495. *Superior et inferior Myſia quae; Bulgarorum ſedes; Alexander et Suſmanus reges.*

§. 496. *Suſmanus rex ab Amurate victus; pacem et affinitatem iungit; Andronici ſocer.*
§. 497. *Eleazarus Seru. rex Suſmano filiam in matrimonium dat.*
§. 498. *Cineites a Muſulmano in Bulgariam miſſus, regioni, Achridae vicinae, praeficitur.*
§. 499. *Moſes, imminente a Mechmete bello in Eryſorum regione confidet.*
§. 500. *Mechmetès contra Hunnos et Bulgaros ſemper in armis eſt.*
§. 501. *Bulgari Turcis tributarii.*
§. 502. *Inter Genitzeros filii Seruiorum, Bulgarorum &c. recepti.*
§. 503. *Georgius Seru. deſpota Moratem placat, Seruiae, Bulgariae &c. inhiantem.*
§. 504. *Hungari Morati bellum inferentes ad Isiati vicum Bulgariae caſtra locant.*
§. 505. *Bello iterum contra Turcos ſuſcepto, in Bulgariam irrumpunt.*
§. 506. *Bulgari Mechmetem imperii potitum donis allatis venerantur.*
§. 507. *Palda Bulgarus, Mechmetis, cum CP. oppugnaret, Contoſtaulus.*
§. 508. *Dalmatae, Myſi (Bulg.), Triballi et Sarmatae eadem lingua vtantur.*
§. 509. *Epiſcopi Bulgariae.*
§. 510. *Inſcriptio litterarum ad Walachiae [cis-Iſtrianae] deſpotam, patriarcham Tornobi et Bulgariae.*

BVLGA-

BVLGARICORVM
CAPVT I.
Prima Bulgarorum memoria; iteratae eorum ex regionibus transiſtrianis in Romanorum terras irruptiones;
ab a. C. 501—641.

Imp. CONSTANTINO M. a.M.5834.ind. 14. Olymp. 276. a. 1.

§. 1.

Imp. CONSTANTINO *M.*

a. C. 326. a)

[QVo tempore Conſtantinopolis a Conſtantino M. condita eſt, Eubulus] latrinas b) condidit, et aquaeductus ex Bulgaria c) in vrbem perduxit. 1.

Imp. ANASTASIO I. a. 11. imperii eius.

§. 2.

Imp. ANASTASIO I.

a. C. 501. d)

α) Hoc anno e) qui vocantur Bulgari f) excurſionem in Illyricum 2.

α) CEDRENVS: *Anno 10. et 11. Bulgari—fecerunt.* ZONARAS: *Circa*

1. CODINVS de Origg. CPL. p. 11. Anonymus I. in Antiqq. CPL. Lib. 1. p. 5. (Bandur. Imp. Orient.).

a) Annum in marg. adſcriptum dictus Anonymus habet p. 2. 3.

b) μυδρωνας. Interpres Anonymi vertit: *officinas ferrarias.*

c) Codinus et Anonymus Bandurii hoc regionis illius nomen, eo tempore, quo ſcribebant (ſaec. XV.) et iam diu ante notiſſimum, non ſatis commode ad Conſtantini M. aetatem transferunt.

2. THEOPHANES p. 123. Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. p. 50. Cedren. T. I. p. 358. Zonar. T. II. p. 55.

d) Imperator renunciatus eſt Anaſtaſius d. 14. Apr. indict. 14. Theophan. p. 117.

e) Vid. marg. Ad a. 9. Anaſtaſii haec refert Marcellinus. v. Nott. in Zon.

f) Βȣλγαρεις. „A Volga, inquit Goar in Nott. ad h. l., Scythico fluuio [cfr et §. 278. in varietate narrat.]', ex quo et patrio ſolo irruptiones in imperium Rom. fecere. Augerius Buſbequius in Itinerario, Ortelius, Volaterranus. Alia lect. Βȣλγαροι.„ [Ita et Cedrenus et Zonaras hoc nomen ſcribunt. Anaſt. *Wlgares* vocat].

Imp. ANASTASIO I.

a. C. 501.

ricum Thraciamque fecerunt, '*cum nondum audiretur eorum natio de nomine* g).

§. 3.

a. C. 501—518. b)

3. CVM Bulgari denuo in Illyricum impreſſionem feciſſent, quidam ex Romanis tribunis ſe illis cum ſuis legionibus oppoſuerunt, turpiterque victi ſunt, ac paucis exceptis caeſi omnes, cum illi quibusdam incantationibus et praeſtigiis vſi eſſent. Eam cladem ſtella crinita praeſignificauit, et corui, qui et ſupra et ante illos proficiſcentes volitabant, et tubicines, qui pro bellico neſcio quem moeſtum et lugubrem ſonum ediderunt.

§. 4.

4. ANASTASIVS longum murum i) condidit, a magno mari ad Selybriam vsque pertinentem ob *Myſorum ſiue Bulgarorum* et Scytharum excurſiones.

a.M. 6006. a. C. 506. a. 23. imp. Anaſt.

§. 5.

a. C. 513.

5. β) VITALIANVS k), occupata vniuerſa Thracia, Scythia et Myſia, ducens ſecum ingentem Vnnorum et Bulgarorum numerum cepit Anchialum et Odyſſopolin, ipſumque Thracicae militiae magiſtrum

haec tempora [quibus Theodericus Romae conſilio indicto, repudiato Laurentio, Epiſcopatum Romanum Symmacho confirmauit.] *fertur gens Bulgarorum, ignota prius, in Illyricum et Thraciam impreſſionem feciſſe.*

β) CEDRENVS: *Anno 23.—cepit multas vrbes et Cyrillum—comprehendit. Tum Anaſtaſius—.*

g) πριν γνωσθηναι αὐτους. Anaſt. *priusquam agnoſcerentur.*

3. ZONARAS T. II. p. 56.

h) Sunt anni, qui inter primam illam Bulgarorum irruptionem et obitum Anaſtaſii Aug. interceſſerunt.

4. Id. ibid. p. 58.

i) Vnde etiam murus Anaſtaſianus paſſim vocatur.

5. THEOPHANES p. 137. Anaſtaſius p. 54. Cedrenus T. I. p. 360.

k) Patricioli, Foederatorum Comitis, filius, quem a. 22. Anaſtaſii a Scythiae, Myſiae caeterarumque regionum incolis ad arma contra imperatorem capienda concitatum eſſe Theophanes p. 134. docet.

Imp. ANA-STASIO I.

giſtrum l) Cyrillum, praedis quaquauerſus ad Byzantium vsque abactis, comprehendit. At cum vrbi parceret, ad Soſthenium caſtra metatus eſt. Anaſtaſius rebus deſperatis ſenatorii ordinis nonnullos, qui de pace agenda eum rogarent, miſit—qua conciliata, et ipſe [Vitalianus] domum repetiit.

Sub Iuſtino I. nulla ſit Bulgarorum mentio.

§. 6.

Imp. IVSTINIANO I.

Imp. IVSTI-NIANO I. a. 12. imperii. 6.

a. C. 538.

γ) BVLGARI reges duo cum Bulgarorum innumera multitudine et *drungo* m) in Scythiam n) et Myſiam, militiae magiſtrum in Myſia Iuſtino, et in Scythia Baudario agente, arma mouerunt. Iſti Bulgaris in aduerſum progreſſi, commiſerunt praelium, in quo Iuſtinus, militiae magiſter, cecidit, in cuius locum Conſtantinus, Florentii F., ſuffectus eſt: et ad partes vsque Thraciae irruperunt Bulgari. In eos autem *Acum* patria *Vnnus*, quem e ſacro fonte ſuſcepit imperator, per Illyricum militiae magiſter o), expeditionem

ſu-

γ) CEDRENVS: *Anno 12. Bulgari in Myſiam eruperunt, vaſtatoque agro milites interfecerunt. Hoc cum audiuiſſet Acum Hunnus, Illyrici rex* (ὁ τȣ Ἰλλυρικου βασιλευς Ακȣμ ὁ Οὐννος), *contra eos cum copiis egreſſus, Romanorum ſe exercitui coniunxit, magnamque Bulgarorum ſtragem edidit. Victorem inde ſecurum alii Bulgari adorti ſunt, magnaque caede affecerunt:*

l) *τον ϛρατηλατην Θρακης.* 6. THEOPHANES p. 184, 185. Anaſtaſius p. 62. Cedrenus T. I. p. 371.

m) *μετα πληθȣς Βȣλγαρων και δρȣγγου.* Goar in Nott. ad Theophanem:— „Miſcella, *Vulger* et *Drongo.* Inepte„. Fabrotus vero ad Anaſtaſium. p. 202.— „Mendo, inquit, vt puto, non caret [locus Theophanis], et ope Anaſtaſii reſtitui poteſt hoc modo: *ἐκινησαν δυο ῥηγες Βȣλγαρων,* Οὐουλγηρ και Δρογγο μετα πληθους εἰς την Λυσιαν και Μυσιαν, ϛρατηλατου ὄντος της Μυσιας Ἰȣϛινȣ, και της Λυσιας Βαȣδαριȣ. in R. autem codice ſic habetur, *και της Σκυθιας Βαυδαρ.* [ita et textus Theophanis habet].

n) *Λυσιαν.*

o) *ὁ ϛρατηλατης Ἰλλυρικȣ Ακȣμ.*

Imp. IVSTINIANO I.

a. C. 538.

ſuſcepit. Igitur Romani Bulgaros vndique ſuis copiis interclusos ferro caedentes, innumeram ex eis multitudinem proſtrauerunt, praedam omnem abegerunt, ſublatisque regibus eorum duobus, praeclaram ſua virtute tulerunt victoriam.

E pugna reuertentibus ac laetis alii Bulgari p) occurrerunt, et Conſtantinum, Acum et Godillam fugientes ſoco velut reſte interceperunt q). Godillas quidem, ſoco ſicae opera reſciſſo, effugit: Conſtantinus autem vna cum Acum viuus comprehenſus eſt. Conſtantinus certe nummorum mille pretio redemtus CP. rediit: Acum vero retento cum caeteris captiuis ad proprios lares remeauerunt.

a. M. 6032. a. C. 532. a. 13. imp. Iuſt.

§. 7.

a. C. 539.

7. δ) [MVNDVS e Gepaedibus ſuum genus trahens, cum CP. accedens, vna cum filio maximis muneribus donatus, et ab imperatore per Illyricum magiſter militiae renunciatus eſſet, dimittitur r). Cui] Illyricum verſus iter agenti et iam proximo, Bulgarorum manus innumera praecluſit iter: ipſe nihilominus viam ferro aperuit, et ir-

capitibusque et ipſo Acum potiti, in ſuam reuerſi ſunt ditionem. ANASTASIVS: *Anno 12. imperii Iuſtiniani—moti ſunt Bulgarum duo reges, Wlger ſcilicet et Droggo cum multitudine in Lyciam et Myſiam—Bandario—Hoccum Hunnus—victoriam.*

δ) CEDRENVS: *Anno 13. Romanis ſe coniunxit Mundus—. Ei in Illyricum venienti multitudo Bulgarorum occurrit, quos ille deuicit, melioremque captiuorum partem. CP. miſit: qui ab imperatore per Armeniam, Lazicam et alias regiones ſunt diſperſi. Excinde—auſis.*

p) Combefiſius in Nott. Poſter. ad Theophanem, p. 644. „Poſt Βȣλγαρεις, inquit, ſtatim omiſſum: και ὡς ἀπο κοπȣς ὀτες [ὀν]ες] οἱ ϛρατηλαται δεδωκαν αὐτοις τα νωτα, και κατεδιωξαν αὐτȣς οἱ Βȣλγαρεις. Reg. Barb. &c. *Duces tanquam feſſi a labore, eis terga verterunt, Bulgari inſecuti ſunt, &c.*„

q) ἐσωκισαν αὐτȣς. Goar in Nott. ad h. l. „Σωκον, inquit, interpretor *reſtem*, aut *vinculum*, quo fugiens hoſtis apprehenditur. σωκεω vero l. σωκιζω, hoſtem *reti inuolvo*„. cfr. et Du Cange in Gloſſario med. graecit. in voce σαικος.

7. THEOPHANES p. 185. Cedrenus T. I. p. 372.

r) Cfr. Tom. I. *Gepaed.* §. 5.

a. C. 539.

Imp. IVSTINIANO I.

irruiens in aduerſos deleuit omnes. Selectos vero ex captiuis duces cum aliis pluribus CP. miſit, quos publicis affectos ludibriis per circum traduxerunt. Exinde profunda pax per Thraciam acta, Vnnis Danubium traiicere nusquam amplius auſis. Porro Bulgarorum captiuos in Armeniam et Lazicen miſit imperator, et in militares numeros retulit.

Sub Iuſtino II. nulla fit Bulgarorum mentio.

§. 8.

Imp. TIBERIO II.

Imp. TIBERIO II.

a. C. 578—583. s)

8. CASTELLVM aedificauit Tiberius imperator, ſocer Mauricii, ne *Chaganus*, Bulgarorum princeps t), claſſem eius combureret. Ibi enim naues ſuas ſubduxit, et locum muniuit caſtello.

§. 9.

Imp. MAVRICIO.

Imp. MAVRICIO. a. 15. imp. Maur.

a. C. 596.

9. s) [PETRVS Mauricii Aug. frater, Sclabenis, qui Byzantium petebant, obuiam cum exercitu procedens v)] mille viros ad hoſtes explorandos legit, qui in mille Bulgaros praeter opinionem incurrunt x). Barbari, tanquam pace inter Romanos et Chaganum compoſita, ſecuri, nihilque ſolliciti porro gradiuntur: in quos Romani, ducis ſui voluntate, tela coniiciunt. Bulgari oratores mittunt, pugnam deprecantur, et de pace non diſſuenda Romanos admonent.

 Hos

s) THEOPHANES:— *gradiuntur. Cum autem Romani eos adorirentur, Bulgari viros ſeptem delegauere, qui Romanis pacem haud ita ſoluendam eſſe perſuaderent. Quae vbi praecurſores audiuerunt, Duci confeſtim retulere. Dux vero, neque ſi imperator ipſe aduenerit, inquit, eis parcam. Conſertaque pugna Romani in fugam vertuntur, nec tamen eos inſecuti ſunt barbari, ne vi-*

8. CODINVS de Origg. CPl. p. 57.

s) Sunt anni imperii Tiberii.

t) Χαγανον [Auarorum credo] τον ἀρχοντα Βȣλγαριας.

9. THEOPHYLACTVS L. VII. c. 4. p. 170. Theophan. p. 232. ex quo annum in marg. adſcribo. Anaſtaſ. p. 80.

v) Cfr. P. I. *Slauica* §. 75, 76.

x) Gr. vna voce προσπιπτȣσιν.

Imp. MAVRICIO.

a. C. 596.

Hos oratores 'dux barbaricus y) ad Romanum ducem ab eo loco 'paſſuum octo millibus z) abſentem miſit. Petrus verba de pace auerſatus, 'Bulgaris a) exercitum praecurrentibus, mox ſeſe barbaros ferro perditurum, ſignificat. Itaque Bulgari pro tempore ad conflictum inſtructi, manus conſerunt, et ſeruatis admodum viriliter ordinibus, Romanos in fugam compellunt, conuerſique ſenſim recedunt.— 'Formidabant etenim, ne forte, ſi fugientes premendo aſſequerentur, redintegrare proelium cogerentur b).

Petrus propoſito ſuo lapſus, praecurrentium exploratorum ſuorum taxiarchum detractis veſtibus ſeruilem in modum flagris caedit. Chagano barbari, quae ſibi euenerunt, coram ediſſerunt. Ille Petro per legatos foederis violati crimen exprobrat, Petrus legatos verbis ad fidem faciendam compoſitis deludit, et delicti huius in ipſum admiſſi ignorantiam praetexit. Quamobrem donis inſignibus, et ſpoliis praeterea vltro in poenam reſtitutis, barbarum ad beneuolentiam traducit.

a. M. 6090. a. C. 590. a. 16. Maur.

§. 10.

a. C. 597.

10. PRISCVS [Romanorum dux]—nauibus ad Singidonem applicatis, vrbem depopulatus, Bulgaros ex ea eiecit, et murum exaedificare coepit c). Sub

Gloriam ardentius amplexati, in inſidias inciderent. Dux porro praecurſorum praefectum—: duplicata nihilominus ſe ſpolia dare omnia; atque ita barbari, ſpoliis, quae amiſerant, dupla ſorte receptis, pacem ſeruauere.

y) ὁ δε τȢ συνταγματος ἐξαρχος.

z) σημειων ὀκτω.

a) Addit interpres.

b) ἐδεδιεσαν γαρ μη πως ἐπιθετος δυναμις τοις ἡττηθεισι προσομιλησασα, αὐθις συςαιη προς πολεμον.

10. THEOPHANES p. 233. Anaſtaſius p. 80.

c) Locum integrum, ex quo haec deſumta ſunt, vid. Tom. I. in *Auaricis* §. *126.* ſqq. Theophylactus L. VII. c. 7. 10, 11. p. 173. 177—179. et in Excerptt. de legatt. p. 189. huius Auarorum irruptionis meminit, ſed nulla facta Bulgarorum mentione. Quae ſub a. 17. Mauricii Theophanes p. 233. refert., ad Auaros pertinent, vbi temere interpres:—ad *Bulgaris* domeſticos lares rediere. cfr *Auar.* §. *110.*

Sub Phoca nulla ſit Bulgarorum mentio.

§. 11.

Imp. HERACLIO.

Imp. HERACLIO. a. 16. imp.

a. C. 625.

PERSARVM rex Choſroes—Sarbarum—cum—exercitu CP. verſus miſit, vt initis pactis cum Vnnis [d] (Abaros quidam vocant) Bulgaris [e], Sclauis et Gepaedibus, vna cum eo vrbem impreſſione facta obſiderent [f]. 11.

§. 12.

a. C. 634—641. [g]

12. SVB idem fere tempus [h] CVBRATVS [i] *Organae* conſobrinus, *Hunnogundurorum* dominus, contra Auarorum Chaganum rebellat, populumque omnem, quem ab ipſo acceperat, contumelioſe habitum patriis ſedibus expellit. Inde legatione ad Heraclium miſſa, pacem cum eo componit, quam [ambo] ad finem vsque vitae ſuae conſeruarunt. Nam et munera ad ipſum Heraclius miſit, et patriciatum detulit.

Sub Conſtantino et Heracleona, Heraclii FF. nulla ſit Bulgarorum mentio.

11. THEOPHANES p. 263. Anaſtaſius p. 95.

d) τοις ἐκ δυσεως Οὐννοις, *Vnnis occidentalibus*.

e) Ἀβαρεις. Cod. Pal. Βουλγαρους. var. lect. p. 533. hanc lectionem confirmat Anaſtaſii verſio: *Auares cum Vulgaribus, Sclauis* cet.

f) CP. ab Auaris obſeſſam etiam Cedrenus, Nicephorus et fuſiſſime omnium Auctor chronici Paſchalis deſcribunt, ſed nullus eorum Bulgarorum meminit. cfr *Auarica* §. 143. ſeqq.

12. NICEPHORVS CP. p. 16.

g) Anni p. 16. et 18. margini adſcripti.

h) Quo nempe Maria, Heraclii ſoror, filium Stephanum pecunia redemtum ab Auarorum Chagano receperat.

i) Idem forte, cuius infra §. 14. ſit mentio.

CAPVT

CAPVT II.

Res Bulgarorum ſub principe Crouato et quinque eius filiis; eorum migrationes, vſque ad id tempus, quo pars gentis in regionibus, ab altera parte Iſtro, ab altera Haemo terminatis, conſedit;

ab a. C. 642 — 687.

Imp. CONSTANTINO.

§. 13.

Imp. CONSTANTE? a)

a. C. 642—668. b)

13. SANE de *Vnnobundobulgarorum* et *Contragorum* c) antiquitate nonnihil hic delibare operae pretium duco d). Ad Euxini Ponti partes trans mare poſitas e) et ſeptentrioni ſubiectas, ad Maeotidem nimirum paludem f), in quam fluuius ingens ex Oceano per Sar-

a) NICEPHORVS: *Nunc de Hunnorum, vt vocant, et Bulgarorum primordiis dicendum eſt, quoque modo iis ſedibus conſtituti ſunt.*

13. THEOPHANES, p. 296 — 299. Anaſtaſ. p. 113. Niceph. CP. p. 22, 23.

a) Hunc nimirum ſub Conſtantino, cuius infra §. 14. incidit mentio, intelligendum eſſe Goar in Nott. in Theophanem autumat. Sed forte etiam Conſtantinus Heraclii F. poſſet intelligi.

b) Sunt anni imperii Conſtantis.

c) Var. lect. p. 536. Cod. Barb. Ουννογουνδουρων Βουλγαρων, και Κοτραγων. Peyrez., Ωνογουνδουρων Βουλγ. και Κοτραγων. confirmat hanc lectionem Anaſtaſius, qui: *Onogundurenſium Wulgar. et Contrag.*

d) Occaſionem, qua haec refert Theophanes v. §. 16.

e) ἐν τοις ἀρκτωοις περατικοις μερεσι του Ευξινου.

f) Petauius in Notis ad Niceph. p. 76. „ Multa ſunt, inquit, hac in Topographia perperam a Theophane deſcripta. Primum Atel ingentem fluuium afferit cum Tanai miſceri, atque in Maeotidem decurrere: ſed antea rurſus a Tanai diductum Cophinem vel facere, vel excipere (nam ambigue loquitur) atque in Ponticum exonerare ſeſe, ad Necropyla et Κριου προσωπον. Sunt haec aegroti veteris ſomnia. Atel idem eſt cum Rha Sarmatiae Aſiaticae ingenti ſane fluuio, quem Edel ab accolis Tartaris hodieque nomi-

Sarmatarum terram procurrens *Atalis* nomine exoneratur, in quam etiam fluuius alter, *Tanais* dictus, ipſe pariter ab Iberiis portis ad Caucaſios montes fixis profluens [g]; ex concurſu vero Tanais et Atalis (hic enim Atalis ſupra memoratam Maeotidem paludem ab altero diffinditur) emergit amnis, cui *Cuphis* [h] nomen impoſitum, qui in maris Pontici finem iuxta Necropylas ad promontorium, quod Arietis facies vocatur, prorumpit. A deſignata vero palude mare fluminis inſtar latum [i], in ipſius Euxini ponti ſinum per Boſphorum et Cimmerii regionem exundat: in eo flumine Murzulium [k] et huic ſimiles expiſcantur; et ad orientalem quidem praeiacentis paludis plagam, Phanaguriam nuncupant, et Hebraeos [l] iſtic degentes, hominum nationes pleraeque numerantur: ab ipſa vero palude ad fluminis Cuphis limites, in quibus Xyſtus, Bulgari-

cus

Ad Maeotidem paludem, iuxta Cophinem fl. ſita eſt magna Bulgaria, et quae Cotragorum gens dicitur, eiusdem cum illis generis.

mari referunt; ab aliis Volga. At is neque cum Tanai miſcet vndas, neque in Maeotidem, ſed in Hyrcanum pelagus euoluitur. Sed et falſum, Tanain ab Ibericis Pylis aut Caucaſo fluere. Quod vero monſtrum hic procreat, cum ab Atelis et Tanais diuortio exinde Cophinem in Κριȣ πρόσωπον deriuat? Quaſi Rha trans Tanain elapſus, innumeris penetratis amnibus, ac Tauricam Cherſoneſum, quam lata eſt, emenſus, in Ponticum decurrat. Inaudita plane ſunt iſta.— Atque vt ex Theophanis tam turbida deſcriptione liquidi vtcumque aliquid exprimatur, Magnam ille Bulgariam ad Maeotidis paludes cis Tanain conſtituit, vbi Iazyges et Roxolani, aliique Scythae quondam vel Sarmatae, nunc Moſchouitae vel minores Tartari nuncupati „.

g) Anaſt. *Atheltanaius amnis* (in marg. *Atel Tanaius amn.*) eſt, *et ipſe ab Hiberibus* (portis) *exiensque in Caucaſeis montibus eſſe feruntur, in eundem Atel fluens infertur. A mixtura vero* &c.

h) A. *Cucheis* in marg. *Cuchis*.

i) *latum* neque ſenſus admittit, neque legitur in graeco; rectius Anaſt. *ſimile flumini mare eſt.*

k) Μȣρζȣλιν. Anaſt. *Mirzulin.* in marg. *Murzulin.*

l) A. *Phanoriam ſeu Hebraeos*, forte, *Iberos.*

Imp. CONSTANTINO.

a. C. 642—668.

cus piſcis, capitur, ipſa ***antiqua magnaque Bulgaria*** ſita eſt, et quae ***Cotragorum*** m), ***Bulgaris contribulium***, vocatur *regio*.

§. 14.

β) Caeterum Conſtantini temporibus, qui in occidente *** n) CROBATVS quidam, praefatae Bulgariae Cotragorumque o) domnus, leto vicinus, filios quinque poſt ſe relinquens, iis condito teſtamento praecepit, vniuscuiusque dominio firmo ac ſtabili retinendo, et ab exterarum gentium ſeruitute vindicando, ne ſeorſim a ſe inuicem habitarent: at cum poſt breue tempus a patris obitu quinque liberi illi ad diſtribuendas ad inuicem dominii portiones ſingulas proceſſiſſent, ad inuicem rurſus cum ſubiecto ſuae poteſtati populo ſegregandos ſe decreuerunt.

Et primogenitus quidem filius nomine *Batbaias* p), paterni mandati tenax, in auito ſolo ad hunc vsque diem conſtitit. Secundus

β) NICEPHORVS: *Porro Conſtantini tempore, qui in occidente obiit, Curatus quidam, gentium illarum princeps, ex hac vita diſcedens— Horum primus Baſianus—. Quartus trans Iſtrum penetrans, in Pannonia, quae nunc ſub Abarorum poteſtate eſt, foedere cum habitatoribus inito* (ὑποσπονδος τῳ ἐγχωριῳ ἐθνει γενομενος) *domicilium collocat.—fluminibus traiectis, ad Danubium conſedit, vbi locum ad habitandum idoneum occupauit, quem ſua lingua Oglum* (Ογλον) *appellant—acceſſu difficilem, et hoſtibus inexpugnabilem: cuius anteriora ſitus aſperitate et paludibus munita ſunt; poſteriora praeruptis rupibus ac ſalebris tanquam muro vallantur* (τα δ' ὀπισθεν Κρημνοις ἀβατοις τετειχισμενα). *Hoc modo diuiſa gente ac diſſipata, Chazarorum natio ex interiori Berylia* (ἀπο τȣ ἐνδοτερȣ της Βερυλιας λεγομενον χωρας), *quae Sarmatis vicina eſt, excurſiones impune faciebant: atque ita graſſantes transductis copiis vltra Euxinum mare perueniunt* (τα τοιαυτα παντα κατεδραμον χωρια της ὑπερ ποντον τȣτο Ευξεινον γης και θαλαττης ἐπεραſε), *vbi Baianum in ſuam poteſtatem redigunt, ac ſtipendiarium faciunt*.

m) A. *et hi qui dicuntur Contragi.* Cui hic non in mentem venient Hunni Cuturguri, qui a Scriptoribus Byzantinis etiam Contriguri et Cotrageri vocantur?

n) A. ſupplet: *regnauit.*

o) A. *Wulgariae ſeu Contragorum.*

p) Βατβαιαν in marg. Βατβαιαγαν. A. *Batbaias.*

dus natu frater, *Cotragum* q) dixerunt, Tanai flumine traiecto, ex aduerſo fratris primogeniti ſedes poſuit. Quartus autem et quintus flumen Iſtrum, intellige Danubium, praeteruecti, ille quidem 'in Pannoniam Abaricam, Chagano Abarum principi poſtmodum ſubdendus r), cum omnibus ſuis copiis tranſiit: hic vero 'Pentapolin ad Rauennam s) perueniens, Chriſtianorum imperio pariter ſubiectus manſit. Fratrum deinde iſtorum tertius, *Aſparuch* vocatus, Danapri t) et Da aſtri fluminibus praeternauigatis, et ad *Onclum* v) alium amnem iam profectus (hi ſunt fluuii Danubio magis boreales), inter hunc et illos, tutum et inexpugnabilem ex vtraque parte locum coniectatus, ſedem et habitationem mediam habere conſtituit. Cum ſit enim in anteriore parte paludibus munitus locus, et hinc et inde fluminibus circumcingatur, maximam genti, quae alioqui propter hanc diuiſionem imminuta fuerat, ab hoſtibus ſecuritatem praeſtitit.

§. 15.

His ita in quinque partes diuiſis, et ad paruum et infirmum quidpiam redactis, numeroſa Chazarorum gens 'ex interiori *Berzetiae*, quae eſt primae Sarmatiae, receſſu x) prorupit; omnibus vsque ad mare Ponticum ſub ditionem ſuam redactis trans fluuium poſitis prouinciis y), Batbaia z), primae Bulgariae principe (is erat quinque fratrum primus) vectigali ſibi reddito, tributum ab eo in hunc vsque diem exigit.

§. 16.

q) A. *Contragus.* in marg. *Cathargus.*

r) εἰς Παννονιαν της Αραβιας (leg. Αβαριας) ὑποταγεις τῳ Χαγανῳ των Αβαρων. Anaſt. *in Pannonia Auariae Chagano* (in marg. *Chaiano*) *Auarum ſe ſubdens.*

s) A. *procul ab vrbe Rauenna in Pentapolim.* ὁ δε την πρὸς τῃ Ραβεννῃ πενταπολιν καταλαβων.

t) A. *Canaprin* (in marg. *Danapin et Danazarin.*) *et Danaſtrin tranſiens*, *gr.* περασας melius exprimit.

v) Ογκλον. Anaſt. *Onglon.*

x) ἀπο τȣ ἐνδοτερȣ βαθȣς Βερζιλιος (A. *Berziliae*) της πρωτης Σαρματιας.

y) και ἐδεσποσε πασης της περατικης γης μεχρι της Ποντικης θαλασσης.

z) Anaſt. *Bathalam*, in marg. *Bathaiam.*

Imp. CONSTANTINO. *Pogonato.* a. II. imperii.

§. 16.

Imp. CONSTANTINO *Pogonato.*

a. C. 678.

14. γ) SVB id vero tempus [a. II. Conſtantini Pogonati, indict. I. id. 6. April.] Bulgarorum gens in Thraciam irrupit a) — Imperator Conſtantinus, vbi gentem ſordidam et immundam Danubio ſuperato b) ad Onclum c) tentoria ex improuiſo fixiſſe, et per regionem Danubio adiacentem graſſari et ſtragem inferre cognouit, eam nimirum nunc ipſi occupant terram, quae tum Chriſtianorum ditionis erat) maximum inde concepit dolorem. Iubet itaque legiones omnes in partes Thraciae migrare: armataque tum mari, tum terra militum manu expeditionem ſuſcepit, armorum vi hoſtes locis occupatis deturbare meditatus: 'et per continentem quidem, et Onclo ſic

γ) NICEPHORVS: *Conſtantinus poſtquam comperit, ab ea gente, quae ad Danubium habitabat, Rom. imperii limitem vaſtari, militaribus copiis in Thraciam traductis, adornataque inſuper claſſe, ad retundendos illorum impetus progreditur. Bulgari vero equeſtrium ac naualium copiarum multitudinem conſpicati, ſubita re nec opinata perculſi, ad munimenta ſua confugiunt. In quibus cum quatriduo manſiſſent, neque ob locorum aſperitatem Romani prope manum conſerere poſſent, confirmati animis et alacriores facti ſunt.* CEDRENVS: *Anno II.* [Conſt. Pogon.] *Bulgari Danubio traiecto a ſuis popularibus ſeparati, in Barnis habitauerunt, in ſaltibus quibusdam et montibus. Contra hos imperator claſſem exercitumque duxit. Sed Bulgari primo Romanorum impetu ſua ſalute deſperata, in munitionem quandam receſſerunt, ibique ſe in tuto collocarunt: cumque eos adoriri Romani ob iniquitatem locorum non poſſent, ferociores facti ſunt.* ZONARAS: *Bulgaris Romanas vltra Danubium prouincias effuſe vaſtantibus, imp. Conſtantinus terra marique occurrere parat, magna claſſe e mari in Danubium traducta. Quo apparatu territi barbari, munitione quadam occupata, quae fluminibus et limo cingebatur, quieſcunt. Sed nec Romani eos inuaſere. Quum autem vtrinque dies aliquot per otium tranſegiſſent, barbari Romanos ignauos eſſe rati, etiam tali euentu confirmati, parem priori timiditati fiduciam receperunt.*

14. Cedrenus T. I. p. 440. Zonaras T. II. p. 91. reliqui ll. cc.

a) Hic apud Theophanem ſequuntur, quae §. 13—15. attuli.

b) ἐκεῖθεν τοῦ Δανούβιου: *vltra Danubium* recte Anaſt.

c) A. *Hoglon.* in marg. *Onglon.*

ſto vocato, Danubioque vicinas terras pedeſtres copias compoſuit d), et ad vicinas fluminis oras naues applicuit.

Porro Bulgari tam repentinum atque numeroſum belli ordinem conſpicati, in ſalutis deſperationem coniecti, in memoratum praeſidium ſe recipientes in tuto ſeſe compoſuere. Tres itaque vel etiam dies quatuor ex huiusmodi praeſidio pedem efferre non auſi, ſed nec Romani propter adiacentium paludum occaſionem e) ad conflictum deſcendere confiſi, haerent ex parte vtraque: tum certe impura gens, Romanorum imbecillitate et mollitie conſpecta, animos recepit, et ad bellum committendum alacrior effecta eſt.

§. 17.

f) Interim imperator, acri pedum dolore vexatus, balnei faciliùs et commodius habendi gratia cum ſolis dromonibus quinque

f) NICEPHORVS: *Inter haec imperator — ad vrbem Meſembr. curandi corporis gratia delatus eſt, cum — mandaſſet, vt in munitionis obſidione pergerent, et quae ad gentem illam propulſandam pertinerent, omnia perficerent. Verum cum fugere imperatorem fama peruulgaſſet, conſternati noſtri paſſis manibus fugiunt — inferunt. Inde cum Danubium tranſiiſſent — peruen., cum eum locum vndique et a fluuio, et a regionis aſperitate munitum animaduerterent, ibidem caſtrametati ſunt. Sed et Sclauinorum gentem, quae illic in propinquo degebat* (των ἐγγιζοντων παρῳκημενων Σκλαβηνων ἐθνων) *in poteſtatem redigunt, ac partem ſuorum in eo limite, qui Auares reſpiciebat, collocant; alios Romanorum finibus abiiciunt* (και ὑς μεν τα προς Αβαρεις πλησιαζοντα φρεριν, ὁυς δε προς Ρωμαιυς ἐγγιζοντα τηρειν ἐπιταττυσιν). ZONARAS et CEDRENVS: *Nam imperator — Meſembriam, Romanam prouinciam — pellicere.* [deſunt haec ap. Cedr.] *verum rumore in caſtris orto, imperatorem metu hoſtium* [*m. h.* non legitur ap. Cedr.] *cepiſſe fugam; omnes turpiter fugiunt,*

d) και δια μεν της προς Τῳ Ογκλῳ καλυμενῳ και Δανυβιυ ἠπειρυ τα πεζικα διαταξας. Anaſtaſius: *contra Hoglon atque Danubium per Hepirum* (in marg. *Ep.*) *pedites in aciem dirigens.*

e) δια την προκειμενην (των παλματων προφασιν.

Imp. CONSTANTINO. *Pogon.*

a. C. 678.

nonnulliſque palatii domeſticis Meſembriam *f*) redire coactus, exercitu ducibusque velitari iuſſis, et hoſtes e praeſidio pellicere *g*), et tandem cum eis rigido marte, ſi tamen foras auderent prorumpere; ſin minus, obſidione circumcingere, et in ſuis munimentis occluſos obſeruare, caſtris abſceſſit. Equites imperatorem fugere rati, timore animis concepto, in vnum globum collecti, pari quoque fuga, nullo perſequente aut excitante, vſi ſunt. Bulgari, eo ſpectaculo exciti, fugientes retro inſequuntur, et his quidem necem, aliis vulnera gladiis inferunt, reliquos ad Danubium vsque coram ſe fugant.

Tum vero flumine traiecto, Barnam ita dictam vrbem, Odyſſo *h*) vicinam, et mediterraneos agros perueniunt. Cumque locum omnem retrorſum ab amne Danubio, ante vero et ab vtroque latere cluſuris et mari Pontico probe munitum conſpexiſſent, et Sclauinorum illic degentium ſeptem generationes in poteſtatem redegiſſent, *Seberenſes* quidem, ab anteriore Beregaborum cluſura *i*) ad orien-

perſequente nemine. Quod praeter ſpem factum, Bulgarorum animos auxit, et audaciam acuit, vt tergis fugientium inhaerentes multos caederent, neque pauciores caperent, et Iſtro traiecto tentoria in Rom. terra figerent. [*Hoc animaduertentes Bulgari, a tergo eos inſecuti ſunt, multosque occiderunt.* Cedr.]

f) ἐπι Μεσημβϱιαν. Anaſt. *ad meridiem.*

g) κελευσας παϱακονδακιζειν, και ὑποσυϱαι αὐτους ἐκ τȣ ὀχυϱωματος. A. *iubens cum lanceis vibrantibus exercitari, et impetum in eos facere, et poſt ſe illos attrahere e munitione.*

h) Moeſiae inferioris vrbes.

i) τȣς μεν Σεβεϱεις κατῳκησαν [f. κατῳκισαν] ἀπο της ἐμπϱοσθεν κλεισȣϱας Βεϱεγαβων. Huc quoque pertinent, quae Cedrenus T. I. p. 438. habet: *Anno 10. Bulgari Thraciam inuaſerunt. cumque aduerſum eos imperator duxiſſet, Romani victi ſunt, multique deſiderati. Cum iis imperator pactum icit, omnia cupiens habere pacata: eiusque ſtoliditate res Chriſtiana dedecus accepit.* et Conſtantinus Porph, de Themat. L. II. p. 20, 21. *Thraciae Thema nuper in numerum ac ordinem Thematum poſitum fuit; ex quo nimirum tempore Bulgarorum gens Iſtrum fluuium traiecit — vrbibusque a barbaris expugnatis, ac dirutis, Thraciae imperium in exigua ſegmenta diuiſum eſt. Etenim Bulgaria et Iſter fluuius et mons percelebris, Haemus nuncupatus, qui vsque ad Pontum pertinet, Thra-*

orientales plagas, meridiem vero et occidentem verſus, ad Abariam vsque, reliquas ſeptem gentes ſibi vectigales factas habitare iuſſerunt.

§. 18.

ε) In hunc itaque modum dilatatis et expanſis ditionis ſuae terminis, Romanae reipublicae vrbes et oppida, animis in ſuperbiam elati, diruere ac depraedari coeperunt. Ex quo imperator coactus pacem cum eis agere et, exigente delictorum noſtrorum numero, non ſine magno Romani nominis dedecore pactam annuatim pecuniam eisdem perſoluere. Et ſane res auditu mirabilis tum noſtratibus extitit, tum exteris, eos, qui vniuerſas gentes, qua ab ortu ad occaſum, rurſusque a meridie ad ſeptentrionem longe lateque excurrit orbis, vectigales ſibi fecere, nunc ab iſta abominanda gente et nuper enata, eſſe ſuperatos. Verumtamen imperator, iſtud ex prouidentia Dei contingere arbitratus, ceu euangelii ſenſu mente probe percepto, pacem fecit; atque ita demum reliquum vitae ſuae ſpatium ſine vllis bellorum tumultibus tranquillum exegit.

§. 19.

ε) NICEPHORVS, CEDRENVS., ZONARAS: *Quibus rebus aucti atque confirmati* [*nec ab eo tempore deſtiterunt.* Zon. *Inde traiicientes omnes, fiducia elati et valde aucti* (ἐμπλατυνθέντες) Cedr.] *Thraciae oppida* [*omnes Rom. prouincias*, Zon. *omnes* omittit Cedr.] *locaque omnia populantur. Quare imperator annua penſitatione promiſſa* [*a. p. p.* omittit Cedr.] *pacem cum iis facere* [*cum dedecore Rom. imperii addit* Zon.] *coactus eſt.*

siae partes fuerunt; nunc autem alienae et ſeiunctae exſiſtunt. Caeterum Thraciae Thema ſub imperatore CP. conſtitutum, atque ad eius iura et miniſteria redactum erat; nec vllus vnquam praeter in ea fuerat: at ex quo infenſa Deo Bulgarorum natio ad Iſtrum flumium traiecit, tunc etiam imperator ipſe coactus fuit, ob incurſus et impreſſiones Scytharum et ipſorum Bulgarorum, ad Thematis ordinem Thraciam reducere; et praetorem in eo Themate creare. Barbarorum autem tranſitus ad Iſtrum fl. circa finem imperii Conſtantini Pogonati exſtitit, vnde eorum nomen inclaruit (Φανερὸν ἐγένετο) *ac peruagatum eſt; antea quippe Onogunduros eos appellabant.*

Imp. IVSTINIANO *rhin.* a. 2. imperii

§. 19.

Imp. IVSTINIANO *rhinotmeto.*

a. C. 686.

15. ς) [IVSTINIANVS imperator] pacem—cum Bulgaris firmatam ſoluit, foederum conditiones a patre conceſſas ipſe perturbans, ac omnino violans. Et Bulgaros et Sclauiniae prouincias k) in ſeruitutem mittere meditatus, equeſtres legiones in Thraciam tranſire iuſſit.

a. M. 6180. a. C. 680. a. 3. Iuſt.

§. 20.

a. C. 687.

Iuſtinianus in Bulgariam et Thraciam l) eduxit exercitum, Bulgarosque ſibi obuiam cum armis factos tum primum repulit. Et excurſionibus ſubinde Theſſalonicam vsque habitis [Sclauis bellum intulit] eorumque multos in Aſiam deportauit. At in reditu intra compreſſos montes et clauſurae anguſtias a Bulgaris interceptus, multis ex exercitu cum caeſis, tum vulneratis, vix periculum ſuperare et in oppoſitam partem tranſire valuit.

Sub Leontio nulla fit Bulgarorum mentio.

σ) NICEPHORVS: *Iuſtinianus initam cum Bulgaris pacem diſſoluit. Hinc equitibus ad Thraciae loca miſſis, contra Sclauinos proficiſcitur.* CEDRENVS: *Anno 2. pacem—cum Bulg.—perturbans. et equeſtres exercitus—. Anno 3. Iuſtinianus expeditionem in Sthlauinos et Bulgaros ſuſcepit. Bulgarosque—, multis ſuorum amiſſis, aegre euaſit.* ZONARAS: *Iuſtinianus ictum cum Bulg. foedus rupit, neque eis tributa pendere ſuſtinuit.*

15. THEOPHANES p. 303. Anaſtaſ. p. 116. Niceph. p. 24. Cedr. T. I. p. 441. Zonar. T. II. p. 92.

k) τους τε Βουλγαρους και Τας Σκλαβινιας. A. *tam Wulgares, quam Sclauinias.*

l) κατα Σκλαβινιας και Βουλγαριας. ita et Anaſt.

m) cfr. *Slauica* §. 88.

CAPVT

CAPVT III.

Res Bulgarorum ſub Terbeli et Comerſio regibus geſtae;

ab a. C. 702 — 759.

§. 21.

Imp. TIBERIO *Apſimaro.*

a. C. 702.

Imp. TIBERIO *Apſim.* a. 6.

a) IVSTINIANVS rhinotmetus, a Leontio olim in Cherſoneſum Tauricam relegatus, cum ſe a Chazariae Chagano, quem Tiberius Aug. variis promiſſis ad id induxerat, inſidiis peti animaduerteret a), inde fuga elapſus, cum paucis nauiculam conſcendit, ac 16.

a) NICEPHORVS: — *Terbelin Bulgarorum tunc in ea regione principem — data. His acceptis barbarus* (ὁ δε —) *Iuſtiniano omnia cumulate detulit, eumque magno cum honore ſuſcepit, tum omnibus, qui ſecum erant, armatis, ad vrbem contendit, quam triduo toto caſtris ad Blachernorum muros poſitis obſedit.* —. IOEL: *Iuſtinianus — Cherſone clanculum nonnullis ſecum deuectis ad fauces Iſtri nauigat. Cum perueniſſet ad Terbelum* (Τεϱβελον) *Bulg. d., rogatum mittit, vt ſibi ad paternum auitumque imperium recuperandum auxilia ſuppeditaret. Terbelus non auxilia modo, ſed ſuam ipſe operam praeſtat ad principem vrbium progreſſus* —. CONSTANTINVS MANASSES: *Iuſtinianus — Chagani fraudibus et conſiliis perſpectis, fuga ſaluti conſulit, adiunctoque ſibi promiſſis ampliſſimis Terberi* (Τεϱβελιν) *B. d. cum illo Byzantium tendit, ductis eo Bulg. immenſis legionibus* —. CEDRENVS: eadem quae Theophanes omnia. ZONARAS: *Iuſtinianus — Theodora* [vxore, Chagani Chaz. filia] *in Chazariam ablegata, ipſe nauiculam*

16. THEOPHANES p. 312, 313. Anaſtaſ. p. 120. Nicephons p. 27, 28. Ioël in chronogr. compend. (Acropolit. p. 175). Conſtantinus Man. p. 81. Cedren. T. I. p. 445. Zonar. T. II. p. 95. Codin. de origg. CPl. p. 49. Anonym. in Antiqq. CPl. (Bandurii Imp. Orient. T. I. p. 38.), hic omnia vt Codinus.

a) cf. Tom. III. *Chazarica.*

Imp. TIBERIO *Apſimaro.*

a. C. 702.

ac demum] in Danubii oſtia penetrat. Tum vero Stephanum ad TERBELEM [b] Bulgariae dominum delegat, vt auitum recuperet imperium, auxiliarem manum ab eo poſtulat, pluribus muneribus beneficium, aiebat, compenſaturus, etiam propria filia in vxorem data [c]. Terbeles, ei ſe in omnibus obſecuturum, auxiliumque daturum, adhibito iureiurando, pollicitus, Iuſtinianum perhonorifice ſuſcipiens, omnes Bulgarorum et Sclauorum [d] copias collegit: qui demum omnes anno inſequenti arreptis armis ad imperatoriam vrbem profecti ſunt.

§. 92.

a. M. 6197.
a. C. 697. a.
7. Tib. Apſ.

a. C. 703.

Iuſtinianus, Terbelis et Bulgarorum ipſi adiutorum auxilio fretus, vrbem regiam armis impetit, et ad Charſii portam caſtris locatis totum ſpatium ad Bladhernas vsque occupat. Per dies autem tres colloquio cum ciuibus habito, nonniſi contumelias et dicteria ab ipſis retulerunt, quibus etiam incaſſum pacis conditiones obtulerunt. Porro Iuſtinianus cum paucis admodum gentilibus ſuis citra pugnam per cuneum [e] in vrbem ſubiens, ſparſo caedis et ſtragis tumul-

conſcendit, ad Terbelin B. p. profecturus.—Cum autem ad Bulg. pr. perueniſſet, multaque ei dediſſet, daturumque promiſiſſet, ſi ab eo in auitum regnum reduceretur, nuptias etiam filiae ſuae illi pollicitus: cum illo ingentibus copiis ſubnixus Byzantium aggreditur.— CODINVS: *Iuſtinianus rhinotm. a Leontio — in Cherſonem relegatus fuit. vbi cum decem manſiſſet annos, profugit tandem ad Terbelin B. pr., qui filiam ſuam Theodoram ipſi in vxorem dedit, et inſuper exercitum 15000. militum ſubminiſtrauit. Hunc ille contra CP. duxit ad repetendum imperium ſuum.*— quae ſequuntur de CPli a Iuſtiniano recepta apud omnes ſunt ſimilia.

b) Τερβελην. Anaſt. *Therbellin.*

c) ὑπεχετο αὐτῳ — την ἑαυτȣ θυγατερα εἰς γυναικα. Anaſt. *et filiam eius in mulierem accepturum.*

d) *et Sclau.* omittit Anaſtaſius.

e) δια τȣ ἀγωγȣ. *per aquaeductum*, ita Anaſt. et reliqui interpretes omnes.

Imp. IVSTI-NIANO Apſ.

a. C. 705.

tumultu eius compos effectus eſt, paulo poſt in Blachernarum palatio ſedem ac ſimul caſtra poſuit f).

§. 23.

Secundo imp. IVSTINIANO rhinotm.

a. C. 703.

β) Iuſtinianus in imperium reſtitutus, praeclaris muneribus et regia ſupellectile Terbelio g) oblata, inito cum eo foedere, pacifice dimiſit. 17.

Sec. imp. IVSTINIANO rhin. a. I.

§. 24.

γ) In ipſa Baſilica, prope Miliarium, poſita erat ſtatua virilis 18.

Ttt 2

inau-

β) NICEPHORVS: [Iuſtinianus in imperium reſtitutus] *Bulgarorum principem Terbelin extra Blachernorum moenia ſtationem habentem omni honore ac munificentia proſecutus, demum ad eum veniens imperatoriam veſtem circumdedit, ac Caeſarem appellauit. Neque his contentus, ſed ad conſeſſum inſuper admittens, adorari ſecum a populo voluit, ac poſtremo infinitis muneribus donatum in patriam remiſit.* IOEL: *Iuſtinianus — Terbelo referens gratiam* [r. g. interpres addit] *muneribus miſit ingentia, eumque Romana illa regione, nunc Zagoriam* h) *vocant, donauit.* CONST. MANASSES: *Quae Bulgarorum principi promiſſa fuerit praeſtat: ampliſſimis ei muneribus vicem refert.* CEDRENVS: *Iuſt. — Terbelim donis multis et regia ſupellectile, et parte ditionis Rom. ea cui nunc Zagoria nomen eſt, remuneratus, p. d.* ZONARAS omittit *reg. ſupell.* reliqua vt Theoph.

γ) ANONYMVS: *Simulacrum auro obductum in Baſilica Ciſterna — virili ſpecie in genua prouolutum Iuſtiniani eſt — ac prope eum*

f) Gr. tantum: ἐσκήνωσεν.

Horum etiam meminit Anaſtaſius in Vitt. Pontiff. p. 63, 64. *Huius* [Ioannis VII. Papae] *temporibus Iuſtinianus imperator a partibus Zachariae* (in marg. *Gazariae*) *per loca Bulgariae auxilio Trebellii Bulg. regis vsque ad regiam vrbem veniens, regnum proprium, de quo proiectus fuerat, adeptus eſt.*

17. THEOPHANES p. 313. Anaſt. p. 121. Niceph. p. 23. Joël p. 176. Conſt. Man. p. 81. Cedr. T. I. p. 446. Zonar. T. II. p. 96.

g) *Therbelii*, Anaſt.

h) Regio a Ferrea [porta] vsque ad Debeltum protenſa, a Michaele Theophili F. Bogori Bulg. regi conceſſa eſt, et Bulg. lingua Zagora dicta. vid. infra §. 78.

18. CODINVS de origg. CPl. p. 12. Anonym. in collectan. de Antiquitt. CPl. (Codin. p. 92.). Anonym. in Enarratt. Chronogr. (Bandur. Imp. Orient. T. I. p. 90.)

Imp. IVSTI-
ANO. rhinot.

a. C. 703.

inaurata—et genuflexa Iuſtiniani tyranni. Illic Terbelis concionatus eſt [i]).

a. M. 6200.
a. C. 700. a.
5. Iuſt.

§. 25.

a. C. 705.

19 δ) IVSTINIANVS pacem Romanos inter et Bulgaros compoſitam violauit, et equitum legionibus in Thraciam tranſire iuſſis, etiam claſſem aduerſus Bulgaros inſtruxit, et in Terbelem [k]) irrupit. Anchialum [l] vero profectus, claſſem quidem ad vrbem applicuit; equeſtres vero copias ad campos vrbi imminentes, omni cuſtodia remota; et citra periculi ſuſpicionem caſtra metari praecepit.

Exer-

vxoris eius, ſororis Buſeri Gliabari, deuicto Tiberio Apſimare— vbi plerumque Terbelis Bulgarus, et Gliabarus Chazarus ſederunt, ibi non paucae pactae pecuniae datae ſunt. ANONYMVS πλησιον [τȣ ἀγαλματος Ιȣςιν.] — Φιλιππικος ἐν αὐτῳ τῳ τοπῳ της χρυσοφορȣ βασιλικης ἀποδοκιμαϲθη. Τερβελη της Βȣλγαριας ἐκεισε πολλακις καθισαντος.

δ) NICEPHORVS: *Poſt inita cum Bulg. pace violata innumeras terra marique copias in Thraciam tranſportans ad Anchialum vrb. belli molem conuertit. Vbi dum Romani pabulandi cauſſa incautius diſſipantur, repente ſuperueniens Bulgarus complures occidit, alios captiuos abducit. Iuſtinianus cum Anchiali concluſus ac triduum obſeſſus eſſet, noctu tandem conſcenſis nauibus aufugit, ac Byzantium euadit.* ZONARAS: *poſt* — [*in Thraciam* omittit, reliqua vt Niceph.] *conuertit. Ac primum territi Bulgari in montes confugerunt. Inde cum Romanorum exercitum caſtra nullo ordine poſuiſſe et temere pabulatum diſpergi viderent, animos receperunt, et congreſſi multos occiderunt, neque pauciores ceperunt, equis etiam multis potiti. Caeterum imperator cum reliquiis exercitus in caſtellum quoddam* (εἰς το ἐκει — Φρȣριον) *ſe concluſit. Deinde inciſis equorum neruis, ne hoſtibus vſui eſſent, conſcenſis nauibus — rediit.*

i) ἐκει ὁ Τερβελης ἐδημηγορησεν.

19. THEOPHANES p. 314, 315. Anaſtaſ. p. 121, 122. Niceph. p. 28. Zonar. T. II. p. 96.

k) Anaſt. *Therbelli.*

l) Anaſt. *ad ripam.* legit forte αἰγιαλον.

Imp. IVSTINIANO *rhinotm.*

a. C. 705.

Exercitu itaque pecudum inſtar per campos errante, et ad pabula equis colligenda diſperſo, e montium culminibus inanem et leuem rei militaris apud Romanos diſciplinam Bulgarorum exploratores conſpicati, ipſi ferarum more in agmen vnum collecti, Romanum gregem vno impetu disiecerunt, et captiuorum multitudinem non contemnendam, equos et currus plurimos, poſthabito caeſorum numero, ceperunt. Iuſtinianus cum reſiduis ex exercitu in arcem fuga ſe recipiens, occluſis tres dies portis, in ea remanſit. ſed cum Bulgaros illic pertinacius inſtantes cerneret, ipſe primus equi ſui neruos incidit, caeterosque idem facere iuſſit: armisque bellicis quaſi trophaeis muris impoſitis m), noctu nauigia conſcendens CP. cum dedecore reuerſus eſt n).

§. 26.

a. 6. imperii Iuſtiniani o).

a. C. 708.

INTER haec [cum Cherſonitae Philippicum ſibi a Chazarorum Chagano traditum imperatorem ſalutaſſent] Iuſtinianus elapſo iam tempore proditum ſe ab illis ſuſpicans, etiam tum a Terbeli, Bulgarorum rege, auxilium poſtulat: a quo tribus ferme millibus acceptis, copiisque omnibus vna cum Obſequianis traiectis, in eo campo, quem Damatryn vocant, caſtra metari iubet. Ipſe cum ducibus alia- 20.

m) τροπαια δε ἐπι των τειχων θεμενος.

n) Theophanes p. 327. haec habet: *Iuſtiniano ſecundo imperante, quando cum Bulgaris nimirum reuerſus eſt* (ἐρχομενου αὐτȣ μετα Βȣλγαρων), *ipſe Leo* [Iſaurus] *obuiam progreſſus 500. ad eum ouium munus miſit: quo Iuſtinianus delinitus ſpatharium mox creauit.* Haec ſub a. 1. Leonis II. imp. refert Theophanes. et Combefiſius in Nott. Poſter. ad Theoph. p. 6.., „ἐρχομενȣ αὐτȣ, inquit, ἐκ των Βȣλγαρων Regii cod. vera vnaque germana lectio. *Cum rediret ille e Bulgaris*, poſt nempe cladem ad Anchialum acceptam; ac cum probro, amiſſo exercitu ac impedimentis, fugeret. Tunc enim non potuit non gratiſſimum eſſe pecuarium illud munus„. [ego quidem ad reditum Iuſtiniani, cuius §. 22, 23. mentio fit, ea potius pertinere arbitror].

20. NICEPHORVS p. 31.

o) Sub hoc anno hanc Philippici rebellionem narrat Theophanes p. 317. ſeqq. nulla facta Bulgarorum mentione.

Imp. IVSTINIANO *rhinotm.*

a. C. 708.

que armatorum manu ad Ponticos fines occurrit Gingliſſum vsque, maritimum vicum—. Vbi aliquantum commoratus—Damatryn ad exercitum rediit. Philippicus ſine pugna vrbem [CPlin] ingreditur: ac ſtatim Heliam—contra Iuſtinianum mittit. Qui omnibus, qui cum Iuſtiniano erant, data fide vitam ac ſalutem conceſſit. Bulgaris vero, vt ſine fraude ad ſuos redirent, permiſit.

§. 27.

21. SVB Iuſtiniano — rhinotmeto — Bulgarorum dux Terbelis *p*) floruit, et ipſe Iuſtinianus et Conſtantinus Heraclii filius *q*) huic tributarii fuerunt. Scutum enim, quod in bello gerebat, ſupinum locauit, et ſuum flagellum, quo vehebatur in equo, et, donec vtrumque tegeret, pecuniam ingerebat. Cum etiam haſtam in terra extendiſſet, vsque ad ambas oras et in multam altitudinem ſericam veſtem imponebat, et arculas auro et argento plenas militibus dabat, dextram quidem auro, ſiniſtram argento replens.

Imp. PHILIPPICO. a. 1. imp. a. M. 6204. a. C. 704.

§. 28.

Imp. PHILIPPICO.

a. C. 712.

22. *s*) BVLGARI per Phileam, ad freti Byzantini anguſtias irrumpentes *r*), ingenti ſtrage edita, ad vrbem vsque impreſſionem fecerunt

s). NICEPHORVS: *Inter haec* [cum ſexta oecumenica ſynodus CP. ageretur] *Bulgarorum exercitus Boſphori Thraciae accolas ſubita eruptione nec opinantes aggreſſi ſunt. Tum plerisque captiuis ac copioſa ſupellectile comparata animoſiores facti adusque murum*

21. SVIDAS (Eclog.-Hiſt. de reb. Byz. p. 37).

p) Nomen interpres addit.

q) At hic 50. fere annis ante Iuſtinianum rhinotm. imperauit.

22. THEOPHANES p. 320. Anaſtaſ. p. 124, 125. Nicephorus p. 31, 32. Cedren T. I. p. 448. Zonar. T. II. p. 98.

r) *δια τȣ Φιλεα λαϑρα ἐπι το ϛενον καταδραμοντων.* Anaſt. *per Philea clam in anguſtum incidentes.* Goar in Nott ad Theoph. „Phileam, inquit, Thracii Boſpori, qui Στενον, oſtium conicio„. Suidas l. ſupra c., Boſpori, inquit, duo, alter quidem in Propontide; alter vero Thracicus, vt ait Phileas (ὡς φησι Φιλεας).

Imp. PHILIPPICO.

a. C. 712.

cerunt: plurimosque, qui portus fretum traiicerent, quique nuptias opulentiſſimas et ſumtuoſiſſima conuiuia varia ſupellectile argentea et reliquo vaſorum apparatu comportato celebrarent, deprehendunt, et in reliquos ad Chryſen vsque portam excurrunt: tandem vaſtitate Thraciae illata, et ex ea collecto captiuorum ingenti numero, animantibusque pene infinitis ſecum abactis, ſalui et a periculo immunes domos repetierunt.

§. 29.

a. C. 713.

GEORGIVS cognomento Buraphus patricius, et Obſequianis co- 23.
piis praefectus, per illud tempus [quo Philippicus inſidiis ſuorum oppreſſus eſt] in Thracia erat, praeſidii cauſa, quo eam prouinciam a Bulgarorum incurſione defenderet.

Sub Artemio Anaſtaſio nulla fit Bulgarorum mentio.

§. 30.

Imp. THEODOSIO *Adramytteno.*

a. C. 714, 715 s).

[SVB Theodoſio Adramytteno et Germano patriarcha, COMER- 24.
SVS t), Bulgarorum dominus, foedus cum Romanis percuſſit. Conditi-

vrbis, qui continentem ſpectat, diſperſi, ſub ipſam portam, quam Auream vocant, excurrunt. Inde regreſſi Thraciae loca praedationibus infeſta habuerunt. CEDRENVS: *Eodem temp. Bulgari, duce Philea* (διὰ τȣ Φιλέα) *occulte per fauces ingreſſi* (τῷ ςενῷ ἐπιβρίψαντες), *vsque ad auream vrbis portam incurſionem fecerunt. Numerus occiſorum ab iis et captorum maior eſt, quam efferri vt poſſit. Ipſi illaeſi domum redierunt.* ZONARAS: *Sub eo* [Philippico] *Bulgari Thraciam vniuerſam populati, ad ipſam vsque vrbem incurſarunt omnia, magnaque praeda et captiuis fere innumeris abductis, d. r.*

23. NICEPHORVS p. 32. Theophanes, Cedrenus et Zonaras quidem Buraphi meminerunt, ſed nihil illi de Bulgaris.

24. THEOPHANES p. 421, 422. Anaſt. p. 178.

s) Sunt anni imperii Theodoſii. Theophanes haec alieno loco, ſub a. 2. imperii Michaelis Rangab. adfert.

t) Anaſt. *Cormeſius.* ita et alio loco Theophanes, vid. §. 36.

Imp. THEODOSIO *Adramytteno.*

a. C. 714, 715.

ditiones foederis v)] ditionibus vtriusque principis limites praefigebant a Thraciae Meleonis x): veſtes rubrasque pelles ad auri librarum 30. y) pretium dandas: inſuper ex vtraque parte fugitiuos vtrique principi mutuo reſtituendos, licet in rempublicam perduelles forent z): [et vt] mercaturam inter vtramque ditionem exercentes res ſuas vaenales litteris et ſigillis commendatas et firmatas in publicas rationes inferre deberent a).

Imp. LEONE *Iſaur* a. 1. imp. a. M. 6209. a. C. 709.

§. 31.

Imp. LEONE *Iſaurico.*

a. C. 716.

25. s) BELLVM quoque cum ipſis [Saracenis Conſtantinopolin oppugnantibus] geſſit Bulgarorum natio, quo qui rem exacte norunt viginti duo millia ex iis [Saracenis] caeſa referunt b).

§. 32.

s) CEDRENVS: *Anno 2. Leonis Bulgari bello moto Arabum 22000. interfecerunt.* ZONARAS: *Bulgari, vt quidam auctores ſunt, eos aggreſſi multa millia ferro trucidarunt.*

v) Locum integrum, et quae de illo habent alii, vid. infra §. 58.

x) ἀπο Μηλεωνων της Θρακης. Anaſt. *Ameleonis Thracenſibus.*

y) Anaſt. *quinquaginta.*

z) καν τυχωσιν ἐπιβȣλευοντες ταις ἀρχαις. Anaſt. *ſi contigiſſet, eos inſidiari praelatis.*

a) τȣς δε ἐμπορευομενȣς εἰς ἑκατερας τας χωρας δια σιγιλλιων και σφραγιδων συνιςασθαι τα προσοντα αὐτοις, και εἰσκομιζεσθαι τοις δημοσιοις λογοις. Anaſt. *Negotiantes vero in vtraque regione per praecepta et ſignacula commendari. Si qui vero ſine ſignaculo inuenti fuiſſent, diriperentur, quae haberent, et inferrentur publicis rationibus.*

25. THEOPHANES p. 333. Anaſt. p. 131. Cedren. T. I. p. 451. Zonar. T. II. p. 101.

b) Goar ad h. l., „Saracenos, inquit, in Bulgaros inſiliiſſe, commentarium de ſex aetatibus clauſurus Beda, conſcripſit his verbis: *Saraceni cum immenſo exercitu CP. venientes triennio ciuitatem obſident, donec ciuibus multa inſtantia ad Deum clamantibus plurimi eorum fame, frigore perirent, ac ſic pertaeſi obſidionis abſcederent. Qui inde regreſſi, Bulg. gentem, quae eſt ſuper Danubium, aggrediuntur, ac ob haec quoque bello victi, refugiunt, ac naues repetunt ſuas,*

Imp. LEONE Iſaur

§. 32.

a. C. 718. a. 3. Leonis.

ζ) NICETAS Xylonites, litteris ad [imp. Anaſtaſium] Artemium, Theſſalonicam relegatum, datis, vt ad Terbelium Bulgarorum, ſocia arma quaeſiturus, et ſubinde aduerſus Leonem militaturus proficiſcatur, monet. Is conſilium ſecutus ' pergit in Bulgariam c), et exercitum d) aurique centenaria quinquaginta accipit. Eo apparatu inſtructus CP. recta tendit. Vrbis ciuibus Artemium a ſe depellentibus et imperium eius reſpuentibus, Bulgari virum Leonis poteſtati permiſerunt: quare acceptis ab eo muneribus domum redierunt. Imperator vero Artemium et Xylonitem interfecit: bonaque Xylonitae, qui magiſter erat et locuples, publicauit: ſimiliter Siſinium patricium cognomento Rendacem e), et Theognoſtum Protoaſecretis, et 26.

ζ) CEDRENVS: *Nic. — Terbelin — monet. — a Terbeli accipit. — publicauit.* NICEPORVS: *Artemius Theſſalonicae exſulans de occupando rurſum imperio conſilia molitur: quod hunc in modum aggreſſus eſt. Datis ad Siſinnium patricium cognomento Rhendacium litteris, qui tum forte apud Bulgaros erat, auxilii contra Saracenos impetrandi cauſa ab imperatore miſſus: huic igitur per litteras ſuadet, vt ſe conatibus ſuis adiutorem praebeat, ſed et Bulgaros in conſilii ſocietatem pelliceret; quae omnia vti poſtularat facturum ſe eſſe promittit. Eadem de re ad Nicetam magiſtrum cognomento Xylinitem CP. ſcribit, nec non ad Iſoen patricium, imperatorii obſequii praefectum, et ad Theodoſium, notariorum quo imperabat tempore factum primicerium: itemque ad Nicetam cognomento Anthracem, murorum praefectum. Quibus litteris pro veteri familiaritate rogat, ſibi vt mature ſubſidio eſſe velint, atque vrbem aperiant, ac pro imperatore ſe recipiant. His omnibus ad imperatorem perlatis, quotquot eas litteras acceperant, comprehenſi et flagellis affecti. Nec illi factum inficiati ſunt. Ergo Nicetae magiſtro, et Theoctiſto capita prae-*

26. THEOPHANES p. 335. Anaſt. 133. Cedr. T. I. p. 452. Niceph. p. 36, 37.

c) Gr. tantum: ἀπηλθεν. Anaſt. *ad Therbelin abiit.*

d) και διδωσιν αυτῳ ϛρατον [ὁ Τερβελις e Cedr. ſupplendum.)

e) Anaſt. *Redacium* (in marg. Redanc.) *eo quod fuerit cum Artemio, Wulgares capite punierunt, et archiepiſcopum Theſſalon. Leoni principi tradiderunt, qui decollatus eſt cum Artemio. Similiter et Hiſoem p. et o. c. et Theoctiſtum Pr. et N. A. et comitem Titichei vt amicos et concordes eius occidit.*

Imp. LEONE *Iſaur.*

a. C. 718.

et Nicetam Anthracem, et moenibus reparandis praefectum Artemii familiarem Bulgari capitis abſciſſione mulctarunt, ac pariter Iſoem patricium et opſicii comitem, vt amicos adiutoresque eius, Leo occidit.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

§. 33.

Imp. CONSTANTINO *Copronymo.*

a. C. 755.

a. 15. imp.

27. m) CONSTANTINVS oppida per Thraciam exſtruxit, in quibus Syros et Armenios collocauit, quos ex Melitenenſium vrbe ac Theodoſiopoli tranſtulerat: iisque neceſſaria omnia liberaliſſime largitus eſt. Haec oppida dum adhuc aedificantur, conſpicati Bulgari, tributa ab imperatore poſtulant: quo renuente, illi exercitu collecto Thraciam depopulantur, ac propemodum ad Longos vsque muros excurrunt. Sed occurrente imperatore, commiſſoque proelio in fugam coniecti ſunt: cumque eos acrius inſequeretur, quamplurimi e Bulgaris interfecti. Deinde ingentibus terra marique copiis contra eosdem imperator profectus eſt. Claſſis ipſa quingentarum numero nauium Euxino mari nauigans ad Iſtrum applicuit. Inde Bulgarorum agros incendio vaſtare, innumeros in captiuitatem abducere. Imperator ipſe ad Marcellas (quod caſtellum prope Bulgarorum

ciduntur. Caeteri male mulctati et proſcripti extra fines imperii relegantur. Artemius cum Siſinnio patricio et Bulgaris Heracliam peruenit cum lembis, quos Theſſalonicam ſubduxerant, quae illi monoxyla vocant. Imperator ſcriptis litteris Bulgaros admonet, vt bello pacem anteponant, et hoſtes ſuos ſibi in poteſtatem tradant. Illi ad excuſationem conuerſi veniam deprecantur, et pacem firmam fore pollicentur. Mox Artemium cum Theſſalonicae praeſule, aliosque plurimos vinctos ad imperatorem mittunt, una cum Siſinnii patricii capite, quod ei praeciderant; atque ita in patriam reuerſi ſunt. —

m) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Eodem etiam anno* [v. marg.] *Bulgari ob noua caſtra exſtructa noua quoque pacta* [*noua* neque in gr. legitur, neque habet Anaſt.] *poſtulant. Imperatore Apocriſiarium eorum ſpernente* [ἀτιμάσαντος], *ipſi ignominiam ulturi* [ἐξῆλθον φωσσάτῳ. Anaſt. *exierunt hoſtiliter.*] *ad Longum usque murum verſus urbem cum exercitu bene inſtructo irrumpunt* [*verſus — inſtructo*, omittit Anaſt.]: *magnaque ſtrage edita*

27. NICEPHORVS p. 42, 43. Theophan. p. 360, 361. Anaſt. p. 146. Cedr. T. II. p. 464.

Imp. CONSTANTINO Copron.

a. C. 755.

rum fines poſitum eſt) acie congreſſus, barbaros in fugam conuertit, ac bene multos interficit. His cladibus acceptis Bulgari de pace legatos mittunt, obſidesque liberos tradunt.

§. 34.

a. C. 759.

a. 19. imp. Conſt. Copr.

9) IMPERATOR — armis in Bulgariam motis, 'venit Beregabam: 28.
at Bulgari ad cluſuram obuiam facti *f*), plurimos ex eius militibus deleuerunt, inter quos Leo patricius et Thracenſium dux, alter Leo curſus publici logotheta, et ex confuſa plebe non pauci deſiderati. Eorum arma acceperunt Bulgari, atque ita Romani cum dedecore redierunt *g*).

et multitudine captiuorum abducta [πολλὴν οὖν ἄλωσιν ἐργασάμενοι καὶ αἰχμαλωσίαν λαβόντες. Anaſt. *et multo excidio perpetrato*] *illaeſi et incolumes proprias domos repetunt.* CEDRENVS: — *ad L. m. facta excurſione, ingenti praeda potiti* (πολλ. αἰχμ. ποιήσαντες) —.

9) CEDRENVS. *Anno 19. imperator expeditionem in Bulgaros fecit, cumque ad anguſtias vsque, quibus Beregaba nomen, veniſſet, multis ſuorum amiſſis domum c. d. r.* ZONARAS: *Bello contra Bulg. moto Conſtantinus, commiſſoque proelio victus, multis non gregariis duntaxat militibus, ſed illuſtribus etiam viris et tribunis amiſſis, cladem domum retulit.*

28. THEOPHANES p. 362. Anaſt. p. 146. Cedr. T. II. p. 464. Zonar. T. II. p. 109.

f) καὶ ἐλθὼν εἰς Βεϱεγαβὰν, εἰς τὴν κλεισȣ́ϱαν, ὑπήντησαν αὐτῷ οἱ Βȣλγαϱοι. Anaſt. *et veniens in Veregaban ad cluſuram, obuiam ei Wulgares aduenerunt.*

g) Huc forte pertinent, quae in Fragmento Nicephori Conſtantinopolitani Patriarchae ad calcem Hiſtoriae eius p. 87. leguntur: *Cum ad propulſandos occidentales Scythiae populos* [τὸ ἐν δυσμαῖς εἰσῳκισμένον Σκυθικὸν ἔθνος] *expeditionem paraſſet, collectis omnibus copiis, commiſſoque cum hoſte proelio, qualem inde victoriam retulerit, quae ad hoc tempus ſuperſunt, veſtigia declarant. Idque etiam hodie caua illa ad Acheloum vrbem* [cladis Romanorum, a Bulgaris acceptae ad Acheloum fluuium, caſtellum ſecundum Cedrenum, meminerunt ſcriptores Byzantini ſub Conſtantino Porph. vide infra §. 96.] *ac depreſſa planities indicat, caeſorum membris eodem tempore conſtrata. Nam vniuerſus pene Romanorum exercitus Scytharum gladiis confoſſus eſt.* Caeterum haec ad Conſtantini Copron. tempora referenda eſſe, quae Nicephorus ibidem de Armenis et Syris in Thraciam deportatis [vid. §. 33.] et morte imperatoris ex febri ardente [cf. §. 44.] addit, euincunt.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

CAPVT IV.

Res Bulgarorum ſub regibus Teletzi, Sabino, Pagano, Vmaro, Tocto et Tzerigo [Tellerigo] *geſtae*;

ab a. C. 762—77$\frac{6}{7}$.

a. 22. imp. Conſt. Copr.

§. 35.

a. C. 762.

29. α) Dvm haec aguntur [Sclaueni ſc. patriis finibus extorres Euxino traiecto ad Artanam fl. ſedes ponunt] apud Hunnos et Bulgaros a), iſta contigerunt. Foedere illi inter ſe conſtituto, *Xerenſibus* b), quorum in dominatu erant, interfectis, ducem ſibi TELESIVM c) nomine praeficiunt, arrogantem hominem ac

α) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Hoc anno* [v. marg.] *Bulgari ſeditione mota propriis dominis continuata vnius ſtirpis ſerie poteſtatem hucusque adeptis, illata caede remotis* (ἐφονευσαν τȣς κυριȣς ἀυτων, τȣς ἀπο σειρας καταγομενȣς. Anaſt. *occiderunt dominos ſuos ad ſe in iram deriuatos.*), *malignae mentis hominem, nomine Teletzin* (Τελετζιν A. Zeletzin) *annos triginta natum ſibi ducem praefecerunt. Multi propterea Sclaui* (Σκλαβων δε πολλων. A. *multi praeterea Scl.*) *patria excedentes, ad imperatorem vltro ſe contulere, quos ille Artanam* (ἐπι τον Αρτανα) *incolere conſtituit.* ZONARAS: *Bulgari ducibus*

29. NICEPHORVS p. 44, 45. Theophanes p. 363, 364. Anaſt. p. 147, 148. Zonar. T. II. p. 109.

a) τȣς Ουννȣς Βȣλγαρȣς. interpres addit *et*, atque in marg. adſcribit f. και Βȣλγ.

b) τȣς μεν ἐκ Ξηρας. Petauius ad h. l. „Apud Stephanum, inquit, Σιρες ἐθνος Θρακης ὑπερ τȣς Βυζαντινȣς, At Sirae Macedoniae vrbs eſt, vt ex Liuio notauit Ortelius. Et quidem a. 18. imperii ſui Copronymus in Macedoniam cum armis profectus eſt aduerſus Sclauinos. Quare cum Sclauini Macedoniam tenerent, fieri potuit, vt eorum gentiles e Siris profecti Bulgariae dominati ſint. „

c) Τελεσιον.

ac iuuenili audacia ferocem, qui collecta militum manu, vicina Romanorum loca et caſtella hoſtiliter populatus eſt.

β) Conſtantinus eius audaciam ac violentiam animaduertens, hippagogas naues ad octingentas comparat, quas cum equitatu compleſſet, per Euxinum mare in Iſtrum immittit. Ipſe cum alio exercitu Anchialum peruenit, ad quam ei Teleſius cum Sclauinorum auxiliis haud poenitendis occurrit. Ibique proelio victus in fugam vertitur. Multi vtriusque gentis hoſtium in acie caeſi, nec pauci etiam e primoribus capti. Hac victoria potitus imperator, Byzantium reuertitur: captiuos omnes in populum ac Circenſes praecipue factiones ad necem diuidit. Educti igitur extra muros, qui ad Cherſaeum ſpectant, ad vnum caeſi ſunt. Horum ſpolia circenſibus ludis ſpectante populo, ſolemni pompa traducta ſunt. In quibus aurea

ſuis, qui e principum familiis ortum ducebant (οἱ ἐκ σειρᾶς κατήγοντο ἡγεμονικῆς), *interfectis, alium elegerunt a principatu alienum, nomine Teleutzam* (Τελετζην).

β) THEOPH. ANAST.: *Menſis autem Iunii d. 17. bis mille chelandiorum* (A. 800.), *equos duodecim per ſingula vehentium, claſſe per Eux. Pont. miſſa, imperator Thraciam verſus perrexit. Teletzes* (A. *Zeletzis*, in marg. *Zelectis*) *terra marique aduerſum ſe paratam audiens expeditionem, vicinarum nationum viginti millibus in auxilium accitis, et per munita loca diſtributis, ipſe praeſidio ſe incluſit* (ἠσφαλίσατο ἑαυτον. A. *ſe cautum et intrepidum reddidit*). *Imperator vero in Anchiali agris caſtra metatus eſt. Porro Iunii d. 30. indict. 1. feria hebdomadis quinta Teletzes* (Anaſt. *Zeletzis* in marg. *Zelectis*) *cum numeroſa auxiliariorum multitudine progredi tandem viſus eſt: conſertaque pugna mutua vtriusque partis caedes ingens edita; fuſisque demum Teletzis copiis ipſe fugam arripuit* (και τραπεις Τελετζης ἔφυγεν. A. *verum Zeletzis, terga vertens effugit*): *durauitque pugna ab hora quinta vsque ad veſperam, et maximus Bulgarorum numerus certamine illo deletus: multi capti, alii vltro ad Romanos defecerunt. Imperator proſpero victoriae ſucceſſu elatus, armis omnibus cum toto exercitu inſtructus, vrbem, triumphum ducens, ingreſſus eſt: laetisque totius ciuitatis vocibus exceptus, Bulgaros bello captos, Xylopanduris vinctos, in eam inuexit, eosque*

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

a. C. 762.

rea duo labra, quae in Sicilia facta erant, ſingula octingentarum librarum pondere, publice propoſuit.

§. 36.

30. γ) Bulgari autem ſeditione in Teletzem d) mota, ipſum ac cunctos eius proceres dederunt neci, SABINVM vero, *Cormeſii* e), quondam principis, generum, conſtituerunt ducem. Cum vero Sabinus legatos de pace ad imperatorem confeſtim deſtinaſſet, Bulgari, comitiis habitis, Sabino pertinaciter ſe oppoſuerunt, clamantes, Bulgaria tui cauſa Romanorum poteſtati ſubiicienda eſt. Aucto demum tumultu, Sabinus in Meſembriae praeſidium fuga ſe ſubducit, et inde ad imperatorem ſe confert. Alium vero dominum, nomine PAGANVM f), Bulgari creauerunt.

§. 37.

a. C. 763.

31. A menſis Octobris exordio frigus ingens et aſperrimum non in hac modo regione, ſed et per Orientem, Septentrionem et Occiden-

demum extra Chryſen portam a ciuibus capite truncari iuſſit. ZONARAS: *Eos imperator terra marique illato bello ad Anch. eſt aggreſſus, cumque pugna ab hora diei quinta* — [reliqua vt Theoph.] *ingreſſus eſt, captiuosque in vinculis adducens, victoria non diuinae potentiae, ſed ſuis armis adſcripta. Poſt triumphum captiuos omnes interfecit.*

γ) NICEPHORVS: *Bulgari Teleſii infelicitate cognita, hunc per ſeditionem opprimunt, et Sabino cuidam ex ſuis ducibus imperium deferunt. Qui ſimulatque rebus potitus eſt, pacem ab imperatore per legatos conſtanter petit. Quae res Bulgaros non parum offendit: magnamque ex ea re moleſtiam capientes obſiſtebant, quod ſe ſubito in Romanorum ſeruitutem venturos crederent. Sabinus horum inſidias metuens, fugam arripit, ſeque ad imperatorem recipit. Ille miſſis aliquot expeditis, eorum coniuges et cognatos e latebris eductos ad Sabinum perducit.*

30. THEOPHANES p. 364. Anaſt. p. 248. Niceph. p. 45.
d) Anaſt. *Zeletzin.*
e) Cf. ſupra §. 30.
f) Ap. Anaſt. in marg. *Pagarum.*

31. THEOPHANES p. 365. Anaſt. p. 148. Niceph. p. 43. qui haec iis, quae §. 35. habes, praemittit. Cedren. T. II. p. 464.

Imp. CONSTANTINO Copron.

a. C. 763.

cidentis plagam incubuit; adeo vt in Borealibus Ponti maritimis mare ad centum milliaria in longum, in profundum vero cubitis triginta prae frigore in lapidis duritiem concreuerit: quod etiam in toto illo terrarum tractu, qui a Zecchia g) vsque ad Danubium, et Cuphem fluuium, et Damaſtrim et Danaprim et Necropylas, reliquumque littus vsque ad Meſembriam et Median h) interiacet, obtinuit. Huiusmodi vero glacies, copioſa deinde niue cooperta, ad alios viginti cubitos excreuit, adeo vt mare ſolidae continenti quam ſimillimum, ad Chazariae, Bulgariae caeterarumque nationum adiacentium fines i) tutum iter hominum animaliumque — pedibus praeberet.

§. 38

a. M. 6256
a. C. 756. an. 24. Conſtant.

a. C. 764.

δ) PAGANVS, Bulgarorum dominus, miſſis ad imperatorem 32. legatis, ad colloquium et mutuum cum eo conſpectum venire poſtulauit: et, accepta fide, ipſe cum ſuis *Boiladis* k) et optimatibus l) ad imperatorem ſe contulit. Imperator autem ſede ſua recubans, Sabino ipſi pariter aſſidente, aduenientes excepit. Tum rebellione, et, quod in Sabinum conceperant, odio exprobrato, ſimulatam pacem cum eis compoſuit.

Miſſis

δ) NICEPHORVS: *Interim* [Haec iis, quae ad § 36. attuli, ſubiungit Niceph.], *Bulgari mutatis animis legatos de pace ad imperatorem deſtinant. Qui, reiectis horum precibus, ſtatim in eos exercitum mouet. Barbari montis eius, quo vndique cincti ſunt, anguſtias muniunt. Horum princeps, fide accepta, cum ducibus ſuis ad imperatorem peruenit — ac poſtremo pacem eis conceſſit. Haec indictione prima acta ſunt.*

g) Anaſt. *Lycia.*

h) Μηδείας. Goar ad Theophanem „Miſcellae, inquit, *Moeſia* vel *Myſia* placet. Et Cedrenus habet *Moeſiam*".

i) Niceph. *ad Chazarum fines, ac finitimarum Scythiae nationum* &c.

32. THEOPHANES p. 367. Anaſt. p. 149. Niceph. p. 45.

k) μετὰ τῶν Βοϊλάδων αὐτοῦ.

l) c. ſ. *Bohiladis*. Niceph. ἀρχόντων.

l) Addit interpres.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

a. C. 764.

Miſſis porro latenter in Bulgariam militibus, *Seuerum*, Sclauinum Optimatem m), multorum pridem in Thracia malorum auctorem, in poteſtatem recepit. Comprehenſus eſt etiam Chriſtinus Apoſtata fidei conſpurcator n), et inter praedones, dictos *Scamares*, anteſignanus o), qui in portus S. Thomae mole praeciſis manibus et pedibus accitis medicis commiſſus eſt, et, a pube ad thoracem ab eis diſſectus, conſpiciendae humani corporis compoſitioni nouum exhibuit ſpectaculum, ac demum in ignem coniectus eſt.

33. ε) Poſtmodum imperator vrbe inexſpectato egreſſus, cluſuras cuſtodia deſtitutas, ob fraudulentae pacis ſpeciem, reperiens, in Bulgariam *Tunzas* vsque p) penetrauit. Tum igne caulis et tuguriis q) forte repertis ſubiecto, nulla re praeclare geſta, ſed ſubito metu correptus, CP. remeauit.

indict. 3.

§. 39.

a. C. 765.

34. INDICTIONE deinde tertia Conſtantinus in Bulgariam exercitum ducit, quod, VMARO, quem Sabinus ducem praefecerat, imperio exuto, Bulgari TOCTVM, genere Bulgarum, *Baiani* fratrem, eius loco ſubſtituiſſent. Qui ſub aduentum imperatoris ad ſaltus Iſtro pro-

ε) CEDRENVS: *Anno 24. Conſtantinus pace cum Pagano Bulg. pr. facta, ſubito eſt ab vrbe cum exercitu profectus, cluſurisque — repertis — remeauit.*

m) το Σεβερον ἀρχοντα Σκλαβενον. A. *Seuerorum principem Sclauinum.* „ Verum, inquit Goar in Nott. in Theophanem, accuſandi caſum et proprium nomen demonſtrant Mſſ. omnia „.

n) χριστινος ἀπο χριστιανων μαγαριτης. A. *Chriſtianus, qui ex Chriſtianis Mangarites.* in marg. *Margarites.*

o) πρωτος των Σκαμαρων. Goar ad h. l. „ Scamares, inquit, etiam Latinis Bulgarorum praedones vocari docet Eugippius in vita Seuerini c. 10. *Ipſe quantocyus Iſtri fluenta praetermeans latrones properanter inſequitur quos vulgus Scamares appellabat* „. vide et Nott. Fabroti ad Anaſtaſium. p. 231. et Menandrum p. 115.

33. THEOPHAN. Anaſt. ll. cc. Cedrenus T. II. p. 465.

p) ἑως Τσυζας. A. *Tzicas* C. Τσμτζας.

q) Gr. vna voce: αὐλας. A. *miſſo igne in cohortes.* f. *cortes.*

34. NICEPHORVS p. 45.

a. C. 765.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

propinquos confugiunt. Nec pauci tamen interfecti ſunt, inter quos et Toctus cum fratre Baiano atque aliis compluribus occiditur. Alius item ex eorum ducibus, quem CAMPAGANVM vocant, cum Barnam fugiſſet, ac iam effugiſſe videretur, a ſeruis ſuis peremtus eſt. Quo tempore Bulgariae magna pars a Romanis igne vaſtata atque hoſtiliter populata eſt.

a. 25. Conſtant. indict. 4.

§. 40.

a. C. 766.

ϛ) CONSTANTINVS contra Bulgaros expeditione facta, cum 35. ſuis ad illorum limites peruenit, et prope eum locum, qui *Berigaeorum embole* dicitur r), conſedit. Ad haec inſtructa claſſe bis mille ac ſexcentorum nauigiorum, et claſſiariis ſupplementis ac militibus, quos partim ex naualibus praefecturis, partim aliis ex locis contraxerat, impoſitis, Meſembriam et Anchialum ad Bulgarorum fines nauigare iuſſit. Quibus rebus conſternati barbari, atque equitum

ϛ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Anno imperii 25. Ianuarii menſis d. 21. indict. 4. imperator bello in Bulgaros moto, chelandiorum duo millia et ſexcenta Anchialum* (A. Achelon) *miſit, copiis thematum omnium iis impoſitis. Cum autem littora nauigando ſemper legerent* (τουτων δε ἐν ταις ἀκταις προσορμισθεντων, A. *quae cum in Toris ſtationem fixiſſent*), *Boreali vento flante cuncta, paucis exceptis, confracta ſunt. Immenſus ſane ſuffocatorum numerus exſtitit: cadaueribus autem colligendis vncos ferreos* (γριπους. A. *retia*) *demiſit imperator, et mortuos vndis extractos funebris honoribus proſecutus eſt. Menſis ſubinde Iulii d. 17. nullo ſtipatus apparatu in Vrbem rediit* (*Menſis — rediit*, omittit Anaſt.). CEDRENVS: *Expeditionem quoque in Bulgaros fecit terra marique, miſſis ad Anch. chelandiis 2600. quae, paucis demtis, omnia Aquilonis flatu ſunt ſubmerſa: et ipſe cum dedecore in Vrbem rediit.* ZONARAS: *Cum claſſe magna contra Bulgaros Anchialum profectus eſt: ſed procella venti nauibus fere omnibus colliſis, magna multitudo et naualium ſociorum et militum periit. vnde re infecta rediit.*

35. NICEPHORVS p. 47. Theophan. p. 368. Anaſt. p. 150. Cedren. T. II p. 466. Zonar. T. II. p. 111. Niceph. p. 87.

r) την λεγομενην ἐμβολην Βεργαιων. ſupra κλεισουρας Βεργαβων.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

a. C. 766.

tum et nauium multitudine territi, cum imperatore de conditionibus agunt. Sed cum claſſis ad illius maris littus conſtitiſſet, quod importuoſus hic locus et nauigantibus difficilis eſſet, ſubito coortus a Septentrione vehemens ventus euerſas naues atque ad littus afflictas confregit, nec exiguam vectorum multitudinem fluctus oppreſſit. Inter haec trepidantibus omnibus, iuſſi ab imperatore duces praefocatorum corpora diſpoſitis in mari retibus s) excipere ac ſepulturae tradere. Quibus perfectis Conſtantinopolin reuerſus eſt.

a. 33. imp. Conſt. ind. 12.

§. 41.

36. a. C. 774.

ζ) MENSE Maio indictione duodecima Conſtantinus claſſem chelandiorum bis mile in Bulgariam inſtruxit: ipſe aduerſus Ruſſorum chelandia t) in Danubium aditum ſibi paraturus mouit. Extra cluſuras autem equeſtrium ordinum duces reliquit, vt, Bulgaris in eo repellendo occupatis, ipſi in prouinciam, ſi liceret, penetrarent. At vbi Farnam aduenit, metu correptus, iam de reditu cogitabat. Ex aduerſo Bulgari, eius aduentu cognito, terrore acti, *Boilam* et *Tzigatum* v), ab imperatore pacis conditiones accepturos, miſit. Iis viſis imperator oppido gaudens, pacem compoſuit, quam etiam datis ad inuicem iuramentis firmauerunt: Bulgaros nimirum ab infeſtanda Romana ditione, imperatorem vero ab impetenda bello Bulgaria viciſſim abſtenturos: conditiones iſtas ſcripto man-

ζ) CEDRENVS: *Anno 33. Conſtantinus cum expeditionem feciſſet in Bulgaros* (ἐκινησε — ϛολον κατα Βυλγ.), *compoſita pace rediit.* ZONARAS: *Denuo cumplurimis triremibus et expeditis nauibus contra Bulg. eſt profectus, per Iſtrum in Bulgariam irrupturus. Sed cum audacioris conatus poeniteret, de reducendo exercitu cogitauit. Bulgari quoque territi, miſſis legatis pacem petierunt; eamque his conditionibus impetrarunt, vt neque ipſi prouincias Rom. vaſtarent, neque a Romanis inuaderentur. His peractis, domum rediit.*

s) δικτυοις.

36. THEOPHANES p. 376, 377. Anaſt. p. 154. Cedren. T. II. p. 467. Zonar. T. II. p. 112.

t) Ρϐσικα χελανδια. A. *rubea chelandia.* recte.

v) Βοϊλαν και Τζιγατον. A. *Boilam. Tzigatum.*

mandata mutuo ſibi tradiderunt. Imperator pedem referens, ex omnibus thematibus ad tutanda caſtra, recens a ſe erecta, praeſidio relictis militibus, vrbem ingreſſus eſt,

§. 42.

η) VERVM menſe Octobri, indictione vndecima x), nuncium a Bulgaria ab occultis amicis acceperat, Bulgariae domnum duodecim millia militum et Boïladas expedire ad *Berzetias* incolas captiuos abigendos y), eosque in Bulgariam transferendos. Is, ne agnoſceretur bellum in Bulgaros mouere (ad eum quippe acceſſerant Bulgarorum apocriſiarii, et adhuc moram agebant in vrbe), ſe contra Arabes expediri ſimulauit: quare in Aſiam z) vexilla et bellicum omnem apparatum transmiſit. Porro dimiſſis apocriſiariis, de eorum reditu per exploratores certior redditus, moto exercitu iter cum feſtinatione arripuit. Tum vero thematum militibus, qui per praeſidia diſperſi erant, vna cum Thraceſianis accitis, vna etiam cum ordinibus collectis ex optimatis, exercitum ad hominum octoginta millia conflauit a): ac per locum, qui *Lithoſoria* dicitur, irrum-

η) CEDRENVS: *Cum autem Bulgari 12. millia in Berzetiam mitterent, cognita re Lithoſoraeam contendit, ibique eos obruit: et occiſis vniuerſis in vrbem eſt reuerſus. Hoc bellum nobile appellauit, quod eo nullus Chriſtianus periiſſet.* ZONARAS. *Quidam tamen e Bulgaris adducti largitionibus, clam imperatori ducis ſui conſilia aperuerunt, atque indicarunt, eum praedones in quandam Romanam prouinciam emiſſurum. Miſſis igitur exploratoribus, iamque inſtructus, cum illi praedatum exituri eſſent, derepente impetu in illos facto, multos interfecit, plurimos cepit, et cum multis captiuis reuerſus, iterum armatus triumphauit.*

x) Cum ſupra (§. 41.) iam 12. indictionis facta ſit mentio, haec noſtra iis praemittenda eſſe putat Goar in Nott. in Theoph. p. 626, 627.

y) προς το αἰχμαλωτευσαι την Βερζητιαν. A. *ad captiuandam Verzitiam.*

z) *In Aſ.* ſupplet interpres, neque Anaſtaſius habet.

a) και ἑνωσας τοις ταγμασι τους Οπτιματους, ἐποιησεν αὐτους ιγʹ. χιλιαδας. in marg. Barber. πʹ. χιλ. Anaſt. *vnitis ordinibus* [cum] *optimatibus fecit eos octuaginta milia.*

Imp. CON-STANTINO *Copron.*

a. C. 774.

irrumpens, citra tubae ſonitum impetum in hoſtes fecit: iisque in fugam verſis, inſignem retulit victoriam: partaque ſpoliorum et captiuorum vi rediit, et ſolemni ſtipatus obſequio Vrbem ingreſſus, triumphum egit: *bellumque* iſtud *nobile* vocauit, quod nemo ſcilicet ſibi reſtitiſſet, nec vlla caedis, aut Chriſtiani ſanguinis effuſio edita eſſet.

a. 34. imp. Conſt.

§. 43.

a. C. 775.

37. 9) Imperator —ʻ violati ad Bulgaros foederis conſcius b), copioſam claſſem iterato praeparauit. Impoſitisque in eam equitum millibus duodecim, duces nauigiorum vniuerſos, quos in comitatu habuit, ante ſe praemiſit: ipſe vero metu retentus, cum equeſtribus copiis remanſit. Claſſis illa Meſembriam vsque delata, et aduerſis Boreae flatibus iactata, quin periret vniuerſa, parum abſuit. pluribus itaque ſuorum deſideratis, imperator re infecta reuerſus eſt.

Porro TZERIGVS c) Bulgarorum domnus ʻa viris ſibi coniunctis et amicitiam ſimulantibus d) conſilia ſua imperatori nota fieri prae-

9) ZONARAS: *Neque multo poſt multas triremes contra eosdem ablegauit, quae circa Meſembriam fere vniuerſa ventorum procellis ſunt demerſa. At Telerichus — nota fieri ſuſpicatus, qui tamen illi eſſent, ignorans: aſtu Copronymi leuitate circumuenta, ex ipſo, quod ignorabat, reſciuit. Scripſit enim, ſe clam illum aditurum —. Ille prae ſtupore ingenii, quemadmodum apparet, conſilio barbari non animaduerſo, ſui ſtudioſos ſtatim amenter prodidit, quos barbarus omnes crudeliter atque immaniter interfecit.* CEDRENVS iis, quae ad §. 42. attuli, ſtatim ſubiungit: *Caeterum Elerichus, Bulgarorum princeps, a ſuis familiaribus prodi ſe intelligens —. Hac fraude Bulgari vanus ac ſtolidus iſte circumuentus, nomina amicorum perſcribit; quos Elerichus* (*κρυπτους*) *omnes perdidit —.*

37. THEOPHANES p. 377. Anaſt. p. 155. Zonar. T. II. p. 112. Cedren. T. I. p. 467.

b.) εἰς λυσιν προς τους Βουλγαρους. A. *ſoluens Vulgariam* [*Vulgarum*] *pacem.*

c) A. *Telerigus*, in marg. *Telericus.*

d) ἐκ των ὁμοιων αὐτω. ita et reliqui.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

a. C. 775.

praeſentiens, ſcribit „ Patria fugere, et ad te me recipere, conſilium mihi eſt: quam ob rem incolumem me apud te futurum fidei argumentum transmitte: ſi amicos vſpiam hic habueris, quibus poſſim fidere, et qui futuri ſint adiumento, reſcribe „. Ille, animi leuitate ductus, cunctorum nomina conſcripſit. Eos ita cognitos Bulgarus medios diſſecuit *e)*: quo comperto Conſtantinus canos ſuos prae dolore *f)* euulſit.

a. 35. imp. Conſt. indict. 13.

§. 44.

a. C. 775.

ι) IMPERATOR Conſtantinus, bellum Bulgaris illaturus, Vrbem reliquit. Anthracum autem morbo, in crura ſibi diuinitus immiſſo, correptus, et febri ſubinde vehementiſſima, et ardore, medicis ob incendii vim penitus ignoto, afflictus, — d. 14. Septembris indictione 14 naue conſcenſa ad caſtellum Strongylum *g)* deuectus — in nauigio — obiit. 38.

§. 45.

Imp. LEONE *Chazaro.*

Imp. LEONE *Chaz.* a. 1. imperii.

a. C. 775.

κ) PRIMO imperii [Leonis] anno *Tellerigus*, Longobardorum 39.

X v. x 3

ι) GLYCAS: *Hic tyrannus, ab expeditione quadam reuertens, carbunculi morbum in pedibus ſenſit, et vehementi febri circa Strongylum correptus obiit.* CEDRENVS: *Imperator iterum eamque poſtremam expeditionem contra Bulgaros ſuſcepit —.*

κ) THEOPHANES, ANASTASIVS: *Anno 2. Leonis Telerus* (A. *Telerigus*, in marg. *Telericus.*) — *Bulgarorum dominus ad imperatorem profugit, a quo, locata in matrimonium coniugis ſuae Ire-*

e) κοψαντες μεσον ἐκεϰερασε παντας, A. *per medium omnes recidit.*

f) Addit interpres gr. πολλας (A. *aliquamdiu*) τας πολιας αὐτȣ ἐτιλεν.

38. THEOPHANES p. 377, 378. Anaſt. p. 155. Glycas p. 284. Cedren. T. II. p. 467. Zonar. T. II. p. 112.

g) ἐν τῳ Στρογγυλῳ καςελλιῳ A. *ad rotundum caſtellum.*

39. CEDRENVS T. II. p. 468. ibid. ſub. a. 2. Leonis. Theophan. p. 380. Anaſt. p. 156.

Imp. CONSTANTINO *Copron.*

a. C. 775.

rum rex b), ad eum Conſtantinopolin confugit. quem is ſuſceptum muneribus ſibi deuinxit.

CAPVT V.

Res Bulgarorum ſub regibus Cardamo et Crumo vsque ad praelium cum Romanis commiſſum, quo ipſe imp. Nicephorus occubuit, geſtae;

ab a. C. 788—811.

Imp. CONSTANTINO *Porph. cum Irene matre.* a. 9. imp.

§. 46.

Imp. CONSTANTINO *Porph. cum Irene matre.*

a. C. 788.

40. PHILETVS — Thraciae dux Stromonem verſus profectus, nullis circa ſe diſpoſitis excubiarum cuſtodibus, cum pluribus aliis interfectus eſt.

Imp. CONSTANTINO *ſolo.* a. 1. imp. a. M. 6283. a. C. 783.

§. 47.

a. C. 791.

41. α) MENSE Aprili imperator expeditione in Bulgaros ſuſcepta, ad Caſtrum, quod Probati dicitur, iuxta ſancti Georgii riuum venit

nes conſobrina, patricius creatur. Eum ſacro lauacro initiatum imperator ſuſcepit et ſummis honoribus cumulatum valde adamauit. CEDRENVS: *Anno 2. Pellerigus* — (reliqua vt Theophanes).

α) CEDRENVS: *Anno 1. imperator — expeditione in Bulgaros facta victor rediit.*

b) Horum etiam meminit Anaſtaſius p. 155. *Anno 1. Leonis Longobardorum rex ad regiam veniens vrbem, imperatori ſe profugus contulit.* Sed hic Theodotum intelligi debere, ex Theophane p. 378. apparet. cf Tom. I. *Longobardica* §. 25.

40. THEOPHANES p. 391.

41. THEOPHANES p. 394. Anaſt. p. 163. Cedren. T. II. p. 472.

a. C. 791.

Iam. CONSTANTINO *Porph. ſolo.*

nit, vbi cum in CARDAMVM, Bulgariae domnum a), incidiſſet, leui pugna veſpere commiſſa, Romani timore perculſi per noctem in fugam ſe dederunt: atque ita cum dedecore reuerſi ſunt. Bulgari etiam exterriti in prouinciam b) ſe receperunt.

§. 48.

a. C. 792.

a. 2. imp.

β) CONSTANTINVS — Iulio menſe exercitum in Bulgaros expediuit, et caſtrum Marcellorum c) condidit. Eiusdem vero menſis Iulii d. 20. Cardamus, Bulgariae domnus, copiis ditionis ſuae omnibus eductis, poſtmodum in locis munitis ſubſtitit. Imperator, iuuenili ardore ſuccenſus et a falſis vatibus, victoriam ei praenunciantibus, ſeductus, inconſul e' et agminibus incompoſitis pugnam conſerens, graui clade afficitur. Vrbem itaque fugitiuus repetit, multis, non ex gregariis modo militibus, ſed et viris in dignitate conſtitutis amiſſis, inter quos fuerunt Michael magiſter Lachanodraco, Bardas patricius, Stephanus protoſpatharius, Chamaeas, ac Nicetas, et Theognoſtus, qui duces exſtiterant, hominesque ex imperatorio comitatu non pauci: Pancratius etiam, falſus ille vates et Aſtronomus, qui imperatoris victoriam futuram praedixerat. Ad haec Bulgari impedimentis, facultatibus, equis et tentoriorum omnium apparatu, cum vniuerſa imperatoria ſupellectile potiti fuerunt. 42.

§. 49.

β) ZONARAS: *Principi Bulgarorum Romanam ditionem aggreſſo, imperator incompoſito agmine obuiam profectus vincitur, multis et militibus et proceribus amiſſis.* CEDRENVS: *Anno 2. in Bulgaros exercitum ducens, Cardamae* (Καρδαμη) *eorum domino occurrit: amiſſoque militum magno numero, et multis ducibus, ipſaque etiam cohorte* (την κορτην. al. κοορτ.), *et omnibus impedimentis atque equis, aegre fuga in Vrbem elapſus eſt.*

a) Καρδαμῳ τῳ κυρῳ Βȣλγαριας.

b) *in pr.* addit interpres.

42. THEOPHANES p. 394, 395. Anaſt. p. 164. Zonar. T. II. p. 118. Cedren. T. II. p. 472.

c) Huius caſtelli iam ſupra §. 30. mentio eſt facta.

Imp. CONSTANTINO *Porph. ſolo.* a. 6. imp. indict. 4.

§. 49.

a. C. 706.

43. γ) CARDAMVS Bulgariae domnus imperatorem verbis interturbauit. Aut tributa mihi perſolue; aut ad Chryſen vsque portam arma et per Thraciam vniuerſam vaſtitatem inferam. At imperator inuoluta ſudario equina ſtercora ad eum emiſit cum eiusmodi reſponſis: „ Tributa, quae te decent, miſi: ſenior autem cum ſis, hucusque venientem te fatigari nolo, ego ad Marcelorum caſtrum obuius prodibo, tu fac illuc etiam te conferas. de ſucceſſu Deus iudicabit „. Aduocatis autem trans fretum poſitis copiis, exercitum vniuerſum imperator collegit, et *Berſiniciam* d) vsque profectus eſt. Cardamus ex aduerſo ad Abrolebam ſyluam venit, et metu retentus luco ſe abdidit. Imperator animis exercitui additis ad lucum Abrolebam e) proceſſit, diebus continuis ſeptemdecim hoſtem ad pugnam laceſſens, quam ille, viribus diffidens, inire recuſauit, et in prouinciam ſe recepit.

Sub Irene, ſecundo imperante, nulla fit Bulgarorum mentio.

§. 50.

γ) ZONARAS: *Conſtantinus Cardamo, Bulg. principi,) qui per legatos tributa ſibi a Romanis pendi poſtulabat: quod niſi fieret, Thraciam ſe usque ad Vrbem populaturum, minabatur,) ſtercora iumentorum miſit, additis literis: Quia ſenex eſſet, ſuperſedendum ei eſſe moleſtia itineris: nam ſe ipſum ad eum venturum. Ac ſtatim Romanis legionibus coactis, contra Bulgaros eſt profectus. Cum ambo exercitus in propinquo eſſent, et imperator barbaros ad bellum euocaret: Cardamus cum ſuis copiis territus fugam cepit.* CEDRENVS: *Anno 6. Cardamus, Bulgarorum princeps, imperatori ita ſcripſit: Aut perſolue mihi, quod pactum eſt* (ἢ τέλεσον μοι πακτα), *aut usque ad auream portam veniam. Reſcripſit imperator: Quod decuit ex pacto tibi miſi* (οἷα δη πρέπει σοι πακτα ἀπεστειλα). *Senex es: ideo te fatigari nolo hucusque proficiſcendo, ſed ipſe ad te veniam: Deus decernet. Contractoque exercitu in eum duxit, profligatumque in ſuam usque ditionem eſt proſecutus.*

43. THEOPHANES p. 397. Anaſt. p. 175. Zonaras T. II. p. 119.

d) *Verſinitiam*, Anaſt. An, quae ſupra *Berzetia?* vid. §. 42. *Sclauiniorum Belzetiae* meminit Theophanes p. 400. vid. P. I. *Slauica* §. 17.

e) ἕως τȣ δασȣς Ἀβρολεβα, *ad lucum Abroleuam.*

Imp. NICEPHORO I. a. 5. imp.

§. 50.

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 807.

NICEPHORVS bellum in Bulgaros conuertit, et Adrianopolin profectus, cum ab imperatoriis aulicis et militum ordinibus conſpirationem in ſe motam intellexiſſet, re prorſus infecta, et a propoſito ſibi fine longe ſepoſitus — Conſtantinopolin remeauit. 44.

§. 51.

a. 7. imp.

a. C. 809.

δ) EROGATO in milites ſtipendio ad Stromonem *f)* Bulgari irruentes, illud interceperunt, auri libras centum ſupra mille, varia exercitus plebe trucidata cum ipſo duce, et pluribus optimatibus: aderant quippe ex aliis quoque thematibus taxati proceres *g)* haud pauci, quorum communis fuit iactura: occupatisque vniuerſi exercitus ſarcinis *h)*, Bulgari rediere. 45.

§. 52

ε) Hoc etiam anno, ante Paſchatis ſolemnia, CRVMMVS *i)*, Bulgarorum princeps, expeditione ſuſcepta, et inſtructo in Sardicam exercitu, qua dolis, qua pactis, vrbem cepit *k)*: et ex Romanis agminibus, promiſcua priuatorum hominum plebe haud numerata, militum millia ſex interfecit.

Nice-

δ) CEDRENVS: *Anno 7. cum ad Strymonem ſtipendia multitudini ſoluerentur — duce, et rapto tuldo diſceſſerunt.*

ε) CEDRENVS: *Eo ipſo tempore Crumus B. pr. Sardicam capit et ſex millia militum necauit. Nicephorus autem, expeditione contra eum facta, magnum et memorabile nihil egit. elapſos quidem fuga duces — E. Spath. mechanicus.*

44. THEOPHANES, p. 408. Anaſt. p. 171.

45. Id. p. 410, 411. Anaſt. p. 171, 172. Cedren. T. II. p. 478.

f) ἐν τῳ Στρομωνι. A. *penes Stromonem amnem.*

g) ταξατοι ἀρχοντες.

h) τον τȣλδον ὁλον.

i) A. *Crumnus.*

k) ταυτην παρελαβε δολῳ και λογῳ. A. *dolo hanc cepit verbo.*

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 809.

Nicephorus autem, feria tertia ſalutaris dominicae paſſionis hebdomadis aduerſus eum egreſſus, nihil laude dignum edidit: quinimmo ducibus fuga ſibi ſalutem conſulentibus veniamque pro animi paruitate admiſſa petentibus, eam denegauit, et in hoſtium partes tranſire compulit, inter quos Euthymius [l] ſpatharius inſtruendarum belli machinarum expertiſſimus exſtitit. Nicephorus autem, proprio dedecori daturus acceſſionem, periuris ſacris [m] ad imperatricem Vrbem datis, ſanctum Paſchatis feſtum in Crummi [n] aula ſe peregiſſe mentitus, etiam Sardicam ab hoſte relictam reſtaurare volentem obſiſtentis exercitus vim merito timuiſſe, quod nimirum ab vrbe reparanda ductorum ſuorum et procerum opera copiae omnes imperatorem violenter deterruerint, ipſe per litteras perſuadere conatus eſt. 'Tum milites tumultum excitant, quo ſedato Nicephorus in vrbem conuolat [o].

a. 9. imp. indict. 4.

§. 53.

a. C. 811.

46. ζ) NOVVS ille Achab, Phalarim et Midam diuitiarum cupidine ſuperans, aduerſus Bulgaros vna cum Stauracio filio exercitum parat

ζ) CEDRENVS: *Nouus ille Ach.—parat. Igitur collectis orientis et occidentis exercitibus—contendit.—recuſauit. Peruenit ergo in Bulgariam Nicephorus d. 20. Iul.—Sed et ipſe ſuum et ſuorum exitium praedicens—Achab? ſiue me Deus, ſiue Satanas trahit, inuitus trahor.* ZONARAS. *Sub eo* [Nicephoro]—*Agareni orientem populati ſunt, Bulgari occidentem. Imperator igitur cum bellum aduerſus Bulgaros ſuſcipere decreuiſſet—. Accerſitis igitur vndique legionibus, in Bulgariam profectus, Crumo genti imperante.* CONSTANTINVS MANASSES: *Sordidiſſimus imperator Nicephorus, graui proelio contra Bulgaros, Iſtro vicinos, inito, caeſus eſt: filioque Stauracio poſſeſſionem imperii reliquit. Verum et Stauracius in eo proelio vulneratus haſta, nimia vi ſan-*

l) A. *Eumathius.*

m) σακραις ἐνορκοις. A. *iuratoriis ſacris.*

n) A. *Crumni.*

o) Excerpta ſunt breuiſſime.

46. THEOPHANES p. 414—416. Anaſt. p. 174, 175. Cedren. T. II. p. 481. ſq. Zonar. T. II. p. 124. ſq. Conſtantinus Manaſſ. p. 94. Ioel [Acropolit. p. 178.]. Glyc. p. 286. Conſtantini Contin. Scriptt. poſt Theoph. p. 4. 8.

parat: et menſis Maii die *** p) imperante vrbe profectus [eſt] — Igitur copiis non ſolum e Thracia, ſed ex vlterioribus etiam prouinciis, in vnum collectis, multisque pauperibus q) eo adactis, vt propriis ſtipendiis militarent, fundis et baculis armati, ex quo diris omnibus eum et vna exercitum eius vniuerſum deuouebant r), aduerſus Bulgaros contendit.

At cum populares illae turbae s) Marcellas adueniſſent, extimuit Crummus, et de pace tractare molitus eſt: ſed Nicephorus, tam proprii conſilii prauitate, quam eiusdem ſecum ſenſus conſiliariorum ſuggeſtionibus impeditus, tractatum recuſauit: tandemque poſt varios per inuia loca circuitus, poſt expoſitum periculo exercitum, thraſo-timidus t) menſis Iulii d. 20. Bulgariam ingreditur, ſub canis perniciofiſſimi exortum. Iſtud autem frequenter inſonabat: Quis ibit, et decipiet Achab? Siue Deus etenim, ſiue oppoſitus hoſtis cuncta trahit et regit v). Prius autem quam in Bulgariam penetraret, Byzantius famulus eius intimus, imperatoria veſte et auri libris centum ſecum ſublatis, a Marcellis ad Crummum profugit: quam domeſtici fugam plurimi in ſiniſtrum omen interpretati ſunt.

guinis profuſa celeriter exſtinctus eſt. IOEL: *Nicephorus imp. a Bulgaris, aduerſus quos duxerat exercitum, obtruncatur.* GLYCAS: *Nicephorus — contra Bulg. expeditione ſuſcepta, quodam in proelio cecidit, hoſtibus ei caput amputantibus. imperii gubernacula Stauracio filio reliquit —.* CONSTANTINI CONTINVATOR: *Nicephorus — in Bulgaria, inſigni rei Romanae ludibrio, occubuit.* Idem: *Cum Nicephorus aduerſus Scythas mouens accepto in acie vulnere fatis conceſſiſſet d. 26. Iulii indict. 4. Stauracius eius F. ipſe quoque letali in proelio accepto vulnere, non plures 2. menſ. diesque 8. patri ſuperſtes exſtitiſſet, Michael imperio potitur.*

p) A. *Iulio menſe.*

q) πενητας τε πολλȣς. A. *egenos pedites.*

r) βλασφημȣντας ἁμα τοις ϛρατευμασιν.

s) τα πληθη.

t) θρασυδειλος. A. *temerarius ſimul et pauidus.*

v) ὁτι κἀν ὁ Θεος, κἀν ὁ ἀντικειμενος ελκει ἁπαντα. A. *Quia ſiue deus, ſiue aduerſarius trahit me nolentem.* ἀκοντα legiſſe videtur, vt eſt apud Cedr.

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 811.

§. 54.

η) Poſt dies vero tres et conflictus primos leuiores, cum fortunam in vota conſpirantem ſecum trahere videretur, haud proſperitatis auctori Deo victoriae ſucceſſum adſcripſit, ſed Stauracii ſolius felicitatem ac prouidentiam laudauit: et iis, qui ingreſſum in Bulgariam diſſuadebant, poenas comminatus eſt. Porro animalia ratione carentia et ipſos infantes neci crudeliter tradi mandauit: et relictis ciuium ſuorum x) cadaueribus inſepultis, ſolam congerendorum ſpoliorum curam ſuſcepit. Clauſtris et ſigillis Crummi conclauia, velut propria, communiit: eorum, qui praedam attigiſſent, aures et membra praeſcidit: Crummi Aulam ita dictam y) incendit. Is, animo fractus, demiſſis verbis Nicephoro ſignificat: „ Quoniam viciſti, tolle, quod tibi placitum eſt, et diſcede cum pace „. Is, pacis inimicus, pacem non admiſit: quo Crummus exaſperatus, regionis aditus et exitus ligneis ſeptis in muri modum communiuit

η) CEDRENVS: *Primis congreſſibus victoria potitus — valet.* [vt Theophanes, omnia]. ZONARAS: *Principio ſecunda fortuna vſus eſt, vt et aulam illius* (αὐλην), *ſic enim Bulgari ſui principis habitationem appellabant, caperet, et conclauibus, vt ſuis, ſigilla imprimeret, et multos ſuorum ob ſpoliorum rapinam mulctaret. Crumo autem fractis animis ſupplicante, vt genti parceret, et quibus ipſe vellet conditionibus pacem daret, ſucceſſu elatus, nullas conditiones admiſit. Crumus igitur, deſperatis rebus, ſibi iam de ipſa vita dimicandum ratus, coactis ſuis copiis easque cohortatus, caſtra Romanorum noctu inuadit, omnibus ſine excubiis dormientibus, neque enim in tanta deſperatione vnquam auſuros ſecum barbaros congredi putabant, ſtatim in tabernaculum imperatoris facto impetu Nicephorus occiſus eſt: quo autem pacto, ignoratur. Fertur enim a ſuis ex odio per inſidias interfectus, ſiue caedem hominis peſtilentis auſpicatis, ſiue, a barbaris inchoatam, exſecutis. Eſt et Stauracius inter humerum dextrum et iugulum vulneratus, caeſique ſunt multi viri excellentes, multi magiſtratibus praediti, multi duces et dignitatibus illuſtres: gregarii vero milites, imperatorii comites, aliique miniſtri innu-*

x) των ὁμοφυλων. Xylander apud Cedrenum *Bulgarorum.*

y) την λεγομενην αὐλην του Κρ. A.: *aulam, quae dicebatur Cortis Crumni.* in marg. *Curtis Crumni.*

pit. Quod cum reſciſſet Nicephorus, ſubito terrore quaſi fulmine ictus, prouinciam circumibat, et, quod moliretur opus, haerebat. Cladem itaque praeſagiens, ſuis dixit: „ Nullus periculum euadere, niſi volucres fiamus, ſperare valet „.

§. 55.

9) Bini dies, feria nimirum quinta et ſexta, in haec machinamenta inſumti. Nocte vero, quae ſabbatum praeceſſit, graues tumultus et armatorum hominum motus circa Nicephorum et eius milites auditi cunctorum animos in terrorem et anxietatem coniecerunt: mox ſub crepuſculum impetu facto in Nicephori et optimatum eius tentoria, ipſos miſerabiliter obtruncarunt [z]. inter quos Aetius patricius, Petrus patricius, Siſinnius Triphyllius [a] patricius, Theodoſius patricius, Salibaras [b] dictus —, Praefectus [c] patricius, Romanus, patricius et orientalium dux, et alii plurimi protoſpatharii, ſpatharii, agminum ductores, excubitorum domeſticus, exploratorum, ſiue imperatoriae vigiliae, drungarius, Thraciae dux, mul-

merabiles. Direptum eſt vniuerſum imperatoris inſtrumentum, et totum Romanorum vallum. Barbari magnis opibus ſunt potiti, multis armis equisque plurimis. Stauracius aegre euaſit, et alii, quos nox texit, in dumetis, paludibus et aliis eiusmodi locis latitantes.

9) CEDRENVS: *Biduo poſt barbarus, populo collecto, tentorium Nicephori aggreſſus eſt. Ibi Nicephorus miſerabiliter obtruncatus eſt, omnesque cum eo duces et infinita militum multitudo, omnibusque impedimentis potiti ſunt Bulgari.*

z) ἀναιρȣσιν αὐτον οἰκτρως. Combefiſius in Nott. Poſter ad Theophan. p. 664. „ poſt οἰκτρως, inquit, ex Cedr. ſuppl. και τȣς συν αὐτω ἀρχοντας: ἐν οἱς και Αετιος &c. — De hac tanta Romanorum caede S. Theodorus: τον ἐπι πολυ μετεωρισθεντα τῃ ἀπονοιᾳ ἡ κραταια χειρ τȣ θεου εἰς Σκυθας ἐκτοπησαντα, ἐκει πανσρατι ὠλεσε. κ. τ. λ. „

a) A. *Triphyles* in marg. *Triphileus.*

b) A. *Halibaras.*

c) ὁ Επαρχος. A. *Eparcus.*

Imp. NICEPHORO I.

a. C. 811.

ti praeterea thematum proceres et officiales, cum innumera militum plebe, adeo vt Chriſtianorum decor omnis et ſplendor eo die proſtratus fuerit et omnino exſtinctus. Armaque pariter vniuerſa, et imperatoris ſupellex omnis perierit. Incompoſitum ſane iſtius diei relatum *d*), ceu qui luctum et querelas omnes exſuperet, abſit vt Chriſtiani iterum alibi oculis proſpiciant.

Contigerunt iſta menſis Iulii d. 23. *e*) indictione 4.

§. 56

i) Crummus *f*) autem amputatum Nicephori caput aduentantibus ad ſe variis nationibus oſtendendum per dies multos, in Romanorum dedecus et vituperium, in ligno ſuſpendit. Poſtmodum vero illud ſuſpendio reuulſum, carnibus nudatum, et argento tectum compotaturis Sclauinorum principibus in poculum gloriabundus efformauit.

Innumeris viduis et orphanis vno die factis, luctuique intolerabili, totum imperium obtinenti, ſola eius mors medelae pariter et ſolatio fuit. Caedis eius modum nullus, qui e proelio euaſit incolumis, enarrare potuit. Quidam etenim cadentem a Chriſtianis petrarum cumulo obrutum referunt. Effeminati autem eius miniſtri euirati, cum quibus ipſe concumbebat, partim valli incendio *g*) conſumti

i) CEDRENVS: — *caput conto praefixit, omnibusque demonſtrauit. Deinde os cranii — iuſſitque Bulgarorum principes ex eo bibere, atque inſultare Nicephoro, vt inexſatiabili et pacem detrectanti. Ad ſpondylorum — peruenit.* ZONARAS: *Crumus a. N. c. per dies aliquot crucibus ſuffixum ſpectandum praebuit, et rei bene geſtae pompam celebrauit. Deinde oſſe verticis reſecto, cute direpta, capite argento inducto pro calice vſus eſt, infuſoque vino ſuis ex eo propinauit. — ſolatio fuit.*

d) τα δε της ἐκεινης ἡμερας ἀκαλλη ῥηματα.

e) Goar. ad Theoph. „ caeteri Codd. Mſſ. τῃ κϛ' τȣ Ιȣλιου „. Ita et Anaſt. *VII. Kal. Auguſt.*

f) Anaſt. *Crumnus.*

g) τῳ της σȣδας πυρι. A. *igne valli.* Goar ad h. l. „ Sane, inquit, ξυλινοις illis ὀχυρωμασι, quibus Nicephori caſtra circumſepſiſſe Crummus nuperrime relatus eſt, ipſius iuſſu ignem ſuppoſitum, et euadendi viam interdictam ſuſpicor. „

ſumti, partim enſe iugulati vna cum eo interierunt. — 'Ad ſpondylorum autem dextram partem b) letale vulnus accepit filius Nicephori Stauracius, vixque viuus conflictu ereptus plagae doloribus vehementer exagitatus Adrianopolin peruenit.

CAPVT VI.

Reliqua Crumi geſta vsque ad eius obitum;

ab a. C. 812—820.

Imp. MI-CHAELE *Rang.* a. M. 6304. a. C. 804. a. 1. Mich. a) 47.

§. 57.

Imp. MICHAELE *Rangabe.*

a. C 812.

a) MENSIS Iunii d. 17. Michael in Bulgaros profectione ſuſcepta, itineris ſociam Tzulum b) vsque Procopiam vxorem ha-

a) CEDRENVS: *Crumus, Bulg. princeps, ſucceſſibus elatus, cum videret, ſuis quoque animos recenti victoria auctos, incendiis et populationibus occidentem vaſtabat. Huic bello occurrendum, reprimendasque eius, quantum fieri poſſet, incurſiones Michaelus iugare*, quod cum graeco Theophanis, δημοκρατιαν ἐγειραι, conuenit) *imperium excitare in Chriſtianos ſupra praecedentia mala.*

27. THEOPHANES p. 420. Anaſtaſ. p. 177. Cedren. T. II. p. 483. Zonar. T. II. p. 126. Auctor incert. (p. 428. Theophan.).

a) Quae ſub 1. et 2. imperii Michaelis annis Theophanes narrat, reliqui, nulla facta annorum diſtinctione, (Auct. inc. quidem ſub a. a. Mich.) referunt.

b) Anaſt. *Zerulum ſ. Tzurulum.*

b) κατα τȣ σπονδυλȣ το δεξιον μερος. A. *in dextera colli parte.*

Theophanes p. 418. ſub. a. 1. Michaelis Rang. huius Romanorum cladis meminit his verbis: *Procopia Aug. Michaelis vxor — occiſorum in bello Bulgarico e thematibus militum vxoribus talenta auri quinque largita eſt.* Apud Anaſtaſium p. 176. haec leguntur: *Stauracius ſe videns inſanabiliter habitum, imperium vxori acquirere feſtinabat, aut Wlgares* (in marg. *vul-*

Imp. MICHAELE *Rang.*

a. C. 812.

habuit. Porro cum Crummus, Bulgarorum dux, Debeltum obſidione cepiſſet, oppidanos, vna cum epiſcopo eius ſe poteſtati ſubmittentes, in regionem aliam transportauit. Militares autem Michaelis copiae, maxime Opſicii et Thracenſium, peſſimis nefariorum imperatoris conſiliariorum hortamentis ad inſidias et contumelias ſe contulerunt c); quos Michael donis et oratione ad eos habita delinitos in ordinem compoſuit. Vbi Romani exercitus ſeditionem et ob belli ſiue in caſtris et aperto marte, ſiue in praeſidiis ſuſtinendi metum eos tumultuari Bulgari perceperunt, in Thraciam atqne Macedoniam latius graſſati ſunt. Sub id tempus, Anchialo et Berrhoea deſertis, nemine inſequente, fugam Chriſtiani arripuere, Nicaeamque et Probati d) caſtrum et alia quaedam munitiora loca, quemadmodum Philip-

dicans, celeriter dimiſſis in omnes partes edictis, exercitus colligit. ZONARAS: *Michael expeditione contra Bulg. ſuſcepta, qui Thraciam populabantur, quibusdam legionibus ſeditioſis, a quibus aperte maledictis inceſſebatur, benignis alloquiis et liberalitate placatis, in regiam reuerſus eſt.* AVCTOR INCERTVS: *Victoria de Nicephoro parta Bulgari in ſuperbiam elati, bellum renouare conſiliabantur, quod ſubodoratus Michael, inito conſilio legiones omnes coëgit, nouisque militaribus copiis deletarum prius in bello vice conſcriptis, cluſurarum etiam per Syriam cuſtodibus conuocatis, Lycaones, Cilices, Iſauros, Cappadoces, Galatas, et alios omnes ſecum educens, anno imperii ſui ſecundo, indictione ſexta, vrbe profectus eſt, effuſa ſimul vniuerſa ciuitate, et Procopia Aug. coniuge ſequente, venerunt vsque ad aquaeductum, velut feſtum ſolemne celebrantes, exercitusque principes gratiis et muneribus cumulantes, eos adhortante Procopia, imp. Michaelem ſtudioſe cuſtodire, eumque in bello protegere et pro Chriſtianis decertare; et inde reuerſa eſt in vrbem.*

c) τȣ δε Βȣλγαρων ἀρχηγȣ Κρȣμμȣ ἑλοντος την Δεβελτον πολιορκειν; και τȣς ἐν αὐτῃ σὺν τῷ ἐπισκοπῳ μετοικησαντὂς (f. μετοικισ.) προσρυεντα (in marg. f. προσρυεντες.) αὐτῳ δια πολλην κακοβȣλιαν τῶν παρασυμβȣλων τȣ βασιλεως εἰς ἐπιβȣλην και ὕβρεις ἐτραπησαν τα πληθη &c. Anaſt. — *multitudinesque propter malum frequensque conſilium nequam conſiliariorum imp. ad eum confluxerunt* &c.

d) *Prebuti* Anaſt.

Imp. MI- CHAELE *Rang.*

a. C. 812.

Philippopolin, Philippos et Strymonem incolentes, occaſionem nacti, in patrias ſuas ſe receperunt *e*).

§. 58.

a. M. 5305. a. C. 805. a. 2. Mich.

a. C. 812.

β) Crummus, Bulgarorum princeps, *Dargamerum f*) legatum, cum imperatore Michaele tractaturum, miſit: conditionesque, Comerſi, tunc temporis Bulgarorum regi, conceſſas, ac ſub Theodoſio Adramytino et Germano patriarcha ictas adimpleri poſtulauit. — *g*) Scriptis praeterea minis imperatorem conteſtatus: Niſi pacem, in- 48.

β) CONSTANTINI CONTINVATOR: *Cum iam Bulg. dux Crumnus concordiam et pacis foedera amicitiasque ambire ſe ſimularet, ac animum pacis cupidum praeferret, dummodo annua, quae pendi ſolita erant, pro eo ac maioribus viſum erat, Romani tributa praeſtarent; ea demum adiecta conditione, vt et Bulgarorum viciſſimque Romanorum inpoſterum transfugae, ſuae quique genti, redderentur.* CEDRENVS: *Bellum inter Romanos et Bulgaros, — cum aliis de cauſis conflatum fuit; tum eam vel praecipuam habuit. Bulgarica quaedam gens, paternis ſedibus relictis, in ditionem Romanam immigrauerat, ac, concedente imperatore Rancaba* (Ἰȣ βασ. Μιχαηλ), *hinc inde ſedes poſuerat. Sed et Romanorum quidam ſuperioribus bellis a Bulgaris capti, ruptis vinculis domum redierant. Eos vniuerſos Crumus Bulg. princeps dedi ſibipoſtulauerat.* ZONARAS: *Crumus Bulg. princeps legatos ad imp. miſit, pacem iis conditionibus petens, quae ſub Theodoſio Adram. et G. P. conceſſae eſſent. Quod ſi pacem repudiaret, ſe Meſembr. inuaſurum, minabatur, eumque, qui bellum maluiſſet, exitii Chriſtianorum auctorem fore aſſerebat.*

e) Paucis interiectis haec habet Theophanes et ex illo Anaſtaſius: *iſti* [Pauliciani et Athingani Iconoclaſtae &c] *certe Conſtantino* — [Copronymo] *homine Deo exoſo et ter infelici inter beatos collocato, quaſi qui aduerſus Bulgaros, ob eam, qua praeſtabat, vt ipſi miſeri praedicabant, pietatem, praeclare ſe geſſiſſet; ſubinde aduerſus ſacras imagines — linguas exacuebant.*

48. THEOPHANES p. 421, 422. Anaſt. p. 178, 179. Conſtant. Contin. (Scriptt. p. Theoph. p. 8. 9. Cedren. T. II. p. 486, 487. Zonar. T. II. p. 126, 127.

f) Δαργαμηρȣ.

g) Hic omiſſa vide ſupra §. 30.

Imp. MICHAELE *Rang.*

a. C. 812.

inquit, quantocius duxeris amplexandum, tuo ipſius iudicio in Meſembriam obſidionem parabo.

His acceptis, imperator, improborum conſiliis ductus, pacem admittere detrectauit. Falſae quippe pietatis obtentu, dicam melius ignorantiae, quae rem communem perderet, ductu, conſultores iſti ſiniſtri ſuggerebant, fugitiuos minime reſtituendos: ac in datae ſententiae argumentum Euangelica Domini auctoritate prolata, Ad me accedentem, aiebant, non eiiciam foras.

§. 59.

γ) Medio vero menſis Octobris decurſu aciem inſtruxit Crummus aduerſus Meſembriam, machinis ad vrbis expugnationem adductis, quorum vſum a Nicephoro, Chriſtianorum profligatore, ex occaſione huiusmodi acceperat. Arabem enim quendam, arte mechanica praeſtantem et in ea verſutiſſimum, ad Eccleſiae [b] baptiſmum accedentem, militiae adſcripſerat [i], et Adrianopoli ſedem aſſignauerat. At cum pro merito nec exſpectatam mercedem nec beneficium viro impertiretur, quinimmo, ſtipendiorum parte truncata, ſpe defraudaret, et ad querelas compulſum etiam duris verberibus caſtigaſſet; ille, deſperatione actus, ad Bulgaros profugit, et condendarum machinarum artem omnem eos edocuit. Machinis igitur iſtiusmodi Crummus inſtructus, nemine ex inertia vecordiaque vires aduerſas opponente, intra menſis finem vrbe potitus eſt.

§. 60.

δ) Imperator in mentis anguſtiam coniectus, menſis Nouembris Kalendis, patriarcha ad colloquium aduocato, de componenda cum

γ) ZONARAS: *Eas conditiones cum Michael de conſilio ſuorum renuiſſet, Crumus Meſembriam inuaſit, machinis — edocuit. quibus abunde inſtructi, vaſtationem Meſembriae non cunctanter ſunt aggreſſi.*

δ) CONST. CONTINVATOR: *Transfugarum* [haec iis, quae ad § 57. attuli, ſubiunguntur.] *caput illud abſurdum ſenatui viſum eſt,*

b) *Eccl.* addit interpres.

i) στρατευσας. Anaſt. *cum caſtra metatus eſſet.*

cum hoſtibus pace conſilium quaerebat. Aderant conuentui Nicaenus et Cyzicenus metropolitae, et ex prauis conſiliariis manus haud contemnenda k). Ac patriarcha quidem et metropolitae, imperatoris ſenſum ſecuti, pacem amplectebantur: ſed improbi conſiliarii vna cum Theodoro, Studii praepoſito, euerſis contrariae ſententiae dictis, eam reiiciebant, confirmantes, pacem, quae Dei mandata reſcindat, non eſſe admittendam: iſtud enim, Venientem ad me non emittam foras, Dominus decreuit, aiebant —.

Menſis autem Auguſti l) die quarto Cometes viſus eſt, lunarum duarum ad inuicem iunctarum formam referens, quae rurſus

 ab

quanquam Michael imperator totus in principis Bulgarorum ſententiam ibat, quod ineundae pacis occaſionem illam ſibi nolebat aufugere. Obtinuit tamen ſenatus ſententia, quam Theoctiſtus magiſter ſequeretur, ac cui vim ac pondus auctoritate ſua adiiciebat. Iterum ergo relictis colloquiis, ad belli aleam reuocatum negotium, idque magis decere merito iudicatum eſt. Quomodo enim non omnem humanitatis ſenſum exuiſſe arbitrandus eſt, qui hominem caſu aliquo, aut viciſſitudine, in errorem prolapſum, patriaque — contemta, ad haec vxore et liberis, ceu ad aras inuiolabiles, ad Rom. ditionis loca, confugientem, Scythicae gentis immanitati, cuius a feris nihil indoles differat, dedendos putauerit? Cum enim terribiles trucesque ac feri ſint, multos ſuorum, id non ferentes, ad lenitatem et manſuetudinem noſtram ſaepenumero tranſire animaduertimus. Ne igitur vniuerſa ipſorum gens in noſtram paulatim ſeſe effundat, veriti eorum principes, ſaepius, et ad noſtram vſque aetatem, multos de hac re ſermones mouerunt. In vanum tamen cecinerunt, viros nacti firmi propoſiti, et qui a ſententia non facile dimouerentur. ZONARAS: *Imperator autem cum patriarcha et primorum ſacerdotum quibusdam deliberationem de pace Bulgarica et transfugis quibusdam Crumo tradendis propoſuiſſet* (— περι των μετα Βυλγαρων σπονδων, και ει χρη εκδυναι τῳ Κρυμῳ τυς εκειθεν Ρωμαιοις προσπεφευγοτας), *nam id etiam inter caetera barbarus poſtularat. Patriarcha et ſacerdo-*

k) Addit Anaſt. *cum Theodoro Hegumeno Studii.*

l) At ſupra (§. 59.) Meſembriam medio octobr. captam dixerat idem Theophanes. Hic itaque ex Anaſtaſio reponendum eſſe videtur d. 4. Nouembr.

Imp. MICHAELE *Rang.*

a. C. 812.

ab inuicem ſeiunctae et in varias formas figuratae in hominis, capite truncati, ſpeciem deſierunt. Inſequenti die infelix nuncius de Meſembriae clade ad nos delatus eſt, qui omnes ob grauiorum malorum exſpectationem perterruit. Eam enim bonorum omnium, ad commodam habitationem neceſſariorum, copia refertam comperientes, vna cum Debelto cepere: quibus in locis ſiphones aerei triginta ſex, atque ignis liquidi per eos emittendi, nec non auri argentique vis immenſa reperta eſt.

§. 61.

a. C. 813.

49. r) PORRO menſe Februario Chriſtiani duo, ex Bulgaria fuga lapſi, Crummum ex improuiſo Thraciam deuaſtare conſiliatum, imperatori

tes praeſtare cenſuerunt, transfugis traditis, paucos male tractari, quam turbas innumerabiles. Sed ſenatores, aulici et Theodorus Studita, pace repudiata, ſupplices tradendos eſſe negauerunt. Quae res paci Bulgaricae impedimento fuit. Nam imperator hic ingenio leni et fide recta praeditus fuit; ſed ad res gerendas tardior, facile ſecutus, quocunque a proceribus duceretur. Tum ſtella crinita apparuit —. Bulgari autem Meſembria potiti, cum multa alia ibi repererunt, tum ignis Graeci non parum. CEDRENVS: *Et ſane* [v. ad §. 58. allata] *quidam Romanorum dedendos iudicauerant, in eamque ſententiam imperator et magni aliquot nominis monachi conceſſerant. perfugarum enim deditione ſe barbaricis praedationibus liberatum iri ſperabant. Alii autem eam ſententiam improbauerant, quorum princeps Nicephorus patriarcha et Theoctiſtus magiſter, ſua aetate virtute et prudentia praſtantiſſimus, aliique non pauci. nam hi Deo comittendam ſuam ſalutem iudicabant, neque transfugarum deditione barbarorum placandam ſuperbiam, omnipotenti auxilio Dei poſthabito. Proinde Crumo repulſam paſſo, bellum id exarſit, quo ingens Romanorum accidit clades.*

s) ZONARAS: *Cum vero imperator e quibusdam captiuis didiciſſet, velle Crumum Thr. vaſtare, vrbem egreſſus eſt. Barbarus igi-*

49. THEOPHANES p. 424—426. Incert. p. 429, 430. Conſt. Contin. Anaſt. p. 179, 180. Zonar. T. II. p. 127. Cedren. T. II. p. 483, 484. Auct. 9, 10.

tori nunciauerunt. Menſis autem eiusdem die 15. imperatore profectionem ſuſcipiente, Crummus, Deo ita prouide diſponente, multis exercitus ſui deſid ratis, infecta re pedem in propriam ditionem ret lit. Imperator vero Adr anopolin ſe conferens, rebus in ea ſecundum ordinem compoſitis, cum gaudio CP. reuerſus eſt.

§. 62.

Caeterum, Meſembria Romanis erepta, imperator, pacis conditiones a Crummo oblatas repudians, exercitum ex thematibus cunctis collectum in Thraciam iuſſit traiicere: quod cuncti moleſte ferre, maxime Cappadoces, atque Armeniaci. Imperatorem itaque, militares copias vrbe educentem, Procopia Auguſta vsque ad Aquaeductus iuxta Heracliam proſecuta eſt: quod milites aegerrime paſſi, imperatorem conuiciis et contumeliis palam inceſſebant.

Maii porro menſis die quarto ſolis defectio contigit, ipſo ſecundum horoſcopium ad gradum Tauri duodecimum exoriente, ex quo terror ingens militum animis incubuit. Imperator autem, ducibus et militaribus ordinibus eductis Thraciam obambulare, ſed neque Meſembriam aggredi, neque profligandis hoſtibus neceſſarium quippiam moliri auſus eſt, inſanis nimirum conſiliariorum ſuorum ſermonibus fidem adhibens, qui, cum artis bellicae rudes plane eſſent, hoſtem in eum minime proceſſurum, affirmabant, ſed potius in propria regione ſemper conſeſſurum. Porro prouincialium, rebus neceſſariis deſtitutorum rapiniſque et inuaſionibus oppidanos vexantium, barbarica excurſione gra..ior multo damnoſiorque exſtitit aduentus m).

Z z z 3 §. 63.

tur omiſſis ſuis conatibus, multiſque ſuorum amiſſis receſſit: et imperator, Romanis copiis vndique accerſitis, rurſus in Thraciam abiit, etiam Auguſta ad Ceductum vsque comitante — inceſſebant. Deinde illa domum abiit, Michael vero Thraciam obiit, neque quicquam duce dignum, aut hoſtibus fraudi futurum, egit; fueruntque legiones prouincialibus non minus praedae, quam barbari (και ησαν τοις της χωρας οικητορσι τα ϛρατευματα ουχ ηττον των Βαρβαρων εις προνομην).

m) και ην βαρβαρικης ἐφοδου βαρυτερα ἡ των ὁμοφυλων πληθυς, απορουμενων εις τας αναγκαιας χρειας και αρπαγαις, και επιβασεσι λυμαινομενων τους ἐγχωριους.

Imp. MI-
CHAELE
Rang.

a. C. 813.

§. 63.

ς) Sub menſis autem Iunii principium Crummus, Bulgarorum princeps, aciebus ad pugnam paratis, Chriſtianorum exercitum numeroſiſſimum eſſe ſuſpicatus, in Romanos mouit: et ad Berſiniciam, triceſimo circiter lapide ab imperatoris caſtris, ſua poſuit. Tum vero Leo, orientalium dux et patricius, et Ioannes, cognomento Aplaces, Macedoniae dux ac pariter patricius, ad pugnam committendam expediti, et animis incitati, a peruerſis imperatoris conſiliariis praepediti ſunt. —

Menſis porro Iunii d. 22. Chriſtianis ſimul et Bulgaris ad pugnam in inuicem committendam ad Adrianopolin ex aeque inſtructis, Chriſtiani in proelio peſſime ſe geſſerunt: id autem victoriae ceſſerunt hoſtibus, vt plures ex ipſis, nondum primi conflictus initi ſpectatores effecti, velociſſima tamen fuga pugnae ſe ſubduxerint: adeo

ς) CONSTANT. CONTINVATOR: *Breui itaque ceſſatum mora; ambaeque mox gentes ad arma concurrere. In his Michael legatum ſuum* (τον ἑαυτȣ Ὑποςρατηγον Λεοντα) *reuerti iubet, exque oriente cum copiis quam cito transmittere: enimuero quo ſe adiutore vſurum exſpectabat belliqve ſocio, implacabilem hoſtem offendit. Cum enim ex verborum illa iactantia, ac Romanis intentatis minis, quibus ſe Crummus hominum ſtragem facturum, agros vaſtaturum, arbores exciſurum, domos ſuccenſurum, omninoque torrentis more, violento in nos impetu, irruptionem ſe facturum affirmabat, ac omnes ſub iugum miſſurum, animatus imperator, ſuſcepta igm expeditione, modum omnem excedentes barbari minas compreſſiſſet, vixque non ſuis ſe finibus continere, nec inde prorumpere, agrosque Romanos vaſtare coëgiſſet; ſaepiusque prouocante Michaele, inſtructa in eum acie, pugnae is aleam, compreſſa audacia, detrectaſſet, quinimmo vires ſuas agnoſceret, nec aduerſus imperatorem manum conſerere auderet: ſufficere Michaeli videbatur, quod barbaricam illam ferociam ac temeritatem ſuis velut terminis, ſine pugna, cuius incertus exitus eſt, concluſiſſet. Quando enim, aiebat, quibus freti copiis ſumus ad pugnam committendam excire non poſſimus, ſed eam detrectare, ſuisque ſe finibus continere cogamus, quid etiam neceſſe, vt ad experiendum martem cogamus? Cum itaque ſenſim pedem referre, paulatimque Romanum ſolum petere Michael cogitaret; viſa res indigna Leoni, nec ex*

Imp. MICHAELE Rang.

adeo vt Crummus ipſe, ſpectaculi nouitate deterritus, inſidiarum in ſuos ſtructarum, quod oculis probabat, apparatum exiſtimaret, ac, ne fugientes inſequerentur, ſuos aliquamdiu detinuerit. Vbi vero praecipitis eiusmodi fugae veritatem animaduertit, hoſtes a tergo inſectatus, caſtris eorum et opimis ſpoliis direptis, maximam ſtragem

imperatoris Romani maieſtate, hoſtibus terga vertere. Hoc enim Leo optimum illud imperatoris conſilium dicebat: quod nimirum non recte ac ſincere ſentiret, ſed putri, dolique pleno conſilio vnum hoc moliretur, vt in ſe rerum ſummam transferret. Sane, aiebat, imperator, mouenda nobis in eos ſigna ſunt, videbisque me palam hodie robur ac vires in hoſtes exſerere, tuoque ad fiduciam nutu precibusque fretum, in primis ordinibus ſtrenue dimicantem, praeclare victorem fore. His Michael verbis a ſua in diuerſum actus ſententia, pugnam conſeri iuſſit. Moxque prima ipſa congreſſione Leo terga vertens, fugam capeſſit; quippe tyrannidem continue meditans, etſi hactenus eius hoc conſilium, tum Michaelem, tum hoſtes latuerat. Quod enim nihil hactenus iſtiusmodi contigerat, qualia proelii vis afferre ſolet, nullumque belli facinus vtrauis acies geſſerat, ſed primus ipſe conflictus vertebatur, vixque dum coepiſſe conflictum partes aduertebant; tum ipſis Bulgaris, tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hoſtium eſſe ſolet: nempe a ſua illos diſtrahentem acie, conuerſa demum in eos ex fuga fronte, velle irruere. Vbi autem ambae acies nihil belli arte fieri, ſed veram Romanorum fugam eſſe aduertere, hoſtes, verſo impetu, fugientium ſtragem multam dedere. Ipſe Michael ſalutem expedire (ἑαυτὸν σώζειν), *non cum paucis ſibi relictis hoſtibus conatur obſiſtere. Sicque pugnatum, ſunt qui litterarum monumentis ad nos transmiſerint. Non deſunt tamen, qui Leoni potius tribuant, copias conſeruaſſe ac ſtrenue pugnaſſe, cum aulici ac palatinae cohortes, ignauia acti, vltro fugam iniiſſent, atque aciem ſuam prodidiſſent; non quae ex Leonis partibus eſſent. Enimuero Bulgari inopinato, ac cum nihil eiusmodi exſpectaretur, ſuperiores euadunt: graui autem tremendaque clade attriti Romani, imperatorem, de ſalute ſua anxium, e proelio reducunt. Verum is quidem aulam repetit, ac, ceu quoddam propugnaculum, Leonem foris excubantem, ne quam hoſtes vltra praedam abigant, ac liberius agros populentur, reliquit.* AVCTOR INCERTVS: *Caeterum* [v. ad §. 57. allata.] *inde ſoluentes imperator et omnis populus appropinquarunt vsque ad limitem et anguſtiarum arces.*

Imp. MICHAELE Rang.

a. C. 813.

gem edidit. Imperator pariter fuga elapſus, verſus Vrbem pedem referebat, et militares ordines et eorum ductores maledictis inceſſens, imperii poteſtate ſeſe abdicaturum, dato iureiurando pollicitus eſt, — et thematum regendorum poteſtate ipſi [Leoni, orientalium

Bulgari etiam ſtabant ordinati ex aduerſo eorum, viſaque exercitus multitudine non ſunt auſi eos aggredi, ſed ſtabant inſtructa acie: ſimiliter et copiae imperatoris ſtabant ordinatae per 15. dies, non auſae inuicem manus conſerere. Demum aerumnis confecti, aeſtatis tempore caloribus immodicis diu noctuque expoſiti homines pariter et iumenta extremam pene in perniciem redacti, Romani, in ſe Bulgaros impreſſionem, facturos, et Bulgari viciſſim, Romanos in ſe irrupturos, ſperabant: quare attonitos et animi anxios ex vtraque parte cernere licebat. Aplaces igitur, ad extremam exercitus alam Macedones et Thraceſianos ſub ſe habens, ſignificat imperatori: Quouſque tandem ſtamus inertes, et perniciem quaerimus? Ego primus in nomine Domini manus conſero: vos audacter adeſte, et noſtra erit victoria: decuplo quippe plures numeramur: et vere ſic erat. Eo igitur pugnam delibante, Bulgarorum effuſi ſunt in eum ordines, coeperuntque Thraces eos caedere. pugna poſtmodum exardeſcente, reliquae ſubſidio non acceſſere turmae, ſed prae timore in fugam verſae ſunt; et omnium prima Orientalium legio: ſolique derelicti, qui erant cum Aplace, nec hoſtilem impetum ferre validi, parte plurima deleti ſunt. Porro videntes reliquas legiones ſuum deſeruiſſe ordinem, imperatore neglecto, vnus poſt alium in fugam delapſi ſunt, qui breui ante pro eo et Chriſtianis decertare vitamque exponere gloriabantur. Nobis, inquiebant, Bulgariam ingreſſis per aſpera et inuia loca hoſtes euaſerunt ſuperiores. In planitiem vero educendis certa ſtat victoria. Eos tamen vana ſpes fefellit. Vix enim inito proelio terga verterunt: idcirco caeſus Aplaces in certamine, et ex eius acie plures deſiderati. Caeteri, nullum auxilium adeſſe contemplati, pari fuga ſalutem quaeſiere. Erat quidem depreſſus et concauus locus, quo proelium commiſſum eſt a Bulgaris, legionesque Romanae ſtabant ad eminentiorem collem, iisque in fugam actis, cogitabant alii non fugiſſe, ſed retrorſum acceſſuros et hoſtes fugaturos: quare non confeſtim hoſtes inſecuti ſunt. Modico poſt vero ſuſpicientes, vident, eos praecipiti curſu fugientes occultare ſe: quare ſolutis equorum habenis retro ſectabantur. Romani fugientes inuicem ſe proterebant, ita vt qui praecedebat fugiens, retro poſitum non attenderet; audito quippe pedum equorum pulſu dicebat: En, vt ab

Imp. MICHAELE *Rang.*

lium duci] relicta, Iunii d. 24. imperantem vrbem repetiit —. Leo [qui oblatam ſibi a Michaele primum, deinde ab exercitu, imperatoris dignitatem admittere recuſabat], ruinam imperio imminentem, et barbarorum, qui vix reprimi poſſent, violentas excurſiones mente perpendens, fideique erga impp. ſeruandae, ſuique ipſius a fraudis labe immunem cuſtodiendi ſtudioſus aliquo tempore ſubſtitit, et pro viribus dignitati admittendae moras oppoſuit. At cum hoſtem magnis

hoſtibus fugatur: et donec decidens in terram equus moreretur, a fugae curſu vix vllus ſibi temperabat. Exinde plures pedibus ſalutem quaerebant, equis nimirum ex longa ſtatione in acie viribus defectis. Fame autem et ſiti conſumti plures, cum modicum proceſſiſſent, in terram lapſi animam efflabant. Nullus fuit, qui arma loricasque per viam non proiiceret. Alii oppida quaedam occupantes, a Bulgaris poſtmodum obſeſſi captique, in ſeruitutem abducti ſunt. Hoſtes porro retro fugientium arma non impigri collegere: noſtri vero, donec ad Vrbem appellerent, fuga ſemper vſi ſunt. Ad Vrbem quoque perueniens imperator ingreſſus eſt, et portas ciuitatis occluſit, ne fuſus exercitus aliquod malum moliretur. Bulgari per ſpatium aliquod inſectati fugientes, captata deinceps opportunitate, progrediebantur. Erant enim pariter longa ſtatione fatigati, et equi debiles, armisque, vt dictum eſt, collectis onerati: et oppida, in quae profugerant noſtri, obſidebant. CEDRENVS: *Sed et* [v. ad §. 57. allata] *Crumus, de imperatoris expeditione certior factus, ſuos ex praedationibus reuocatos in vnum conducit, caſtrisque egregie munitis aduentum eius praeſtolatur. Vt venit imperator, caſtraque Crumi caſtris oppoſuit, haud procul Adrianopoli, leuibus proeliis ſubinde certatum eſt, eminusque telis pugnatum. Quibus cum ſemper ſuperior eſſet res Romana, inflati milites, iuſtum proelium ardenter appetere atque poſtulare coeperunt. cumque imperator, ſiue metu, vt ferebatur, ſiue occaſionem captans idoneam, inhiberet moramque iniiceret, ad impudentiam prolapſi, in faciem imperatorem importunis clamoribus obiurgarunt: Niſi educeret, caſtra ſe rupturos, inque hoſtem impetum facturos minantes. Iis minis fractus imperator, portis caſtrorum apertis, ſuos in aciem educit, ordinesque inſtruit. Idem et Crumus facit. Cum vterque multis ſuos ad fortitudinem eſſet exhortatus, tandem claſſicum canit, et infeſtae acies concurrunt. Iamque Bulgarica res atterebatur, et ad fugam protinus ſpectabat: quod et Romani for-*

Imp. MI-
CHAELE
Rang.

gnis itineribus ad Vrbem contendere animaduertit, a patriarcha Nicephoro — vt ex ipſius nutu et prece comite proiectum colligat imperium, per litteras expetiit. Tum vero — legitimus Rom. imperator ſalutatur — ac poſtera luce, quae Iulii menſis fuit vndecima, ind-

aliter hoſtes ſubſiſtebant, atque heroica virtute pugnam obibant: et ipſe iam Crumus vndique circumequitando, et ordines laborantes reficiendo defatigatus erat: cum Leo, dux Orientalium, imperii cupidus, ſuos dictis corruptos a reliqua acie auellit, nullaque vrgente neceſſitate fugam facit. Hoc viſum reliquorum animos perculit, vigoremque fortitudinis retudit: et Bulgari, qui iamiam in fugam ſe coniecturi videbantur, animis receptis, ac clamore et ſtrepitu ſublato, in Romanos irruerunt. Ita victoria in alteram tranſiit partem. Nam Romani ſuorum diſceſſione animos deiecti, impetum Bulgarorum non ſuſtinuerunt, ſed ſtatim terga dederunt. Multi ibi milites, et non pauci ductores, ceciderunt. Imperator aegre cum parte exercitus integra Adrianopolin peruenit, atque inde CP. rediit; Leonem cum ſuis in Thracia relinquens, vt praeſidio regioni eſſet, incurſionesque barbarorum reprimeret. ZONARAS: *Sed et Crumus, ſuis ſedibus relictis, caſtra e regione imperatorii exercitus poſuit, commiſſaque pugna Romani ſuccubuerunt, ducis Orientalium copiarum Leonis Armenii culpa, qui imperii cupidus, Michaelem apud exercitum initio pugnae vt effeminatum et rei bellicae imperitum calumniatus, ſuas legiones ſe ſequi iuſſit, deſertisque ordinibus fugam cepit; id quod alios quoque in fugam vertit, adeo vt Crumus id non crederet, ob abſurditatem, et, inſidias eſſe ratus, ſuos contineret. Vt autem Romanos temere effuſeque fugere vidit, tunc, ſuis inſequi iuſſis, maximam caedem militum et ducum edidit. Imperatore vix cum paucis* CP. *elapſo, vallum et tabernaculum imperatorium a barbaris direptum.* Rerum impp. Michale et Leone Arm. a Crumo geſtarum breuiſſime meminerunt GEORG. MONACHVS et LEO GR. a). ita: *Michaele Rangabe imperii clauum tenente, Crumus Bulgarorum princeps aduerſus Chriſtianos egreſſus eſt, fuſoque ac fugato Michaele, atque Leone Armenio in eum arrepta tyrannide, in ſeque translato imperio, ipſum pone inſecutus Crumus, Vrbem obſidione cinxit, lanceaque percuſſus a Leone Arm. reuerſusque in Bulgariam, miſit*

a) Georg. Monachus (Scriptt. poſt. Theoph. p. 530.) et Leo Grammaticus p. 458. haec aliena loco, cum nempe res geſtas Baſilii Macedonis ſub Michaele III. narrant, [illegible]

Iam. MICHAELE Rang.

a. C. 813.

indict. 6. feria hebdomadis ſecunda, in magnae eccleſiae ambone a Nicephoro patriarcha coronatur.

§. 64.

Imp. LEONE Armenio.

Imp. LEONE Armen.

a. C. 813.

[IMPERII potitus Leo] vrbis [CPlis.] muros de die et nocte diligentius cuſtodiri praecepit: ipſe vero cunctos excitans, et ad meliorem ſpem concipiendam animans, — muros per ſe ipſum continuus explorator obibat. 50.

ζ) Porro Crummus, Iunior Sennacherim o), victoriis in ſuperbiam elatus, proprio fratre ad obſidendam Adrianopolin cum ſuis copiis relicto, poſt dies ſex a demandato Leoni imperio, cum maximo equitum peditumque numero ad vrbem propius accedens, oſtentata exercitus ſequentis ſe virtute, ad muros a Blachernis ad Chryſen vsque portam protenſos obambulabat: profaniſque et vere daemoniacis ſacrificiis ad pratum Chryſae portae adiacens p) peractis, in ipſam Chryſen portam haſtam infigere, ab imperatore expetiit: quo petita reſpuente, in proprium tentorium receſſit. Cum autem ciuitatis muros et inſtructiſſimum imperatoris exercitum haud ſine admiratione vidiſſet, obſidionem ponere poſſe deſperans, ad pacis in-

Aaaa 2

ad St. Mamantis, qui aeneas illic ſtatuas auferrent. Profectus vero etiam Adrianopolin, vrbem cepit, transtulitque decem millia (Leo. Gr. *duodecim millia) virorum, non numeratis feminis, eisque trans Danubium ſedes aſſignauit.*

ζ) LEO GRAMMATICVS: *Nouus Sennacherim Crumus — peractis, pacem componi ab imperatore expetiit, aut ad Chryſen portam haſtam ſuam figere — tentauit.* GEORG. MONACHVS: *Nouus — etiam pacem ab imp. expetiit, modo per ipſum in Auream p. iacu-*

50. THEOPHANES p. 426, 427. Anaſt. p. 181. Leo Gr. p. 445. Georg. Monach. p. 503. Symeon Logoth. (Scriptt. p. Theoph. p. 407. Auct. incert. (Theophan. p. 431.).

o) ὁ δὲ νεος Σενναχεριμ Κρουμους. Anaſt. *nouus Senecherib.*

p) ἐν τῳ προς θαλασσαν λιβαδιῳ της χρυσης πορτης. A. *in prato penes mare ſito.*

Imp. LEONE *Armen.*

a. C. 813.

ineunda foedera conuertitur. ‘Num igitur pacem Romani expete‘rent, inito cum eis colloquio experiri tentauit *q*).

§. 65.

51. *n*) Quare Leo, conſilio cum proceribus habito, Crumo ſignificat; cum paucis quibusdam inermibus ad maris littus procedat; ipſos pariter inermes naui acceſſuros, collatoque mutuum ſermone, quicquid ille petierat, ſe praeſtituros. Haec cum ita ſignificaſſent, tres quosdam armatos noctu educentes, in Gallae aedibus ad Blachernarum portam in inſidiis collocarunt, data teſſera, Vt interim conſerto cum Crumo ſermone, aliquod ſignum ederent, quo conſpecto ex inſidiis egreſſi, in Crumum impetum darent *r*).

Poſte-

tum ei infigere liceret (ει το δορυ αυτε πηξει εν τη χρυση πορτη) *tentauit.* SYMEON LOGOTHETA, et AVCT. INCERTVS: *Impii Leonis diebus, eoque imperii ſceptra moderante, Bulgari nemine occurrente, atque eos aditu prohibente, ad Vrbis vsque portam venerunt; Crumusque* (A. inc. Κρουμμ.) *more gentis ſacrificio extra portam Chryſen instructo, homines ac pecora plura immolauit: tinctisque ad maris littus pedibus, ac aqua lotus, luſtratoque exercitu* (ῥαντισας τον λαον αυτε), *fauſtis ſuorum vocibus ominibusque exceptus, per medium pellicum gregem, iis venerationis ergo procumbentibus ac laudantibus, proceſſit. Haecque adeo cunctis e muro ſpectantibus, ac cum nemo obniti auderet, vel in eum iaculum mittere. Cunctis itaque ex libito illi atque animo expletis, Vrbem obſidione cingit, ac vallum mittit. Producta dies aliquot obſidio, cunctisque ruri vrbisque pomoeris* (τα ἐξωθεν της πολεως) *direptis, auri penſum annuum, veſtiumque ingentem copiam, ac puellarum lectarum certum numerum expoſcere coepit. Quare* (v. §. 65.).

n) THEOPHANES, ANASTASIVS, LEO GRAMMATICVS, GEORG. MONACHVS: *Imperator occaſione captata eum lancae perfodere mo-*

q) και πριν ειρηνης πειρασικες λογες ἐποιειτο.

51. SYMEON LOGOTHETA p. 407--409. Auct. incert. p. 432, 433. hic omnia vt Sym. L. Theophan. p. 427. Anaſt. p. 181. Leo Gr. p. 446. Georg. Monach. p. 500.

r) ἐξελθατε και ἀποκτεινατε αυτον.

a. C. 813.

Imp. LEONE *Armen.*

Poſtero die, Bulgaris ad Aedem Sanctorum Anargyrorum extra ciuitatis portam conſidentibus, Crumus ex condicto cum aliis tribus (eius ſcilicet logotheta, et Conſtantino Patzici nuncupato, qui ante annos plures in Bulgariam fugerat, ac quem ille filium ex Crumi ſorore ſuſtulerat s)) ad mare deſcendit. Hi quatuor a reliquo inermes abiuncti exercitu cum aliis tribus ad mare vsque, vti conſtitutum erat (quos laterent inſidiae) venerunt. Egreſſi pariter ex Vrbe, lintre vecti, qui cum Crumo ſermonem collaturi erant; acceptaque fide, ex nauicula exiere. Crumus equo deſiliens, humi reſedit; equum ſella fraeniſque inſtructum tenebat filius Conſtantini.

Interea iis ſermonem miſcentibus t)), vnus quis es vrbe ſignum dedit, Exabules ſcilicet, qui manu caput aperuit. Animaduertit Crumus, reique indicio offenſus, reſiliit, iamque parato equo a ſociis euectus, illo inſedit. Tum populus e muro clamare, Vicit crux; ac Crumus fugam arripuit. Egreſſi ex aedibus, qui armati latebant, retro inſecuti ſunt; miſſiſque ſpiculis, cum ſe eum vul-

litus eſt (λογχισαι. A. *huic inſidiari;* λοχησαι, vt apud Leonem Gr. eſt, legiſſe videtur): *verum delictorum noſtrorum multitudine prohibitus, et ad huiusmodi trophaeum excitandum ſociorum ineptitudine deluſus, opus in felicem exitum deducere non valuit. Crummo enim facinoris adminiſtri plura vulnera inflixerunt, nullum tamen intulerunt letale.*

s) Κονςαντινον τον λεγομενον τȣ Πατζικȣ φυγοντος — ἐχοντα και τον ὑιον ἀυτȣ ὀντα ἐξ ἀδελφης τȣ Κρȣμȣ.

t) Huc forte ſpectant, quae Conſtantini Contin. p. 19, 20. habet, vbi impietatem Leonis Arm. carpens, ait: *Ad fidem autem quod ſpectat ac pietatem, valde inſaniebat —. Nam cum tricennales cum Hunnis, quos Bulgaros vocant, ineundae illi eſſent induciae, pacisque foedera iureiurando firmanda; non, quibus Chriſtiani ſolent, ſacramentis vſus eſt; vt nimirum Deum coeleſtesque virtutes, ſiue quae Chriſti Deique Parens carne fuit, dictorum geſtorumque inſpectores teſtesque adhiberet, ſed, velut barbarus quidam omnisque religionis expers, canes, ac quibus gens improba immolat, iis geſtorum teſtibus vtens, et diſſecabat; nec, quibus illi libenter ingurgitantur, haec ipſe ad firmandem fidem ore guſtare exhorrebat: quod vero Chriſtianam fidem eis concredidit, ad quam a nobis aliquando, vt videbatur, eſſent traducendi: ne ſic quidem impietati litare eum puduit.*

Imp. LEONE *Armen.*

a. C. 813.

vulneraſſe putarent, ille ad ſuos incolumis euaſit. Alii tres capti ſunt ab iis, qui in lintre erant. Ex iis logotheta ſtatim iugulatus; Conſtantinus eiusque filius viui capti ſunt.

§. 66.

ϑ) Iam itaque his ita geſtis, furore accenſus Crumus, omnia loca in craſtinum igni ferroque ſuos vaſtare praecepit. Coeptoque incendio eccleſias omnes trans vrbis portum (magnas ſane ac ſuperbo opere, quas Irene et Nicephorus atque Michael inſtaurauerant) monaſteria item, et palatia aedesque alias ac ſuburbana, igni deuaſtarunt. Ad Mamantem pariter progreſſi, his, quae ibi ſunt, palatiis, regiisque ac ſacris cubiculis ignem ſubiecerunt, ac columnas confregerunt. Plumbi moles, Circique ambitum ornantes ſtatuas ſuſtulerunt. Captiuos omnes iugularunt; ſimiliter quoque pecora peremerunt. Hinc Steni littora ſuperioremque oram peragrantes naualia omnia ſuccenderunt, ingentique potiti praeda abierunt: dextraque ciuitatis parte occupata ad orientem, quae ſunt extra Chryſen portam ad Rigium vsque combuſſerunt. Athyra cum veniſſent, quod illic eſt oppidum, rari quoque operis pontem ipſumque longe firmiſſimum, euerterunt. Selybriam profecti, eius loci oppidum ſolo aequauerunt, eccleſiasque et domos incenderunt. Exinde Daonem oppidum υ) demoliti, Heracleam cum veniſſent, nec

ϑ) THEOPH., ANAST., LEO GR., GEORG. MON.: *Ex quo in rabiem verſus homo perditiſſimus, expeditis militibus ad St. Mamantem miſſis, palatium ibidem erectum igne ſuppoſito conſumſit. Tum vero aereo circi leone, et Hydrii dracone cum ſelectioribus marmoribus in currus coniectis, retro pedem tulit: et obſidione ad Adrianopolin poſita eam demum armorum vi ſubiugauit* (Leo Gr. et Georg. Mon. addunt: *Ea capta Macedonum nobilium quamplurimos, cum immenſa populi multitudine trans Danubium fl. deportatos ad eius regiones habitare iuſſit.* πολλους δε των ἐυγενων Μακεδονων μετα λαȣ πλειςȣ διαπερασας, κατεσκηνωσεν ἐν τῳ Δανȣβιῳ ποταμῳ Leo. Gr. και μετα λ. πλ. διαπ. των τε ἐυγ. Μακ. κ. ε. τ. Δ. π. Georg. Mon.).

υ) το Δαονιν (Auct. inc. Δαονιν) Καςρον.

nec ciuitatem ingredi potuiſſent, domos omnes ad littus poſitas, et, quae vrbi circumuicina ſunt, praedia locaque combuſſerunt. Poſtea Rhaedeſtum venientes, hoc quoque oppidum demoliti, cunctas in eo aedes ac eccleſias incenderunt, multamque ibi hominum turbam ſuſtulerunt. 'Panium cum veniſſent, oppidum munitum inuenerunt, ingentique tutum praeſidio militum x): fruſtraque eius tentatis moeniis, ſuburbanis omnibus igni ferroque vaſtatis, inde Aſprum y) verſus, quod ipſum oppidum eſt, iter dirigentes, eo quoque aliisque oppidis euerſis pluribus atque incenſis, abhinc digreſſi decem circiter dies, Gani montes intrarunt. Illic latentis plebeculae innumeram nacti multitudinem, cunctaque fere Thraciae pecora, hominibus neci traditis, pecora pueroſque ac mulieres ingenti turba captiuos in Bulgariam miſere. Iamque adeo ad Hexamilium quoque tranſeuntes, Abydum vsque deſcenderunt; flexoque itinere Ebrum z) aſſecuti ac ſuperiorem illi regionem, oppida omnia, maiora pariter et minora, Adrianopolin vsque, euerterunt.

s) Adrianopolin autem munitam cum inueniſſent, vrbem ob- 52.
ſederunt: protractaque dies non paucos obſidione, cum potiri ciuitate non poſſent, inſtructis machinis eam obſidere coeperunt. Et vero ciues in anguſtias coacti, cum nulla auxilii ſpes vsquam affulgeret, diraque fames conſumeret, hoſtibus deditionem fecere. Bulgari

s) LEO GRAMMATICVS et GEORG. MONACHVS vid. ſupra §. 63. CEDRENVS: *Quo — tempore Crumus, Bulg. princeps, victoriis, quas a Romanis reportauerat, inflatus, magno collecto exercitu, Adrianopolin obſedit; tractaque aliquamdiu obſidione, cum ob res ſecundas inſuperabilis videretur, neque quisquam ſe ei opponere auderet, eam neceſſariis rebus deficientibus, deditione cepit: omnesque in ea qui erant vrbe, inter quos etiam Manuelus fuit epiſcopus, in Bulgariam deportauit. Baſilii quoque parentes, cum Baſilio adhuc lactente, eo commigrarunt. Ibi et inclytus ille epiſcopus, et Baſilii parentes, et reliqua cum epiſcopo turba, fidem*

x) *Panium — militium.* ἰσχυρὰ Λαιου πόλιν. deſunt apud Auct. inc.

y) Ἄπρον. Auct. inc.

z) Εὐρον. Auct. incert.

52. Praeter auct. ſupra citatos Cedren. T. II. p. 558. Zonar. T. II. p. 163. Glyc. p. 294. Conſtant. Manaſſ. p. 106. Conſtant. in Vita Baſ. p. 135, 136.

Imp. LEONE *Armen.*

a. C. 813.

gari captiuis omnibus acceptis, tanta multitudine, vt et numerum vinceret, omnique illorum direpta ſupellectili, in Bulgariam trans Iſtrum fl. procul deportarunt. a). Interea Leo, tantaque hoſtis graſſatione b), nec vrbe egreſſus, tyrannice imperium tenebat.

§. 67.

a. C. 814.

53. κ) [LEO Aug.] vbi — Bulgarorum principem, ſuperiori victoria c) elatum, maioresque ſpiritus ducentem, vicinam rurſus audiuit vaſtare regionem, et agros demetere ac populari, multamque, tum hominum

in Chriſtum ſinceram conſeruantes, Bulgarorum multos ad veram religionem (quod ante id tempus nunquam fuerat factum) traduxerunt, paſſimque per Bulgariam Chriſtianae doctrinae ſemina iecerunt. ZONARAS: *Occupata a duce Bulg. Crumo Adrianopoli, etiam parentes Baſilii capti in Bulgariam abducuntur, hunc infantem et lactentem adhuc ſecum geſtantes.* GLYCAS: *Baſilius aliquando ceu mancipium a Bulgaris auectus fuit.* CONSTANTINVS MANASSES: *Bulgarorum principe Crumo ditionem omnem Romanam cum copiis percurrente, ſuosque milites opimis ſpoliis collocupletante, et exſtincto omni iuuentutis flore, multisque in captiuitatem redactis Baſilius etiam captus eſt a Bulgaris, tanquam auicula quaedam praedita venuſtis alis ab aucupe diro.* CONSTANT. PORPHYROG. *Cum Crumus ille B. pr., violatis, quae illi cum Romanis intercedebant, foederibus, hoſtili aggere cinctam Adrianopolin, diuque ab eo obſeſſam, qua laborabat neceſſariorum penuria —.* [reliqua iis, quae e Cedreno attuli, ſimilia omnia.]

κ) CEDRENVS et ZONARAS: *Bulgari recenti adhuc de Romanis victoria inflati in Thraciam incurſiones faciebant, et obuia quaeque depraedando populandoque vaſtabant. Viſum ergo eſt im-*

a) και μετωκισαν ἀυτους εἰς Βουλγαριαν ἐκειθεν του Ιστρου ποταμου.

b) Gr. tantum: και τουτων γινομενων.

53. CONSTANTINI CONTINVATOR p. 15, 16. Cedren. T. II. p. 487. Zonar. T. II. p. 129. Quae hic narrantur, ab iis, quae §. 64 — 66. leguntur, omnino diuerſa eſſe, patet. Ad quem vero Leonis Arm. annum referenda ſint, non conſtat.

c) De Michaele nimirum relata.

ominum, tum pecorum, praedam agere, domosque praeterea incendere, ac omnino intolerabilem eſſe; primum quidem operae pretium duxit, miſſa legatione, officii ac pacis admonere. Vbi autem nihil barbari iras inflexit, diruta moenium opera ſua ſtudioque inſtaurans, Vrbis res breui in tuto poſuit; veniensque Meſembriam, ſtrategemate eiusmodi hoſtibus illuſit. Dies non paucos caſtris poſitis, altoque vallo ducto, atque aggere pene defoſſus cum copiis ſubſtitit, annonas quotidie ex Romano ſolo in promtu habens, cum nec vel ad delicias vllo commeatu deficeretur. Vbi autem aſſidentes Bulgaros armisque in eum inſtructos commeatus penuria laborare audiuit, noctu diſcedens e loco, in quo conſederat, haud ſpernenda militum aſſumta manu (virorum ſcilicet fortium, et qui laboris patientes eſſent) cum vno duntaxat communicato conſilio, inſidiandi cauſa in montem quendam contendit [d]. Vbi autem diluxit, nec in caſtris imperator repertus eſt [e], fugiſſe eum cuncti exiſtimarunt; quod nimirum eius diſceſſionis conſilium vniuerſos lateret. Hinc hoſtes, aſſumtis armis, impetum tenere non poterant, aut vllo modo ſuis ſe finibus continere; ſed et aggreſſione facta, in manu ſe exercitum habere, nulloque negotio eius potituros putabant

peratori, legatos ad Bulgarum pacis componendae cauſa mittere: ſed eo ferociente, ac pacem ſuperbe recuſante, coactus eſt bello decernere. Commiſſo autem grandi proelio, cum demuo Romani exercitus vincerentur, Bulgarique iis perſequendis ſe darent: Leo cum ſuo ſodalitio eminenti loco ſtans, pugnamque ſpectans, animaduertit, Bulgaros, ordinibus ſuis ſolutis, effuſe perſecutioni ſe dediſſe. ibi tum cohortatus ſuos, obteſtatusque, vt fortes et ſtrenuos ſe praeberent, neque Romanorum gloriam ad nihilum redigi paterentur, magno cum impetu hoſtes adoritur: et obuios improuiſa impreſſione pellens, ſubita re Bulgarorum omnem exercitum perterret, eamque trepidationem inter eos excitat, vt virtus omnis animis eorum abierit. Ceciderunt eo in proelio complures Bulgari, atque ipſe etiam imperator (και αυτος ὁ τῶν ὅλων ἀρχηγος. Zon. μικρȣ δε και αυτος ὁ Κρȣμος ἀνῃρητο

d) συνθημα τȣ πολεμȣ και ὡραν εἰπων. *pugnae teſſera et tempore conſtitutis. omiſit interpres.*

e) και ὁ ϛρατηγος (in marg. f. ϛρατος) ἐγυμνȣτο τȣ βασιλευοντος.

a. C. 814.

tabant: cum ecce Leo, per noctis ſilentia e monte deſcendens, in hoſtes, nihil mali ſubuerentes, irruit, inermibusque ac ſomno ſolutis congreſſus, per exiſtimatam illam imperatoris fugam, tantam illorum dedit ſtragem, Romanis ex condicto vndique ingruentibus, vt eorum exercitum omnem profligauerit, ac ne igniſer quidem (vt aiunt) ſoſpes euaſerit. Sed et, incurſione facta, regionem omnem depraedatus, puberes quidem omnes inde abduxit; paruulis autem ad ſaxa ac humum alliſis, Romanorum mox ditionem repetiit.

Eam ob rem ex eo tempore, *Leonis collis*, ei colli nomen inditum eſt, ac, qui illac iter habent, Bulgari, caput mouentes, locum digito oſtendunt, necquicquam acceptae tunc cladis memoriam obliterant.

§. 68.

a. C. 814—820. f)

AERIS ſerenitate hiemem totam occupante, ſubſidentibusque fluminum aquis, Bulgari armis a capite ad pedes tecti g), ad hominum triginta millia, eruperunt, et Arcadiopolin vsque, Regina h) pertranſito, hic fluuius eſt ita dictus, peruenerunt, populumque omnem, copioſum ſane, fecerunt captiuum. Prius vero quam captiuos traiicerent, dies octo decidit immenſus imber, quo fluuius intumeſcens maris inſtar exundauit. Bulgari, ne transfretarent impediti, cuſtodita ſemper captiuitate, dies quindecim ad ripas ſteterunt. Leo

σὺ, βληθεὶς καὶ τȣ ἵππȣ ἐκπεπτωκὼς, εἰ μὴ &c): *ſed is celeriter a ſuis in equum liberum impoſitus, fuga ſalutem conſecutus eſt. multo plures capti ſunt, quam interfecti. Hoc praeclarum facinus Bulgarorum inſolentiam depreſſit, et animos Romanorum demiſſos atque proſtratos confirmauit et erexit.* [*Hoc — erexit*, omittit Zon.] *Imperator ampliſſimo cum triumpho et ſpoliis in Vrbem reuerſus, ad alia negotia animum adiecit.*

54. AVCTOR INCERTVS p. 434, 435. Sym. Logotheta p. 409, 410. Hic omnia, vt Auct. incertus.

f) Sunt reliqui imperii Leonis Armeni anni.

g) ὁλοσιδήρεοι.

h) Ῥηγίναν. Sym. L. Ῥήγιαν.

Leo nuncio ab eis accepto, vt opem ferret, non aduertit, neque Vrbe egreſſus eſt, nec alios quosuis in auxilium ſummiſit.

Interim redeunte aëris tranquillitate, et fluuio decreſcente, Bulgari ſiluas caedere, pontemque ſtruere captiuos compulerunt, atque ita cum captiuis omnibus virorum ſimul mulierum et puerorum millibus quinquaginta tranſierunt. Illi captiuorum facultates omnes ad ſtragulas vsque Armenias, grandesque tapetes acu pictos *i*), generis omnis veſtimenta, inſtrumentaque ad vſum aerea curribus impoſita, boumque et ouium greges abductos transuexerunt: et hoc pacto Bulgariam ingreſſi ſunt, principe, inique ad imperium Dei permiſſu promoto, pedem non efferente, neque ad captiuorum opem alios egredi permittente.

§. 69.

HIS peractis *k*), rumor ad eum delatus in haec verba: „ Crumus ingentem exercitum coëgit, Auaresque et ex Sclauiniis cunctis copias collegit: praeparat inſuper inſtrumenta machinasque cunctas expugnandis vrbibus idoneas, arte facta grandia, tribulos, tetrabulos *l*), teſtudines, ſcalas excelſas, globos, vectes, funes, arietes, baliſtas, ignea iacula, petrarias *m*), ſcorpiones, tela iaculatoria, fundas, vno verbo, machinas omnes inuadendis turribus, et ciuitatibus capiendis, vt ad occiduam partem Blachernarumque murum Vrbem aggrediatur. Tormenta iſthaec cuncta, ad Vrbis partem, qua telum in eum miſſum eſt *n*), applicare meditatur: inſtrumentis hisce deportandis et curribus vehendis boum millia plurima in ſtabulis iam diſpoſuit *o*), currus autem ferro vinctos *p* ad quinque millia fieri iuſſit. „

i) Ἀρμενιατικα στραγλοματαρια (Sym. L. στραγλωμαλόταρια) καὶ νακοταπητα ἀνωτερα.

k) Λοιπον ȣ̓ν μετα ταυτα. Haec omnia primo imperii Leonis anno geſta ſunt, vt ex Auctore incerto apparet, qui his noſtris narrationem de rebus 2. imperii eius anno geſtis ſubiungit p. 435.

l) τριβολȣς και τετραβολȣς (S. L. πετροβολȣς).

m) πυροβολα τε και λιθοβολα.

n) Vid ſupra §. 65.

o) σαυλιζων βοας χιλιαδας (S. L. addit. δεκα).

p) σιδηροδετας. S. L. σιδηροδεθεντας.

Imp. LEONE Armen.

a. C. 814—820.

Leo, his auditis et miſſis exploratoribus, veritateque comperta, populi multitudinem immenſam et artifices congregauit, murumque alium, praeter eum qui ad Blachernas, coepit exſtruere, profundamque et amplam foſſam q) exciſam opponere.

Vix operi manu admota — nondum imminente vere, vt retulerunt quidam captiuitate Bulgarica liberati, circa feriam magnam quintam r), Bulgariae princeps Crumus s) ille celebris, qui Vrbem occupare deſtinabat, vitae finem perſenſit, inuiſibili virtute iugulatus, qua ſanguinum riuos ore, naribus et auribus emiſit: atque ita in malis animam depoſuit. His elatus Leo, quaſi ipſe, non Deus, compeſcuiſſet bellum, in vrbes omnes regionesque miſſis ſacris nuntiauit: Bulgaros Vrbi vicinos comperi, ſolertiaque, robore, ductuque meo principem eorum cum telo confodiſſem, cunctos fugaui: vulneris iſtius cauſa moritur, inquit, hoſtis noſter.

§. 70.

ante a. C. 820. t)

55 BVLGARI delectati ſunt Auarum habitu, mutatoque ſuo veſtitu illum aſſumſerunt, et ad hoc vsque tempus eo veſtiuntur — v). Iidem Bulgari *Auares* per vim funditus ſuſtulerunt. Captiuos autem Auares Cremus x) interrogauit: Vnde putatis veſtrum ducem et totam gentem periiſſe? Illi vero reſponderunt: „ Quia mutuarum accuſationum numerus apud eos maxime creuit, et fortiſſimos ac prudentiſſimos quosque perdiderunt; deinde iniuſti homines et fures iudicum ſocii facti ſunt; deinde ebrietas, in magna enim vini copia omnes facti ſunt temulenti; deinde ipſa muneribus acceptis corruptela y); deinde negotiatio, omnes enim facti ſunt mercatores, et alios alii deceperunt. Exitium igitur noſtrum ex his cauſis manauit. „ Ille-

q) Σουδαι.

r) περι την μεγαλην πεμπτην τε πασχα.

s) ὁ Πρωτοβουλγαριας. S. L. ὁ πρωτος Βουλγαριας.

55. SVIDAS (Eclog. Hiſt. de rebus Byz. p. 37, 38.) in voce Βουλγαροι.

t) Hoc anno iam paruiſſe Bulgaris Auares ex §. praec. colligitur.

v) Hic omiſſa v. ſupra §. 27.

x) Κρεμ.

y) ἡ δωροδοκια.

a. C. 814—820.

Ille vero, his auditis, omnes Bulgaros conuocauit, et leges iſtas conſtituit: „ Si quis aliquem accuſarit, ne prius audiatur, quam vinctus fuerit examinatus, et, ſi calumniari vel mentiri ipſum conſtiterit, occidatur; nemini liceat cibum furi impertiri, aut ſi quis forte hoc auſus fuerit, ſtatim publicetur; Furis vero crura confringi, omnesque vineas radicitus exſtirpari iuſſit; Omnique petenti non ſimpliciter dari, ſed quantum ipſi ſatis ſit, ne denuo ille egeat, qui vero ſecus fecerit, ſtatim publicetur „. Auares igitur omnes, vt dictum eſt, (Bulgari) funditus ſuſtulerant.

CAPVT VII.

Res Bulgarorum ſub regibus Crytagone [Mortagone], Baldimere, Preſiam, Bogori ſeu Boriſe [Michuele dicto] geſtae; ab a. C. 820—886.

§. 71.

a. C. 820? a)

a) CRVMO vita defuncto ſucceſſit CRYTAGON, longe anteceſſore crudelior. Hic animaduertens, Bulgaricam gentem paulatim ad Chriſtianiſmum deſciſcere, inflammato ob eam rem animo, 56.

 Manu-

a) CONSTANTINVS: *Quibus* [a Manuele nimirum epiſcopo et reliquis Chriſtianis captiuis Scythas a gentilium errore retrahi et ad diuinae cognitionis lucem traduci] *in illos ira percitus Crumi ſucceſſor Mutrago — princeps Bulgarorum Romanas diutius vires aciesque ferre non valens, collum rurſus ſubdere annuebat —.*

56. CEDRENVS T. II. p. 558. Conff. Porph. in Vita Baſilii p. 136. Apud vtrumque haec iis, quae ad §. 66. attuli, ſubiunguntur:

a Hoc anno d. 23. Decembr. Leo occiſus eſt. Crumus quidem ante Leonem obiit, Baſilius vero et reliqui captiui ſub imperio Teophili in patriam redierunt. vid. infra §. 73.

Imp. LEONE *Armen.*

a. C. 820.

Manuelum *b*) et praecipuos eius ſocios ad ſe vocat, ac primum manſueta oratione ſuadet, vt Chriſtianam fidem deſerant; poſt, cum eos neque pollicitationibus neque minis flecti videret, acerbe excruciatos interficit. Hoc modo Manuelus *c*), multique ſub eo illuſtres, aliique ſanguine iuncti *d*), ſua morte verae religioni teſtimonium tulerunt.

Tandem reliquis captiuis Deus in patriam redeundi occaſionem parauit. Nam princeps Bulgarorum ſaepius cladem paſſus, cum iam Romanorum viribus reſiſtere nequiret, pacem bello praetulit, captiuosque dimiſit. Quos cum congregatos iamque in patriam iter ingreſſuros contemplaretur, Baſilium tunc ex pueritia adoleſcentiam ingreſſum videt, eleganti vultu praeditum, et ſuauiter ſubridentem atque circumſaltantem: eum ad ſe vocat, manibusque apprehendit et oſculatur, pomumque rarae magnitudinis donat, quod adoleſcentulus, ſimplici audacia genibus principis innitens, accepit, morum minime fucata ſimplicitate indolis ſuae ingenuitatem demonſtrans. Itaque et miraculo attonitus fuit princeps, et ſubditi clanculum indignati ſunt, tali adoleſcenti domum redeundi poteſtatem concedi. Sed tamen, Deo propitio, captiui omnes incolumes domum dimiſſi abierunt, interque hos etiam Baſilii parentes, cariſſimum ſecum ducentes filium ſuum.

§. 72.

Imp. MICHAELE BALBO.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 822. *e*)

57. *β*) [CONSTANTINOPOLIN cum obſideret Thomas *f*) rebellis], MORTAGON, Bulgarorum imperator, fama excitus, quae iam totum

α) CEDRENVS: —*recuſauit. Sed Mortagon—redit in patriam.* ZONARAS: *Rumore defectionis Thomae et vrbis obſidionis paſſim*

b) τον τε θειον αρχιερεα Μανυηλ.

c) ὁ κλεινος ἀρχιερευς omiſit interpres.

d) πολλους των καθ' αἱμα προσηκοντας. Conſt. π. τ. τε βασιλεως συγγενων.

57. CONSTANTINI CONTINVATOR p. 41, 42. Cedren. T. II. p. 505, 506. Zonar. T. II. p. 138. Georg. Monach. p. 513.

e) Hoc anno iterum a Thoma obſeſſam CPlin docent alii.

f) De genere et rebus geſtis huius Thomae vide inprimis Conſt. Contin. p. 32. ſqq. cf. P. I. *Slauica* §. 150.

tum orbem peruaſerat, Romanorum imperatorem intra muros obſeſſum teneri; miſſo clam ad Michaelem nuncio, vltro ſe auxilia miſſurum pollicetur ac copias, quantae aduerſus hoſtem ſufficerent. At ille, ſiue reuera Romanorum, in Thomae caſtris militantium, reuerentia inque eos miſeratione, ſiue alias parcendum ſumtibus ducebat (nullus enim vnquam imperatorum illo fuit ſordidior) laudato Bulgari propoſito, auxilia recuſauit, nec, quidquid demum tyrannus praeſtitiſſet, eis ſe vſurum ſignificauit. Mortagon tamen, vt qui alioqui bellis praedaque ac ſpoliis gauderet, foedusque tricennale, cum Leone eius deceſſore pactum g), confirmare magisque ſtabilire quaereret, aduerſus tyrannum exercitum parat. Quam ob rem Romanorum fines audacter ingreſſus, ad locum, cui Ceductus h) nomen, caſtra ponit. Percrebreſcebat rumor; nec fieri poterat, vt irruptio tyrannum falleret. Merito itaque perturbatur, animoque plane attonitus eſt. Vbi tamen emerſit, exque ea ſe aeſtuatione collegit, aduerſus illum expeditionem parauit. Quoniam autem, diuiſo

ſparſo, Mortagon Bulg. pr. qui annorum 30. inducias cum Leone fecerat, Romanis amicus, vltro ſuppetias Romanis venit, caſtris ad Cedoctum locatis. Ea res deſertorem turbauit. Nam quum e re ſua eſſe non putaret, vt ſimul et Vrbem oppugnaret, et cum Bulgaris dimicaret, quod, diuiſis copiis, neutris par futurus eſſet: contra Bulgaros cum omni exercitu eſt profectus, pugnaque commiſſa victus, multos ſuorum amiſit, partim caeſos, partim captos. Qui vero et barbaricum enſem et captiuitatem effugerant, exſpectatione rerum futurarum ſuſpenſi, quieuerunt. Bulgari, captiuis et magna praeda abducta, elati victoria, receſſerunt. GEORGIVS MONACHVS: [Thomas] *vbi cognouit, Michaelem imperatorem aduerſa ſibi corrogaſſe Bulgarorum auxilia, confeſtim relicta vrbe, in eos impetum vertit, quos et pugna aggreſſus, multaque eorum data ſtrage, Arcadiopolin tuto ſe praeſidio recipit: nimirum ſuas proceſſu vires diminutum iri, imbecillioresque fore timens.*

g) Ad ea forte reſpiciunt, quae §. praec. leguntur.

h) Κηδουκτου. Supra (§. 62.), vbi Procopia Auguſta Michaelem imp. ad *Aquaeductus* iuxta Heracliam (ἕως των Ακιδουκτου, πλησιον Ηρακλειας) vsque comitata eſſe a Theophane dicitur, Zonaras, *ad Cedoctum usque*, (ἄχρι των Κηδουκτου) habet.

Imp. MICHAELE *Balbo.*

a. C. 822.

uiſo exercitu, ſe prorſus debilem fore cladique obnoxium uidebat (nam et in expugnanda Vrbe Auguſta non exiguo, ſed numeroſo fortique, exercitu opus erat; — nec vero contra Bulgarorum copias aliter quam magno validoque exercitu pugna inſtrui poterat) ne igitur velut rapidus quidam torrens in duos quosdam deductus riuulos, quam pro priori virtute hoſtibus imbecillior appareret, et qui facile edomari poſſet, Vrbis obſidionem in totum ſoluit, inque Bulgaros, quibus ſe parem eſſe arbitrabatur, profectus, in — Ceducti loco, cum eis pugnam committit.

Caeterum tyrannus in eo proelio magna ſuorum ſtrage vincitur, nec adeo hoſtes clade afficit, ſe ipſe ab eis ingenti clade afficitur. Cumque aliter non liceret, fuga ſalutem expediunt, qui e proelio incolumes fuerant, arduoque quodam loco, nec facili acceſſu, diſperſi, ſecum cogitabant, quomodo rurſus coirent, ac agmen inſtaurarent. Bulgarus autem ſtatim captiuos, qui venerant in poteſtatem, aſſumens, ingentisque praedae compos effectus, victoria ferox eaque ſuperbiens, redit in patriam.

§. 73.

Imp. THEOPHILO.

Imp. THEOPHILO.

a. C. 829—842. [i]

58\. TEMPORE — Theophili imperatoris erat magiſter militiae, Cordyles nominatus, in Macedonia. Is habebat filium Bardam nomine et virili aetate prouectum, quem vice ſua Macedonibus, trans Danubium fl. [k] habitantibus, dominari reliquit. Ipſe quodam inuento et arte ad Theophilum acceſſit, quem gaudens excepit, et eo quod expetebat cognito, vt nauigia conſequerentur, et in vrbem redirent, man-

58\. LEO GRAMMATICVS p. 458, 459. Georg. Monach. p. 530, 531. qui omnia fere vt Leo Gr.

i) Sunt anni imperii Theophili. Caeterum haec circa a. C. 836. contigiſſe videntur. Baſilius enim, cum a. C. 813. captiuus abduceretur [vid. §. 66.] lactens adhuc, et nunc, cum rediret, annos natus 25. fuiſſe dicitur.

k) Quo eos Crumus, capta Adrianopoli, deportauerat. vid. §. 66.

[...]auit. Erat porro BALDIMER Bulgariae princeps, Crummi nepos et pater Symeonis l).

Captiuorum vero turmae de reditu in Romaniam cum vxoribus et filiis inierunt conſilium, et Michaele [Baldimere] Bulgaro verſus Theſſalonicam m) profecto, cum facultatibus ſuis traiicere coeperunt. Quod cum reſciſſet *Crumus* n), in aduerſam fluminis ripam tranſiit, eis bellum illaturus. Macedones re deſperata Tzantzem et Cordylem ſibi duces praeficiunt, et, conſerto proelio, quosdam occiderunt, quosdam etiam captiuos abduxerunt. Bulgari, qui traiicere non potuerunt o), res a Macedonibus geſtas annunciaturi ad Hungaros deflexerunt. Interim nauigia ab imperatore miſſa, captiuosque ſuſceptura, vt in Vrbem deueherent, appulerunt, et vna pariter *Hunni* p) numero infinito aduentare viſi ſunt. [Cum his ſemel iterumque armis congreſſi Macedones, eos in fugam verterunt q)] ac tandem reuerſi, naues, imperatorem adituri, repetierunt incolumes, et humane ab eo recepti, in Macedoniam patriam ſibi propriam regreſſi ſunt. 'Erat autem Baſilius aetate iuuenili florens, e captiuitate redux, in qua Leonis imperatoris et Michae-

l) Addit G. M. *qui poſtea rerum potitus eſt.*

m) Interpres Georgii Mon. temere, *Macedoniam.*

n) Μαθων δε ὁ Κομης. ita apud vtrumque in gr. legitur. Combefiſius in Nott. ad Leonem Gr. „Emendat, inquit, P. Goar Κρουμος: „non bene; is enim iam obierat, „primis fere Leonis Armeni annis — „[v. §. 69.]. Quem hic Michaelem „Bulgarum vocat, num ipſe ſit, quem „paulo ante Baldimerem appellauerat? „Ego ſic puto occupato eum vocaſſe, etſi et illud poſtea nomen „in baptiſmo accepit, a Michaele „Aug. impoſitum [v. § 77.] —. Cedrenus Crumi ſucceſſorem, vtique „Baldimeris, Crumi nepotis, patrem, „Crytagonem vocat [v. §. 71.]. „Quid ſi Leo, quem et Baldimerem et „Michaelem dixerat, ex patris etiam „nomine ſic nuncupauit, ſcripſitque „ὁ Κρυταγονος, ex quo imperitus „librarius ſuum Κομης expreſſerit —? „Bulgarorum Principem et Dominum „Comitem appellatum me legiſſe non „memini; nec aliter emendem, quam „expoſui„.

o) ὁι δε μη δυνηθεντες περασαι Βουλγαροι. Georg. M. — Βουλγαριαν.

p) Hoc nomine ſaepius veniunt apud Scriptt. Byz. Vngri.

q) Haec fuſius v. in *Vngricis.*

Imp. THEO-PHILO.

a. C. 829—842.

chaelis Amorii toto tempore permanſit, et Theophilo imperante rediit: adeoque anni ei numerabantur viginti quinque r).

Imp. MI-CHAELE III. a. 2. imperii.

§. 74.

Imp. MICHAELE III. *cum matre Theodora.*

a. C. 843.

59. γ) BVLGARIAE princeps, *Bogoris* s) nomine, audito, feminam rerum potiri, ferocius ipſe efferri. Miſſis itaque ad Theodoram nunciis, minatur, rupto foedere aduerſus eam ſe copias educturum. At illa, nihil muliebre aut non ſatis virile in animum inducens, ita renunciauit: „ Me quoque viciſſim aduerſum te offendes copias educentem, nec me victoria potituram diffido. Sin autem minime contigerit, ipſeque me viceris; ſic quoque ipſa ſuperauero, penes quam manifeſta victoriae iura futura ſint, cum tibi non vir, ſed mulier victa conceſſerit „. Hoc reſponſo perturbatus Barbarus, quietem bello praetulit, nihil ferocius moliri auſus, amicitiaeque rurſus foedera renouauit.

§. 75.

δ) INTER haec Theodora omni deligentia perquirendum ſtatuit ſic nuncupatum Theodorum monachum, cognomento Copharam,

γ) CEDRENVS: —*feminam cum tenero puero r. p.—quietem praetulit bello et antiqua foedera.* SYMEON LOGOTHETA: *Imperii Michaelis anno ſecundo—Bogaris—renouauit.* ZONARAS: *Bulgarorum autem princeps cum Rom. imperium a muliere et tenello puero gubernari cognouiſſet—.*

δ) CEDRENVS: *Rurſum deinde vtrinque miſſi legati, Theodora Theodoſium, cui cognomen Cuph, repetente, virum praeclarum ac reip. vtilem, qui tum in Bulgaria captiuus degebat: Bogoride ſoro-*

r) Georg Mon. breuius ita: *Erat Baſilius annos circiter 25. natus.* Aliter haec omnia narrant Conſtantinus Porphyrogenneta et Cedrenus; vid. ſupra §. 71.

TOR p. 105, 102. Cedren. T. II. p. 539, 540. Sym. Logoth. p. 439. Zonar. T. II. p. 155.

s) Βωγωρις. Cedr. Βογορις Sym. L. Βογαρις.

59. CONSTANTINI CONTINVA-

ram, ſiue quibusdam inſomniis viſoque admonita, ſiue alia ratione inducta: is vero diu ante inter captiuos fuerat abductus. Mittit ergo ad Bulgariae principem, datisque litteris rogat, vt hominem ſedulo perquiri iubeat, quo libuerit pretio ex ipſo redimendum. Ille viciſſim occaſionem nactus, miſſis legatis, ſororem ad ſe remitti petit, Romanorum quondam excurſionibus captam, et quae tunc in aula ſeruaretur.

Haec itaque, ad Chriſti fidem probe tranſlato animo, doctaque litteras per eas captiuitatis moras, omnemque praeterea Chriſtianorum ordinem, inque Deum reuerentiam ac de illo opinionem, vti par eſt, plurimum admirata, cum ad fratrem reuerſa eſſet, nullum vnquam finem faciebat praedicandae illi Chriſtianae inſtitutionis, et obſecrandi, fideique ac pietetis in eo ſemina iaciendi. Ille iam pauca quaedam, ab eo, quem diximus, Cuphara, didicerat, primaeque inſtitutionis rudimenta audierat. Miſſo itaque monacho, commutationis iure ſororem recepit. Manſit tamen id, quod erat, infidelitate ſcilicet laborans, ſuaeque adhuc cultor ſuperſtitionis.

§. 76.

a. C. 852. a. II. imp. Mich.

ε) BVLGARI — factis per Thraciam et Macedoniam excurſionibus, prouincias illas deuaſtabant. Theodora in aduerſum praeſi- 60.

 dia

rem ſuam — Haec ibi Chriſt. religionis doctrina et litteris imbuta, poſtquam demum eſt remiſſa —. Sed Bogoris facta permutatione, redditoque Auguſtae Cuphara et recepta ſorore —. SYMEON LOGOTHETA: *Inquirente Theodora de monacho Th. C. diu ante in captiuitatem abducto; Bogaris quoque — iaciendi. Quanquam is, qua laborabat incredulitate, ad veritatem hactenus oculos aperire noluit.* ZONARAS: *Soror porro Bulg. pr. aliquando capta, dum in aula degit, ſacro baptiſmate eſt initiata, et litteris erudita. Eam frater repetitam recepit, eius loco reddito viro erudito Theodoro Cuph. Quae quum in Bulgariam rediiſſet — ſuperſtitionis.*

ε) SYMEON LOGOTHETA: *Anno Michaelis vndecimo — Bulgaris Thraciam ac Macedoniam infeſtantibus, expeditis Theodora cohortibus, eorum inhibuit impetum, ac repreſſit.*

60. LEO GRAMMATICVS p. 460. Sym. Logoth. p. 435.

Imp. MICHAELE III.

a. C. 843.

dia diſpoſuit. Milites porro, ad Bulgariae caſtra poſiti, Bulgaros per globos et cohortes aggreſſi, per eorum regionem depraedabantur: et his occiſis, aliis in captiuitatem abductis, Bulgaros et eorum regionem reddidere ſubiectam t).

§. 77.

a. 4. imp. Mich.

Imp. MICHAELE III. *ſolo.*

a. C. 860.

61. ς) IMPERII anno quarto v) Michael imperator cum Caeſare terra marique aduerſus *Goborem* x) Bulgarorum principem copias educit. Bulgari, apparatu audito, ac cum alias fame conficerentur

ς) LEO GRAMMATICVS et GEORG. MONACHVS: *Mihael vna cum Barda Caeſ. aduerſus Michaelem alterum Bulg. pr. — educit; quod Bulg. gentem fame deficere didiciſſet. Bulgari quaſi — eorum principem aqua tinctum ſacra ſuſcipiens — appellauit. Exinde pax profunda compoſita eſt.* CONSTANTINI CONTINVATOR et CEDRENVS: *Caeterum plaga quaedam diuinitus illata famis ſcilicet* (λιμος. Cedreni interpres perperam, *peſtis*) *illius regionem* (Cedr. *Bulgarorum*) *infeſtans, direque affligens, Deum, cuius ſaepius, vt par eſt, Theodorus ſororque laudes proſecuti eſſent, ac cuius erant cultores, malorum depulſorem inuocare cogit. Quo a malis liberante, Bogoris veram amplectitur fidem, ac lauacrum regenerationis ab epiſcopo, qui ab vrbe regia miſſus fuerat, conſecutus, ex imperatoris nomine Michael appellatur.* (Cedr. *neque vllum mali remedium fuit efficax: ibi tum Bogoris* [ὁ ἀρχων] *Deum Chriſtianorum, cuius religione a Cuphara et ſorore eſſet initiatus, in auxilium vocauit, vtque idem facerent toti genti mandauit, liberatique lue* [τυχοντες ἀπαλλαγης], *veram fidem amplexi, lauacro regenerationis potiti ſunt: principi no-*

t) ὡςε ὑποταγηναι τες Βελγαρες ἐν τῃ ἰδιᾳ χωρᾳ.

61. SYMEON LOGOTHETA p. 440. Leo Gr. p. 462. Georg. Monach. p. 534. Conſt. Contin. p. 101—103. Cedren. T. II. p. 540, 541. Zonar. T. II. p. 155, 156.

v) Quo ſc. matre ab imperii ſocietate remota, ſolus imperauit.

x) Idem, qui ſupra §. 74. *Bogoris*, vt ex var. narrationis apparet.

tur y), quaſi tacti e coelo obrigeſcentes, omnique abiecta victoriae ſpe, ante etiam agones et proelia, nomen Chriſto dare depoſcunt, ac Romano ſubeſſe imperatori. Michael vero in vrbem inductos ſalutari omnes lauacro donauit, eorumque principem ex ſuo nomine *Michaelem* appellauit.

§. 78.

ζ) Ille ad ſuos reuerſus, Methodii pictoris manu ac penicillo, iudicium futuramque retributionem in ſuis aedibus depingi curauit. Quamobrem etiam omnes eius populares magis in eum accenſi, tumultuantur: in quos ille cum paucis conſerta pugna victor, diuinaeque Crucis collare ſignum (ſeu pectorale) circumferens z), omnes palam Chriſtianos fecit.

men — inditum —). ZONARAS: *Peſtilentia, fames* (λιμος δε τοις Βȣλγαρεσις συμβας) *et ipſum et gentem ad pietatem perduxit. Quae quum populum vniuerſum premeret, neque vllum eſſet mali effugium, plurimis pereuntibus: princeps ea de cauſa aeger et animi dubius, ad eum confugit, qui ſibi a ſorore annunciabatur, eundemque depulſorem famis et interitus populi inuocat. Quae inuocatio quum depulſis malis efficax eſſet: cognita inuocati numinis potentia, petiit mitti ſibi aliquem, a quo arcanis Chriſtianae religionis erudiretur, et ſacro baptiſmate initiaretur. Idque miſſo pontifice factum eſt.*

ζ) CONSTANTINI CONTINVATOR et CEDRENVS: *Sed et aliquid eiusmodi accidiſſe aiunt* (Cedr. *Aliud quoque euenit, quod eum ad pietatem duxit, in eaque confirmauit). Nempe cum Bogoris princeps venatione ſupra modum delectaretur; haec quoque in domo quodam, in quam frequens concedebat, voluiſſe depingi, vt noctu perinde interdiuque iis ſpectaculis oculos paſceret* (C. — *delectaretur, iis cupiens non tantum cum venatum exiret frui, ſed etiam in otio: nouam domum aedificauit, et monachum Methodium — hiſtoriis eam totam exornare iuſſit). Hoc itaque amore captus, monachum quendam ex noſtris Romanum pictorem, Method. nomine, accerſit. Vbi autem virum coram habuit, diuino quodam nutu ac prouidentia, Nolo, inquit, depingas hominum*

y) λιμῳ τηκομενοι.

z) τον τȣ θειου ςαυρȣ τυπου ἐγκολπιον περιαγων. Cedr. τȣ ςαυρικȣ τυπου προηγȣμενȣ.

Imp. MI-
CHAELE III.

a. C. 860.

Imperatori a) quoque de agro ſignificat : nempe arctari ſuis finibus ſubiectam tantae multitudinis plebem, praeterquam quod animis conſtitutum ſit, eiusdem fidei ſenſum in perpetuum tenere, ac caritatis inſoluta vincula in aeternum ſeruare. Annuit placide imperator, ac tunc temporis incultam *regionem a Sidera* (id eſt *Ferrea*), quae tunc Romanae ac Bulgarorum ditionis limes erat, ad

in bello caedes, aut beſtiarum ferarumque iugulationes, ſed quod videntibus ſolo aſpectu terrorem iniiciat, ac quod pictis coloribus in ſtuporem agat (C. *diuinoque inſtinctu factum eſt, vt non diceret nominatim, quae animalia depingi vellet: ſed pingere ſuo arbitratu, modo terribilis eſſet pictura, iuberet*). *Is vero, quem non lateret, nihil perinde terribile eſſe, ac ſecundum Dei aduentum, hunc illic graphice omnique artis conatu pinxit: atque hinc iuſtos praemia laborum percepturos ſtatuit, illinc ſcelerum reos male geſtorum fructus decerpentes; iudice nimirum ad intentata propellente ſupplicia, duriusque a ſe repellente. Haec princeps, abſoluta tabella, vt oculis conſpexit, exque aſpectu Dei in ſe timorem concepit, diuina denique edoctus myſteria, intempeſta nocte diuini baptiſmatis munus conſequitur* (paulo breuius Cedr.) *Non latuit ea res, gentisque totius defectionem aſciuit. Ille parua ſuorum manu—fecit. Ad veram itaque fidem ac pietatem translatus* (Cedr. *Tota gente translata*), *ad Auguſtam ſcribit—illudque maiori fiducia rogat, quod iam non duo, ſed vnum, exiſtant* (C. *populos ſe vniturum*)—. *Placuit Theodorae petitio—eis tribuit. Per hunc itaque modum omnis Bulgaria ad pietatem Chriſtique fidem tranſiuit, Deo ad ſuam illos cognitionem vocante, et quidem ex ſic exiguis ſcintillis plagisque: ſicque agri Rom. portionem, velut aliam quandam rem promiſſam conſecuti, Romanis ſe foederatos indiuulſo ſocietatis vinculo ſubiecerunt* (Cedr. *Hoc modo vniuerſa Bulgaria pietati ſe dedit, et in occidente tranquilliſſima pax fuit, veraque religio viguit*). ZONARAS: *Quum autem Bulgari ob deſerta maiorum inſtituta eum per ſeditionem e medio tollere conarentur: ille praecedente crucis ſigno fretus—fecit. Deinde per legatos ab imperatrice petiit—perpetuam pacem et belli ſocietatem pactus. Annuit imperatrix—tribuit. Nam regionem Bulgari cum accepiſſent, Zogaram appellarunt. Hinc pax in occidente conſtituta eſt.*

a) Reliqui omnes: *Theodorae*, vel *Imperatrici*; vt itaque haec ad id tempus, quo illa adhuc rerum potiebatur, referri deberent.

ad Debeltum vsque (vernacula lingua *Zagoram* illic nuncupatam) agrorum partem eis tribuit *b*).

§. 79.

QVODAM die Antigonus patricius et Scholarum domeſticus, 62.
ſolenni menſae apparatu in regiis aedibus in propinquo regiae atrio, opiparoque inſtructo conuiuio (Κλητοριον vocant) patrem ſuum Bardam conuiuatorem ac epulonem facit. Caeſar [Bardas] vna ſecum ſenatus primates, affinesque ac neceſſarios aſſumens, praetereaque amicos Bulgaros, ex more tunc Conſtantinopoli morantes, ad conuiuium venit. Intererat epulis et Theophilus Baſilii *c*) herus —. Porro Bulgari ſemper iactandi faſtu inſolentes ac gloriabundi, cum ſecum Bulgarum haberent corporis viribus torisque praecellentem, primasque in lucta ſibi vindicantem, quem vix vllus vsquam hactenus lucta deieciſſet, haud ferendum putabant, vt ſibi de illo aliquid tribuerent, niſi ſupra modum arrogantes pene inſultarent. Compotatione itaque procedente, — ait Theophilus ad Caeſarem: Habeo, Domine, hominem in comitatu, qui, ſi iuſſeris, cum famoſo illo Bulgaro ſit luctaturus. Maximo enim probro Romanis cedet, nec vllus erit, qui illorum arrogantiam ferat, ſi iſte in Bulgariam a nullo ſuperatus redierit. Iubet Caeſar ita praeſtari —. Conſtantinus patricius, amicitiae nexu Baſilio coniunctiſſimus — videns ſubhumidum arenae ſolum, qua colluctaturi erant, veritusque, ne per eius lubricitatem Baſilius pede offenderet, ac laberetur, Caeſarem rogat, vt ſcobe lignorum locum conſpergi praecipiat. Factum eſt; conſertaque Baſilius lucta cum Bulgaro, citius prehendens, atque conſtringens, velut leuem exſuccumque foeni manipulum, aut ex lana vellus aridum ipſumque leue, haud magno molimine in menſam leuans, alliſit.

Eo

b) και δεδωκεν ἐρημην ὀυσαν τηνικαυτα την ἀπο της Σιδηρας [χωρας Zon.], ταυτης δη τοτε [πριν Zon.] ὁριον τυγχανουσης Ρωμαιων τε και ἀυτων, ἀχρι της Δεβελλον [Δεβελτου reliqui], ἡτις ὀυτω καλειται Ζαγορια [Conſt. Cont. Ζαγωρα. Zon. et Cedr. παρ᾽ ἀυτοις Ζαγορα.]

62. CONSTANTINVS PORPH. in Vita Baſilii Mac. p. 143. Cedren. T. II. p. 563. hic omnia vt Conſtantinus, ſed breuius paulo.

c) Macedonis nempe, qui poſt Michaelem rerum potitus eſt.

Imp. MICHAELE III.

a. C. 860.

Eo facinore, nemo praeſentium fuit, qui non Baſilio impenſus animo ſit, eumque admiratione laudauerit. Sed et ipſi Bulgari, ſubigendi illa facilitate atque robore in ſtuporem acti, conticuerunt.

§. 80.

a. C. 861. d)

63. [THRACIAE ac Macedoniae duces expeditioni Michaelis contra Saracenos ſuſceptae interfuerunt]. Nam et lex erat, vt, Bulgaricis rebus pace compoſitis, ipſi quoque Orientalibus bello ſocii accederent.

§. 81.

Imp. BASILIO *Maced.*

Imp. BASILIO *Macedone.*

a. C. 867. e)

64. η) BVLGARORVM gens etſi antea ad pietatem tranſiiſſe viſa fuerat, et Chriſtianorum ritus recepiſſe; adhuc tamen in bono inſtabilis ac quaſi volatica erat, velut folium, quod facile leui aura quatitur, atque mouetur. Crebris tamen imperatoris hortamentis, ſplendidisque acceptionibus ac cultu f), nec non magnificis largitionibus ac muneribus, archiepiſcopum accipere ſuadetur, nec plures in prouincia creari epiſcopos iisque conſtipari abnuit g). Horum opera, eorumque, quos ex montibus et cauernis terrae religioſiſſimos monachos imperator acciuerat, inque eam meſſem deſtinarat, auitis

η) CEDRENVS: [Baſilius] *Bulgarorum gentem, quae recens Chriſtianam pietatem amplexa erat, miſſis piis monachis et ſacerdotibus virtute inſignibus, in fide confirmauit.*

63. CONSTANTINI CONTINVATOR p. 113.

d) Ad hunc annum hanc Saracenorum expeditionem referunt alii.

64. CONSTANTINVS in Vita Baſ. Mac. p. 210. Cedren. T. II. p. 589.

e) Annus, quo imperio potitus eſt Baſilius.

f) και ταις λαμπραις δεξιωσεσιν.

g) και Επισκοποις καταπυκνωθηναι την χωραν ανεχεται.

de medijs, valere iussit, in Christi sacramento, quicquid Bulgaricae gentis eſt, concessit. h)

§. 82.

a. C. 870. h)

QVVM ſub Romanorum poteſtate eſſet Bulgaria, k) ad Blaſte- 65.
meri [Serblorum principis] vsque tempora pacem cum Bulgaris habuerunt Serbli l), vtpote vicini ac confines inter ſeſe amantes, ſeruientes Romanis imperatoribus et ab ipſis beneficiis ornati. Sed principatum tenente laudato Blaſtemero, arma contra Serblos mouit Bulgariae princeps PRESIAM m), ſubiicere ſibi ipſos cupiens; verum poſt trium annorum bellum non ſolum nihil effecit, ſed plurimos e ſuis amiſit.

§. 83.

Poſt mortem autem Blaſtemeri, regionem inter ſe partiti, principatum Serbliae exceperunt tres eius filii Muntimerus, Stroëmerus et Goinicus. Hos aggreſſus eſt Michael Boriſes n), Bulgariae princeps, ſtragem, quam pater Preſiam paſſus erat, vindicare cupiens; ſed eum bellantem adeo profligarunt Serbli, vt filium eius *Blaſtemerum* in vinculis abducerent, vna cum machinis grandibus duodecim. Tunc filii caſu permotus Boriſes, quamlibet inuitus, pacem cum Serblis fecit. In Bulgariam vero rediturus, et Serblorum in itinere inſidias timens, Muntimeri principis filios, Borena et Stephanum, viae duces petiit, qui et indemnem vsque ad Raſe deduxerunt, et ingentia ab eo munera beneficii huius nomine acceperunt, viciſſim donan-

h) και ὁλοκληρον τῳ Χριϛῳ ὑπεταγησαν.

65. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 100.

i) Vide *Seruica* §. 6. not. q.

k) Cfr. *Seruica* §. 4. 6.

l) Gens Slauica; *Seruos* et *Seruios* vocant alii.

m) Du Cange in Familiis Dalm. p. 311. Preſiamum hunc alterum fuiſſe putat Bogoris filium, quem pater, abdicato primogenito, regem conſtituerit.

n) De bellis, quae cum Chroatis geſſit vid. *infra* §. 108.

Imp. BASILIO *Maced.*

a. C. 870.

donantes, xeniorum vice, duo mancipia, duos falcones, duos canes et pelles nonaginta, quod Bulgari pactum eſſe dicunt o).

§. 84.

Paulo autem poſt tres fratres Serbliae principes contra ſe mutuo arma ſumſerunt, ſuperiorque factus vnus ipſorum, Muntimerus — captos duos in Bulgariam transmiſit —. Stroëmerus vero — in Bulgaria filium habebat Clonimerum, cui vxorem Bulgaram dedit Boriſes, ex qua Tzeeſthlabum in Bulgaria ſuſcepit p).

CAPVT VIII.

Res Bulgarorum ſub rege Symeone, vsque ad pacem cum impp. Conſtantino porphyrogenneta et Romano Lacapeno iunctam geſtae;

ab a. C. 888—928.

Imp. LEONE *Sap.* a. 3° imp.

§. 85.

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 888.

66. a) A duce — Macedoniae venit nuncius, SYMEONEM, Bulgariae principem, aduerſus Romaniam profectionem meditari. Can-

a) INCERTVS CONTINVATOR et GEORGIVS MONACHVS omnia vt Leo Grammat. SYMEON LOGOTHETA: *Imperii Leonis anno*

o) ὅπερ λεγουσιν οἱ Βουλγαροι ἀγας πακτον, i. e. tributum.

p) Locum integrum vid. in *Servicis* §. 7.

66. LEO. GR. p. 477, 478. Incert. Contin. in Leone Sap. p. 220—222. Georg. Monach. p. 551—553. Sym. Logoth. p. 462. Cedren. T. II. p. 595—597. Zonar. T. II. p. 176, 177. Conſt. de Adm. Imp. c. 40. p. 109. Id. de Them. p. 13. et de Adm. Imp. c. 51. p. 141, 142. cf. *Hungrica* §. 8. not. 4.

Cauſa vero, quae Symeonem mouit, haec erat. Zautzas, imperatoris pater [a]), ſeruum habuit eunuchum, nomine Muſicum. Hic Stauracio et Coſmae, praediuitibus mercatoribus Graecis, amicitia iunctus eſt: qui quidem turpi lucro intenti, auctoritate Muſici, quod erat in Vrbe [CPli], Bulgarorum commercium Theſſalonicam transtulerunt, et vectigalibus impoſitis peſſime Bulgaros exercuerunt [b]). His Symeoni a Bulgaris ſignificatis, eadem haec Symeon Leoni impera-

tertio — Symeon, Bulgarorum princeps, Romanae ditionis loca infeſtis ſignis inuadens, Turcorum aduerſa acie ſuperatus eſt. Eius captiui omnes ab imperatore redemti ſunt. CEDRENVS: *A. 3. Symeon Bulg. pr. foederis Romani confundendi cupidus, hanc arripuit anſam. Erat eunuchus Zautzae, nomine Muſicus, is ſocietate cum mercatoribus ac lucro intentis hominibus inita, rem cupiens facere* (βυλομενος κερδαινειν. Scyl. αὐτυς), *vſus ad hoc libertate, quae ei apud Zautzam erat, — transfert, mercatoresque iſtos ibi publicanos facit. Ii cum Bulgarorum mercatores vexarent, ab iisque iniqua exigerent vectigalia, Symeon — manifeſta: et cum victus in Zautzam fauore imperator, pro nugis hoc negotium haberet, neque vlla dignaretur cura, irritatus Symeon, alioquin occaſionem pacis rumpendae honeſtam quaerens —. Quibus — Procopium Crin. — addito etiam Curticio Arm. — In Macedonia — Curticio — occiſis. quos de exercitu Romano* (ἀπο της ἑταιρειας του βασιλεως) *cepit Symeon — remiſit. Hac clade et contumelia Leo — Nicetam patricium cognomento Sclerum — ad Turcos ſiue Vngros m., ab iisque petit, vt flumine traiecto Bulgariam pro virili infeſtent. Nicetas cum Turcis congreſſus, iis, vt arma in Bulgaros mouerent, perſuadet, obſidibusque acceptis ad i. r. Ille — Nicephorum Phocam patric., quem Andrea mortuo domeſt. ſcholarum fecerat —.* ZONARAS: *Cum Bulgari, pace facta, cum Romanis commercia haberent, et telonae iniqua ab eis vectigalia exigerent: id Symeoni, illorum principi, iamdudum occaſionem captanti, ſatis cauſae viſum ad bellum Romanis inferendum. Sed Rom. exercitus contra eum miſſus ſuccubuit, multis caeſis, ipſoque duce.*

a) ὁ Βασιλεοπατωρ. nouum dignitatis nomen, quo hic Zautzas primus a Leone Aug. donatus eſt.

b) κακως τυς Βυλγαρυς διοικυντες ἐν τῳ κυμερκιευειν. [Georg. Mon. κομμερκ.] Inc. Cont. κακως κυμερκευοντες τυς Βυλγ.

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 888.

peratori fecit manifeſta. Imperator a patre imperitoſo, Muſico animi affecto, praepeditus, cuncta nihilo magis aeſtimauit c).

§. 86.

Furens igitur Bulgarus aduerſus Romanos exercitum inſtruit. Quibus auditis, mittit imperator Crinitem, militiae magiſtrum, cum armis et variis proceribus aduerſus Bulgaros. Et frequentibus initis certaminibus per Romaniam d) vertuntur in fugam Romani, ipſo Crinite et Cortice Armenio e), caeterisque omnibus occiſis. Ex Chazaris qui auxiliares Leoni aduenerant f), comprehenſi, naribusque praeciſi, in contemtum Romanorum ad Vrbem a Symeone remiſſi ſunt.

Quos imperator conſpicatus, accenſus ira, ducem nomine Sclerum g) ad Danubii fluminis ripas cum celocibus miſit, munera Turcis oblaturum, et ad arma contra Symeonem excitaturum h). Profectus ille et auxilium nactus, cum Arpade et Cuſane i), Turcorum ducibus, foedere inito k), ad imperatorem rediit l). Ille rurſum Euſtathium patricium et claſſis drungarium mari, terra vero Nice-

interfecto, multis captis, quos Symeon, naſis praeciſis, Byzantium redire paſſus eſt. Ea foeditate irritatus imp. Turcos, Iſtrum accolentes, qui et Vngri vocantur, muneribus impulit, vt Bulgaros vlciſcerentur, et pro virili affligerent. Ipſe quoque terra marique arma inferre eisdem parat, ſumma rerum patricio Niceph. Phocae, quem domeſticum legionum (τῶν σχολῶν) *deſignauit, mandauit.*

c) *πάντα ὡς λῆρον ἤκουσεν.*

d) *ἐν Ρωμανίᾳ.* Inc. Contin. et Georg. Mon. cum reliquis *ἐν Μακεδονίᾳ.*

e) *τοῦ Ἀρμενη τοῦ Κορτικη.* G. M. Κουρτ. Inc. Cont. *ὁ Ἀρμένιος Κουρτίκης.*

f) *οἱ ἦσαν εἰς τὴν ἐπικουρίαν τοῦ Λέοντος.*

g) Inc. Cont. et Georg. Mon. Νικήταν τὸν ὀνομαζόμενον Σκλ.

h) Quae hic ſequuntur apud Incert. Cont. et Cedrenum ſunt eadem.

i) *Κουσάνη.* G. M. *Κουρσάνη.*

k) *συνθεμένων πολεμῆσαι* (repone e G. M. *πολεμῆσαι*).

l) *Λαβὼν* (e G. M. *ὑψώσας*) *ἦλθε* &c.

a. C. 888.

Nicephorum patricium et Phocam et legionum domeſticum m) delegat, qui Bulgariam vsque penetrauerunt.

§. 87.

a. C. 889.

β) Pacis poſtmodum cupidus imperator, Conſtantinacem quaeſtorem de pace cum Symeone conſulturum miſit. Symeon arma bellumque terra et mari in ſe mota conſpiciens, quaeſtorem, quaſi doloſe agentem, ſub cuſtodia incluſit.

Symeone vero cum [Nicephori] Phocae copiis occupato, Turci, traiecto Danubio n), totam Bulgariam captiuam fecere. His auditis Symeon mouet aduerſus Turcos. Illi in contrariam ripam tranſeuntes o) cum Bulgaris certamen ineunt, ipſeque Symeon in fugam

β) GEORG. MON. omnia vt Leo Gr. INCERT. CONTIN. et CEDRENVS: *Ad Bulgariam vsque copiae venerunt, cum imperator Conſt. — Symeon comprehenſum legatum, quaſi doloſe a. ſ. c. i. Duis itaque Symeon Nicephori copiis aciem opponit — rependerent.* SYMEON LOGOTHETA: *Eius* [haec iis, quae ad §. 85. attuli immediate ſubiunguntur] *captiui omnes ab imperatore redemti ſunt.* ZONARAS: *Verum ante bellum Quaeſtorem de pace legatum ad Symeonem mittit, quem barbarus — includit, et Phocae reſiſtit. Quo bello dum occupatur, Vngari eius ditionem populantur. Quare Phoca omiſſo, contra illos proficiſcitur, et acie congreſſus ſuperatus, multis Bulgaris interfectis, pluribus captis, Symeon ipſe vix Doroſtolum, quae Driſtra eſt, confugit. Captiuos Bulgaros imperator ab Vngaris emit.* CONSTANTINVS: *Leone imperatore accerſiti* [Turci] *traiecerunt, bellumque Symeoni inferentes, victores fugatoque Perſthlabum vsque peruenerunt; et eum in vrbe Mundraga eum incluſiſſent, domum redierunt, quo tempore Liuntina, Arpadae filium, principem habebant.*

m) Νικηφορον δε Πατρικιον τον Φωκαν και Δομεστικον μετα των θεματων — *Nicephorum Phocam, patricium et domeſticum.*

n) Gr. tantum περασαντες. Incert. Contin. plane omittit: οι Τουρκοι καταδραμοντες πασαν την Βουλγαρικην ηχμαλωτευσαν γην.

o) αντιπεραιωθεντες.

gam vertitur, vix Diſtrae receptus incolumis. Turci autem petierunt ab imperatore, vt captiuos Bulgaros emeret: quod et fecit, miſſis ex vrbe ciuibus, qui pretium rependerent.

§. 88.

γ) Symeon Euſtathii drungarii ope de pace ſermonem propoſuit, cui ſe facilem praebuit imperator; eidemque componendae Leonem Choeroſphactum deſtinauit. ‘Nicephorus [Phocas] cum exercitu redire in animum induxit p), et Euſtathius drungarius pariter. Leonem vero neque ad colloquium admittere dignatus eſt Symeon; imo ſub cuſtodia tenuit.

Expeditione deinde aduerſus Turcos parata, illisque a Romanis auxilium et praeſidium non habentibus, ‘imo belli apparatu et armorum prouiſione deſtitutis q)’, cunctos inflatis animis iugulauit Symeon, et reuerſus, cum Leonem [Choeroſphactum] in Muldagra reperiſſet, dixit ad eum: nusquam pacem componam, niſi captiuos omnes recepero. Imperator reſtituere propoſuit, venitque cum Leone [Choeroſphacto] Theodorus Bulgarus, Symeonis domeſticus, qui eos recepit.

§. 89.

γ) INCERT. CONTIN. et GEORG. MON. omnia fere vt Leo Gr. CEDRENVS: *Symeon fractus* —. *Nicephorum Phocam — et drungarium cum copiis domum redire iubet. — parato, cum ob ſubitam inſperatamque rem auxilia eis mittere imperator non poſſet, in fugam eos pellit, eorumque regionem omnem depraedatur. Eam ob victoriam ferociens ad imp. ſcribit — recepit.* ZONARAS: *Symeon legatos de pace miſit, cuius verbis Leo fide habita Choeroſphacten — deſtinauit. Sed barbarus, eo detento et vincto, Turcos inuaſit, iisque in fugam verſis, et agris eorum vaſtatis, Leoni ſcripſit — recepero. quos cum recepiſſet, tamen pacem non fecit.* SYMEON LOGOTHETA: *Tum rurſus ille Turcos acie fudit, oblataque petitione, recipit captiuos et pacem facit.*

q) ἀλλ᾽ ἀπρονοητων ἐαθεντων omittit haec Inc Contin.

p) ἐδεξατο Νικηφορος ὑποστρεψαι. Inc. Cont. ὑποστρεψαι ἐκελευθησαν.

§. 89.

a. C. 904. r)

δ) EXINDE Nicephoro Phoca morte ſublato, Symeon abrumpendae pacis quaerebat occaſiones, et, aliis captiuis expetitis, aduerſus Romanos mouit. Leo vero imperator Leonem Catacalum, ad Rabdum aedes ſuas habentem, ſcholarum domeſticum creat, et vna cum eo Theodoſium patricium et protoueſtiarium mittit, qui ſimul iuncti omnes legiones et copias iubent traiicere: pugnaque cum Symeone ad Bulgarophygum s) inita, fuga omnium facta eſt horrenda, omnesque deleti ſunt: inter quos patricius Theodoſius, cuius cauſa non modice doluit imperator.

§. 90.

POSTQVAM autem iterum cum Romanorum imperatore pacem Symeon feciſſet, et opportunitatem nactus eſſet, ad Patzinacitas legatos

δ) GEORG. MONACH. omnia vt Leo Gr. INCERTVS CONTINVATOR: *Catacalonem, creatum domeſticum, aduerſus Symeonem mittit, cui etiam Theodoſium P. et P. adiunxit, cunctisque Aſiae cohortibus ac ordinibus traductis, collatis ſignis — Theodoſius.* CEDRENVS: *Imperator Symeonem, quod is pacem abnueret, prorſus debellandum delendumque ratus, euocatis orientalibus — adornatis etiam occidentalibus, aliaque multitudine haud exigua, eos contra Bulgaros mittit, duce Catac. —.* ZONARAS: *Igitur* [v. ad §. 88. allata] *imperator contractis in vnum omnibus et orient. et occid. legionibus contra Bulgaros vſus eſt: quae tamen cum Symeone congreſſae ſuccubuerunt.* CONSTANTINVS: [Melias, Armenii Asoti Armeniorum lingua dicti famulus, cum domino ſuo] *expeditionem fecit infelici illo proelio, nimirum Bulgarico. Quum itaque in praedicto proelio, quod cum impiiſſimo illo Symeone Bulgaro commiſſum fuerat, profligatus eſſet Armenius (erat enim praefectus imperatorii agminis, quod excubitorum dicitur) in quo etiam Theodoſius protoueſtiarius deſideratus, neque vltra viſus eſt: Melias ad Armenios ſe contulit.* SYMEON LOGOTHETA: *Nec multo poſt, euerſo rurſus pacis foedere, commiſſum proelium ad Bulgarophygum, locum ſic dictum; fuſo vniuerſo exercitu — Theodorus protoueſtiarius.*

r) a. M. 6412. quo, ſecundum Io. Cameniatam de Excid. Theſſalon. p. 336. Theſſalonica a Saracenis capta eſt [quod Caluiſius ad a. C. 892. alii ad a. C. 902. referunt]. Incertus Contin. [Scriptt. p. Theophanem p. 225, 226.] haec habet, *Cum vero Bulgari incurſionibus rem Rom. attererent, Agareni* [claſſem miſerunt Theſſalonicam, &c.].

s) Βȣλγαρόφυγον. ſolus Cedr. Βȣλγαρόφυτον.

Imp. LEONE *Sap.*

a. C. 889—911.

gatos miſit, et foedus cum iis iniit ad oppugnandos delendosque Turcos. Cunque ad bellicam expeditionem abiiſſent Turci, contra eos Patzinacitae cum Symeone profecti, familias ipſorum omnino perdiderunt, hinc miſere pulſis, qui ad regionis iſtius cuſtodiam relicti erant. Itaque reuerſi Turci regionem ſuam deſertam vaſtatamque inuenientes, in ea terra, quam ad hodiernum usque diem incolunt, ſedes poſuerunt. — t)

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ALEXANDRO.

§. 91.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ALEXANDRO.

a. C. 91$\frac{1}{2}$.

68. u) SYMEON, Bulgariae princeps, miſſis ad Alexandrum legatis, de pace ſignificat; illi ſe ſtudere, et vt ſe ille demereatur ac colat, velut Leone imperatore. Alexander dementia ac inſipientia actus, legatos contumelioſe dimittit, minisque adhibitis, quibus incuſſurum ſe Symeoni terrorem exiſtimauerit. Soluta ergo paca Symeon arma mouere aduerſus Chriſtianos cogitabat v).

Imp. CONSTANTINO *Porph.* cum *Zoë matre*

§. 92.

Imp. CONSTANTINO *Porph.* cum *Zoë matre.*

a. C. 913. x)

69. ζ) MENSE — Auguſto Symeon, Bulgariae princeps, aduerſus Romanos comparato exercitu, cum multitudine graui Conſtantinopolin

s) SYMEON LOGOTHETA, GEORG. MONACHVS, CEDRENVS omnia vt Incert. Continuator. LEO GRAMMATICVS: *Symeon Bulg. princeps, miſſis ad Alex. nunciis, de pace tractatum habuit. Symeon arma—parabat.*

ζ) SYMEON LOGOTHETA: *Aug. m.—ductoque vallo a mari ad mare, fore vt Vrbis potiretur, plurimum confidebat—reuerſus eſt. Tutoribus—excip. Symeon liberique donis innumeris maximisque*

67. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 40. p. 109. qui haec iis, quae ad §. 87. ex eodem attuli, ſubnectit.

t) cf. *Vngrica* §. 9.

68. INCERTVS CONTINVATOR in Alexandro p. 234. Sym. Logoth. p. 472. Georg. Monach. p. 564. Cedren. T. II. p. 608. Leo Gram. p. 488.

v) *κινησαι ἐβουλευετο.* G. M. —*παρεσκευαζετο.* S. L. *κινησαι.*

69. LEO GRAMMATICVS p. 490. Sym. Logoth. p. 474, 475. Zonar. T. II. p. 184. Cedr. T. II. p. 611. Incert. Contin. p. 238. Georg. Monach. p. 566, 567.

x) Hoc anno Zoë mater Conſtantini in aulam recepta eſt. ad quem etiam haec Bulgarorum irruptio, licet adhuc ante Zoes reſtitutionem, referenda eſſe videtur.

Imp. CONSTANTINO *Porph.* cum *matre Zoë.*

a. C. 913.

paſſu appulit, et vallo a Blachernis ad portam Chryſeam vocatam circumducto, vrbem obſedit; aliisque ſpei ſuae in ſublime elatus, ſubacturum omnino nullo labore promittebat. Probatis autem in aduerſum moenium munimentis, vrbisque ex populi copia et machinis ſecuritate ac praeſidio conſpecto, ſpe deceptus, in locum Hebdomum dictum, pacis oblaturus foedera, reuerſus eſt.

Procuratoribus pacem oblatam libenter excipientibus, Symeon Theodorum magiſtrum de illa tractaturum miſit. Nicolaus autem patriarcha, Stephanus et Ioannes magiſter, imperatore ſecum ducto, Blachernas vsque profecti, filios Symeonis geminos induxerunt in vrbem, qui in palatiis vna cum imperatore conuiuati ſunt. Nicolao vero patriarchae, ad Symeonem accedenti y), ipſe Symeon caput inflexit. Patriarcha igitur, ſuper eum orationem fuſurus, ſtemmatis vice proprium capitis tegumentum eius impoſuit capiti. Donis itaque

liberaliter excepti, in regionem ſuam redierunt. ZONARAS: *Symeon Bulgarus, opinatus, ſe, quod nullus eſſet imperator, vrbis regiae facile potiturum, Byzantium cum maximis copiis aggreditur, et extra muros caſtris locatis, expugnationem meditatur. Sed quum firmitatem moenium vidiſſet—veluti vertigine oborta—reuerſus eſt. Patriarcha igitur et caeteri tutores, imperatorem ſecum in Blacherniam regiam adduxerunt, quo et Symeon venit, obſidibus datis et acceptis, et a patriarcha, ſubmiſſo capite fauſta comprecatione accepta, cum imp. cibum cepit. Sed quum ei pacis conditiones diſplicerent, diſceſſit ſine pactionibus; muneribus et ipſe et liberi eius donati.* CEDRENVS: *Symeon Bulg. pr.—reuerſus eſt.—miſit. Multis vltro citroque commutatis verbis, patriarcha cum reliquis tutoribus deducunt imperatorem—accepta* [vt Zonaras], *capiti, vt ferunt, Symeonis imponente* [addit Scylitz. αντι ϛεφανε] *ſuum epirrhipterium. Poſt conuiuium pacis conditionibus compoſitis* [συμβαντων γενομενων περι της ειρηνης. Scylitz. ἀσυμβατων δε γ.] *Symeon eiusque liberi donati domum abierunt.* INCERT. CONTINVATOR et GEORG. MONACHVS vt Leo Gr. omnia

y) ἦλθε προς Συμεων. Incert. Cont. et Georg. Mon. ἐξῆλθε π. Σ.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 913.

itaque immenſis et quam maximis excepti Symeon et eius filii in patriam reuerſi ſunt, ad inuicem diſcordes ob praefatae pacis conditiones z).

§. 93.

a. C. 915. a)

70. η) SYMEONE Bulgarorum principe Thraciam iterum deuaſtante, Auguſta et imperii proceres de eius iactantia reprimenda et placanda erant ſolliciti. His cognitis Ioannes Bagas expetiit patriarchae b) dignitatem c), et, ſi poſtulata conſequeretur, Patzinacas adducturum ſe, pollicebatur, delatisque ſecum muneribus in Patzinacam regionem profectus eſt. Obſidibus inde abductis, cum illis in Vrbem appulit, Patzinacis traiicere iam pollicitis, et Symeonem debellare.

§. 94.

Indict. 3. θ) Septembri menſe, indictionis tertiae, Pancrutucas d) Armenius Adrianopolin Symeoni prodidit. Haud diu poſt Baſilius patricius et Canicles, et Nicetas protoſpatharius Helladicus cum donis

η) SYMEON LOGOTHETA: *Symeone — Thr. deuaſtante, rogauit I. Bogas, vt patricii auctus dignitate — debellare.* INCERTVS CONTINVAVOR, GEORGIVS MONACHVS, CEDRENVS: *Symeone — (iterum*, omittit Cedr.*) — Bogas* (Georg. M. *Bosgas*) *— Patricii — debellare.*

θ) CEDRENVS: *Adrianopolin Symeoni per complures dies fruſtra oppugnanti Pancratucas quidam A. cui inter alios vrbis eius cuſtodia fuerat commiſſa, auro corruptus pr. — Nic. Heladicus, eam auro ac pecunia recuperarunt.* ZONARAS: *Bulgarus Symeon Thraciam incurſionibus populatus, vallo excitato ſe Adrianop. ex-*

z) ἀσυμφώνοι ἐπὶ τῃ εἰρημενῃ εἰρηνῃ διαλυθεντες.

70. LEO GR. p. 491. Incert. Contin. p. 239. Sym. Logoth. p. 475. Georg. Monach. p. 567, 568. Cedren. T. II. p. 612. Zonar. T. II. p. 185.

a) Hunc annum infra memorata indict. 3. requirit.

b) E reliquis reſcrib. *patricii.*

c) Verte: — *dignitatem, Patzinacas add. pollicitus. voti compos effectus, delatis —.* gr. enim habent αἰτησεως τυχων — ἀγαγει.

d) Reliqui, *Pancratucas.*

Imp. CONSTANTINO Porph.

a. C. 915.

nis multis ad Symeonem miſſi ſunt, qui vrbem iterum in ſuam poteſtatem receperunt.

§. 95

a. C. 917.

(ı IMPERATRIX vero Zoë, cognita Symeonis ſuperbia, et eiusdem odiis aduerſum Chriſtianos non ignotis, habito cum optimatibus conſilio, foedus et pacem cum Agarenis componendam ſtatuit, totumque Orientis exercitum ad debellandum et delendum Symeonem traducendum. Miſſus eſt autem in Syriam ad foedus ineundum Ioannes patricius Radenus; Michael vero Toxaras in Thraciam traiecit, magiſtro Leone Phoca domeſtici munus obeunte. Edu- 71. Indict. 5.

Eeee 2

pugnaturum confidebat. Quo conatu cum ſe fruſtrari videret, alia via rem aggreditur, et quibusdam praeſidiariis pecunia corruptis, vrbem proditam vaſtabat, quam imperatricis ſtudium Rom. imperio recuperauit. INC. CONT., SYM. LOG., [qui Baſilii patricii tantum meminit] et GEORG. MON. omnia vt Leo Gr.

ı) INCERTVS CONT.: *Imperatrix — Ioannes Rhodinus patr. et Mich. T. qui paciſcerentur. Quo peracto, conſueta erogatione donato milite aſſumtis cohortibus ac legionibus* (θεμασι) *in Thr. transmiſere, Magiſtro L. — obeunte, viro ſcilicet maioribus animis, quam imperatoria ſolertia praedito. Eductis — conſiliarius.* SYM. LOGOTH., [qui tamen *a Conſtantino — proſtrati*, omittit] et GEORG. MON. eadem omnia. CEDRENVS: *Zöe continentes Symeonis incurſiones non ferens, eumque reprimere cupiens, habito — ſtatuit, orientalesque deinde omnes exercitus in occidentem transportare; hisque cum occident. copiis coniunctis, bellum in Bulgaros mouere eosque exſcindere. Proinde in Syriam miſſi — pactum cum Sarac. icerunt. Auguſta Saracenorum iam ſecura, militibus rogas (ſic vocatur pecuniae diſtributio) dari, Leonemque Phocam magiſtrum ac ſcholarum domeſt. exercitus in Bulgaros ducere iubet. Omnibus in vnum conductis exercitibus ac cohortibus ad Diabaſin (locus id nomen a tranſitu habet, eſtque pla-*

71. LEO GR. p. 491, 492. Inc. Cont. p. 240, 241. Sym. Log. p. 476, 477. Georg. Mon. p. 568 — 570 Cedr. T. II. p. 612 — 614. Zonar. T. II. p. 185, 186.

Imp. CONSTANTINO Porph.

a. C. 917.

Eductis autem venerabilibus et viuificis lignis a Conſtantino palatii ſacerdote primario e), Cephala dicto, et a Conſtantino e Malelia Thracica f) cuncti in terram proſtrati, data iuramenti fide, ſe pro inuicem commorituros, cum vniuerſis copiis in Bulgaros irruperunt. Praeerant autem excubiti turmae Ioannes Grapſon, Icanati, Marulis filius: Romanus autem Argyrus, et Leo eius frater, et Bardas Phocas, quibus aderat Melias g) cum Armeniis et aliorum thematum praefecti totum exercitum ducebant. Vna cum aliis Conſtantinus etiam patricius Libs Leoni domeſticus iunctus erat, et datus negotiorum omnium conſiliarius.

§. 96.

x) Menſis itaque Auguſti die viceſimo, indictione quinta h), ad Acheloum fluuium Bulgaros inter et Romanos bellum commiſſum

nities ampla et recipiendo exercitui ſufficiens) palatii primarius ſacerdos — lignis, omnes in genua procumbere iuſſit, et iurare, ſe — irruperunt. — Grapſon, vir bellicoſus, probataeque in multis proeliis virtutis. Cohortem Icanatorum dictam Olbianus Maula, vir inſignis. Romanus — Phoc. aliis praeerant cohortibus — conſiliarius. ZONARAS: *Zoë cum crebras Symeonis in Thraciam excurſiones non ferret, pace cum Iſmaelitis acta, et legionibus tam Orient. quam Occid. conuocatis, magiſtro Leoni Ph. domeſtico bellum in Symeonem mandat.*

x) INCERT. CONT., SYM. LOGOTH., GEORG. MONACH.: *Menſis — ſuppetias laturus miſſus eſt. Ioannes item Bogas, vti dictum eſt, qui Patzinacas adduceret. Cumque Romanus, drungarius, in mandatis acceperat, vt eos aduerſum Bulgaros, auxilio futu-*

e) τȣ Πρωτοπαπα τȣ παλατιȣ.

f) τȣ Κωνϛ. της Μαλελιας (Inc, Cont. τȣ Βαλελ. G. M. τȣ Μαλελ.) ἐν τῃ Θρακῃ

Huius belli mominit etiam [quem Du Cange in Nott. ad Zonar p. 99. allegat] Luitprandus L. III. c. 7. his verbis. *Denique tempore, quo magnus imp. Leo migrauit ad Chriſtum, Focas Domeſticus terreſtris exercitus dux contra Symeonem Bulg. principem copias duxerat, eique CP. venire cupienti non inutiliter repugnabat.*

g) Cf. ſupra ad §. 89. e Conſtant. Porph.

h) a. C. 917.

ſum eſt, et, vt ſe habent Dei iudicia, quae omnino ſunt imperſcrutabilia, et imperueſtigata, Romanorum copiae omnes in fugam vertuntur. Facta eſt, inquam, fuga et vlulatus horrore plenus, aliis alios conculcantibus, plurimis etiam ab hoſtibus interfectis, eaque ſtrages hominum edita, qualis a ſaeculo nusquam audita eſt. Leo domeſticus in Meſembriam fugiens ſalutem nactus eſt: Conſtantinus autem Libs et Ioannes Grapſon et procerum alii quamplurimi interfecti ſunt.

rus Leoni Phocae, traiiceret. Romano vero — reliqua vt Leo Gr. omnia. CEDRENVS: *Sexto Auguſti die* (in marg. e Scylitze ſuppletur: *indict.* 5.) *pugna inter Romanos et Bulgaros commiſſa eſt ad caſtellum Acheloum, pulſique et magna caede proſtrati ſunt Bulgari. Ibi cum domeſticus (ſcholarum), plurimo ſudore madens, animoque deficiens, ad quendam fontem ex equo deſcendiſſet, vt ſudorem elueret, ac ſe recrearet; equus forte abrupto vinculo ſe proripit, ac ſeſſoris vacuus per exercitum discurrit. quem vt agnouere milites, occubuiſſe domeſticum rati, metu animis conſternatis, ab inſecutione hoſtium deſtiterunt, quidam etiam retro ſeſe auerterunt. Quod ex ſublimi cernens Symeon, neque enim effuſe et diſſipatis ordinibus fugam faciebat, ſuos Romanis immiſit. Romani iam ante animos deiecti et pauentes, hoſtem ſubito irruere videntes, ſtatim terga dederunt. fuga ea periculoſiſſima fuit, aliis — interfectis. Leo — interf. Miſſus fuerat Romanus Lacapenus patricius — laturus, et a. Boga adductos ad opem ferendam Romanis Patzinacas traiicere. Ei cum Boga incidit contentio — redierunt, ad irritumque eorum reciderunt ſuppetiae. Sunt, qui aliam Romanis fugae cladisque cauſam fuiſſe dicant. Etenim cum Symeonem Phocas pulſum perſequeretur, ſubito ad eum fuiſſe allatum nuncium, Drungarium rei naualis omni claſſe abire animo occupandi imperii. quo nuncio attonitum eum, vt qui ſummam rerum ſibi depoſceret, omiſſa inſectatione hoſtium, in caſtra veri diſcendi cauſa rediiſſe: diditum ex eo rumorem; fugiſſe domeſticum, ideoque milites fortitudinis oblitos fugam feciſſe. Symeonem, qui opportuno loco ſtans exitum certaminis opperiebatur, hoc animaduerſo, effuſe in Romanos irruiſſe, itaque victoriam, iis pulſis caeſisque, reparaſſe. Siue hoc, ſiue illo modo res geſta ſit, Romani certe ea, de qua dictum eſt, affecti ſunt clade. Cumque ſuperſtites ei in vrbem rediiſſent, Romani et Bogae agitata eſt controuerſia* — ZONARAS: *Qui* [Pho-

Imp. CON-
STANTINO
Porph.

a. C. 917.

Eodem tempore Romanus, patricius et naualis drungarius, cum omni claſſe ad Danubium fluuium, Leoni Phocae ſuppetias laturus, miſſus eſt. Romano vero et Ioanne Bardae i) filio in contentiones et verborum pugnas lapſis, Patzinaci, ab inuicem diuiſos et inter ſe diſceptantes conſpicati, ad propria redierunt: bellumque eiusmodi finem conſecutum eſt.

§. 97.

Romano vero et Baga k) in Vrbem reuerſis, de eorum diſſidio quaeſtio mota eſt: et in illud periculi drungarium Romanum addu-

cas. vid. ad §. 95. allata] *pugna commiſſa, Bulgaros inſigni victoria ſuperat, multis eorum caeſis. Sed prae defatigatione et ſudore* — [reliqua vt Cedr.] *pugna et perſecutione hoſtium deſtiterunt. — Symeon, ſuos cohortatus contra Romanos ducit, ſubitoque in perturbatos in preſſione facta — nactus eſt, multis ducibus etiam et tribunis interfectis. Ioannes autem Bogas miſſus eſt, vt Patzinacas ad belli Bulgarici ſocietatem adduceret, Romanus vero Lacap. — redierunt. Quidam igitur haec ita narrant, et negata ſociorum auxilia Rom. cladis fuiſſe cauſam tradunt, alii aliter. Namque cum Phocas barbaros profligatos* — [vt Cedr.] *rediiſſe, et ſic, Martis alea mutata, fugiſſe Romanos, domeſtici in caſtra reuerſionem fugam interpretatos,*

i) Ιωαννȣ τȣ Βαρδα. ſupra (§. 93.) et hic reliqui omnes, *Ioannes Bogas.*

k) Paulo ſuperius, *Ioannes Bardas F.* vocabatur. Ad verba Zonarae l. c. *alii aliter* Du Cange in Nott. „ Atque, inquit, in iis Luitprandus, eiusce aeui Scriptor, L. III. c. 8. *Cum Bulgaris praeterea pugnanti Focae domeſtico, qui et ipſe Pater Baſileos ardenter fieri cupiebat, in ipſo bello iam de hoſtibus triumphum tenenti, quid a Romano actum ſit, nunciatur. Qui mox animo conſternatus, nimio dolore compulſus victoriae ſignum, quo hoſtes inſequebatur, proiecit, terga vertit, et quos prius aduerſo Marte fugerant, proſpero poſtmodum inſequuntur: tantaque tunc Argiuorum ſtrages efficitur, vt longo poſt tempore campus plenus oſſibus videretur. Omni denique cum feſtinatione iam nominatus Focas Domeſt. CP. redit, palatium ingredi cupit — ſed — a Romano Domeſticus iſte capitur, atque vtroque lumine priuatur. Bulgaris non minima vis augetur, iisque Graecos depopulandi viciſſitudo dupla rependitur.*

adduxerunt, vt aduerſam priuationis oculorum ſententiam in eum tulerint, quaſi eius incuria, magis autem animi prauitate, non traieciſſent Patzinaci, ac licet fuga non fuiſſent vſi, ſenſim tamen ſubduxiſſent ſe, quod nauigiis eos non recepiſſet. Mulctam vero fuiſſet paſſus, niſi a Conſtantino Congyle et Stephano magiſtro, plurima apud Auguſtam auctoritate pollentibus, in contrarium verſa eſſet ſententia.

§. 98.

λ) Bulgaris, tunc victoria elatis et ad Vrbem vsque copias educentibus obuiam proceſſit ſcholarum domeſticus Leo, et Ioannes hetaeriarcha et Ducis filius Nicolaus ad eam Thraciae regionem, cui nomen Cataſyrtas, vna cum copioſo exercitu aduerſus Bulgaros inſtructo. Nocte autem ex inopinato irruentibus in eos Bulgaris, domeſtico fugam capiente, Nicolaus, Ducis filius, et cum eo alii plurimi interfecti ſunt.

§. 99.

Bulgaros vero ex fuga conuerſos illorum terga cecidiſſe. Lacapeno et Boga a clade reuerſis — vt qui acceptae cladis auctor, ſiue de induſtria, ſiue per negligentiam, exſtitiſſet. Sed ab illo ſuffragio per quosdam apud imperatricem gratiſſimos eſt ereptus.

λ) SYM. LOGOTH.: *Bulgaris ad vrbem — Nicolaus ad Cataſyrtas — Bulgaris, omnes penitus interierunt.* INC. CONT. et GEORG. MON. omnia vt Leo Gr. CEDRENVS: *Symeon autem victoria el. — Nicol. Conſtantini Ducae F. milites, quos in promtu habebant, aduerſus eum educunt: et apud Cataſ. (loci hoc eſt nomen) in cohortem quandam Bulgarorum incidentes, praedatum egreſſam, eam adoriuntur, nulloque negotio profligant: mox recentem aliam ingruentem fortiter ſubſiſtentes, pugnam acrem ac diu durantem obeunt, Bulgarosque fundunt. Cecidit ea in pugna Nicol. Ducae F. heroice pugnans, qui et cauſam vincendi Romanis praebuit. hic tum rerum bellicarum ſtatus erat.* ZONARAS: *At Bulgarus Symeon, victoria elatus, imperat — vrbem aggreditur* (ἐπιγεὶ κατα —), *cui legionum domeſticus Phocas eſt oppoſitus, commiſſaque in Cataſyrtis pugna, barbari ſuccubuerunt.*

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacapeno.*

§ 99.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacapeno.*

a. C. 920 — 922. *l*)

72. *μ*) BVLGARIS ad Catasyrtas vsque poſt Adraletae *m*) domeſtici mortem excurrentibus, Pothus, Argyri filius, Scholarum domeſticus creatus eſt. Hic ad Thermopolim copiis eductis, Michaelem, Moroleontis filium, vices ſuas obeuntem, Bulgarorum motus exploraturum miſit. Ille de improuiſo agmini eorum factus obuiam, plurimos quidem occidit, vulneribus autem acceptis, in vrbe poſtmodum vitam finiuit.

§. 100.

a. C. 922. *n*)

73. *ν*) SYMEON aduerſus Romanos exercitum rurſus educit, militesque emiſſos contra Vrbem quantocius tendere imperauit. Illi, per montes progreſſi, Maglaba peruenerunt. Eorum aduentu ab imperatore Romano cognito, ne Pegarum palatia, per Stenum diffuſi incenderent, Ioan-

μ) INCERT. CONTIN., SYM. LOGOTH., GEORG. MON., omnia vt Leo Gr. CEDRENVS: — *Michaelem cohortis praefectum, patricii Morol. F. ſpeculatum emittit, qui improuiſo in barbaricas delapſus inſidias, cum fugae locus non eſſet, vim parat, multisque Bulgaris deiectis ac pulſis* —.

ν) INCERT. CONTIN. et GEORG. MONACHVS: — *educit; emiſſaque Bulgarorum manu cum Chagano* (G. M. *Caucano*) *et Menico aliisque, contra* — *Manglaba* —. *In campeſtribus itaque ac depreſſioribus Pegarum locis inſtructa acie, Bulgarisque* — *conſuluerunt.*

72. LEO. GR. p. 497. Incert. Contin. p. 247. Sym. Logoth. p. 481. Georg. Monach. p. 575. Cedren. T. II. p. 620.

l) Indictionis 8. meminit Cedrenus p. 619. 10mae vero p. 621. Leo Gr. p. 497. habet ind. 8. 9. 19. f. 9.

m) Inc. Contin. et Sym. L. Ἀδραλεςον, Georg. Mon. Ἀδεαλαςον vocant.

73. LEO. GR. p. 497, 498. Incert. Cont. p. 248, 249. Sym. Log. p. 481. 482. Georg. Mon. p. 576. Cedr. T. II. p. 620, 621. Zonar. T. II. p. 188.

n) Indictionem 10 habet Leo. Gr. p. 498.

Ioannem rectorem vna cum Leone et Potho, dictis Argyris, ex regiis foederatis et gregariis militibus o) copias ſecum habentibus miſit, quibus inſuper adiunctus eſt Alexius patricius, et Muzelaeus p), claſſis drungarius, cum nauali acie. Erat porro tunc ieiuniorum hebdomas quinta.

Iſtis exercitum per turmas componentibus, Bulgarisque e ſuperiore editioreque parte armata manu apparentibus, et incompoſita tremendaque vociferatione viſis, derepente Ioannes rector fugam arripit, Fauſtinusque q) Platypodis F., pro eo decertans, cum aliis plurimis interfectus eſt. Vix itaque periculo ereptus, celocem ingreſſus eſt. Fuga quoque ſubduxit ſe Alexius, armis omnibus munitus, et Alexius Muzelaeus drungarius. Qui cum ad celocis ſcalam commode conſcendere nequiret, in mare cum protomandatore r) praecipitatus, profundo ſubmerſus eſt. Argyri vero ad Caſtellum fuga

Nauales ac reliquae omnes copiae partim, hoſtium manus effugere ſtudentes, in mari exſtinctae ſunt, partim ferro perierunt, partim captae a Bulgaris ſunt. Demum Bulgari — ſuccenderunt. CEDRENVS: *Symeôn iterum magnum contra Romanos emittit exercitum, duce Chagano, vno ſuorum procerum, et Minico, equiſonum principe; mandatque — metuens* (Romanus) *ne ii pulcherrima vrbi propinquorum locorum palatia et aedificia incend. — Alexius patricius et drung. rei naualis, et Moſeles* (ὁ Μωσηλε) *cum ſuis. — quinta, exercitu in planitie Peg. inſtructa ſubſtiterunt. Ibi Bulgaris ſe ſubito prodentibus — Alexius drungarius — ſubmerſus eſt. Reliqua multitudo partim —* [vt Auct. Incert.] —. SYMEON LOGOTH.: *Rurſus Bulgarorum ad Manglaba vsque excurſio. Romanus, re comperta, Ioannem — decertans interfectus eſt. Alii partim gladio interemti, partim mari ſubmerſi perierunt: reliqui captiui abducti ſunt. Argyri —.* ZONARAS: *Cum Symeon exercitum contra vrbem miſiſſet; Romanus quoque milites illi oppoſuit, ne ſuburbanae amoenitates ab hoſte vaſtarentur. Quos cum Bulgari aggreſſi eſſent, multi etiam ex principibus ce-*

o) ἐκ τε των βασιλικων, και των της ἑταιρειας, και των ταγματικων.

p) ὁ Μυσελε.

q) Φωτεινος. ita et reliqui.

r) Addunt reliqui. *ſuo.*

Impp. CONSTANTINO *Porph.* ROMANO *Lacap.*

a. C. 922.

fuga ſibi conſuluerunt. Bulgari, nullum reperientes obuium, Pegarum palatia Stenique ſpatium omne igne immiſſo ſuccenderunt [s].

§. 101.

a. C. 922.

74 [o]) IVNIO poſtmodum menſe [t]) Bulgaris iterato bellum inferentibus, et ad Sanctae Theodorae palatia penetrantibus, et eadem igne depopulatis, Romanus imperator, copiarum ducibus conuocatis [v]), Sactice dicto ei adhaerente, ſumtis animis milites hortabatur in hoſtes irrumpere, et pro patria proeliari commonebat. Illi pro Chriſtianis ſe mori paratos polliciti ſunt. Poſtera igitur luce praefatus Sactices armatus fidem a ſe datam veram et conſtantem demonſtrauit. Bulgaros quippe retro aggreſſus, et in eorum caſtra inſiliens, cunctos ibi repertos trucidauit.

Bul-

ciderunt, milites partim ad praetereuntes triremes feſtinantes, in mare prolapſi a fluctibus ferebantur, partim ab hoſtibus interibant, partim viui capiebantur. Romano exercitu ad Pegas ſic accepto, Bulgari Regiam illius loci cremarunt, et caetera quae in eo littore ſunt e regione vrbis interiacente freto.

o) SYM. LOGOTHETA: *Rurſus vero Bulgari m. Iun. — concrematis, reliqua* [τας ἐξῆς] *populabantur: ac rurſus conſerta pugna, Romani in fugam vertuntur. Sacteces autem, quem vocant, multis praeclare fortique virtute geſtis, — amplius, letali accepto vulnere, fugam init, atque in Blachernarum templo* — INCERT. CONT. et GEORG. MONACHVS omnia fere vt Leo Gr. CEDRENVS: *Rurſum deinde Bulgari impreſſione facta, vsque ad palatium Theodorae Aug. peruenerunt, idque, nemine defendente, cremarunt. Romanus conuiuio ſumtuoſe inſtructo, ad id duces militarium ordinum vocauit, interque hos Sacticium, cohortis excubitorum praefectum. Procedente conuiuio illatus eſt de Bulgaris ſermo; et imperatore multa ad calefaciendos animos adque vir-*

74. LEO GR. p. 498, 499. Incert. Cont. p. 449, 450. Sym. Logoth. p. 482. Georg. Monach. p. 577. Cedr. T. II. p. 621.

s) His immediate ſubiungit Leo Gr. *Februarii porro menſis die 20. ind. 10. Theodora Romani conſors moritur.*

t) *Iunio m.* omittit Incert. Cont.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 922.

Bulgari, quod geſtum erat percipientes, in caſtra reuertuntur, et, conſertis manibus, Sacticem, paucis comitatum, terga dare cogunt. Ille fortiter proeliatus, multis hoſtium occiſis, totque aliis oppugnatus, vt reſiſtere non valeret amplius, laxato equi fraeno, per medium aduerſariorum agmen irrumpit x), et fugae viam aperit, fluuiumque ibidem praetereuntem traiiciens, equo profundi limo infixo, ad podicem et coxendicem vulneratur. Equo itaque limo vix extracto y), ad Blachernas defertur, et ſacro loculo impoſitus, plaga mortifera accepta, nocte mortuus eſt.

§. 102.

a. C. 922—928. z)

π) PATRICIO quopiam cognomine Moroleone, Adrianopoleos vrbis duce, in rebus bellicis fortiſſimo et ſolertia praeſtanti, vt 75.

qui

tutem concitandos locuto, cohortatoque — Sacticius Bulgaros a tergo ſubſecutus eſt (ὀπιϑεν των Βȣλγ. γενομενος): ingreſſusque eorum caſtra, pleriſque praedatum per agros vagantibus, omnes, qui in caſtris erant, occidit. Ex iis, qui effugerant, Bulgari re cognita — manibus, ipſi integri viribus defatigatos antegreſſo proelio Romanos fundunt — fraeno, fugae ſe dat. — extracto induſtria famulorum, atque iis modo fugientibus, modo ad ingruentium Bulgarorum depulſionem ſe vertentibus, vsque ad Blachernas —.

π) INCERT. CONT., SYM. LOGOTH., GEORG. MONACHVS: *Patricio — Morol. ſeu potius Thymoleone — innumeriſque verberibus affectum (μυϱιαις αἰκιαις τȣτον τιμωϱησαμενος) amara morte interfecit. — recepit. Praeſidiarii vero, audito, Romanorum copias in*

v) *ad prandium* addunt Incert. Cont. et Georg. Monachus.

x) ὀυκ ἐτι ἀντεχειν ἠδυνατο πϱος το πληϑος των πολεμιων μεϑιησι τȣ ἱππȣ τον χαλινον.

y) *opera et induſtria ſuorum*, addunt Incert. Cont. et G. Monachus.

75. LEO GRAM. p. 499. Incert. Cont. p. 250. Sym. Logoth. p. 483. Georg. Monach. p. 578. Ceden. T. II. p. 622. Zonar. T. II. p. 188.

z) Haec et §. praec. allata ad a. 924. refert Caluiſius.

Impp. CON-STANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 922—928.

qui aduerſus Bulgariam facinora forti viro digna oſtendiſſet plurima, Symeon Bulgarus cum omni exercitu dictam vrbem obſedit, valloque circumducto validis armis preſſit. Frumento autem per vrbem deficiente, dura fames inuaſit, ex nulla quippe parte egeſtatis calamitate vexati annonam procurare valebant; quare ſe ipſos et exercitus ducem Bulgaris tradiderunt, quem apprehenſum Symeon vinculisque per totum corpus circumdatum amara morte interfecit, commendataque Bulgaris vrbis cuſtodia in patriam ſe recepit.

§. 103.

a. C. 928. a)

76. ϱ) SEPTEMBRI menſe, indictione ſecunda, Symeon, Bulgariae princeps, copiis omnibus eductis, aduerſus Conſtantinopolim expeditionem parat. Inde Thraciam et Macedoniam depopulatur, incendia vbique ſpargit, euertit cuncta, et ad arbores vsque exſcindit. Ad

ipſos ingruere, relicta vrbe abierunt: inque hunc modum vrbs a Romanis recepta eſt. CEDRENVS: *Symeon Bulg. pr. Adrianopolin vallo foſſaque cingit, et obſidet. Praeerat ei vrbi Leo patricius, quem ob praeproperum in hoſtes impetum vocabant Moroleonem. is oppugnationem fortiter ſuſtinebat, et modo Bulgaros irruentes de muro profligabat, modo portis apertis in eos acerrimum impetum dabat, facileque pellebat. Sed oppidani cibo deficiente—. Symeon Leonem nactus, et recordatus, quanta is mala Bulgaris intuliſſet, innumeris ſuppliciorum formis excruciatum —.* [reliqua vt Auct. Incertus]. ZONARAS: *Bulg. pr. Symeon Adrianopolin denuo obſedit: neque ſane quicquam effeciſſet, niſi ciues commeatu deſtitutos, et ſemetipſos et vrbem dedere fames coëgiſſet* -

ϱ) INCERT. CONT., SYM. LOGOTH., GEORG. MONACHVS omnia vt Leo Gr. CEDRENVS: *—populatus Macedoniam et in Thraciam incendiis graſſatus — cuncta, proxime Blachernas caſtra ponit.— obſidibus, vt ab inſidiis omnia tuta eſſent, ac patriarcha iuramentis fidente, quaeſitum eſt, qui ſenatores cum eo exire debe-*

76. LEO GR. p. 499—501. Incert. Cont. p. 251—253. Sym. Logoth. p. 483—485. Georg. Monach. p. 578—581. Cedren. T. II. p. 622—624. Zonar. T. II. p. 188, 189. Glycas p. 300.

a) Hunc annum requirit adſcripta indictio 2 [ind. 1. occident].

a. C. 928.

Ad Blachernas praeterea prouectus Nicolaum patriarcham et procerum quosdam, vt de pace conferrent, ad ſe mitti poſtulauit. Datis igitur ex vtraque parte obſidibus, conuenerunt, prius quidem Nicolaus patriarcha, deinde Michael patricius Stypiotes et Ioannes Myſticus, qui ab imperatore ſecundas tenebat —: et hi quidem cum Symeone de pace tractatum habebant; Symeon autem retro eos amandauit, ipſum vero imperatorem [b] videre expetiit, a multis de eius prudentia, fortitudine et ſolertia certior factus. *Impp.* CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

§. 104.

Valde laetatus imperator, poſtulatum admiſit, pacis quippe cupidine ducebatur, et effuſum quotidie ſanguinem deplorabat. 'Ad littus itaque Coſmidii machinam in mari validiſſimam excitari iuſſit [c], 'ad quam triremem regiam remis rectam facile eſſet deducere, 'ſeptoque munitiſſimo eam circumuallans, ſpatium eius medium ita diſponi praecepit [d], vt in ea ad inuicem de pace colloquerentur. Symeon autem, miſſis militibus, ſanctiſſimae Deiparae ad Pegen templum combuſſit, et loca circumpoſita deuaſtauit, a pace alienum ſe, ſed vana tantum ſpe imperatorem deludere, inde ſignificans.

§. 105.

rent, delecti patricius Mich. — expetiit, quem pro certo habebat virum eſſe prudentem atque veracem. V. l. i. miſit illico qui in littore Coſm. — alienum ſe ſignificans. ZONARAS: *Symeon Macedoniam et Thraciam cum ingenti exercitu deuaſtauit, et ad vrbem profectus, prope Blachernis caſtris poſitis, colloquium Romani imp. petiit. qui cum ab eo non abhorreret, cum claſſe ad Coſmidii littus abiit, eodemque Symeon cum ſuis copiis venit, et inter ſe collocuti ſunt.*

b) τον Βασιλεα Ρωμανον.

c) ἐν τῳ Κοσμιδιȣ αἰγιαλῳ κατεσκευασεν ἐν τῃ θαλασσῃ ὀχυρωτατην. ſuppl. e reliquis ἀποβασιν.

d) περιφραξας ὀυν αὐτην παντοθεν, διατειχισμα μεσον γενεσθαι προσεταξεν. Cedr. περιφρ. — διατειχισματι, μεσον δε θριγκιον γεν. π.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 928.

§. 105.

σ) Imperator vna cum patriarcha Nicolao ad Blachernas et ſanctum loculum progreſſus, ad preces manus extendit, deinde pronus in terram cadens ſacrum lacrimis pauimentum irrigauit, Deiparam a labe immunem obteſtatus, vt inflexum et rigidum ſuperbi Symeonis emolliret cor, et, quae ſunt pacis, inſpiraret: ſacroque ſcriniolo, quo veneranda ſanctae Deiparae veſtis e) repoſita eſt, aperto, illam inde ſublatam ex fide, qua in immaculatam Dei genitricem pollebat, velut galeam capiti circumponens imperator f) firmiſſimis armis munitus, claſſe, viae comite, clypeis et armis adornata ad praefixum locum cum Symeone tractaturus acceſſit.

Quin-

σ) INCERT. CONTIN. et GEORG. MONACH. vt Leo Gr. omnia. SYM. LOGOTHETA: *Veniens imperator ad Blach. cum patriarcha, — Sanctо igitur Sanctiſſimae Dei Genitricis Maphorio e ſcriniolo ſublato, templo egreſſus, ad locum conſtitutum venit. Nona erat menſis Septembris, quinta feria —.* reliqua vt Incertus Cont. omnia. CEDRENVS: *Imperator cum patriarcha fanum Blachern. et ſacrum ſepulcrum* (σορῳ) *ingreſſus, Deum comprecatus, accepto beatae Virginis humerali, templo exiit. cumque et ſe diligenter armaſſet, et comitatum ſuum decenter ornaſſet, ad definitum locum ſe contulit. — venit et Sym. multitudinem adducens variis ordinibus ac formis diſtinctam. alii namque — argent. clypeis, alii aereis, alii aliorum colorum, prout cuique viſum fuerat. — contemplantur. Prior Romanus —.* reliqua vt Leo Gr. ZONARAS: *Sed quamuis Romanus Symeoni magnifica munera dediſſet, rebus infectis diſceſſerunt, id quod par aquilarum ſignificare videbatur, quas ſupra eos volitaſſe ferunt — delatam.* GLYCAS: *Hoc* [quo Romanus Lacap. imperii potitus eſt] *tempore multum ac ſaepe Bulgari, quorum princeps erat Symeon, praedabundi Rom. fines percurrebant. Tandem ad reconciliationem et foedera ventum eſt. Nam ad Coſmidii littus imp. Romanus, et is, de quo diximus, Symeon coram ſeſe ſpectarunt, deque conſtituenda amicitia mutua collocuti domum reuerterunt. Quo tempore principes inter ſe colloquebantur — diuinabant.*

e) ὠμοφοριον. Sym. L. μαφωριον.

f) Sym. L. et Georg. Mon. και τϐτο ἀνελομενος, και ὥσπερ τινα θωρακα ἀδιαῤῥηκτον περιβαλλομενος, και την πιϛιν — οια περικεφαλαιαν περιθεμενος, ἐξηει τϐ ναϐ.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 928.

Quinto igitur die quo haec facta ſunt, Nouembris [g] menſis die nono hora diei quarta, Symeon, immenſa exercitus plebe circumſtipatus [h], proceſſit. Mitum alii aureis clypeis et deauratis haſtis, alii argenteis clypeis et haſtis argento rutilantibus, alii quoque omni armorum genere ornati, cuncti autem ferro circumcincti [i] medium admiſerunt Symeonem, quem Graecis pronunciatis ceu imperatorem fauſtis proſequebantur acclamationibus [k]. Senatorii porro ordinis viri muris innixi, quae fiebant, contemplabantur. Spectatu vero digniſſima res fuit animus ille imperatoris dignus et excelſus, mira res illa mentis nullo pacto motae conſtantia, quae tantum praecipiens hoſtium appulſum, nullo modo conſternata aut repreſſa eſt: ſed nec retroceſſit, quinimo velut in amicorum coetum ſe conferret, ſic intrepidus proceſſit, tantum animam ſubditorum ſalutis pretium hoſtibus non offerens. Prior itaque ad dictam machinam [l] perueniens, Symeonem praeſtolabatur.

§. 106.

Vt obſides ex vtraque parte dati ſunt; Bulgari vero, ne quis dolus aut inſidiae laterent, machinam diligenter perſcrutati ſunt: Symeon, equo deſiliens, ad imperatorem acceſſit, dataque inuicem ſalute, pacis tractatum mouerunt. Imperator dixiſſe fertur ad Symeonem: „ Virum Dei cultorem et vere Chriſtianum audiui te; verum opera verbis nullatenus conſonantia in te perſpicio. Proprium enim viri Dei cultoris et Chriſtiani eſt pacem et caritatem amplecti; — impii vero et infidelis eſt caedibus et cruore iniuſte fuſo gaudere. Igitur, ſi vere te Chriſtianum profiteris, ſicut certo tenemus, compeſce tandem caedes iniuſtas, et ſceleſta ſanguinis effuſione abſtine, et nobiſcum Chriſtianis, cum ipſe Chriſtianus ſis et nomineris, pacis foedus percute, et Chriſtianorum dexteras vnius fidei Chriſtianorum ſanguinibus ne permittas pollui —. Si diuitiarum cupiditate ductus hoc agis, ego ad ſatietatem vsque eo quod deſideras ex-

g) Interpres Cedreni perperam, *Decembris*. Sym. L. *τȣ Σεπτεμβριȣ.*

h) Reliqui addunt, *εἰς πολλας διῃρημενον τας παρατaξεις.*

i) *καταπεφραγμενων* (Inc. Cont. *κεκοσμημενων*) *σιδηρῳ*

k) *ὡς βασιλεα ἐυφημουν τῃ Ρωμαιων φωνῃ.*

l) *ἐν τῃ ῥηθεισῃ ἀποβαθρᾳ.*

a. C. 928.

explebo. Solum contine dexteram, ampleɑere pacem, dilige concordiam, vt et tu vitam agas tranquillam et ſolicitudinis expertem, et calamitatibus nonnihil Chriſtiani ſubleuentur. Nefas enim eſt, aduerſus eiusdem fidei homines te arma mouere„. His dictis imperator tacuit. Symeon eius moderationem et eius ſermones cum verecundia miratus, pacem componi annuit. Cum igitur ſibi inuicem valedixiſſent, a ſe mutuo diſiuncti ſunt, imperatore magnificis muneribus Symeonem cumulante.

Principibus — ad inuicem colloquentibus, aquilas duas deſuper ipſos volaſſe, praeſtoque adueniſſe, et ad inuicem commixtas dicunt, et confeſtim ab inuicem diſiunctas, hanc quidem ad Vrbem aduolaſſe, aliam vero in Thraciam alarum opere delatam. Qui haec curioſius indagarunt, omen iudicauere non fauſtum; diſcordes quippe et pace infecta receſſuros diuinabant.

Symeon collecto exercitu, coram optimatibus imperatoris ſolertiam et moderationem m) expoſuit.

§. 107.

a. C. 928—931. n)

[ROMANVS et Conſtantinus] animaduertentes, ſe non pares
77. eſſe bello, ſimul et contra orientales et contra occidentales gerendo, praeſertim rupto iam etiam a Bulgaris foedere, pacem cum Sicilienſibus Saracenis componere ſtatuerunt. Interim Symeon, Bulgarorum princeps, animo elatus, ob multas de Romanis reportatas victorias imperium quoque Romanum animo iam occupabat. Mittit igitur legatos ad Phatlumum, Afrorum principem, hortaturque, vt claſſem ad Conſtantinopolim adducat, ſe eodem per Thraciam cum valido ac copioſo exercitu acceſſurum; coniunctis viribus ſe vrbem terra marique expugnaturos, et diuitias eius aequis portionibus inter ſe diui-

m) *συνεσιν και ταπεινωσιν.* addunt Incert. Cont. Sym. Log. et Georg. Monachus: *virique ſpeciem et robur infractumque animum immenſis laudibus celebrat.* Cedr. ita: *moderationem imperatoris et liberalitatem* (*το προς τα χρηματα προετικον τε και ἐλευθεριον.*

77. CEDRENVS. T. II. p. 650—652.

n) Sunt anni, qui inter pacem cum Romanis factam et obitum Simeonis interceſſerunt.

a. C. 928—931.

diuiſuros; et, Saracenis domum reuerſis, ſe Conſtantinopolim retenturum. Bulgari miſſi clam in Africam nauigant; et Saraceni, cum iudicarent, Symeonem vtiliter conſulere, quosdam ſuorum primarios viros mittunt cum Bulgaris, qui pactum confirment.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

Ea legatio in reditu a Calabris intercepta, et Bulgari Saraceniqne ii ab his Conſtantinopolim ad imperatorem Romanum Senem miſſi. Qui cum conſilium illud hoſtium de ſocietate coëunda percepiſſet, ac intelligeret, ſi id ſuccederet, magnum rebus ſuis imminere periculum, exiſtimauit ſibi Saracenos magnificentia et beneficiis ab eo inſtituto eſſe detrahendos. Ergo datis in cuſtodiam Bulgaris, Saracenos ſplendidis donis afficit, miſſisque per eos ipſorum etiam principi xeniis, illaeſos dimittit—. Quae omnia ita fuerunt Phatlumo grata, vt tributi ſemiſſem Romanis dimitteret.

CAPVT IX.

Bella Bulgarorum cum Seruiis et Chrouatis, tempore inprimis Michaelis Boriſae et Symeonis, geſta: varia de rebus eorum tempore Conſtantini Porph.

ab a. C. 610—949.

§. 108.

a. C. 610—843. a)

CHROBATIAE princeps ab initio, id eſt, ab Heraclii imperatoris temporibus, Romano imperatori, non Bulgariae principi ſubditus erat. Neque Bulgarus cum Chrobatis bellum geſſit, praeter 78.

Micha-

78. CONSTANTINVS de Adm. imp. c. 31. p. 98.

a) Sunt anni ab initio imperii Heraclii vsque ad imperium Bogoridis Bulgarorum regis.

a. C. 610—843.

Mi haelem Boroſem, Bulgariae principem, qui ſumtis armis bellum ipſis intulit; ſed cum nihil efficeret, muneribus datis et acceptis, pacem fecit. Neque Chrobati vnquam Bulgaris tributum dederunt; ſed alteri alteros ſaepe amicitiae ergo donis cohoneſtarunt [b].

Imp. LEONE *Sapiente.*

§. 109.

a. C. 886—911. [c]

79. E Bulgaria fugiens Clonimerus [d] Tzeeſthlabi pater — vrbem Serbliae Doſtinica cum exercitu ingreditur principatus occupandi cauſa. quem armis ſuperatum Petrus [ipſius ex fratre Goinico nepos] occidit, et principatum rexit alios viginti annos, imperante Leone [ſapiente], cui ſubiectus erat.

Pacem quoque habuit [Petrus] cum *Symeone*, Bulgarorum principe, cuius etiam filium in baptiſmo ſuſcepit.

§. 110.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta.*

a. C. 917. [e]

80. POST imperium — Domini Leonis Dyrrachii tunc praefectus protoſpatharius Leo Rhabduchus — in Paganiam [f], quae tunc temporis a Serbliae principe occupata erat, venit, ſermonem conſiliumque inſtituturus cum Petro principe de aliquo negotio: inuidia autem motus ob hanc rem Michael Zachlumorum [g] princeps, Symeoni Bulgarorum principi ſignificat, Romanum imperatorem Petrum principem muneribus colere. quo, Turcorum copiis adiutus, Bulgariam inuadat; erat quippe id temporis bellum inter Romanos et Bulgaros ad Acheloum.

Furens

b) Cf. et ſupra §. 82, 83.

79. Id. ibid c. 32. p. 101. cf. *Seruica* §. 8.

c) Anni imperii Leonis Sapientis.

d) Cf. ſupra §. 84.

80. Id. l. c.

e) Hoc anno proelium ad Acheloum commiſſum eſt, cf. ſupra §. 96.

f) Haec vna erat de prouinciis Slauicis in Dalmatia.

g) Erant etiam hi Slaui Dalmatiam incolentes.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 917.

Furens itaque quodammodo hoc nomine Symeon, contra Serbliae principem, Petrum, mittit cum exercitu *Theodorum Sigritzem* et *Marmaën*, vna cum Paulo, Brani principis filio, quem Petrus Serbliae princeps excaecauerat [b]. Dolo igitur Bulgari principem Serbliae aggreſſi, et prole in ſacro lauacro ſuſcepta, et dato iuramento, nihil eum mali ab ipſis paſſurum, per fraudem exire perſuaſum, et in vincula e veſtigio coniectum, in Bulgariam abduxerunt, vbi et in carcere vitam cum morte commutauit.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

§. 111.

a. C. 917—941.

PAVLO, Brani filio, Serbliae [poſt Petrum] imperante, Dominus — Romanus imperator ſecum habens Pribeſthlabi, Serbliae principis, filium, miſit eum, vt principatum Serbliae occuparet: ſed illum venientem proelio ſuperauit Paulus, captumque Bulgaris tradidit in vinculis aſſeruandum. 81.

Deinde elapſo trium annorum ſpatio, Paulo Bulgaris hoſte facto, Zachariam miſit, quem Dominus Romanus imperator antea miſerat; isque, Paulo deiecto, Serblorum principatum occupat, et illico memor beneficiorum, quae a Romano imperatore acceperat, Bulgaris ſe oppoſuit, malens Rom. imperio ſubeſſe, quam Bulgaris.

§. 112.

Quare cum exercitum contra ipſum miſiſſet Symeon, ſub praefectis Marmaëm et Theodoro Sigritze, capita eorum atque arma imperatori Romano miſit, victoriae partae ſigna. adhuc enim bellum inter Bulgaros et Romanos erat, nec vnquam ſubiici Rom. imperatori et parere deſinebat [Zacharias] —.

Symeone vero iterum nouas copias mittente contra Zachariam principem, ſub praefectis *Cneno, Hemneco* et *Etzboclia*, et miſſo ſimul Tzeeſthlabo, metuens tunc ſibi, in Chrobatiam profugit. Bulgari autem Zupanis ſignificarunt, vt ſe conuenirent, et principem Tze-

b) Cf. *Seruica* §. 8, 9.

81. Id. p. 101, 102.

Imp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 917—941.

Tzeeſthlabum exciperent; iuramentoque deceptos atque ad primum pagum adductos protinus in vincula coniecerunt, et Serbliam inuaſerunt, populumque omnem a minimo ad maximum in Bulgariam abduxerunt. quidam vero profugi in Chrobatiam ſe receperunt, manſitque regio deſolata.

§. 113.

a. C. 941 *i*).

82 *a*) PORRO circa illud etiam tempus Chrobatiam cum *Alogobotur* armata manu ingreſſi Bulgari, omnes a Chrobatis interfecti ſunt.

Imp. CONSTANTINO Porph.

§. 114.

a. C. 948.

83 POST ſeptem annos fuga deſerens Bulgaros Tzeeſthlabus cum aliis quatuor Preſthlabo *k*) in Serbliam venit. ‘Quam cum penitus deſolatam et incolis vacuam videret, per nuncios tutelam et auxilium ab imperatore Romanorum petiit.’ Atque ex eo tempore multis illum beneficiis affecit imperator Romanorum, ita vt Seruii, qui a Symeone diſſipati in Chrobatia, Bulgaria aliisque regionibus commorabantur, re audita ad ipſum vndique gregatim conuenirent: quin et in vrbem CP. plurimi e Bulgaria fugientes venerunt, quos veſtibus caete-

a) INCERT. CONT. et CEDRENVS: *Maii menſis die 27. indict. 15. Symeon Bulgarorum princeps, aduerſus Chrobatos expeditione ſuſcepta, conſertaque cum illis pugna, victus* [addit Cedr. *in anguſtiis montium*] *ipſe, ſuas omnes penitus copias amiſit.* ZONARAS: *Bulg. pr. Symeon, homo ſanguinarius et quietis impatiens, genti Chrabatorum bellum intulit* —. reliqua vt Cedr.

82. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. 32. p. 102. Incertus Continuator in Romano Lacap. p. 255. Cedren. T. II. p. 625. Zonar. T. II. p. 189.

i) Hunc annum requirit addita indictio 14. [Byzantinorum 15.]. Caluiſius haec ad a. C. 931. refert; ſed in errorem induxit ipſum interpres Leonis Grammatici, qui perperam ponit ind. 5. cum in Graeco ſit 15. conf. infra §. 125.

83. CONSTANTINVS l. c.

k) Vrbs ad Danubium ſita, regia Bulgarorum, de qua vide Annam Comn. p. 194, 195. quem locum ad §. 139. adfero.

Imp. CONSTANTINO Porph.

a. C. 948.

caeteriſque beneficiis ornatos imperator Romanorum ad Tzeeſthlabum miſit —.

Caeterum Serbliae princeps ab initio, id eſt, ab imperio Heraclii vsque, Rom. imperatori ſuberat, non Bulgarorum principi l).

§. 115.

a. C. 895. m)

POST — Sphendoploci [Morauiae principis] mortem, orto [inter tres eius filios] diſſidio et bello ciuili, inuadentes Turci, funditus Morauos exſtirparunt. — quaeque ſupererat multitudo, diſſipata confugit ad finitimas gentes, nimirum ad Bulgaros, Turcos, Chrobatos et reliquas nationes. 84.

§. 116.

a. C. 949. n)

BVLGARIS quoque formidabilior Romanorum imperator videbitur, ipſosque ad pacem et quietem adigere valet, ſi ſit foedere cum Patzinacitis iunctus. Siquidem memorati Patzinacitae Bulgaris etiam finitimi ſunt, [et ob bella, quae iis ſaepius intulerunt, perquam formidabiles]. 85.

§. 117.

RVSSI [CPlin proficiſcentes] vbi Bulgariam attigerunt, in Danubii oſtium ingrediuntur. A Danubio *Conopam* traiiciunt, inde *Conſtantiam* ad flumen *Varnas*, a Varnis ad fluuium *Ditzinam* proficiſcuntur, quae omnia ad Bulgariam regionem pertinent. A Ditzina fluuio Meſembriae terram petunt. 86.

Serblia — propinqua eſt ad meridiem Bulgariae. 87.

l) Cf. *Seruica* §. 15.

84. CONSTANTINVS de Adm. imp. c. 41. p. 111.

m) Ad hunc annum Sphendoploci obitum referunt alii.

85. Id. c. 5. p. 57. c. 8. p. 58. locum integrum vide *Tom. III.* in *Patzinacicis* §. 11.

n) Hoc circiter anno ſcripſit Conſtantinus Porph. vt ipſe innuit in libro de Adm. Imp. c. 29. p. 91.

86. Id. c. 9. p. 61. Cf. *Ruſſica* §. 40.

87. Id. c. 30. p. 96. cf. *Seruica* §. 16.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

88. Thema [Patzinaciticum] Giazichopon Bulgariae finitimum eſt.— Diſtat autem Patzinacia — a Bulgaria itinere dimidii vnius diei. — Vltra Danaprim flumen, qua parte Bulgariam ſpectat o), ad eius
89. fluminis traiectus vrbes deſertae ſunt.

Ex Danapri Ruſſi proficiſcuntur in *Nigram Bulgariam.*

90. §. 118.

SALVTATIO legatorum e Bulgaria venientium ad imperatorem: „Quomodo valet a Deo coronatus imperator, ſpiritualis auus noſtri per Deum domini Bulgariae? Quomodo valet Auguſta et Domina? Quomodo valent filii imperatores magni et excelſi imperatoris, et reliqui eius liberi? Quomodo valet ſanctiſſimus et oecumenicus patriarcha? Quomodo valent ambo magiſtri? quomodo totus ſenatus? quomodo quatuor logothetae?„

Logothetae ad eos interrogatio:„ Quomodo valet ſancti noſtri imperatoris nepos ſpiritualis, per Deum princeps Bulgariae? Quomodo valet principiſſa per Dei gratiam? quomodo *Conartikinus*, et *Bulias Tarcanus* p), filii Bulgariae per Deum principis, et reliqui eius liberi? quomodo Sex magni *Boliades*? [ille titulus eſt procerum Bulgariae q)] quomodo reliqui intus et extus [in aula domi, et foris in campo r)] Boliades, [vel proceres s)]? quomodo commune populi?„

Commutato autem deinceps nomine, et ad filialitatem [principis Bulgariae, reſpectu Imp. CPtani t)] veniente, interrogabant Bulgari alio modo, nempe ſic:

„Quomodo valet magnus et excelſus imperator, reſidens ſuper aureo throno? quomodo imperator et filius magni et excelſi imperatoris? et reliqui eius liberi? quomodo Auguſta et Domina? quomodo

88. Id. c. 37. p. 106. cf. *Tom. III. Patzinacica* §. *17, 18.*

o) Id. c. 8. p. 57. haec habet: *Bulgariam verſus in partibus Danapri et Danaſtri reliquorumque illic fluuiorum Patzinacitae quoque ſedes habent;* vid. *Patzin.* §. *14.*

89. Id. c. 42. p. 113.

90. CONSTANTINVS de Cerim. Aulae Byzant. T. II. p. 393, 394.

p) ὁ Κοναρτικεινος, και ὁ Βελιας Ταρκανος.

q. r. s. t.) Interpres addit.

modo ſanctiſſimus et oecumenicus patriarcha? quomodo magiſtri, proconſules, patricii? quomodo totus ſenatus? quomodo magiſtri militum, et exercitus ſancti imperatoris?„

Logothetae ad eos interrogatio.

„Quomodo valet ſpiritualis filius ſancti noſtri imperatoris, a Deo conſtitutus Archon [ſeu princeps v)] Bulgariae? quomodo a Deo conſtituta Archontiſſa Bulgariae? quomodo filii et filiae ſpiritualis filii imperatoris? quomodo ſex magni Boliades? quomodo reliqui domi foriſque Boliades, quomodo commune populi?„

§. 119.

AD Bulgariae per Deum Archontem ſcribitur ſic: „In nomine Patris et Filii et Spiritus Sanctis, vnius et ſolius veri Dei noſtri. Conſtantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum, ad cariſſimum et ſpiritualem noſtrum filium, et ex Deo diuinaque auctoritate Archontem Chriſtianiſſimae nationis Bulgarorum„. Sic olim. Nunc autem ſcribitur ſic: „Conſtantinus et Romanus, in Chriſto Deo pii imperatores, reges Romanorum, ad cariſſimum et ſpiritualem noſtrum filium, Kyrin [ſeu dominum] illum, Baſileum Bulgariae x). 91.

§. 120.

[IN ſacris imperialibus conuiuiis] ſyncelli, ſi qui adſunt, patriarcharum orientalium, praecedunt et ſequuntur ordine, quem in ordine eccleſiaſtico tenet ſuus cuiusque patriarcha. Deinde archiepiſcopus Bulgariae; tum patricii eunuchi. 92.

§. 121.

Qui ab Hunnis Bulgariſue amici adfuerint, in euocatione communium et conſuetorum conuiuiorum quarti aut quinti introuocantor in ſecunda poſitione, ſcilicet etiam hi poſt patricios eosdemque ſtrategos et omnes in velo [ſeu corpore] patriciorum conſtitutos, et 93.

91. Id. ibid. p. 389.

v) Interpres addit.

92. Id. ibid. p. 425.

93. Id. ibid. p. 428.

x) Βασιλεα Βϐλγαριας.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

et ſimul cum patriciis ad Auguſtum admitti ſolitos magiſtratus; vt etiam ipſi ſecundo miſſu ſacrae menſae fruantur.

In nouendecim Accubitis autem, qui celebrari diebus feſtis ſolent, euocantur hi octaui vel noni; ſcilicet poſt velum, ſeu corpus procerum praedictum.

§. 122.

Primo menſis Ianuarii feſto S. Baſilii — ſigno a praepoſito ac-
94 cepto oſtiarius, virgam auream tenens, deſcendit, et velum ſecundum, amicos Bulgaros *y*); qui pro more, feſtum cum imperatoribus Chriſtum amantibus celebraturi, aduenere, adducit, ac cerimoniis — ſeruatis, et ipſi egrediuntur. — Imperatorem fauſtis ominibus proſecuti cubicularii abeunt —. Magiſter autem Taronis et amici Bulgari, qui eo die imperatoriae menſae non admouentur, ad ſua diuerſoria abeunt.

§. 123.

94. CONSTANTINVS de Cerim. A. B. T. I. p. 82.

y) Reiske in Comment. ad Conſtantini Ceremon. p. 71. „Multum, inquit, reuerebantur et honorabant ſuperbi Graeci CPli Bulgaros —. Concedebant nempe ipſis libere CPli habitare et negotia, ſeu mercaturam, exercere, [cf. ſupra §. 85.] et in diebus feſtis ſemper imperatores aliquot Bulgaros in vrbe commorantes mercatores optimates ad publicas ſuas epulas adhibebant, iisque locum ſupra ipſos alios omnes legatos exterorum principum aſſignabant. Inſignis eſt ea de re locus queruli Luitprandi Legat. p. 482. — Caeterum φιλοι appellabantur, qui epulis ad hibebantur v. Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 957. ſic quoque Atheneaus p. 152. fine, ὁ καλȣμενος φιλος τραπεζης μεν ȣ̓ κοινωνει — et p. 155. ἰνα της πολυτελειας θεαται οἱ φιλοι [conuiuae] γενωνται. — Poſſent quoque per vocem φιλοι intelligi legati, quales a rege Bulg. quotannis ad Byzantium mitti conſueuiſſe, vt ſolennibus et ſtipulatis honoribus fruerentur, et cum Impp. CPtanis feſtos dies hilariter tranſigerent, aut potius velut obſides fidei Bulgarorum aduerſus Graecos eſſent, colligo e dictione τȣς κατα τυπον ἐρχομενȣς &c. Conſt. de Adm. imp. p. 58. [hunc locum vid. in *Patzin.* §. 14.] it. in vita Baſilii Maced. p. 143. [v. ſupra §. 79.]. φιλοι enim noſtro ſunt legati, non tantum exteri ad Graecum imp. vt p. 329. ſed etiam Graecus, qui ad aulam exteram mittitur, φιλος eſt p. 394. reſpectu eius nempe, ad quem mittitur. Poteſt tamen in illa dictione τȣς κατα τυπον ἐρχομενȣς per v. ἐρχεσθαι non *venire in vrbem*, ſed *in aulam* ad ſacras epulas intelligi."

a. C. 949.

§. 123.

Feſto Natiuitatis Chriſti — ad venerabilem nouemdecim Accubituum menſam oportet — aduocare duo quidem magiſtros, proconſules patricios ſtrategos autem ſex, amicos [vel legatos] e Bulgaria duo, tandem officiales de ordine logothetae rei militaris, aut et aliis inferioribus officiis duo; quo ad eandem cum Domino menſam accumbant amici duodecim, imitamentum Apoſtolorum, qui cum Chriſto ad menſam accubuerunt. 95.

Ad Accubitus autem ſeu menſas ambarum partium [reſpectu ſacrae menſae ad dextram et ſiniſtram ſtantes] oportet vocare — totum Senatum — axiomaticos [ſeu honoratos] e diuerſis dignitatibus ad numerum vsque 168. — de amicis Bulgaris duodecim —. et locabant quidem — Bulgaros ad nonam [et vltimam] eiusdem obitus [vel plagae, dextrae ſcilicet].

Quod ſi vero in quartam aut quintam ſeptimanae feriam incidat feſtum Natiuitatis Chriſti — oportet — amicos ad conuiuandum paratos habere, ad ſacram quidem menſam accubituros magiſtros, proconſules patricios ſtrategos octo, Bulgaros amicos duo —. 96.

Nono die eorundem Accubituum celebratur conuiuium veſpertinum; quod etiam Vindemiale appellatur; oportetque — prius inuitatos et comparatos habere duodecim amicos, de ordine magiſtrorum, proconſulum patriciorum ſtrategorum octo, Bulgaros amicos duo, et ambarum factionum [Venetae et Praſinae] magiſtros. 97.

§. 124.

In conuiuio Paſchatis — ad auream menſam, in ſplendido Chryſotriclinio poſitam — inuitandi — ſunt — duo etiam e Bulgaris amici; in vniuerſum triginta numero. Ad circumſtantes ordine continuo quatuor menſas, per totidem fornices diſpoſitas, inuitantur delecti quidam de ordine regiorum Candidatorum —, 18. amicorum e Bulgaria 98.

95. Id. T. II. p. 429, 430.
96. Id. ibid. p. 434.
97. Id. ib. p. 435.
98. Id. ib. p. 443, 444.

Imp. CON-
STANTINO
Porph.

a. C. 949.

garia homines. Hos introducere, et, priusquam introeunt, ſeriatim diſponere oportet.

Qui aureae ſacrae menſae ſplendidi ſunt conuiuae, illi ſuis in mutatoriis et tunicis intrant. At Bulgari amici poſt claſſem ſtrategorum ſub ſecundo miſſu introuocantur ad ſiniſtram ſacrae menſae plagam; quo quinti aut ſexti inter amicos ſint [ferculaque ſua quinto aut ſexto loco accipiant].

Ad reliquas duas infimas menſas introducuntur ſeriatim diſpoſiti, a ſiniſtra quidem parte captiui Agareni; a dextra vero Bulgari omnes. Introducuntur autem et educuntur ſic. Senatorii omnes, et tagmatici, [ſeu militiae comitatenſis magiſtratus] in ſuis mutatoriis z). Agareni in candidis et absque zonis, calceatique. Bulgari proprio ſibi ſuo in habitu.

99. Sexto die eiusdem orbis [dierum nempe ſeu ſeptimanae] peragitur proceſſio pagana in mutatoriis intra palatium, et introducuntur amici Bulgari, cum donis e Bulgaria allatis; et celebratur conuiuium in eodem illuſtri triclinio ſuper eadem aurea menſa; inuitandique — ſunt ad conuiuandum imperatori amici de ordine magiſtrorum — vna cum amicis Bulgaris, ordinandique et introducendi — vti primo die.

Ad inferiores autem menſas inuitantur magiſtratus de ordine comitum — admodum 54. et e Bulgaria amicorum homines 18. Ordinare autem hos Bulgaros oportet ad vltimam menſam ſeorſim. Introducuntur, et educuntur in ſuis Scaramangiis a).

100. Tertio poſt Nouam dominicam [eam nempe, quae proxime feſtum Paſchatis ſequitur] peragitur — ludus equeſtris abſolutiuus, [ſeu qui finem ſolemni huic conuiuationi facit]. Remittuntur tunc amici, qui e Bulgaria venerant, ad ſua. CAPVT

99. Id. ibid. p. 446.

z) *veſtes pretioſae.* cf. Reiskii Comment. ad Conſtantini Ceremoniale A. B. p. 13, 14.

a) *Extimam veſtem*, caeteris ſuperiniici ſolitam, fuiſſe *Scaramangium* coniicit Reiskius in dictis Commentariis p. 144, 145.

100. Id. ibid. p. 447.

His temporibus archipiſcopus Bulgariae fuit Theophylactus, cuius Inſtitutio Regia ad Conſtantinum Porph. in Bandurii Imp. Orient. T. I. p. 143. ſq. exſtat.

CAPVT X.

Imperium Petri, filii Symeonis;

ab a. C. 942 — 963.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.* indict. 15.

§. 125.

a. C. 941.

*) MAII menſis die 27. indictione 15. Symeon, Bulgariae princeps, diem obiit, PETRO filio [a]), quem ex ſecunda con- 101.

Hhhh 2 iuge

a) INCERTVS CONTINVATOR: *Ioannes Aſtronomus, Romanum imperatorem cernens, ſic eum affatus eſt: Quae in fornice ſupra Xerolophum, Domine, ſtatua conſtituta eſt, ſpectans ad occidentem, ſignum Symeonis eſt. Huius caput ſi abſtuleris, ipſa hora Symeon morietur. Miſit itaque imperator, ac ſtatuae caput noctu abſtulit: eademque hora Symeon in Bulgaria fatis concedit; ingentique captus angore, ac cordis morbo elanguens percitusque, interiit. Fruſtra leges iuraque transgreſſus, relicto ex teſtamenti tabulis principatu Petro — dedit: Michaelem, ex priore coniuge ſuſceptum, monachum detondit; Ioannes vero et Beniamin, Petri fratres Bulgarica adhuc ſtola ornabantur atque habitu.* SYM. LOGOTHETA: *Menſis Maii d. 27. indict. 15. ait Ioannes Aſtronomus* — [vt Inc. Cont.] *concedit. Petro F. quem ex ſe-*

101. LEO GR. p. 502, 503. Incert. Cont. p. 255 — 257. Sym. Logoth. p. 486, 487. Georg. Monach. p. 582 — 584. Cedren. T. II. p. 625, 626. Zonar. T. II. p. 189, 190. Glycas p. 300, 301. — *interiit*, omnia vt Incert. Cont. reliqua deſunt.

a) In vita S. Lucae Iunioris p. 981. [quem locum Ducange in Nott. in Zonar. habet] Ου γαρ πολυ το ἐν μεσῳ, και ὁ μεν ἀλητηριος Συμεων, και πολλων αἱματων χριστιανικων ἐκχυσεως αἰτιος, ἐξ ἀνθρωπων γινεται. ἐκδεχεται δε την τȣτȣ ἀρχην Πετρος, ὁ μεν αὐτȣ ὑιος, ἀυχ ὁπως δε της δοξης και της ὀυσιας, και της ὠμοτητος και μισανθρωπιας φανεις κληρονομος, ἀλλα πολλῳ ταυτης ἀλλοτριος.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 941.

iuge ſuſcepit, ſorore videlicet *Georgii Surſubulis* b), quem filiis procuratorem dedit, principe relicto.

§. 126.

β) Exinde circumpoſitae regiones, audita Symeonis morte, aduerſus Bulgaros arma ſuſcipere meditabantur. Fame autem vna cum locuſtarum pernicie Bulgarorum terras depaſcente, Romanorum timuerunt incurſus. Habito itaque conſilio, aduerſus Romanos ipſi armantur, et per Macedoniam effundunt exercitum.

Cum

cundo thoro ſuſceperat, principe deſignato ac ſucceſſore: Mich. — Beniamin epiſtolam Bulgarice ſcriptam attulerunt. GEORG. MONACHVS: *Maii — pr. relicto* [vt Leo Gr.], *Michaelem* — vt Incertus Cont. CEDRENVS: — *morietur* [vt Incert. Cont.]: *Exſecutus hoc eſt imperator, et qua hora — interiit. quod diligenti inquiſitione Romanus poſtea deprehendit. Morte eius Bulgariae dominium ad Petrum rediit —. nam Michaelem — detondit.* ZONARAS: *Quidam imperatori nuntiat* — [vt Cedr.] *ad Petrum ex altera vxore filium eius venit.*

β) INCERT. CONT., SYM. LOGOTH., GEORG. MONACH., CEDRENVS: *Circumuicinae igitur gentes, Chrobati, Turci* [*T.* omittunt Sym. L. et Georg. Mon. addit Cedr. *Seruii*] *ac reliqui, audita Symeonis morte — depaſcente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum praecipue Romanorum in ſe impetum metuebant* [Sym. Log. tantum, *Romanorum impetum magis m.*] — *effundunt exercitum; hoc nempe ſatagentes, vt Romanis metum incuterent* [Sym. L. *Idcirco illi quoque Macedoniam populari*] — *parare, Petrus* [addit Cedr. *Bulgarorum princeps*] *Georgiusque* [add. Cedr. *liberorum Symeonis tutor*] *quendam monach.* [Cedr. nomen omittit] — *proſequi, ſi illis adlubeat* [Sym. L. breuius: *Cum — parare, monachum — Armenum mittunt*]. — *confeſtim, et monachum Theodoſium Abucem et Conſtantinum Rhod. —. Retro eos Georg. Surſ. et Symeon Caluteroanus et Vſampſus, Symeon item alterius illius Bulgariae principis ex vxore frater, ad haec illius affinis Stephanus, Magotinus quoque et Cronus et Menicus Petri ad Romanum imperatorem legationem fulſerunt* [*et Symeon — fulſerunt*, ſolus habet Incertus Cont. Cedrenus: *aliique illuſtres aliquot viri*]. — *ſanxerunt — accederet* [Haec omnia bre-

b) Cedr. *Suſurbulum* vocat.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 941.

Cum audiſſent vero, Romanum imperatorem copias in eos parantem, Petrum et Georgium c) quendam monachum, cognomine Calocyrim, genere Armenum, auream bullam d) ferentem latenter delegant. Bullae ſeries erat, Bulgaros non pacem modo cum Romanis amplecti, ſed et connubiorum foedera proſequi.

§. 127.

Monachum huiusmodi cum imperator lubentiſſime ſuſcepiſſet, velocem expediit confeſtim, et monachum Theodorum Abucem, et regium clericum Rhodo natum, vt de pace cum Bulgaris tractarent, Meſembriam deſtinauit. Illi profecti, et negotiis accommoda collocuti, vna cum Stephano e) Bulgaro per continentem iter egerunt. Petro eos Georgius Surſubules appulit et Conſtantinopolim cuncti conuenientes, pacis foedera ſanxerunt. Mariam vero, Chriſtophori imperatoris filiam, contemplati, et eius ſummopere delectati aſpectu, Petro ſcripſerunt, vt quantocius accederet.

Petro Bulgaro adueniente, conſcenſis triremibus ad Blachernas imperator Romanus ſe contulit; viditque Petrum et ſalutauit. Vt

uius Sym. Logotheta: *Suſceptus ab imperatore placidiſſime legatus, pace confirmata, nuptiarum foedera cum imperatore inire depoſcit. Pacti itaque Mariam, Chriſtophori imperatoris filiam, nuptum daturos, Petrum per litteras accerſunt*]. *Miſſus vero obuiam Nicetas magiſter, Romani imperatoris affinis* [ὁ συμπενθερος Ρωμανȣ βασιλεως], *eumque in Vrbem inducturus. Petro — peregerunt, protoueſtiario Theophane in omnibus quaſi ſequeſtro, ac ſolerter Romanos inter Bulgarosque negotium dirigente. Octobris — ſociauit, eorumque capitibus nuptiales corollas impoſuit; ſponſam comitantibus Theophane protoueſtiario et Georgio Surſubulo. Menſa vero — conuiuium, ſericis aulaeis conueſtita machina, et ad ipſam praetoria ipſa celoce conſtituta. Eo loco epulatus Romanus cum Petro Bulgaro et Conſtantino genero ac filio Chriſtophoro. Non minima — praeſt. eſt* [paulo breuius Sym. Logoth.].

c) ἀποςελλȣσι Πετρον τε και Γεωργιον: [e reliquis legendum videtur Πετρος — .]

d) χρυσοβȣλον.

e) Interpres Georgii Monachi perperam, *Petro*.

Impp. CON-STANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 941.

vero de negotiorum difficultatibus conuenerunt f), conſcriptis pacis conditionibus, nuptiales contractus peregerunt.

§. 128.

Octobris deinde menſis die octauo progreſſus patriarcha Stephanus vna cum Theophane protoueſtiario et Maria Chriſtophori imperatoris filia et vniuerſo ſenatu ad Sanctiſſimae Deiparae templum ad Pegas, Petrum et Mariam coniugali benedictione ſociauit g), menſaque ſumtuoſa et magnificentiſſima inſtructa, cunctisque ad nuptiarum ſolemnia ſpectantibus rite ſplendideque peractis, Theophanes protoueſtiarius vna cum Maria imperatoris filia in Vrbem reuerſus eſt. Die autem nuptias ſequente tertio Romanus imperator in machina ſiue tabulato ad Pegas h) magnificum parauit conuiuium. Non minima porro contentione a Bulgaris excitata i), vt prius Chriſtophorus, deinde Conſtantinus acclamationum precibus exciperetur, votis eorum imperatore obſecuto, quod petebant praeſtitum eſt.

γ) Nuptiarum autem celebritate peracta, Mariaque in Bulgariam iter capeſſere iamiam parata, Hebdomum vsque parentes eam comitati proſecuti ſunt, ibi in eam circumfuſi, et largo lacrimarum implu-

γ) SYM. LOGOTHETA: *Nec poſt multos dies accepta Petrus Maria coniuge in Bulgariam diſceſſit.* INCERT. CONTIN., et GEORG. MONACHVS: — *Mariaque cum Petro viro ſuo — proſ. ſunt, vna cum Theophane protoueſtiario. in ipſo diſceſſus procinctu* [Georg. Mon. *Ibique cum Petro epulati, quod in diſceſſus procinctu erat*] *puellae circumfuſi — reuerſi ſunt. Maria viri Bulgari manibus tradita* (Βȣλγαρικαις παραδοθεισα χερσι) *gaudio mixta et triſtitia in Bulgariam contendit. Triſtitiam faciebat, quod amantiſſimis parentibus, quod regiis aedibus, quod neceſſariorum affiniumque conſuetudine deficiebatur: rurſusque gaudii ſeges erat, quod viro Regi locata, Bulgarorum Domina eſſet conſalutata.*

f) ἐπει δε αλληλοις τα εικοτα συνωμιλησαν.

g) ἐυλογησεν.

h) ἐν τῃ των Πηγων αποβαθρᾳ.

i) των δε Βȣλγαρων ἐνςασιν ου μικραν ποιησαμενων. Cedr. ἐγενετο δε ςασις ου μικρα παρα των Βȣλγ. ἐνιςαμενων &c.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

impluuio madidi, vt dilectorum praecordiorum vſu orbis contingere ſolet, triſtabantur: tandemque generum, filia eius poteſtati tradita, deoſculati, in regiam reuerſi ſunt. Sic Maria Bulgarorum manibus tradita in Bulgariam profecta eſt k).

§. 129.

Ibat itaque omnigenas conferens opes, innumeraque ſupellectili opulenter inſtructa. CEDRENVS: *Omnibus peractis, quae in tali re fieri aſſolent, Maria cum ſuo marito ſoluit, et in Bulgariam iter iniit, deducta a parentibus et protoueſtiario vsque ad Hebdomum.* ZONARAS, quae §. 126—128. habes, breuius ita: *Qui* [Petrus], *cum gens ſua fame premeretur et finitimarum gentium ac Romanorum inprimis arma timerentur; legatos ad imperatorem de pace, et ſi placeret, etiam de affinitate iungenda, mittit. Cui cum vtrumque cordi eſſet, ipſe Petrus Byzantium venit, ac pace facta, neptem imperatoris ex Chriſtophoro filio natu maximo vxorem ducit. Romanus porro Conſtantinum infra ſe collocaſſe non contentus, occaſionem quaeritat, etiam Chriſtophori illi praeponendi. Itaque inſtructa Bulgarorum turba, vt per ſeditionem poſtularet* [ἐν τῳ τȣ γαμȣ καιρῳ, omiſit interpres], *vt Chriſtophorus ante Conſtantinum nominaretur: quaſi propter motum illum neceſſitati parendum eſſet ſcilicet, poſtulatis illorum annuit.*

k) Huius coniugii etiam meminit Conſtantinus Porph. de adm. imp. c. 13. p. 66. vbi Romanis imperatoribus, matrimoniis cum Scytharum principibus contrahendis interdicit, et, *Quod ſi*, inquit, *reponant, cur Dominus Romanus imp. cum Bulgaris affinitate iunctus eſt, neptemque propriam Petro Bulgaro elocauit? Ita reſpondendum eſt: Quia Dom. Romanus imp. vir indoctus et illiteratus erat, neque in Regia educatus fuerat, neque a principio Romanis legibus et moribus obſecutus, neque ex imperatorio et regio genere ortus, ideo audacius et liberius multa peragebat, atque in hac re neque prohibenti eccleſiae morigerus fuit, neque Conſtantini M. decreto obtemperauit; ſed pro lubitu et arbitratu ſuo, honeſti ignarus, honeſtum et bonum reſpuens, paternasque traditiones vilipendens, id aggredi auſus eſt: hoc tantum vſus rationabili obtentu; iſto nempe modo ingentem captiuorum Chriſtianorum multitudinem liberari, Chriſtianos item eſſe Bulgaros, et eiusdem fidei; praeterea neque vere principis et legitimi imperatoris filiam eſſe, ſed tertii poſtremi atque ſubiecti, qui nullam in rebus imperii poteſtatem haberet* —.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap. 102.

§. 129.

a. C. 933. *l*)

δ) PETRO Bulgaro parabat inſidias *Ioannes* eius frater cum Bulgaris aliis *m*): quorum facinore cognito, Ioannes quidem verberibus caſtigatur, et carcere includitur; in alios vero inuſitatis ſuppliciis animaduertitur.

Petro autem imperatori Romano haec eadem litteris manifeſtante, miſit imperator Ioannem monachum, qui rector exſtiterat, praetextu quidem vt captiuorum detentorum commutationem faceret, ſed reuera, vt Ioannem apprehenderet, et adduceret CPlin, quod et factum eſt. vna quippe cum Ioanne [Bulgaro] nauim ingreſſus, e Meſembria CPlin nauigauit. Nec multo poſt proiecto monachi habitu, cum vxoris amplexus quaereret, imperator illi aedes aſſignauit, et praedia plurima, et coniugem eadem ſecum Armeniacorum patria ortam dedit, et in Caeſaris aedibus celeberrimas peregit nuptias.

§. 130.

δ) INC. CONTINVATOR et GEORG. MONACHVS: *Petro — frater cum aliis Symeonis proceribus — nuptias, ductoribus ſponſae Chriſtophoro imperatore, ac Ioanne monacho, qui rector exſtiterat.* SYM. LOGOTHETA: — *animaduertitur. Imperator haec vbi cognouit, qui ad ſe Ioannem adducant mittit.* CEDRENVS: *Sub idem tempus* [vid. not. l.] *Petro — frater, et nonnulli alii potentia inter Bulgaros primi — faceret, qui omni modo Ioannem quaereret, et CP. duceret. Et ſane rector Ioannem ſuffuratus, nauigio a Meſembria eum ſecum in vrbem perduxit. — habitu, vxorem ambiuit atque duxit: domum quoque et opes permagnas accepit.*

102. LEO GR. p. 505. Inc. Cont. p. 260. Sym. Logoth. p. 488, 489. Georg. Monach. p. 586. Cedren. T. II. p. 627.

l) d. 18. Iulii [al. 15.] indict. 6. moritur Stephanus patriarcha. menſe Decembri monachus Tryphon ad tempus patriarcha deſignatur, eodem menſe grauiſſimum fuit frigus. *ſub idem tempus* [pergit Cedrenus] *Petro* &c.

m) *μετα και Βȣλγ. ἑτερων τȣ Συμεων*, textus habet, interpres in marg. *τȣ Συμ.* redundat. Combefis ad h. l. „ Anonym. *μεγιςανων τȣ Συμεων*, vt nec illi vox ea redundet, vti P. Goar exiſtimauit. *Ioannes cum aliis Bulgaris, Symeonis proceribus*, qui ſcilicet bello et caedibus aſſueti Symeoni nauaſſent operam, aegreque ferrent, in tranquillum mutatum rerum ſtatum Petro, illius filio, gentis principe, quem ideo amotum vellent, tranſlato principatu in alterum fratrum Ioannem vel Michaelem, cuius etiam omiſſam hic rebellionem Incertus Cont. et Cedrenus proſequuntur v. §. ſq.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 933.

§. 130.

ε) QVIN et *Michael* monachus, ipſe Petri frater, Bulgarici imperii cupidus, ſeorſum in Bulgariae quadam arce rebellauit; multosque Scythas, qui a Petri principatu deſciuerant, ad ſe pertraxit. Hi, Michaele viuis exemto, Romanae ditionis fines inuaſerunt; ſic nimirum, vt a Macetide per Strymonem ad Atticam n) Nicopolinque o) progreſſi, cuncta ibi populati ſint. 103.

§. 131.

a. C. 946. p)

ROMANI imperatoris neptis Maria, Petri Bulgari vxor, haud raro in vrbem veniebat ex Bulgaria, patris auique inuiſendorum cauſa. Poſtremo autem venit tres ſecum liberos adducens, mortuo iam eius patre Chriſtophoro. Multis itaque aui munificentia donata diuitiis, honorifice domum reuerſa eſt. 104.

§. 132.

a. C. 945. q)

CONSTANTINVS Leonis filius, et primus Porphyrogenneta — ſecundum ſolus imperio potitus, — Baſilium, ex ſerua Bulgara Romano ſeniore progenitum, euirauit. 105.

§. 133.

ε) CEDRENVS: *Michael porro alter Petri fr. — cupidus caſtellum munitum occupauit, Bulgarosque concitauit, multosque ad ſe attraxit. qui, eo paulo poſt mortuo, iram Petri metuentes, Romanam inuaſerunt ditionem, ac per Macedoniam, Strym. et Graeciam profecti, et obuia quaeque populati, Nicopolin tandem occuparunt, inque ea ſubſederunt. Verum hi poſteris temporibus variis bellis a Romanis ſubacti ſunt.*

103. INCERT. CONTINVATOR l. c. Cedren. T. II. p. 627, 628.

n) προς Ελλαδα, ita et Cedrenus.

o) Quae a victoria, quam ibi Auguſtus de Antonio et Cleopatra retulit, nomen accepit.

104. INCERTVS CONTINVATOR p. 261, 262. Georg. Monach. p. 588.

p) Obiit Chriſtophorus imperator indict. 4. menſe Auguſto, id. p. 260.

105. IOEL in Chronogr. Comp. (Acropolit. p. 180).

q) Hoc anno Conſtantinus Romani Lacapeni filios raſos clericos fecit.

§. 133.

Imp. RO-MANO Iun.

Imp. ROMANO *Iuniore.*

a. C. 959. r)

106. [ROMANVS Iunior, Conſtantini Porph. F.] ſimulatque rerum adeptus eſt ſummam, ad Romanos omnes duces, imperatoriſque nomine praetones, et Bulgariae et Occidentis Orientisq e gentium principes, amicitiae conſouendae cauſa litteras miſit: iis acceptis, gratulari omnes imperatoris fortunae, eiusque ſibi amicitiae nomine optimum s) celebrare, pacemque cum eo firmare.

§. 134.

a. M. 6471. indict. 6.

a. C. 963. t).

107. ς) PETRVS, Bulgarorum princeps, mortua ſua vxore, renouandae pacis cauſa foedus cum imperatoribus icit, obſidesque dat filios ſuos, *Boriſem* et *Romanum*, et paulo poſt moritur. Filii eius in Bulgariam remittuntur, vt paternum imperium occupent, et *Comitopulorum* impetum reprimant. Nam *Dauid*, *Moſes*, *Aaron*, et *Samuel*, filii cuiusdam in Bulgaria largiter potentis *Comitis* v), res nouas moliebantur et Bulgaros concitabant.

CAPVT

ς) ZONARAS: — *occupent. Nam Comitis cuiusdam Bulgarici quatuor filii — concitabant.*

106. INCERT. CONT. p. 294.

r) Menſe Septembri huius anni imperium ſuſcepit Romanus Iunior.

s) κρατιστον ὀνυμαειν.

107. CEDRENVS T. II. p. 646. Zonar. T. II. p. 193.

t) Annum in marg. adſcriptum Cedrenus habet p. 645. estque is, quo Romanus Iun. obiit.

v) των μεγα δυνηθεντων ἐν Βυλγαρια Κομητων. Zon. των Κομητων των ἐν Βυλγαροις.

CAPVT XI.

Res Bulgarorum ſub regibus Petro, Boriſe et Samuele;

ab a. C. 967 — 1019.

§. 135.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 967.

a) ANNO imperii ſui quarto, indictione decima, menſe Iunio exiit [Nicephorus] Thraciae vrbes contemplatum, cumque vsque ad magnam Sudam a) perueniſſet, Petrum, Bulgariae principem, hortatus eſt per litteras, ne ſineret Turcos Iſtrum traiicere, et Romanorum ditionem infeſtare. Bulgaro non obtemperante, ſed omnis generis adhibitis praetextibus recuſante, Nicephorus Calocyrum, Cherſo-

Imp. NICEPHORO *Phoca.* imp. a. 4. ind. 10 108.

a) ZONARAS: *Turcis, Vngris ſcilicet, Thraciam vaſtantibus, Bulgarica principi ſcripſit — infeſtare. Id ille recuſauit, quod imperator ipſi quoque auxilia negaſſet, cum ab iisdem inuaderetur; nunc autem, poſtquam pacem cum eis facere coactus ſit, poſtulare, vt foedus rumpat, et armis ſumtis bellum ſuſcipiat, cuius rationem reddere non poſſit. Ibi igitur repulſam paſſus, Calocyrum — filium, ad — principem contra Bulgaros concitandum ablegauit. Ruſſicus igitur exercitus Bulgariae agros longe lateque populatus, praedam pene innumerabilem abegit, idque ſequenti anno aeque factum.*

108. CEDRENVS T. II. p. 660. Zonar. T. II. p. 205, 206.

a) *ἄχρι τῆς λεγομένης μεγάλης Σούδας.* in marg. adſcribitur, Scylitzes: Φοσσᾶτον. Conf. in Nott. poſterioribus ad Cedr. p. 542, „Ad magnum vsque vallum ſiue foſſam„.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 967.

Cherſonii principis filium b), patricia dignitate ornatum, ad Sphendoſthlabum, Roſſorum principem, mittit, eumque munerum ac officiorum pollicitationibus ad inferendum Bulgaris bellum ſollicitat.

§. 136.

a. 5. imperii. indict. II.

a. C. 968.

109. Roſſi obſecuti, indictione vndecima, Auguſto menſe, anno imperii Nicephori quinto, in Bulgariam impreſſione facta, multas vrbes ac caſtella c) Bulgarorum ſolo aequauerunt, praedaque potiti ingenti domum redierunt.

§. 137.

a. C. 969.

110. Eodem modo, atque etiam aliquanto durius, anno proxime inſecuto Bulgaros tractauerunt.

§. 138.

Imp. IOANNE *Tzimiſce.*

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 970.

111. β). ROSSICA aduerſum Bulgaros non recte excogitata prius concitatio, magnum in periculum rem Romanam coniiciebat. — Roſ-
112. ſis [enim], cum ii Bulgariam quo retulimus modo ſubegiſſent, captis etiam duobus Petri filiis, Boriſa et Romano, domum reuerti nequaquam placuit: ſed locorum commoditatem admirati, longum vale dicentes pactis cum Nicephoro imperatore initis, ibi commorari, ditionemque iſtam poſſidere ſtatuerunt. Hanc eorum ſententiam magis etiam confirmauit Calocyrus, qui ſe, ſi ab ipſis Romanorum deſignaretur imperaror, Bulgaria eis ceſſurum, foedus perpetuum icturum, tributum ipſis promiſſum multiplicaturum, ſociosque et ami-

β) ZONARAS ſimilia omnia, at breuius.

b) τον τε ἐκ χερσωνος πρωτευοντος υἱον τον Καλοκυρον.

109. CEDRENVS Zonar. II. cc.

c) χωρας.

110. CEDRENVS, Zonaras II. cc.

111. CEDRENVS T. II. p. 665.

112. Id. ibid. 666—669. Zonar. T. II. p. 209, 210.

Imp. IOANNE Tzim.

a. C. 970.

amicos eos per omnem vitam habiturum, pollicebatur. His Roſſi vocibus inflati, et Bulgariam, vt bello a ſe ſubactam, ſibi vindicarunt, et legatos imperatoris, omnia eis a Nicephoro pacta ſe perſoluturum pollicentis —, reiecerunt. [Bellum itaque parat imperator].

Sed Roſſi eorumque ductor Sphendoſthlabus, audito Romanas copias traieciſſe [ex oriente], coniunctis, quos iam in ſua habebant poteſtate, Bulgaris - Aemum egreſſi, vniuerſam Thraciam — vaſtarunt —. [At Bardas Sclerus, Romani dux exercitus, artibus imperatoriis barbaros circumuenire meditatus, ſuos cum intra muros Adrianopolis contineret] magnum ſui contemtum apud Bulgaros excitauit: ii enim rati, omnino formidine ductum Bardam ſuos moenibus incluſos detinere, neque audere egredi, libere porro vagari, caſtra negligenter metari, et excubias debitas poſthabere, noctes potando per ebrietatem inter fiſtulas et cymbala et ſaltationes barbaricas ducere, denique nihil eorum, quae attinebat, curare. Ergo Bardas occaſionem nactus — hoſtes adoritur. — Erant in prima acie cum Roſſis Bulgari — d).

§. 139.

a. C. 971. a. 2. Ioannis Tzim.

γ) ANNO imperii ſui ſecundo Tzimiſces — ſuperato Aemo, 113. in hoſticum, nemine exſpectante, irrumpit, et prope vrbem *magnam Perſthlabam* e), vbi regia erat Bulgarorum, caſtra ponit. [qua,

 Ruſ-

γ) ZONARAS: — *Boriſes quoque Bulg. r. captus eſt, quem cum omni-*

d) Haec fere ſunt, quae ad Bulgaros ſpectant, fuſius haec omnia vide in *Ruſſicis §. 46 — 49.*

113. CEDRENVS T. II. p. 672, 673. Zonar. T. II. p. 212. cf. *Ruſſica §. 53.*

e) Huius vrbis meminit Anna Comn. p. 194, 195. occaſione belli Patzinacitici ſub Alexio I. Comn., his verbis: *Eſt haec vrbs* [Peristhlaba] *inter Iſtro circumpoſitas nobilis in paucis; olim quidem non barbaro iſto, ſed graeco nomine Megalopolis (vrbs enim magna fuit) dicta. Ex quo autem Mocrus Bulg. rex, et qui ex illo fuere, poſtque hos Samuel, qui vltimus Bulgaris imperauit, vt Sedekias Iudaeis, occiduum incurſauere limitem: nomen iſti vrbi factum eſt partim ex Graeco veteri compoſitum, partim ex colonorum recentium a Sthlauis genus trahentium gentili nomine; vt magna Periſthlaba paſſim apud gentes circumpoſitas iam audiat.* Duae huius nominis vrbes infra memorantur, quarum *Magna* altera, altera *Parua Periſthlaua* vocatur, vide §. 149. et locum Nicetae in Notis allatum.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 971.

Ruſſis proelio ſuperatis, imperator potitur.] capitur et cum coniuge et liberis Boriſes, Bulgarorum rex, regni inſignia adhuc geſtans, et ad imperatorem adducitur. Cui ſe imperator admodum exhibuit humanum, regem Bulgarorum appellans, omnesque captiuos Bulgaros libere quo quisque abire vellet, permittens; non ad ſubigendos, ſed ad liberandos Bulgaros bellum ſe mouiſſe, dicens, ſolosque Roſſos ſe hoſtium habere numero. [At vero Sphendoſthlabus, Perſthlabae expugnatione perturbatus, quos ſuſpectos habebat Bulgaros, erant autem trecenti circiter, omnes interfecit.] f).

§. 140.

δ) IOANNES Tzimiſces, Roſſis iterum victis proelio g),] ad
114. Doroſtolum ducit, ibique caſtris communitis claſſem Romanam opperitur. — Interim Sphendoſthlabus Bulgaros, quos captiuos habebat, ad viginti millia numeratos, compedibus ac vinculis conſtringit, metuens, ne ii ſeditionem concitarent: et ſe ad tolerandam obſidionem [Doroſtoli] parat.

§. 141.

115. [PACE cum Roſſis compoſita] Sphendoſthlabi rogatu imperator per legatos a Patzinacis petit, vt ſocii amicique Romanorum fiant, neque Iſtrum populandae Bulgariae cauſa tranſeant —. h)

ε) Impe-

bus Bulgaris imperator humaniter tractatum dimiſit. Negabat enim, ſe Bulgaris intuliſſe bellum, ſed Ruſſis.

δ) ZON. — *concitarent, vel ad Romanos deficerent.*

f) Cf. *Ruſſica* §. 56.

114. CEDRENVS T. II. p. 675. Zonar. T. II. p. 212.

g) Cf. *Ruſſica* §. 60.

115. CEDRENVS T. II. p. 682. Zonar. T. II. p. 214.

h) Cf. *Ruſſica* §. 71. Glycas p. 308. haec habet: *Zimiſches, Bulgaris debellatis, vt pro victoriae tropaeis Deo gratias referret, templum ſupra fornicem Chalces nouum exſtruxit. Mandat quoque, vt imago ſeruatoris numiſmatis inſculperetur, quod antea factum non fuerat.* Etiam Conſtantinus Manaſſes p. 119, 120. huius belli meminit.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 971.

s) Imperator caſtellis et vrbibus, quae ad ripas fluminis ſunt, communitis, CP. rediit — fertisque, quae offerebantur, acceptis, albo equo triumphum duxit, quadrigis Bulgaricas regum veſtes impoſuit, ſupraque has imaginem Deiparae, vt quae tutelam vrbis gereret, eamque ſe praecedere iuſſit. Vt in forum venit, gratulatoriarum iam ſatur acclamationum, actis pro parta victoria Deiparae eiusque filio gratiis, in conſpectu populi inſignibus Bulgarici regni Boriſem exuit, (ea erant corona aurea, taenia byſſina, et calcei rubei) indeque ad magnum progreſſus templum, coronam Bulgaricam Deo donarii loco ſuſpendit, Boriſen ad magiſtri dignationem euehit, atque ita in palatium reuertitur.

§. 142.

Impp. CONSTANTINO *et* BASILIO *Porphyrogennetis.*

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphh.*

a. C. 976.

t) SIMVLATQVE diem extremum clauſit Tzimiſcas imperator, Bulgari defecerunt, et imperium in ſe quatuor fratribus commiſerunt, *Dauidi*, *Moſi*, *Aaroni*, et *Samueli*, filiis vnius, cui erat magna inter Bulgaros potentia, *Comitis*, a qua re et *Comitopuli* appel- 116.

s) ZONARAS: *Bello Ruſſico — confecto, imperator Byzantium reuerſus — fertis — Deiparae, currum anteceſſit. Cum in forum Placotum perueniſſet, Boriſem Bulgaricis inſignibus depoſitis dignitate magiſtri ornauit*

t) ZONARAS: *Bulgari, cognito Tzimiſcae interitu, tumultuantur, et quatuor fratribus — deferunt imp. qui Comitop. app. quod filii eſſent viri apud illos illuſtris et ex iis, quos Comites vocant* (ἑνος των παϱ᾽ αυτοις ἐπισημων και λεγομενων Κομητων). *Nam ſtirps regia defecerat, vno Petri filio Romano ſuperſtite, qui eunuchus erat. Ex iis quatuor* (των δε τεσσαϱων συγγενων των Κομητοπωλων) *— interfecit, vno illius filio conſeruato, qui duplici nomine Ioannes Sphendoſthlauus dicebatur: ſiue quod ſummam rerum ſibi ſoli vendicaret, ſiue quod Romanis ſtudere viſus erat: nam vtrumque ferebatur.* GLYCAS; *Bulgaris*

116. CEDRENVS T. II. p. 694, 695. Zonar. T. II. p. 219, 220. Glycas p. 309.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO *Porphh.*

a. C. 976.

appellabantur [i]. Etenim de Petri gente reliquos mors abſtulerat; Boriſes autem et Romanus huius filii, abducti (vt ante retulimus) [k] in vrbem, ibi degebant. Boriſes magiſtri dignitate a Tzimiſca ornatus, Romanus a Ioſepho cubiculario intimo caſtratus [l]. Mortuo Tzimiſca ex vrbe profugerunt, et in Bulgariam contenderunt. Ac Boriſen quidem Romano habitu indutum, dum per ſiluam quandam tranſit, Bulgarus quidam, Romanum [m] eſſe ratus, interficit. Romanus incolumis manſit, et aliquanto poſt in vrbem rediit, vt ſuo loco dicetur [n].

De quatuor autem iſtis fratribus Dauid quidem ſtatim obiit. Moſes autem, Serras oppugnans, ſaxo a muro ictus periit. Aaronem, Romanis rebus, vt ferebatur, fauentem, frater Samuel cum ſobole interfecit: ſolo *Bladoſthlabo* [o], qui etiam Ioannes vſurpatur, filio eius, erepto a *Radcmero* Samuelis filio, quem et Romanum vocant [p].

§. 143.

a. C. 978. [q]

117. ζ) IS SAMVEL, homo bellicoſus ac quietis impatiens, nactus licentiam, Romanis exercitibus bello aduerſus Durum [i. e. Bardam Sclerum

ſtatim a Ioannis imperatoris morte defectionem molitis quatuor fratribus — Samueli. Nec ex eo tempore bellorum et caedium vbique locorum finis fuit.

ζ) ZONARAS: *Is igitur Sam. Bulgarorum principatum ſolus adeptus,*

i) ἑνος των παρα Βουλγαροις μεγα δυνηθεντων κομητος ὀντες παιδες, και δια τουτο Κομητοπωλοι κατονομαζομενοι. de iis v. et ſupra §. 134.

k) Vid. ſupra §. 134. 138. 139. 141.

l) ἐκτμηθεις — παρα του παρακοιμωμενου προτερον Ιωσηφ.

m) Ρωμαιον.

n) Vid. infra §. 153.

o) In margine. Scylitzes; Σφενδοσθλαβου.

p) In marg. e Scylitze additur; και καθισαται μοναρχος Βουλγαριας ἁπασης ὁ Σαμουηλ.

117. CEDR. Zonar. ll. cc. Conſtantinus Manaſſes p. 121.

q) Iis, quae §. 144. habes, immediate ſubiungit Cedrenus: *indict. 15. a. M. 6494. menſe Octobri terra vehementer concuſſa. Rom. imperii proceres imperatori ſuccenſentes, Phocas Bardas et quidam cum ipſo, quod Bulgaricam inſtituens expeditionem, ipſos ſpreuiſſet, nulloque numero habuiſſet, alii alias ob cauſas — hi coeuntes d. Aug. 15. ind. 15. Bardam Phocam imperatorem deſignant.* Sed Caluiſius Bulgaricam expeditionem ad a. C. 978. refert, initium rebellionis Bardae vero ad a. C. 987. caedem vero Bardae Phocae et quietem imperio redditam ad a. 989. cum Petauio.

Impp. CONSTANTINO et BASILIO Porphh.

a. C. 978.

Sclerum] occupatis, totum occidentem incurſionibus vexauit, non Thraciam modo et Macedoniam ac Theſſalonicae propinqua; ſed Theſſaliam quoque, Graeciam et Peloponneſum. ac multa cepit caſtella, quorum praecipuum Lariſſa. huius incolas cum totis familiis in intimam tranſtulit Bulgariam, et ſuorum militum tabulis inſcripſit, eorumque opera contra Romanos vſus eſt. Auexit etiam reliquias S. Achillei, qui epiſcopus Lariſſae fuerat, et Preſpae, vbi regiam habebat ſuam, depoſuit.

§. 144.

a. C. 987.

η) PROINDE Baſilius imperator, vtprimum Duri negotio ſe expediit, vlciſci Samuelis maleficia cupiens, collectis Romanis exercitibus in Bulgariam ipſe ducere ſtatuit, ne communicata quidem re cum Barda Phoca, ſcholarum etiamnum domeſtico, et reliquis orientalibus ducibus. Ergo per Rhodoptae ac Euro r) flumini regiones propinquas Bulgariam ingreſſus, magiſtrum Leonem Meliſſenum a tergo relinquit, qui anguſtias cuſtodiret: ipſe faucibus et ſiluis, quae ſunt ad Triaditzam s) (olim haec Sardica dicebatur) peragratis, in loco,

dum Romani bellis ciuilibus diſtinentur, occidentales eorum prouincias omnes impune circuit: nec populatur tantum, ſed et regiones et vrbes ſuae ditionis facit. CONSTANTINVS MANASSES: *Dum hoc bellum* [cum Barda Sclero] *diutius duraret — vicinae Iſtro regiones cum Thracia finitima Bulgarorum excurſionibus vexatae ſunt.*

η) ZONARAS: — *cum magiſtro Barda, orient. legionum domeſtico — ducibus. Bulgarorum fines iam ingreſſus, magiſtrum L. M. — ipſe Sardicam, quae et Tr. dicitur, obſidere inſtituit. Verum occid. legionum domeſticus Contoſtephanus, cogitans re bene geſta imperatorem nunquam non ſuopte ductu atque auſpiciis bella adminiſtraturum, ſe caeterisque ducibus parui aeſtimatis: operam*

r) Εὐρῳ, in marg. Scylitzes: Ἑβρῳ.

s) Du Cange in Nott. ad Zonaram p. 108. haec habet: „Leo Diaconus lib. x. hiſt. nondum editae: κατα την Σαρδικην ἐπεχωριασεν, ἡν και Τραλιτζαν ἡ Σκυθικη συνηθεια κεκληκεν. Infra Τριαδιτζαν vocat„.

Imp. BASILIO *Porph.*

§. 987.

loco, cui Stoponium nomen, caſtra ponit, ibique de oppugnanda Sardica cogitationes inſtituit. Andiebatur etiam, Samuelem montes, qui circumiacent, tenere, ab aperto proelio metu abhorrentem, et vndique inſidias hoſtis laedendi cauſa tendentem.

Dum his intentus eſt imperator, Stephanus, ſcholarum occidentalium domeſticus, quem ob ſtaturae humilitatem Contoſtephanum appellabant, Leoni Meliſſeno inimiciſſimus, nocte ſe iam intendente, imperatorem adit: hortaturque, vt, omnibus rebus poſthabitis, motis caſtris Conſtantinopolin recurrat: Meliſſenum enim inhiare imperio, et ad vrbem ſumma celeritate proficiſci. Hoc ſermone conturbatus imperator, ſtatim caſtra moueri iubet. At Samuel, incompoſitum hoſtium diſceſſum pro fuga, vt par erat, habens, ſubito in eos cum clamore ac ſtrepitu irruit, territosque in fugam coniicit, caſtris eorum potitus, et impedimentis omnibus, ipſisque adeo imperatoriis inſignibus. Imperator — aegre per fauces Philippopolin peruenit. —

§. 145.

a. C. 989 [t].

118. 9) CIVILIVM bellorum mole ac curis liberatus imperator, de vlciſcendo Samuele aliisque regulis conſilia iniit: qui, rebel-

dedit, vt conatus illius labefactaret, atque impetum retardaret. Accedit igitur, et Meliſſenum — moueri iubet. At Samuel cacumina montium inſidens (neque enim acie decernere audebat) ſubito diſceſſu viſo — vix Philipp. euaſit.

9) CONSTANTINVS MANASSES: [Imperator poſtquam a turbis internis liber fuit] *ſenſerunt et Bulgarorum optimates potentiam ipſius, campis eorum ſanguine tinctis, et cadaueribus paſſim quercinorum truncorum more ſparſis, quaſique ſiluam quandam efficientibus. Milites Romani tam grauis, quam leuis armaturae per*

118. CEDRENVS T. II. p. 701. Conſtant. Manaſſ. p. 121, 122. Zonar. T. II. p. 223.

t) Obiit Bardas Phocas Aprili menſe, ind. 2. a. M. 6497. i. e. a. C. 989.

bellionibus occupato, licentiam nacti, haud exigua damna Romano imperio intulerant. Exit ergo in Thraciam et Macedoniam, et Theſſalonicam deſcendit, gratias actum magno martyri Demetrio. Tum magiſtrum Gregorium Taronitam ibi cum valido praeſidio relinquit, ad reprimendas Samuelis graſſationes. Ipſe CPlin reuerſus, inde in Iberiam proficiſcitur.

 §. 146.

Thraciam liberrime tum vagabantur, examinatim proſtratis non minus vbique Bulgaris, atque olim Troiani paſſim caeſi iacebant, Achille ipſos trucidante. Quapropter de ferocia ſua nonnihil remiſit barbarus, qui ſuorum militum robur exſtinctum cerneret. At eodem mox clamores bellicos edente, claſſicumque tollente, Baſilius quoque gladio ſe accingebat, aheneumque ſcutum; inſtar Martis bellici tumultus pleni et murorum expugnatoris, quatiebat, campis armatorum multitudine completis —. Rurſus ergo pugnae ancipites atque caedes occipiebantur, et barbari animi ferociam barbarus oſtentabat inſtar apri, qui haſtae cuſpidem ſuamet intra viſcera furens adigit. Iam ab vtraque parte milites ad proelium armari: omnes loricis ferreis, ſcutis aereis, haſtis grauibus ſeſe munire: tuba mauortium ac bellicum quiddam ſonare: haſtae dentari ac inhorreſcere: clamores tolli: cuncta in vtroque exercitu apparari. Cum ad manus ventum eſſet, leonum et ſpumantium aprorum more concurrebant: enſes furebant: manus haud ceſſabant; ſed cadentium cruore polluebantur: ſcuta cum haſtis comminuebantur, terribilemque ſtrepitum excitabant. Interim ſuos imperator obire, tanquam celeriter volans accipiter, et aduerſus hoſtes excitare, cadentem pedibus conculcare, principem gentis indagare, neruos equorum incidere, caſtra hoſtium diripere, ſpoliis opimis potiri. Sic Bulgarorum faſtum imperator coërcuit, et ſupercilium illud elatum depreſſit: ſic agitatos fato quodam canes ſuis a caulis et gregibus abegit: ſic ſuperbos miſeros, ſic feroces timidos, ſic ex liberis ſeruos per varias aerumnas effecit. ZONARAS: — *liberatus imperator, in Thraciam abiit — Demetrio. ibique viro illuſtri cum magnis copiis duce relicto, ad —*

Imp. BASILIO *Porph.*

§. 146.

a. C. 995. v)

119. t) SAMVEL moto in Theſſalonicam bello, copiis ſuis in inſidias diſtributis, paucos quosdam excurſionem vsque ad eam vrbem facere iubet. Quod vt ſenſit praefectus Gregorius, Aſoten filium ſuum mittit, qui exploraret hoſtium multitudinem, et ſibi indicaret. Is in emiſſarios eos incidens, fuſos inſecutus, imprudens in medias incidit inſidias. Gregorius, re cognita, illico ad ferendum auxilium feſtinat, vt filium hoſtium manibus eriperet. Sed et ipſe a Bulgaris circumuentus, fortiter pugnans interficitur.

Hac ducis clade intellecta, mittitur totius occidentis praefectus, magiſter Nicephorus Vranus —. Is vt Theſſalonicam peruenit, certior fit, Samuelem animo elatum, quod ducem Gregorium Taronitam interfeciſſet, filiumque eius cepiſſet, Theſſalica iam Tempe transgreſſum, et Paeneum amnem transmiſiſſe, et in Theſſaliam, Boeotiam atque Atticam, et per Iſthmum Corinthiacum etiam in Peloponneſum graſſari. Itaque et ipſe ſuis cum copiis ad radices Olympi facto itinere, Lariſſam venit, ibique impedimentis relictis, Theſſaliam magnis itineribus peragrat: campisque Pharſaliae et Apidano amne transmiſſis, in ripa Sperchеii x) amnis caſtra ponit, in oppoſita ripa Samuele ſua caſtra habente. Ingentes imbres tum deciderant

t) Id. *Cum Samuel Bulg. princeps non Thraciam tantum et Macedoniam, ſed Graeciam ipſamque Peloponneſum popularetur, imperator Nicephorum Vranum magiſtrum, praetorem occidentis, ablegat, qui, cum Samuel ad Sperchium fluuium tentoria fixiſſet, in oppoſita continente caſtra poſuit. Quia vero flumen ob crebras pluuias nauigari non poterat; Samuel Romanorum aggreſſionem minime verebatur. Cum autem Vranus noctu quodam in loco vadum perueſtigaſſet, eo tacite traducto exercitu, Samuelem ſecurum ſubito inuadit, ac barbari re inexſpectata attoniti, ne armis quidem contra illatis cadunt. Vulneratus eſt et Sam. — occultati, clam aufugiſſent.*

119. CEDRENVS T. II. p. 702 — 704. Zonar. T. II. p. 223, 224.

v) Nicolaus Chryſobergius Patriarcha CP. obiit ind. 8. a. M. 6005. et Patriarcha deſignatur Siſinnius. His quidem ea, quae de Bulgaris §. 146. habes, ſubiungit Cedrenus.

x) Σπερχειου.

§. 995.

ciderant, et fluuius alueo turgente ſtagnabat: itaque eo quidem tempore proelium nullum ſperabatur. Sed Vranus ſurſum deorſumque tentato flumine, vadum inuenit: eaque intelligens ſe exercitum in oppoſitam ripam traducere poſſe, noctu cum ſuis amnem tranſit, Bulgarosque ſecure dormientes adoritur, innumerosque interficit, nemine ſe defendere auſo. Ipſe quoque Samuel et filius eius Romanus, profunda acceperunt vulnera, fuiſſentque capti, niſi inter cadauera delituiſſent, et nocte inſequente occulte in montes Aetolicos aufugiſſent, per quorum deinde cacumina ad Pindum montem, atque hinc in Bulgariam euaſerunt. Vranus interim Romanos captiuos liberat, occiſos Bulgaros ſpoliat, caſtra eorum diripit, ingentique parta praeda ſuos Theſſalonicam reducit.

§. 147

SAMVEL domum reuerſus, filiam ſuam Aſotae Taronitae F. libertate reddita in matrimonium collocat. nam eius amore puella correpta, mortem ſe ſibi conſcituram, minabatur, niſi eo marito potiretur. Nuptiis confectis, generum cum filia Dyrrachium mittit, et regionis eius cuſtodiae praeficit. Verum Aſotes eo profectus, vxore quoque in ſuam ſententiam traducta, cum ea in Romanas triremes, quae finium tuendorum cauſa litus illud legebant, confugit. iisque ad imperatorem perfertur, ab eoque magiſtri ipſe, vxor Zoſtae honore afficitur. 120.

Idem litteras imperatori attulit a *Chryſelio*, vno eorum, quorum ſumma erat Dyrrachii potentia: is, pro mercede ſtipulatus ſibi et duobus ſuis filiis patricios honores, promittebat imperatori ſe vrbem eam traditurum [cumque per litteras imperator confirmaſſet, ſe promiſſa omnino praeſtiturum, Dyrrachium Euſtathio patricio Daphnomelae traditum eſt, et Chryſelii filii patriciatus honore decorati ſunt y)] illo [patre] morte praeuento.

§. 148.

SVB idem tempus Paulus Magiſter Bobus, vir Theſſalonicae primarius, et Malaceinus protoſpatharius — delati, quod animis ad 121.

 Bulga-

120. CEDRENVS T. II. p. 703. 121. Id. ibid. p. 704.

y) Haec e Scylitze ſupplentur.

Imp. BASI-LIO *Porph.*

a. C. 995.

Bulgaros inclinarent. hic Byzantium, ille in Thracenſem Pediadem tranſlati ſunt. Idem ne ſibi eueniret, veriti quidam illuſtres Adrianopoli, et qui geſtis erant clari magiſtratibus, quod in ſuſpicionem et ipſi veniſſent, ad Samuelem ſeſe contulerunt. Batatzes cum tota familia, Baſilius Glabas ſolus, cuius filium imperator per integrum triennium in cuſtodia detentum tandem dimiſit.

κ) Per Philippopolin quoque impreſſionem in Bulgariam fecit, cuſtodia huius vrbis commiſſa patricio Theodorocano: multisque Triaditzae euerſis caſtellis, Moſynopolin redit.

§. 149.

a. M. 6508. ind. 13.

a. C. 1000.

λ) ANNO Mundi 6508. ind. 13. grauem exercitum Baſilius mittit aduerſus Bulgarica trans Aemum caſtra, ducibus patricio Theodorocano et Nicephoro protoſpathario Xiphia. Capta ab his *maior minorque Perſthlaba* z) atque *Pliſcoba* a), victorque domum rediit Romanus exercitus.

§. 150.

a. C. 1001.

μ) INSEQVENTI anno rurſum imperator in Bulgariam abit, per Theſſalonicam. ibi ſe vrbemque Berrhoeam eius princeps *Dobromerus*

κ) ZONARAS: *Poſthaec ipſe imperator bellum intulit Bulgaris, et quibusdam Sardicae — redit.*

λ) Id. *ſed et magnam et paruam Perſthl. et Pliſc. per duces cepit.*

μ) Id. *Eſt ei et Berroea per Dobrom., qui ad Romanos ſe contulerat, tradita. Seruia vero expugnata ſunt, et Nicolaus, quem — vocabant captus: qui quamuis patricii dignitate ornatus eſſet, ta-*

mi. ZONARAS. T. II. p. 224. Glyc. p. 310.

z) Vrbis Periſthlabae meminit Nicetas Chon. p. 238. et *vrbs*, inquit, *ea Ogygia eſt, tota latericia et maximum Haemi ſpatium complexa.*

a) Pliſcuba (inquit Bandurius in Nott. ad Antiq. CP. L. I. p. 465.) Scriptoribus Orig. CP. et Leoni Diac. Lib. VIII. Hiſt. Mſ. qui eam inter Perſthlauam et Doroſtolum extare ſcribit „. ex Anna Comn. p. 139. eam non procul a paruo quodam fluuio Bitzina dicto, ſitam fuiſſe, colligitur.

bromerus dedit, et proconſulis afficitur honore. At qui Seruia praeſid o tenebat Nicolaus, quem diminutiua forma ob ſtaturae breuitatem *Nicolitzam* vocabant, oppugnato ab imperatore caſtello, fortiter ac alacriter reſiſtebat: donec ab imperatore vi caſtello expugnato, ſimul et ipſe in eius poteſtatem venit. id caſtellum, translatis alio Bulgaris, imperator Romano munit praeſidio: ac inde Conſtantinopolin redit, eo etiam Nicolitza abducto, ac patricii honore ornato. Verum Nicolitzas, homo inconſtans, vrbe profugit: furtimque ad Samuelem elapſus, cum eo Seruia b) oppugnat. quam obſidionem celeriter ſuperueniens imperator facile diſcuſſit, Nicolitza et Samuele diffugientibus. Et Nicolitza a quodam Romanorum manipulo, in quem inciderat, captus, et in vinculis adductus, Conſtantinopolin miſſus, in carcerem coniicitur.

§. 151.

Inde in Theſſaliam profectus imperator, caſtella a Samuele diruta reficit, quae a Bulgaris tenebantur expugnat, Bulgarosque Bo- 122
lerum (loci hoc nomen) transfert. Omnibusque caſtellis praeſidio munitis, ad *Bodena* peruenit (Bodena caſtellum eſt ſaxo praerupto impoſitum, per quod ſaxum aqua paludis *Oſtrobi* occulte infra terram defluit, indeque rurſum emergit c)) cumque deditio non fieret, vi expugnat, Bulgaricumque praeſidium Bolerum deportat: et, caſtello praeſidio valido impoſito, Theſſalonicam abit.

Qui praefuerat ei caſtello *Draxanus*, vir bellicoſus, ab imperatore impetrat, vt Theſſalonicae ſibi liceret degere: ibique vxorem ducit

men aufugit et ad Samuelem redit. GLYCAS: *Imperator cum frequenter bella Bulgaris intuliſſet, varie cum eis manum conſeruiſſet, tropaea ſtatuiſſet inſignia, quae vix oratione ſatis exponi poſſunt, Samuele multoties fracto, imperatoriam ad vrbem eſt reuerſus.*

b) τα Σερβια, caſtellum in Theſſalon. prouincia ſitum. 122. CEDRENVS T. II. p. 705.

c) Huius vrbis iisdem verbis meminit Glycas p. 309, 310. iisque ea quae ad §. 150. ex ipſo adduxi, ſubiungit.

Imp. BASI-
LIO Porph.

a. C. 1001.

ducit filiam primi pribatariorum d) aedis martyris Demetrii. Cumque bis ea maritum patrem feciſſet, ipſe profugit. deprehenſus, ſocero intercedente, veniam impetrauit. et, cum denuo profugiſſet, rurſum eſt eodem modo dimiſſus. aliis autem duobus liberis procreatis, tertium vt profugit, captus inque palum ſuffixus eſt.

§. 152.

indict. 15.

a. C. 1002.

v) ANNO inſequenti, indictione 15. imperator *Bidynam* vrbem obſidet: et octo menſes oppugnatione tracta, eam vi capit. Dum haec agit imperator, Samuel, expeditos ducens, Adrianopolitanos obiter adoritur, die aſſumtioni Deiparae feſto, quo publica tum de more peragebatur ſolemnitas. Subito igitur irruens e), magna parta praeda diſcedit. Imperator, Bydina diligentiſſime communita, in vrbem incolumis reditum inſtituit, obiter omnia Bulgarica caſtella vaſtans atque ſubigens.

§. 153.

Sed cum ad vrbem *Scopias* accederet, deprehendit trans Axium f) fluuium (nunc Bardarius appellatur) Samuelem negligenter caſtra habere

v) ZONARAS: *Deinde imperator Bidinam expugnat. quam dum obſidet, Samuel Adrianopolin ſubito inuadit, cum nundinarum celebritas extra moenia agitaretur, mercibusque direptis, ac plurimis captis, recedit: quem imperator, Bidina capta rediens, ad Axium fl. — traducit, multis Bulgaris caeſis Samuelis tentorium — capta. Samuel ipſe aufugit. Sed et vrbem Sc. — B. regis filius.*

d) τȣ πρωτȣ των Πριβαταριων. Goar in Nott. Poſter. in Cedrenum p. 55. „ Vt *Comitem*, inquit, *priuatarum rerum* et peculiaris fiſci imperator habebat, *Priuati Aerarii praefectum* deinceps dictum: ita et Eccleſiae ſuos Curatores, Defenſores, Oeconomos, et, vt auctor loquitur, Πριβαταριȣς, *Gazophylacii praeſiaes* „.

e) καὶ την τε πανηγυριν, ἥτις εἰωθη ἐτησιως τελεισθαι δημοτελης, αἱρει ἐξαιφνης ἐπιπεσων.

f) Du Cange in Nott. ad Zonaram p. 108. Ioannes Tzetzes Chil. x. cap. 326. Αξειων quosdam perperam ſcribere obſeruat: Παιονες δε οἱ Βȣλγαροι, μη πειθου τοις βȣβαλοις, Αλλȣς τινας τȣς Παιονας νομιζειν, παρα τȣτȣς, Οἱ Αξιον νομιζȣσιν ἑτερον τῳ Βαρδαρῃ, Και Αξειον, ὀυκ Αξιον φασι, γραφῃ διφθογγῳ.

a. C. 1002. *Imp.* BASILIO *Porph.*

habere. Hic enim, fretus amnis abundantia, et eum ob aquarum inſolentem affluxum tranſiri non poſſe ratus, ſecurus erat. At imperator per vadum a quodam ſuorum inuentum copias traducit. 123. itaque re inſperata conſternatus Samuel, ita effuſe fugit cum ſuis, vt nemo eorum hoſti pectus vnquam oſtenderet. ipſius tabernaculum, totaque caſtra capta. Sed et vrbem Scopias imperatori tradidit ei a Samuele praefectus *Romanus*, Petri Bulgarorum regis filius Boriſae frater, Symeon etiam aui nomine appellatus. quem eius officii cauſa imperator patricium praepoſitumque deſignat, Abydoque praeficit.

Inde imperator ad *Pernicam* ducit, quod tuebatur *Cracras*, vir bello optimus. Ibi cum haud parum temporis triuiſſet, et in oppugnatione multos amiſiſſet, cum et caſtellum inexpugnabile ſentiret, et Cracram neque blandiendo neque pollicitationibus ſubigere poſſet, ad Philippopolin tranſit, indeque in vrbem reuertitur.

§. 154. indict. 12.

a. C. 1014.

ξ) BASILIVS imperator quotannis in Bulgariam expeditionem 124. faciebat, et obuia quaeque populabatur ac vaſtabat. Ideo Samuel caſtra ſub dio locare, aut aperto proelio concurrere non audens, vndique attritis viribus amiſſoque vigore ſuo, ſtatuit foſſis ac ſeptis factis eum ingreſſu Bulgariae excludere g). et quia norat, ſolere eum per

ξ) ZONARAS: *At imperator crebris impreſſionibus Bulgariam vaſtabat et vrebat, cui cum Samuel acie reſiſtere non poſſet, operam dabat, vt aditus regni occluderet, et anguſtias locorum caſtellis et praeſidiis occuparet. Imperator autem reuerſus, magnaque vi penetrare aggreſſus, etſi virtute praeſidiariorum repulſus, tamen coeptis non deſtitit, ſed permanſit, ſubinde caſtellum tentans, vno*

123. CEDRENVS T. II. p. 706. Zonar. T. II. p. 224.

124. CEDREN. T. II. p. 707. Zonar. T. II. p. 225, 226. Glyc. p. 310.

g) ἐγνω ταφροις και θριγγοις ἐπιτειχισαι τουτῳ την εἰς την Βουλγαριαν εἰσοδον. Zon. ταφροις τας εἰσοδους ἀποκλεισαι αὐτω, τας δυσχωριας φραξας οἰκοδομιαις.

Imp. BASILIO *Porph.*

a. C. 1014.

per *Cimbum Longum* et *Cleidium* b) intrare, anguſtias illas ſepto late producto munit atque intercipit, iuſtoque firmat praeſidio, et ſic imperatorem opperitur. Poſtquam eo venit imperator, et intrare eſt conatus, fortiter eum arcuere cuſtodes, eos, qui vi penetrare niterentur, de ſuperiore loco ferientes atque vulnerantes.

Ibi de tranſitu deſperantem iam imperatorem Nicephorus Xiphias, Philippopolis tum praefectus, monet, vt loco eo maneat, ſeptumque illud oppugnare continenter pergat, ſe alia obiturum, operamque daturum, vt ſalutare aliquid conficiat. Hoc modo re compoſita, cum ſuis montem ad meridiem clauſtris iis obiectum celſiſſimum, cui *Balathiſtae* nomen i), magnis itineribus circuit: et 29. die Iulii, indictione duodecima de ſuperiore loco ſubito ingenti cum ſtrepitu Bulgaros a tergo adoritur. qui cum re inſperata perterriti fugerent, imperator defenſoribus vacuum ſeptum diruit, ac fugientes

ex ducibus cum ſua legione miſſo, an vſpiam alibi per ambages ingreſſum aperire poſſet. Is per montes multasque difficultates Bulgaris deceptis (λαϑων τȣς Βȣλγαρȣς) *ingreſſus, a tergo in praeſidiarios irruit, qui re ſubita perterriti, non iam de munitione tuenda, ſed de interitu vitando laborabant. Ibi Romanus exercitus nemine prohibente rupta munitione tranſit, hoſtesque perſequens — capit, Samuele vix elapſo. Imperator captiuis — corruit, ac parum recreatus ex cardiogmo interit* k). GLYCAS: *Non deſinebat imperator ſingulis annis in Bulg. irrumpere. Cui quum Samuel aperta ſe vi non poſſet opponere, foſſis ac ſeptis Bulg. fines munire decreuit, quamquam irrito conatu molitiones haſce occiperet. Tandem imperator cum Samuele proelio congreditur, eumque Marte aperto vincit, vix ſaluti ſuae in eo conſulentem, vt fuga Prilapum* (*caſtelli hoc nomen*) *euaderet. Capt. — obiit.*

b) δια τȣ λεγομενȣ Κιμβα Λογγȣ και Κλειδιȣ.

i) το προς μεσημβριαν κειμενον τȣ Κλειδιȣ ὑψηλοτατον ὀρος, ὁ Βαλαϑιςαν κατονομαζȣσι.

k) Du Cange in Nott. ad h. l. „Lupus Protoſpatha: *Anno MXV. apparuit Cometa menſe Februario et Samuel rex obiit, et filius eius regnauit.* Mox: *a. MXVI. occiſus eſt filius praedicti Samuelis ab eius conſobrino filio Aroni, et regnauit ipſe.* vbi cod. al. *a Fierada eius conſobrino filio Arronii.*"

Imp. BASILIO Porph.

tot inſequitur. Multi tum Bulgari occiſi, multo plures capti. Ipſe Samuel aegre euaſit filii opera, irruentes fortiter repellentis, patremque equo impoſitum in caſtellum *Prilapum* abducentis.

§. 155.

Captiuis Bulgaris, qui fuiſſe ad quindecim millia feruntur, oculos imperator eruit, ſingulisque centuriis vnoculum praeficit, atque his ductoribus eos ad Samuelem mittit. Quos Samuel iſto numero atque ordine venire videns, animi ad eam calamitatem ferendam non habuit ſatis: ſed oborta vertigine exanimatus, in terram corruit. aqua autem et vnguentis a praeſentibus vtcunque recreatus, cum ſeſe aliquantulum collegiſſet, frigidae hauſtum petiit: cumque bibiſſet, cardiagmo correptus, biduo poſt obiit.

§. 156.

DRYMON — amnis — originem a *Lichnitide* l) trahit palude, 125. quam lingua nunc in barbariem degenerans *Achridem* vocat, a priori appellatione *Mochri* regis Bulgari, eius qui deinde Samuel eſt appellatus m). Floruit is imperantibus Conſtantino et Baſilio Porphyrogenitis: quando iſtam paludem deriuare exhaurireque aggreſſus in foſſas

125. ANNA COMNENA p. 371.

l) Du Cange in Nott. ad h. l. ſic habet. „ Vibius Sequeſter: Drinus a palude Ligniſti abluens Scodram oppidum Illyricorum. Λιχνιδια dicitur Polybio, Λιχνιττος Stephano, Λιχνηδος Nicephoro Calliſto, hodie Lago di Locrida, ab Achride oppido vicino, Lichnido olim nuncupato.

m) απο Μοκρε τε Βελγαρε βασιλεως τα πρωτα και τα ἐσχατα Σαμεηλ. Du Cange „ At, inquit, Theophylactus Epiſt. 65. in qua Boemundi irruptionem in Illyricum narrat, tractum Achridenſi regioni vel vrbi conterminum Μοκρον appellatum teſtatur hiſce verbis: τα δε κατα την Αχριδα παντα φοβε μεςα, και το απο τε Μοκρε μερος (ὁ δε Μοκρος της Αχριδος τμημα) παρα τε δελε και αποςατε λεληιςαι. ἡ δε Βαγορα (ορος δε αυτη παμμεγα, και τοις Βελγαρικοις και Δυῤῥαχικοις ορεσι μεσιτευον) παρα αυταρτε φυλαττεται —. *Bagora* mons apud Theophylactum idem ille eſt, qui *Bagulatus* dicitur Fulcherio Lib. 1. c. 3. „

Imp. BASI-
LIO *Porph.*

a. C. 1014.

foſſas eam quasdam, ſiue alueos ſecuit, centum quos pontes appellamus. ripas enim et crepidines habent quaſi ſubtus peruias et ex vno in alium meabiles penetrantibus ſcaturiginum venis. adeo vt in riuo quolibet caput fontis velut ibi naſcentis eſſe videatur. Vbi autem iſta tot flumina ex ſuis quaeque principiis aliquamdiu fluxere ſeparatis aquis, vnum denique in fluuium eum qui ad *Deuren* [n] eſt, ſeſe coniunctim miſcent, eique ex loco confluentiae ac tam notabilis augmenti Drymonis nomen faciunt, quem et influxu peronni ſic alunt, dilatantque, vt reddant maximum. Extremos hic obiens Dalmatas et ſe ſurſum ad Septentrionem flectens, tum ad Auſtrum declinans ad radices montis, cui Eliſſus impoſita eſt, ſeſe in Adriaticum effundit ſinum.

CAPVT XII.

Res Bulgarorum ſub regibus Gabriele et Ioanne Bladiſthlabo; Bulgaria a Baſilio Porphyrogenneta ſubacta;

ab a. C. 1014 — 1019.

indict. 13.

§. 157.

a. C. 1014.

126. a) SVCCESSIT ei [Samueli] filius GABRIEL, qui et *Romanus* [a] dicebatur, patre robuſtior ille, ſed prudentia longe infe. ior, natus

a) ZONARAS: *Bulgarorum vero principatus in Gabrielem filium eius, qui et Romanus dicebatur, translatus eſt; quem nondum anno elapſo frater patruelis, Aaronis filius, Vladiſthlabus Ioannes* (ὁ υἱος τȣ πατραδελφου ἀυτȣ Ααρων ὁ Βλαδισθλαβος

n) Huius vrbis etiam meminit Zonar. T. II. p. 226. Glyc. p. 310, 311. Cedr. p. 745. v. infra §. 178.

126. CEDRENVS T. II. 707. 708.

a) Et Radomer, Ραδομηρος v. ſupra §. 142.

cum captiua quadam Lariſſaea. Iniit decima quinta Septembris, indictione decima tertia. cumque nondum integrum imperaſſet annum, venatum exiens interficitur a *Ioanne*, qui et *Bladiſthlabus*, filio Aaronis, quem ipſe neci aliquando ſubtraxerat b).

§. 158.

Antequam hoc fieret, Theophylacto Botaneiata Theſſalonicae praefecto poſt Dauidem Arianitam, Samuel *Neſtoritzam*, vnum de potentiſſimis Bulgaris, magno cum exercitu ad eam vrbem miſit. Quem Thephylactus, filio ſuo Michaele comitatus, pugna congreſſus fudit: magnaque praeda parta, et multis captis, cum his ad imperatorem tunc ſeptum in anguſtiis apud Chlidium oppugnantem c) venit. Imperator anguſtiis, quo diximus modo, ſuperatis, ad *Strumpitzam* accedit: et caſtello, cui *Matzucium* nomen, potitus, Strumpitzae iam propinquans, Theophylactum Botaneiatam, Theſſalonicae ducem, colles ad Strumpitzam ſitos ſuperare iubet, et ſepta obuia incendere, ſibique hoc modo iter Theſſalonicam ducens expedire. Proficiſcentem praeſidiarii, nihil obſtantes, ire, quo volebat, paſſi ſunt. Sed cum mandatis peractis ad imperatorem redire vellet, in inſidias ad hoc ipſum collocatas in porrectis in longum anguſtiis incidit: circumuentusque, et deſuper ſaxis telisque petitus, omni ſe defendendi praerepta facultate ob compreſſos in arctum ordines et loci anguſtiam omni exitu carentis, cum magna ſui exercitus parte perit.

§. 159.

Imperator, ea clade nunciata, maximum percepit dolorem, et progredi vlterius non auſus, retro abiit ad Zagoria, vbi caſtellum erat

Ἰωαννης], binomis enim et hic erat, occidit. *Imperator vero caſtello anguſtiarum, vt diximus, ſuperato, cum alia firma praeſidia vna cum defenſoribus cepiſſet, Moſynopolin pergit: vbi nuncio de Samuelis interitu accepto, Bulgarica oppida et praeſidia expugnat.* GLYCAS: *Eius loco regnum apud Bulgaros* [text. lat. perperam *Chagaros*] *filius — inferior.* reliqua ad §. 166. adfero.

b) Coll. §. 142.

c) πολιορκουντι το ἐν τῃ Κλειδιῳ δεμα. Goar. in Nott. poſter. p. ... Δεμα, inquit, turris in Κλεισουρα, in cluſa, ſiue muro inter duos montes aſperos erecta, ad quam aditus hic paſſim dicitur Κλειδιον etc.

Imp. BASILIO *Porph.*

a. C. 1014.

erat *Melenicus* longe munitiſſimum, ſaxo impoſitum, et praecipitiis vallibusque profundiſſimis cinctum. eo ex vicinia paſſim confugerant Bulgari, Romanorum admodum ſecuri. Ad eos mittit imperator Sergium ſpadonem, vnum ex intimis ſuis cubiculi miniſtris, hominem cordatum ac facundum, qui ipſorum animos periclitaretur. Is multa ſuadendo atque probabiliter diſſerendo, eos eo adduxit, vt, rem recta via reputantes, poſitis armis ſe et caſtellum imperatori dederent. quos imperator humaniſſime excepit: et caſtello praeſidio ſufficienti impoſito, Moſynopolin rediit. Ibi ei moranti nuncius de obitu Samuelis affertur, vigeſima quarta Octobris die.

127. Exinde ſtatim Moſynopoli Theſſalonicam abit, atque hinc ad Pelagoniam vsque proficiſcitur nullo cum maleficio, niſi quod regiam Gabrielis *Butelianam* d) incendit. Miſſis etiam militibus caſtella Prilapum et *Stypeium* capit. Inde ad fluuium *Tzernam* venit, eumque ratibus et vtribus inflatis traiicit, ac Bodena: et inde nona Ianuarii die Theſſalonicam rediit.

§. 160.

a. C. 1015.

INITIO veris rurſum in Bulgariam it, ac Bodenae caſtellum (nam praeſidium, fide violata, arma contra Romanos ceperat) magna vi obſidens, fide publica accepta ſe dedere praeſidiarios cogit, eosque Bolerum deportat. Tum in anguſtiarum medio duo caſtella aedificat, vnum Cardiae, alterum ſancti Eliae nomine, et Theſſalonicam redit.

β) Hic degenti Gabriel, qui et Romanus appellabatur, per quendam Romanum Cheirotmetum (id nominis ab inciſa manu eſt e)) promittit, ſe ipſi ſeruum ac ſubiectum fore. Sed imperator

β) ZONARAS: At *Samuelis filius Romanus Gabriel (necdum enim caeſus erat) per legatos imperatori ſeruitutem pollicebatur.*

127. CEDRENVS T. II. p. 709. Zonar. T. II. p. 226.

d) τα ἐν Βετελιῳ βασιλεια τȣ Γαβριηλ.

e) Interpres addit.

tor fallaces eſſe litteras ſuſpicans, Xiphiam et Conſtantinum Diogenem, qui Botaneiatae in praetura Theſſalonicenſi ſucceſſit, cum exercitu in regionem *Moglenorum* mittit: qui cum, eam depopulati, vrbem obſiderent, ſuperuenit ipſe, et amnis, qui vrbem alluebat, alueo auerſo, ſuffoſſis murorum fundamentis, et interiecto cauernis ligno aliaque ignis capace materia, incendio muros euertit. quo viſo, oppidani miſerabiliter ſupplices facti, ſe et munitionem dediderunt. Captus eſt ibi *Domitianus Caucanus* f), homo potens, et Gabrielis conſiliarius: et Moglenorum princeps *Elitzes*, aliique procerum multi, et manus haud parua militum. Armis ferendis idoneos Aſpracaniam deportat imperator; colluuiem reliquam diripi iubet, et caſtellum, cui *Notio* nomen, incendi g), Moglenis vicinum.

§. 161.

γ) Quinta die Cheirotmetus Romanus venit, famulos ſecum habens IOANNIS BLADISTHLABI, Aaronis filii, et litteras, quibus hic ſignificabat, ſe Gabrieli vitam eripuiſſe, nuncque ad ſe rediiſſe Bulgaricum imperium, promittebatque, ſe ſeruum et ſubditum imperatori fore. Iis perlectis, imperator ſuam ſententiam aurea bulla h) conſignatam Ioanni mittit. Pauciſque poſt diebus Romanus i) redit, litteras Ioannis et principum Bulgariae afferens, quibus ii ſe ſubditos 128.
imperatori fatebantur. Adiungit ſe etiam imperatori Caucanus, Dometiani apud Moglenos capti frater, eſtque ab eo honorifice habitus.

§. 162.

γ) Id.: et *tempore aliquanto interpoſito, Ioannes Vladſtlaui* (Βλαδιϑλαβῶ) *miniſter adeſt, caedem Gabrielis ab hero ſuo factam nuncians, aliique multi ex illuſtribus Bulgaris ad imperatorem confluunt.*

f) Δομετιανος ὁ Καυκανος.

g) — ἐμπρηϑηναι δε και το Φρουριον τα Νοτια κεκλημενον. Scylitzes vero, vt in marg. adnotatur, ita: — ἑαλω και ἑτερον Φρουριον Ενωτια.

h) χρυσιοις γραμμασιν.

i) ὁ τετμημενος την χειρα. omiſit interpres.

128. CEDRENVS T. II. p. 710. Zonar. T. II. p. 226.

Imp. BASILIO Porph.

a. C. 1015.

§. 162.

i) Caeterum imperator certior factus, Ioannem dolo ac fallaciter iſta ſcripſiſſe, ac contraria ſuis promiſſis moliri, in Bulgariam reuertitur: et Oſtrobo *Soſcoque* adiacente regione ac campeſtri *Pelagonia* depopulatis, quotquot Bulgaros cepiſſet, eis oculos effodit. Et vsque ad Achridem vrbem, regiam Bulgariae, accedit. qua potitus, rebus omnibus recte conſtitutis, pergere et ad *Dyrrachium* proficiſci intendit: quod et eius loci res ipſius praeſentiam requirebant. Etenim quamdiu *Trymalia*, et viciniores Seruiae partes in poteſtate *Bladimeri* (gener is fuit Samuelis) manſerunt, hominis iuſti, ac pacis et virtutis ſtudioſi, pacatum fuerat Dyrrachium. At poſtquam Ioannes Gabrielem k) interfecit, deceptumque falſis iuramentis Bladimerum et opera *Dauidis*, Bulgarorum archiepiſcopi, ſe dedentem, paulo poſt perfide necauit: magnopere Dyrrachiana res concuſſa atque perturbata eſt, quod Ioannes vrbem eam identidem per ductores ſuos, aliquando etiam praeſens oppugnaret.

Sed imperatoris inſtitutum res haud parua impediit. Etenim ad *Achridem* proficiſcens, poſt ſe reliquit cum manu militum Georgium Gonitziatem et Oreſtem protoſpatharium, captiuum, iubens eos in campeſtria Pelagoniae graſſari. eos vniuerſos Bulgari, duce *Ibatza*, viro nobiliſſimo et ſpectatae virtutis, in inſidias attractos trucidarunt. Eius cladis dolore concitus imperator, in Pelagoniam reuertitur, Ibatzamque perſecutus Theſſalonicam venit, indeque Moſynopolin, miſſo cum exercitu ad Strumpitzae oppugnationem Dauide Arianita. Is ſubito irruens, caſtellum *Thermitza* cepit. Miſit et alium exercitum in Triaditzae caſtella, duce Xiphia. qui omnibus quae ſita erant in planitie ſubactis, caſtellum, cui *Boion* nomen, expugnauit.

§. 163.

i) Id.: *Qui* [imperator] *cum intellexiſſet, aliud agitare animo Vladiſtlauum, quam promiſiſſet, iterum impreſſione in Bulgariam facta; longe lateque praedas agit, et Achrida vrbe regia Bulgarorum expugnata, aliisque caſtellis per duces ſuos captis, Conſtantinopolin regreditur.*

k) Interpres perperam *Samuelem*.

Imp. BASILIO Porph.

§. 163.

a. C. 1016.

a. M. 6524. indict. 14.

ANNO Mundi 6524. indict. 14. imperator vrbe egreſſus, in Triaditzam venit, et caſtellum Pernicum obſidione cinctum oppugnat. Dies autem octoginta octo cum ibi perſeueraſſet, praeſidiariis fortiſſime defendentibus, multisque Romanis cadentibus, ſentiens, ſe, quod conatus erat, conſequi non poſſe, re infecta diſcedit Moſynolin. Ibi quiete refectis copiis, appetente vere in Bulgariam intrat, et *Caſtellum Longum* circumſeſſum expugnat: ac miſſis in campeſtria Pelagoniae Dauide Arianita ac Conſtantino Diogene, multum pecoris atque hominum inde abigit. Incenſo caſtello, captiuos in tres partes diſtribuit, quarum vnam Roſſis l) auxiliariis, alteram Romanis, tertiam ſibi aſſignat. 129.

§. 164.

Progreſſus inde ad *Caſtoriam* vsque, cum eam vrbem tentaſſet, ac inexpugnabilem ſentiret, retro abduxit. Acceperat enim litteras a Tzitzicio Doroſtoli praefecto, Theudatae Iberi patricii filio, quibus indicabatur, *Cracram*, numeroſiſſimo exercitu contracto, ſe cum Ioanne coniunxiſſe, eosque, aſcitis in ſocietatem Patzinacis, in Romanorum ditionem irrupturos. His litteris perturbatus, illico conuertit iter, inque tranſitu *Boſogxada* caſtellum capit, atque incendit, Berroeam reficit: euerſisque circum Oſtrobum et *Moliſcum* ſitis caſtellis, ſubſiſtit, accepto nuncio, Cracrae et Ioannis impreſſionem, quam moliti erant, impeditam eſſe, Patzinacis eos auxilio fruſtratis. In reditu caſtellum expugnat *Setaenam*, vbi arcem Samuel habebat, ac plurimum frumenti repoſuerat, frumentum milites diripere iubet, caetera omnia cremat.

§. 165.

a. C. 1016, 1017.

SECVNDVM haec aduerſus Ioannem, non procul a ſe diſſitum, emittit cohortes Scholarum occidentalium et Theſſalonicenſium, du- 130.
ce

129. CEDRENVS T. II. p. 711.

l) Iidem forte, quos Bladimer Baſilio auxilio ſubmiſerat, et quorum ope hoc ipſo anno Chazariam ſubegit Baſilius vid. *Ruſſica*, §. 75.

130. Id.ib. p. 712.

Imp. BASI-LIO Porph.

a. C. 1016.

ee Conſtantino Diogene. Iis profectis inſidias cum tenderet Ioannes, imperator de ſuorum ſollicitus ſalute, equo ante ſuos prouectus, idque vnum fatus, „ Si quis bellator eſt, me ſequatur „, curſum contendit. Hoc vt comperere Ioannis exploratores, territi in ſua caſtra redierunt, nihil aliud vociferantes, quam, *Bezeite*, *Tſaeſar* m). Omnibus cum ipſo Ioanne incompoſite fugientibus, Diogenes cum ſuis, animis receptis, eos inſecuti, magnam caedem peragunt, capiunt ducentos grauis armaturae et equos ac ſupellectilem Ioannis, et eius patruelem. Imperator his rebus geſtis ad Bodena redit, indeque omnibus conſtitutis Byzantium, die nono menſis Ianuarii, indict. 15. anno Mundi 6526.

a. M. 6526. indict. 15.

§. 166.

a. C. 1017—1019.

131. e) IOANNES licentiam conſecutus, ad oppugnandum Dyrrachium barbarico cum faſtu proficiſcitur, et inito proelio ſternitur, incertum a quo: cum imperaſſet Bulgaris annos duo, menſes quinque.

Impe-

a) ZONARAS: *Sed rurſus bello illato barbaris illis et caſtellis occupatis Bulgaros complures partim interfecit, partim cepit. Quorum princeps Ioannes Vladiſthlauus, dum Dyrrachium obſidet, cadit, cum imperaſſet —. Quo imperator intellecto ſtatim egreditur, cui ad Adrianop. quidam illuſtres Bulgari ſe dedunt, tradito Pernico et aliis xxxv. caſt. Sed et alii multi ex his barbaris ad eum confluxerunt. Maria quoque Ioannis Vladiſthlaui vxor, Dauide — miſſo — pollicita — ceſſuram.* GLYCAS: *Ita factum, vt Baſilius imp. Bulgarorum imperium in vniuerſum tolleret, aliis eorum caeſis, aliis in poteſtatem redactis, aliis, qui quocunque tandem modo ſuperſtites remanſerant, vel inuito ſe ipſi dedentibus. Quin et Achridem (Ἀχϱιδα) ipſam, quo in oppido regia Bulgarorum erat, occupauit: indeque magnas opes, gemmas nimirum et uniones aurique centenarios centum, abſtulit.*

m) *βεζειτε ὁ Τζαισαϱ.* Scylitzes: ὁ Τζεαϱ. Xylander ad h. l. „ Id, inquit, vocabuli credo ſignificare, *fugite*, quod circumſtantiae arguunt aliquanto ſuperius [et lingua Slauonica confirmat]. Interpres Scyl. *vicit te Caeſar* „. Goar vero in Nott. Poſter. ait: „ Verbis Latinis, vel potius Italis *Fugite o Caeſar*, pronuntiatione Italis eisdem propria „.

131. CEDR. l. c. Zonar. T. II. 226. Glycas p. 311.

Imperator a praefecto Dyrrachii, Nicephoro patricio Pegonita, certior de morte Ioannis factus, ſtatim expeditionem facit. Cumque ad Adrianopolin veniſſet, occurrunt ei frater et filius famoſi illius Cracrae, laetum ferentes nuncium, dedere ſe imperatori celebre illud Pernicum, et alia xxxv. caſtella; quibus cum dignos habuiſſet honores, et Cracram ad patriciam extuliſſet dignitatem, Moſynopolin venit. Eodem venerunt et legati e Pelagonia et *Morobiſdo* et *Lipenio*, vrbes imperatori dedentes. Inde Serras proficiſcitur. eodemque venit Cracras cum iis, qui xxxv. iſta caſtella obtinuerant, ſuntque honorifice excepti. Acceſſit etiam *Dragomuzus*, Strumpitzam dedens, eſtque patricio honore affectus, ſecum adducens etiam Ioannem Chaldiae praefectum patricium, qui, a Samuele captus, in cuſtodia xxii. annos detentus fuerat. Simulatque Strumpitzae imperator appropinquauit, ad eum venit Dauid, Bulgariae archiepiſcopus, cum litteris Mariae Ioannis morte viduae, promittentis, ſe, modo certa quaedam poſtulata obtineret, Bulgaria ceſſuram. Occurrit etiam *Bogdanus*, interiorum caſtellorum dominus: atque ipſe etiam patricio ornatur gradu, quod iampridem rebus imperatoris fauiſſet, ſuumque ſ cerum interfeciſſet. Inde Scopia abit: vrbique relinquens praefectum Dauidem patricium Arianitam, per caſtella Stypeium et *Proſacum* reuertitur, comprecationibus et gratulationibus eum venerantibus ſubditis. 132.

§. 167.

Inde ad dextram partem inclinans Achridem ingreditur, ibique caſtra facit, omni populo cum paeanibus plauſu et fauſtis acclamationibus occurrente. 'Achris vero (vrbs in ſublimi poſita colle, proxime lacum maximum, vnde Drinus fluuius verſus ſeptemtriones effluit, qui deinde verſus occidentem deflectens, in Ionium exoneratur apud *Iliſſum* caſtellum) metropolis erat totius Bulgariae [n]), et

 regia

132. CEDREN. T. II. p. 713. Zonar. Glyc. ll. cc.

n) Ita graeca reddenda lat. erant. Xylander vertit: *vrbs eſt Achris in ſublimi poſita colle — effluit. Deinde verſus occidentem deflectens, in Ionium intrauit, apud Iliſſum caſt., quae vrbs caput erat totius Bulg.* cfr. Nott. Poſter. Iacobi Goar. p. 55. vbi addit: „ Ipſa eſt nominatiſſima illa Iuſtiniana prima, Iuſtiniani patria, qua Eccleſiaſticis, qua Politicis ſupra plurimas vrbes euecta. De qua Gregoras l. 2. Ipſe Iuſtinianus Nouella 2. Cuiacius ad eum et Geographi omnes „. cfr. et §. 156.

regia regum Bulgariae; ibique eorum repoſiti theſauri. quos imperator aperit, magnamque pec niae vim inuenit, et coronas ex vnionibus conſertas, auroque intextas veſtes, atque auri centenaria centum, quae is congiarii loco in milites ſuos erogauit.

ς) Vrbi praefecit Euſtathium patricium Daphnomelum, adiuncto valido praeſidio: atque exiit in caſtra, excepitque ad ſe adductam Ioannis Bladiſthlabi viduam, cum filiis tribus et ſex filiabus: adducebat ea ſecum etiam ſpurium Samuelis filium, et duas filias *Radomeri* o), filii Samuelis, ac filios quinque, de quibus vnus erat oculis orbatus a Ioanne, quo is tempore Radomerum Samuelis filium eiusque vxorem et generum Bladimerum p) interfecit. Habebat Maria ex Ioanne etiam alios tres filios: ſed ii in montem *Tmorum*, qui vnus eſt de verticibus Ceraunicorum montium, confugerant. Imperator eam benigne et comiter exceptam cum reliquis aſſeruari iuſſit.

§. 168.

Adiunxerunt ſe imperatori praeterea alii etiam Bulgarici proceres, *Neſtoritzes*, *Zaritzes* et iunior *Dobromerus*; quisque cum ſuis cohortibus, acceptique ſunt comiter, et ab imperatore iis, vt ipſo dignum erat, honos habitus. Quin et *Pruſianus* Bladiſthlabi F. cum fratribus, quos in Tmorum effugiſſe docuimus, diuturna fracti obſidione (milites enim iuſſu imperatoris inſederant montium deſcenſus) ab imperatore caueri ſibi petunt, et deditionem promittunt. quibus is humaniter reſpondit.

Achride porro ad lacum Preſpam iter faciens, duo condit caſtella: vnum in monte interiacente, quod Baſilidem vocat; alterum in

ς) ZONARAS: *Paulo poſt ipſa* [Ioannis vidua] *cum tribus filiis et ſex filiabus aduenit. Sunt et tres eius alii filii, Pruſianus cum duobus fratribus, qui in montes profugerant praeſidiis occupatos, coacti ad imperatoris fidem ſe conferre; e quibus Pruſianum magiſtrum, caeteros patricios fecit.*

o) Gabriel etiam et Romanus vocatur. v. ſupra §. 142. coll. 157.

p) Vid. ſupra §. 162.

in dicta palude. Preſpa Diabolin petit, ibique erecto tribunali, Pruſianum cum fratribus accipit, orationeque plena humanitatis conſolatus, eum magiſtri, reliquos patricia dignatur excellentia. 133.

§. 169.

Adductus eſt etiam Ibatzes, oculis ſpoliatus. quos quo pacto amiſerit, referre operae pretium eſt, cum ea narratio iucundum habeat quippiam et admirabile.

Mortuo Vladiſthlabo, cum vxor ab eo relicta, filii, omnesque Bulgariae proceres imperatori deditionem feciſſent; ſolus hic Ibatzes fugiens occupato monte, acceſſus habente difficillimos arcem autem regiam perelegantem hortosque et alia oblectamenta praeclara (*Brochotum* quidam, alii *Pronistam* vocant), ſolus Dei voluntati ſeſe opponebat, copiasque paulatim colligens, rebellionem moliebatur, imperium Bulgaricum ſomnians. Haud exiguam id factum imperatori attulit moleſtiam: ideoque, recto itinere omiſſo, ad meridiem declinauit, Diabolinque ſe contulit, vt aut deſiſtere ab armis ſeditioſum iſtum cogeret, aut bello opprimeret. Ibi ergo degens aliquamdiu, Ibatzen per litteras hortatus eſt, ne, Bulgaria ſubacta, ſolus ipſe rebellare vellet, neue ea ſibi polliceri vana ſpe, quae adipiſci nequiret: cogitaret, hunc ſibi conatum male ceſſurum. Ad eas litteras Ibatzes ita reſcripſit, vt omnis generis vſus praetextibus rem extraheret, imperatorque ab eo lactatus quinquaginta quinque dies contra animi ſententiam Diaboli haereret.

At Achridis praefectus [Euſtathius] Daphnomelus q) certior factus, imperatorem de opprimendo Ibatza eſſe ſollicitum, inſtituto ſuo cum duobus, quorum ei perſpecta erat fides, famulis communicato, opportunitatem venatus, rem ita aggreditur. Solemne feſtum Aſſumtionis Mariae Ibatzes publice celebrabat, vocabanturque ad conuiuium de more non vicini modo, ſed et peregrini. Ad eam feſtiuitatem Euſtathius [Daphnomelus] vltro proficiſcitur. cumque incidiſ-

133. CEDREN. T. II. p. 714.
q) Ita ſupra §. 167. integro nomine vocatus eſt.

ſet in cuſtodes viarum, nunciare Ibatzae iubet nominatim ſe adeſſe, et cupere cum ipſo animum exhilarare. Miratus eſt Ibatzes, hoſtem ſua ſponte venire, ac ſe hoſtium manibus credere: venire tamen iuſſit, admiſſumque laetus excepit, atque amplexus eſt. Finito hymno matutino, omnibusque aliis in ſua dilapſis diuerſoria, Ibatzen Euſtathius accedit, et quod haberet, quae ſeorſum cum ipſo colloqueretur, apprime neceſſaria, ac ipſi vtilia, petit, vt reliqui interim
134. ſecedant. Ibatzes dolum non ſentiens, ſibique omnino perſuadens, Euſtathium cum ipſo velle ſocietatem rebellionis coire, dimotis aliquantiſper famulis, manu eum apprehenſum in pomarium quoddam abducit opacum, arboribusque ita denſe conſitum, vt ne vox quidem inde exaudiri poſſet. Ibi ſolum Ibatzam nactus Euſtathius, homo manu promtus, in terram illico proſternit, genuque pectori eius innixus, vocem iacentis intercludit, duosque ſuos famulos celerrime ſubuenire iubet, qui, vt erat compoſitum, ſtantes et euentui intenti, ſimulatque domini vox auribus ipſorum allata eſt, accurrunt, Ibatzae os veſte iniecta obturant, ne, ad eius clamorem confluente multitudine, conatus fieret irritus, et oculos ei exſculpunt: caecatum in aulam proiiciunt extra pomarium, ipſi in ſublime domus coenaculum euadunt, ſtrictisque gladiis exſpectant hoſtium impetum.

Cognito facinore, ingens confluxit multitudo. alii ſtrictos manibus gladios tenentes, alii haſtas, arcus alii, nonnulli lapides, quidam ligna, aliqui faces ardentes, materiam alii ignis capacem, accurrebant opitulatum, vociferantes: „ Iugulantor, cremantor, membratim conciduntor, lapidibus obruuntor ſceleſti, nemo flagitioſis hiſce parcat „. Concurſum cernens Euſtathius, tametſi de ſalute ſua deſperarat, tamen ſuos hortabatur, vt animo eſſent forti, neque emollirentur, aut ſe ipſos hoſtibus proderent, iisque dederent, qui ipſorum mortem deſiderarent: neue ab iis ſalutem potius ſe conſecuturos, quam miſere interfectum iri putarent. Ipſe per feneſtram quandam ad turbam proſpiciens, manusque motu ſilentium conficiens, ita eam eſt affatus: „ Nullas mihi, o multitudo, cum veſtro principe priuatim interceſſiſſe inimicitias, vel ipſi iudicare poteſtis. is enim

134. Id. ibid. p. 715.

enim Bulgarus eſt, ego Romanus, quod vobis eſt notiſſimum. neque Romanus ego ſum e Thracia, aut Macedonia oriundus, ſed ex Aſia minore: quae quanto ſit ſpatio a veſtra patria diſſita, periti norunt. Iam prudentiores id non difficulter indicabunt, non temere me aut fruſtra, ſed neceſſitate aliqua compulſum, hoc facinoris aggreſſum fuiſſe. alioqui nunquam me in tam euidens periculum tam dementer coniecturus fueram. Proinde ſciatis, iuſſu imperatoris, quicquid eius eſt, fuiſſe factum, et eum mearum manuum vſum miniſterio. Ergo ſi me vultis occidere, ſane circumdatus in 135. veſtra ſum poteſtate: neque tamen nullo negotio nos conficietis, neque armis depoſitis veſtrae nos tractandos committemus libidini, ſed ad extremum vsque ſpiritum pro noſtra vita propugnabimus. quod ſi interficiemur (quod fieri neceſſe eſt, cum tam pauci a tam multis circumcluſi ſimus) mortem eam felicem deputabimus, eum habituri ſanguinis noſtri vltorem, cui vos cupitis quam diutiſſime reluctari„.

Hoc ſermone audito, colluuies iſta imperatoris terrore perculſi, paulatim alii aliorſum diſſipati diffluxere. Seniores ac prudentia antecedentes bene ominati imperatori, obedientiam promiſerunt. Ita Euſtathius, nemine impediente, Ibatzam ad imperatorem adduxit. Imperator Euſtathium ob tam praeclarum facinus collaudatum, Dyrrachii praefectum conſtituit, et omnia mobilia Ibatzae bona ei dono dedit: Ibatzam in cuſtodiam tradidit.

§. 170.

Eodem tempore Nicolitzas etiam, toties captus totiesque dimiſſus, in montibus occultatus, cum aduerſus eum mitteretur cohors, et qui cum ipſo erant partim vltro ad Romanos tranſirent, partim caperentur, noctu ſua ſponte in caſtra Romanorum venit, manuque pulſatis foribus, ſe nominatim adeſſe indicauit, ac corpus ſuum in poteſtatem imperatoris dedere. Sed imperator eum ſuo conſpectu non dignatus, Theſſalonicam cuſtodiendum miſit.

Ipſe

135. Id. ibid. p. 716.

Imp. BASILIO Porph.

a. C. 1017 — 1019.

Ipſe, rebus Dyrrachii, Coloneiae ac *Dryinopolis* ſuo arbitratu rectiſſime conſtitutis, et prouinciis praeſidio ducibusque munitis, permiſſoque vt captiui Romani, qui vellent, ibi manerent, reliqui ipſum ſequerentur, Caſtoriam venit. Hic ad ipſum adductae ſunt duae Samuelis filiae. Quae cum viderent Mariam, Ioannis quondam vxorem, imperatori adſtare, impetum in eam fecerunt, tanquam interfecturae; ſed imperator earum ferociam ſedauit, pollicitus, ampliſſimas ſe ipſis opes largiturum. Mariam, Zoſtae munere ornatam, cum filiis ſuis Conſtantinopolin miſit.

§. 171.

Xiphiae porro opera quae erant in Seruiis et Soſco caſtella omnia ſolo aequat, et in caſtellum *Stagus* venit. Ibi ſe ipſi offert *Elemagus Belogradorum* princeps, ſeruili habitu, cum collegis ſuis. Imperator inde Athenas proficiſcens, in itinere Zetunium tranſiens,
136. oſſa Bulgarorum contemplatus, occiſorum quo tempore Samuelem Nicephorus proelio fudit, admiratus eſt. ac multo magis murum in Thermopylis exſtructum (qui etiamnum Scelos vocatur) apud Rupenam, ad deterrendos Bulgaros.

η) Vt Athenas venit, Deiparae pro victoria gratias egit, templumque donariis ſplendidis ac magnificis exornauit. Hinc Conſtantinopolin rediit, inuectusque eſt triumphans per magnas fores Aureae portae, ornatus corona aurea ſuperne criſtata, praeeuntibus Maria, Samuelis filiabus et reliquis Bulgaris. Actum hoc indictione
a. M. 6527. indict. 2. ſecunda a. M. 6527. Atque hoc modo proſequentibus eum victoriae gratulantibus acclamationibus, magnum templum iniit: cumque ibi carmi-

η) ZONARAS: *Vniuerſa Bulgaria ſubacta, et caſtellis aliis euerſis, aliisque munitis, iuſtisque praeſidiis impoſitis, Athenas ad exſoluenda Deiparae vota eſt profectus — rediit triumphans, recta tiara ornatus, quam vulgus Tuphan vocat, a typho nimirum et ſuperbia, quam in animis geſtantium excitat: et ſic vsque ad S. Sophiae aedem peruenit, ibi quoque vota Domino exſoluturus. Quo cum veniſſet, patriarcha — obtinuit —.* GLYCAS: *Secundum haec Athenas — praecedente Maria Bladiſthlabi vxore — obtinuit.*

136. CEDREN. T. II. p. 717. Zonaras T. II. p. 227. Glyc. p. 311.

carmine cantato Deo gratias pro tam felici ſucceſſu egiſſet, in palatium abiit. Reuerſum victorem Sergius patriarcha prolixe orauit, vt, quod ſe facturum bello Bulgarico feliciter confecto promiſerat, Allelengyum r) aboleret, nihil obtinuit.

Subacta Bulgaria s), imperatori ſe dedidit etiam contermina Chorbatorum gens.

CAPVT

r) De hoc Glycas p. 310. *Edictum promulgauit Baſilius, quo ſancitum erat, vt exigendas a plebeiis hominibus, qui fortunarum iacturam feciſſent, publicas contributiones opulenti ac facultatibus pollentes perſoluerent: haec exactio nominata eſt Allelengyum a ſponſione ac fideiuſſione mutua.*

s) Anonymus in Antiquitt. CPl. (Imp. Orient. Bandurii T. I.) p. 122. *Intra templum* (SS. Apoſtolorum) *alia vrna, in qua repoſitus eſt Conſtantinus Porph. frater imp. Baſilii, qui Bulgaros concidit.* In Catalogo Patriarch. Cp. p. 196. Baſilius *Bulgaricida* vocatur. Meminerunt praeterea bellorum Bulgaricorum Zonaras T. II. p. 230. *Quum Nicephorus et Ioannes impp. multas vrbes Phoeniciae et Syriae Rom. imperio ſubieciſſent; Baſilius, qui ſecutus eſt, Bulgaricis expeditionibus occupatus, eas firmandi otium non habuit.* Glyc. p. 312. *Baſilius — partim a bellis inteſtinis impeditus, partim vexandis Bulgaris occupatus, res orientis nullo modo recte munire potuerat* — p. 313. *ſtudio tantum vno eoque perpetuo intentus, vt Bulgarorum nationem ſub iugum mitteret.*

CAPVT XIII.

Singularia quaedam de hominibus Bulgaris; Bulgaria ſub Deleano et Aluſiano rebellans, hoc deditionem faciente, illo capto, pacatur; a Romanis imperatoribus per praefectos regitur;

ab a. C. 1026—1068.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

§. 172.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrog.*

a. C. 1026—1028. [a]

137. ROMANI Duri [Scleri] filio, patricio Baſilio, aduerſus *Pruſianum* [b] Bulgarum magiſtrum ac Bucellariorum [c] praefectum incidit contentio, ventumque eſt etiam ad pugnam. Qua eos diſcordia in imperii maieſtatem impudenter deliquiſſe iudicans Conſtantinus imperator, alterum in Oxeiam, id eſt acutam, inſulam. alterum in Platam relegauit. Et paulo poſt Baſilium, delatum quod fugam eſſet meditatus, excaecauit. Pruſianum, cum is quoque in periculum de oculis ſuis veniſſet, miſſum fecit. Oculos eruit praeterea Romano Curcuae, qui ſororem Pruſiani in matrimonio habebat, *Bogdano* [d] praeterea, Glabae et Gudeli.

§. 173.

137. CEDRENVS T. II. p. 721.

a) Sunt anni imperii Conſtantini.

b) Vid. ſupra §. 168.

c) *Buccellarii* dicti fuerunt cuſtodes corporis, *ſtipatores*, *armigeri*. plura v. apud Bandurium in Animaduerſſ. in Conſt. libr. de Themat. p. 13.

d) Eius ſupra mentio incidit §. 166.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 1026—1028.

§. 173.

α) HOC anno Patzinacae irruperunt in Bulgariam, et plurimos homines, duces ac cohortes occiderunt, ac ceperunt. Itaque Conſtantinus Sirmii praefectum Diogenem Bulgariae ducem creat: qui, ſaepe cum iis palantibus commiſſa pugna, eos fudit, coëgitque traiecto Iſtro quieſcere. 138.

§. 174.

Imp. ROMANO *Argyro.*

Imp. ROMANO *Arg.* a. M. 6537. indict. 12.

a. C. 1029. e)

β) PRVSIANVS Bulgarus magiſter delatus, vt qui conſpiratione cum Theodora, Auguſtae ſorore, inita imperium affectaret, in Manuelis monaſterium in cuſtodiam datur: et, ingraueſcente crimine, oculis priuatur, et mater eius Zoſte vrbe eiicitur. 139.

§. 175

a. M. 6539. indict. 14.

a. C. 1031.

ANNO Mundi 6539. indict. 14. Pruſianus pro monacho raditur, eiusque mater a Mantineo Bucellarii monaſterio in Thraciam transfertur. 140.

§. 176.

a. C. 1033.

CASTELLVM, cui nomen Percrin, Babyloni proximum, [ab Alimo Saraceno, imperatori deditum] in ſuam poteſtatem accepit 141.

 patri-

α) ZONARAS: *Patzinacae, Iſtro traiecto, Bulgariae non parua detrimenta inferebant. Verum eos Conſtantinus Diogenes Sirmii praef. qui et Bulg. dux appellatus eſt, vltra Iſtrum profligatos coëgit quieſcere.*

β) ZONARAS: *Pruſianum — affectaret, in cuſtodiam dedit, ac poſtea caecauit.*

138. CEDR. l. c. Zonar. T. II. p. 228.

139. CEDRENVS T. II. p. 723. Zonar. T. II. p. 230.

e) Cedr. T. II. p. 722. coll. p. 726.

140. CEDRENVS T. II. p. 729.

141. Id. ibid. p. 732.

Imp. ROMANO Argyro.

a. C. 1033.

patricius *Nicolaus* Bulgarus, cognomento *Chryſelius* f). Sed [breui poſt] Alimus, re cum vicinis Perſis occulte compoſita, noctu caſtellum occupauit, et ſex millia Romanorum militum interfecit: quod accidit culpa atque incuria Chryſelii praeſidii principis.

§. 177.

Imp. MICHAELE Paphl. indict. 8. a. M. 6548.

Imp. MICHAELE *Paphlagone*.

a. C. 1040.

142. γ) INDICTIONE octaua — Bulgari defecerunt, hac occaſione. *Petrus* quidam Bulgarus, cognomento *De anus*, ſeruus cuiusdam Conſtantinopolitae, profugus ex vrbe Bulgariam peruagando vsque ad *Morabam* et Belegrados peruenit, quae ſunt caſtella Pannoniae trans Iſtrum ſita, Turcicae vicina ditioni g): et filium ſe Romani, nepotem Samuelis, iactando h), gentem Bulgaricam concitauit, quae non ita pridem ceruices iugo ſubdiderat, ac libertatem magnopere appetebat. quo factum, vt fidem homini haberent, ſeumque regem Bulgariae deſignarent, et per *Naiſſum* ac Scupias primariam Bulgariae vrbem, eum circumducerent, fauſtis acclamationibus regem celebrantes, et Romanos, in quos incidiſſent, crudeliter interficientes.

Id vbi comperit Baſilius Synademus, Dyrrachii praefectus, celeriter eius loci copias in Deleanum duxit, occurrendum ratus priusquam

γ) ZONARAS: *Bulgari, ab imperatore Baſilio, vt dictum eſt, ſubacti, ſuo regno euerſo iugum ſeruitutis ad tempus tulerunt. Tandem vero cum de eo excutiendo, et detrectandis imperatis cogitantibus dux et auctor deeſſet: vir quidam, obſcuro quidem genere ortus, Dolianus, ſed doli et aſtutiae plenus, Byzantio, vt fertur, fuga elapſus, et ſe filium naturalem, non legitimum, Aaronis, qui frater Samuelis fuit principis Bulgarorum, profeſſus, a barbaris rex eligitur. Ex eo tempore gens aperte defecit, et ad latrocinia conuerſa eſt.*

f) De alio huiusce nominis Bulgaro ſupra §. 147. facta eſt mentio. an hic forte eius filius?

142. Id. ibid. p. 745, 746. Zonar. T. II. p. 240.

g) Φρεριας — γειτονεντα τῳ Κραλῃ Τερκιας.

h) και υἱον ἑαυτον ἐφημιζε Ρωμανε, τε υἱου τε Σαμεηλ.

quam vires hoc incendium ſumeret. Cum autem ad locum, cui *Debra* i) nomen, perueniſſet, et diſſenſio ei quaedam cum vno tribunorum militum, Michaele Dermocaita, orta eſſet; apud imperatorem falſo crimine affectatae tyrannidis accuſatur, priuatusque magiſtratu Theſſalonicam ducitur, et in cuſtodiam datur.

§ 178.

l) Dermocaites (hic enim ei ſuccedere iuſſus fuit), imperite ac male gerens magiſtratum, exiguo tempore omnia vertit. Expilati enim k) ab eo iniuſte, ſuisque equis et curribus ſpoliati, aliisque rebus, quas caras habebant, omnibus, contra eum inſurgunt. atque is inſidias ſentiens ſibi parari, noctu effugit. Ipſi ergo ſibi ab irato imperatore metuentes, deficiunt palam, et quendam de militibus prudentiae ac fortitudinis notae, *Teichomerum* nomine, imperatorem Bulgariae conſtituunt.

Duae iam erant Bulgarorum factiones; altera Deleanum, Teichomerum altera regem ſalutans. Ibi Deleanus Teichomerum, per litteras inuitatum, ad ſe pertrahit: cumque in vnum coiiſſent copiae, in concionem vniuerſis aduocatis poſtulat, vt, ſiquidem ſe a Samuele prognatum certo crederent, ac ſe regem habere vellent, Teichomerum amoueant, ſin id non videretur, ſe abdicare, et regnum Teichomero permittere. vt enim duos erithacos vnum arbuſtum non

 alat,

l) Id. *Ad eorum igitur graſſationes coërcendas quidam dux cum copiis miſſus, cum milites ſuos male tractaret, eorum iracundia periiſſet, niſi aufugiſſet noctu. Ipſi ergo — quendam e ſuo numero Teichom., Bulgarum genere, ducem creant et regem —. altera Dolianum —. Sed Dolianus aduerſarium* (τον ἀντικαθισαμενον) *dolo aggreſſus, ad regni et belli Romani conſortium accerſit. Qui cum paruiſſet, congregato Bulgarico exercitu Dolianus ait: Res Bulgarica nunquam ſalua erit ſub duobus regibus. Quod ſi veſtrae ſaluti conſultum cupitis, alterum noſtrum e medio tollite — obruunt.*

i) Vid. ſupra § 156.

k) οἱ ὑπ' αὐτον, *qui ſub eo merebant*, omiſit interpres.

Imp. MI-CHAELE *Paphl.*

a. C. 1040.

alat, ſic vnum regnum feliciter a duobus principibus adminiſtrari non poſſe. Haec eo fato, grandis exoritur tumultus, vociferatique, ſe ſoli Deleano regnum deſerre, illico lapidibus miſerum illum, et regno quaſi per inſomnium potitum, Teichomerum obruunt.

§. 179.

ε) Deleanus ſolus omnem nactus poteſtatem, ſuas copias ad Theſſalonicam contra imperatorem ducit. Sed hic incompoſito agmine Byzantium abiit, omnibus impedimentis, ac quidquid erat auri, argenti ac veſtium, relictis. atque ea Manuel Ibatzes, imperatoris domeſticus, ſecum auferre et ſequi iuſſus, acceptis iis, cum Coetonita quodam, eunucho cubiculario, ad Deleanum tranſiit. Caeterum Deleanus grauiter rem geſſit, miſſoque exercitu duce *Caucano*, Dyrrachium cepit. aliasque in Graeciam copias miſit, ductore Anthimo. cui apud Thebas obuiam factus Allacaſſeus, multis Thebanis occiſis, pellitur.

§. 180.

143. ς) Tunc etiam prouincia Nicopolitana, ſola excepta Naupacto, ad Bulgaros deſciuit. Etenim Byzantius quidam Ioannes Cutzomytes, miſſus eo ad exigendum publicum tributum, cum iniquius tractaret

ε) Id. *Dolianus ita rerum potitus, Dyrrachium capit, et Graeciam aggreſſus, Nicopoli cum finitimo agro potitur, vltro deditione facta a ciuibus, Orphanotrophi inſatiabilem rapacitatem non ferentibus, ac, vt prouerbio dicitur, Myſorum praedam facit Romanas ditiones.*

ς) GLYCAS: *Imperatoris* (Michaelis) *frater; Ioannes, magiſtratus venales habebat, et malis infinitis orbem terrarum implebat. Nam ipſius quoque culpa factum eſt, vt Bulgari a Romanis deficerent: quippe Baſilius imp. ſpecies quasdam fructuum a Bulgaris exigi debere tributi nomine voluerat, quem morem et Samuel ipſorum rex obſeruauerat. Ioannes autem, hac exactione in aurum commutata, Bulgaris occaſionem defectionis praebuit.*

143. CEDREN. T. II. p. 747. Zonar. T. II. p. 240—242. Glycas p. 316.

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1040.

ctaret incolas, ſibi ipſi exitium parauit, et ipſis deficiendi occaſionem praebuit. Eſt enim ab ipſis ob intolerabilem auaritiam in fruſta conciſus: et Romanorum imperatorem deteſtantes, eius iugo excuſſo, Bulgaris ſe coniunxerunt; non tam ſtudio Deleani impulſi, quam odio [Ioannis] orphanotrophi, ob inſaturabilem eius in exactionibus auaritiam. Nam Baſilius quidem imperator, quo tempore ſubegit Bulgaros, nihil prorſus immutarat, ſed omnia priſtina conditione manere permiſerat, neque a Samuelis exactione aliam inſtituit. ea autem fuerat, vt, quicunque Bulgarus iugum boum poſſidebat, is in publicum conferret vnum frumenti, vnum milii modium, et vini vrnam. Orphanotrophus ea in pecuniam mutarat. Quod moleſte ferentes Nicopolitae, oblata occaſione Deleani motus, Romano imperio reiecto, ad ſuos gentiles redierunt l).

§. 181.

a. M. 6549. indict. 9.

a. C. 1040, 1041.

ζ) A. M. 6549. indict. 9. menſe Septembri *Aluſianus* patricius et Theodoſiopolis praefectus, ſecundus Aaronis filius ll), ſubito ex vrbe profugus, ad Deleanum ſe contulit. Cum enim iniuſtitiae accuſatus eſſet, priusquam de cauſa cognoſceretur, Ioannes [Orphanotrophus] ab eo exegerat auri libras quinquaginta, ademeratque ei mulierculam elegantiſſimam, quam in Charſiano habebat. m) cum-

ζ) ZONARAS: *At imperator, defectione nunciata, ad auctorem eius comprehendendum incitatus, iniquum eſſe dicebat, ſi ipſe, qui nihil ad imperium attuliſſet, partem eius aliquam rapi ab vllo pateretur. Sed quia de ſalute eius iam deſperatum erat (inualuerat enim hydrops tumefacto corpore) tum cognati expeditionem eius deprecabantur, tum primores ſenatus conſilium improbabant. Ille vero aemulatione confirmatus et corporis imbecillitatem animi viribus ſuſtentans, contra ſeditioſos proficiſcitur, ac res mira quae-*

l) τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀπεσείσαντο ἡγεμονίαν καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἐπανεδράμον ἔθος.

ll) At ſupra §. 142. omnes Aaronis filios, praeter vnicum Io. Bladoſthlabum, a Samuele occiſos, dixerat.

m) προσαφῃρέθη δὲ καὶ γυναικεῖον χωρίον, ὅπερ εἶχεν ἐν τῷ Χαρσιανῷ κάλλιστον.

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1040, 1041.

cumque multis apud imperatorem precibus non obtinuiſſet, vt ſui haberetur ratio, deſperatis ſuis rebus, Armenio habitu ſumto, ſimulansque ſe Baſilii Theodorocani famulum eſſe, atque Theſſalonicam
144. ad imperatorem ire, clam omnibus aufugit, Oſtrobumque peruenit, vbi tum cum omni exercitu caſtra Deleanus habebat.

Magna hunc cum laetitia accepit Deleanus, et metuens, ne ad ipſum potius inclinarent Bulgari, vt regio ſanguine natum, conſortem (vt prae ſe ferebat) imperii adſciuit, ac cum exercitu quadraginta millium ad oppugnandam Theſſalonicam miſit, cui tunc praeerat Conſtantinus patricius, patruelis imperatoris. Eo profectus Aluſianus, vrbem vallo cingit, ac machinis admotis ſumma induſtria

dam accidit. Nam cum noctu morbo opprimeretur, nec poſtridie ſurrecturus putaretur; diluculo in equo conſpiciebatur, et exercitum praecedebat. Vt in Bulgarorum fines venerat, ſeque ad acie decertandum parabat: priusquam exercitus congrederentur, quiddam interuenit, quod imperatori celerem victoriam ſine vllo labore peperit Nam Aaronis illius filius, Aluſianus patricius, cum apud Romanos eſſet, atque imperatorem nonnihil offendiſſet, ea poena multatus erat, vt domi ſe tenens, neque regiam frequentaret, neque Byzantium intraret ſine permiſſu imperatoris. Ea calamitate dolens, vbi gentis ſuae defectionem cognouit, et Doliani electionem, cui parendum eſſet, domo effugit, mutatoque veſtitu, et Armenii habitu ſumto, Theodorocani ſe famulum eſſe, et in caſtra ire ſimulans, a nemine agnitus eſt, donec in Bulgariam perueniſſet. ac ne ibi quiden ſe ſtatim cognoſcendum praebuit, ſed inter colloquendum Aaronis mentionem apud quosdam interiecit, ac dixit: Si quis illius liberorum adeſſet, numquid vobis legitimus ſpurio in regni ſuffragiis praeferendus videretur? Cum omnes germanum Aaronis filium regem optarent, vt principatus in virum, cuius natales haud ambigui eſſent, quique ex vetuſta regia ſtirpe citra controuerſiam originem duceret: arcanum cuidam ex iis, quibus Aaronia familia notior erat, aperit. qui cum faciem illius oculis curioſius perluſtraſſet, tandem ſignum etiam indubitatum videre cupit. Id vero erat nigra macula in cubito dextro, denſis pilis circumdata. Quod cum vidiſſet, iam omni ſcrupulo exemto proſtratus, viri pedes amplectitur, ac caeteros quoque docet, adeſſe regii generis hominem. multi igitur ab am-

144. CEDREN. T. II. p. 748. Zonar. T. II. p. 241.

Imp. MICHAELE Paphl.

ſtria oppugnat. Sed cum per ſex dies fruſtra oppugnaſſet, vndique repulſus, ſpe expugnandae vrbis abiecta, obſidione eam capere ſtatuit. Oppidani quadam die ad ſepulcrum martyris Demetrii acceſſerunt, ſupplicationeque per totam noctem tracta, vſique vnguento, quod ex eodem ſepulcro ſcaturit, vno impetu apertis portis, in Bulgaros ſe emiſerunt, habentes ſecum legionem magnanimorum n): hoſtemque improuiſa impreſſione perterritum in fugam coniecerunt, nemine ſubſiſtere aut ſe defendere auſo. Ductor Romanae aciei fuit martyr, iterque complanauit: quod Bulgari captiui iuramento confirmarunt, dicentes, vidiſſe ſe iuuenem equitem, qui Romanae phalangi praeiret, ex quo ignis exſiliens aduerſos cremaret hoſtes. Cecidere amplius quindecim millibus Bulgarorum, captique haud pauciores: reliqui turpiſſima fuga cum Aluſiano ad Deleanum euaſerunt o).

§. 182.

Accepta autem clade coniuncti Deleanus et Aluſianus, alter de altero ſiniſtra ſuſpicari coeperunt; hic ob rem male geſtam pudore affe-

biguo illo auulſi ad germanum ſe contulerunt. Sed cum diuiſo imperio, principibus inter ſe diſſidentibus, regnum conſiſtere omnino haud poſſe cenſerent, inter ſe paciſcuntur, vt communi conſilio remp. adminiſtrarent, nihilo ſecius vterque alteri ſuſpectus atque inſidians. Verum Aluſianus, ad inſidiandum promtior, Doliani dolum anteuertit. Nam conuiuio apparato et collega inuitato, miſerum hominem inter pocula comprehenſum excaecat. Sic Scythicae gentis imperio ſolus potitus, imperatori ſecreto nunciari iubet, ſe illi deditionem facturum, ſi clementer ſuſcipiatur, et iuſtis praemiis non fraudetur. Ille nec acceſſum eius abnuit, et parem gratiam relaturum pollicetur. Cum igitur veniſſet, magiſter creatur: imperator vero gentem rege deſtitutam et diſperſam, ſtatim haud difficulter ſuperatam Romano imperio rurſus ſubiicit, et in vrbem reuerſus triumphat, cum multos alios captiuos, tum Dolianum caecatum, adducens.

n) το ταγμα των μεγαθυμων.

o) Subiungit Cedrenus: *Hoc ipſo anno, die, Iunii 10. hora diei 12. terrae motus fuit.*

Imp. MICHAELE *Paphl.*

a. C. 1040, 1041.

affectus, ille proditionem opinans interueniſſe. itaque inſidias inuicem ſtruebant, et occaſiones quaerebant. Tandem Aluſianus, re cum familiaribus quibusdam ſuis communicata, Deleanum ad conuiuium inuitat, ibique crapula et ebrietate capto oculos eruit, nemine prorſus Bulgarorum id ſentiente. ipſe Moſynopolin ad imperatorem profugit. Hunc imperator ad magiſtri dignitatem euectum Conſtantinopolin ad orphanotrophum amandat. ipſe per Theſſalonicam in Bulgariam venit, comprehenſumque Deleanum Theſſalonicam mittit. Inde ad interiora pergens, ſeptum ligneum, quod *Manuel Ibatzes* apud Prilapum fecerat, vt copias imperatoris progreſſu arceret, et
145. ipſe interiora obtineret, celerrime perrupit: ac Bulgarorum diſſipata coitione, Ibatzen cepit. Rebus deinde Bulgariae conſtitutis, ac prouinciae dato praeſide, vrbem ingreſſus eſt, ſecum ducens Deleanum et Ibatzen.

Sub Michaele Calaphate nulla fit Bulgarorum mentio.

Imp. CONSTANTINO *Monom.* a. M. 6551. ind. II.

§. 183.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1043.

146. π) MANIACES, diademate et reliquis imperii ſumtis inſignibus, imperator ſalutatur: exercituque in naues impoſito, in Bulgariam traiicit. Imperator poſtquam de hoc reſciuit — [neque illum a propoſito dimouere potuit: ipſe quoque ſuas copias duce Stephano Sebaſtophoro] contra perduellem mittit. Concurrerunt aduerſi exercitus

π) GLYCAS: *Georgius Maniaces, qui degebat in Italia, miſſus eo iam pridem ab imperatore Baſilio, defectionem molitus eſt: ac ſumtis inſignibus imperii, ad Seruios* (Σερβοις) *ſe contulit. Imperator — potuit, validam manum aduerſus eum miſit. — Conſerto autem ad Strobum* (ἐν τῳ Ο'ςροβῳ) *proelio, Maniaces ex equo ſubito —.*

145. CEDREN. T. II. p. 749. Zonar. T. II. p. 242.

146. CEDRENVS T. II. p. 757. Glycas p. 319.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1043.

ns apud Oſtrobum in Marmario, fuſaeque Stephani copiae ſunt. — Iamque vniuerſi Maniacem imperatorem ſalutabant, cum ſubito equo delapſus exſpirat, non exſtante vulneris auctore, quod in pectore letale acceperat. — qui ab ipſius partibus ſteterant, amiſſo duce, abiectis armis deditionem fecerunt.

§. 184.

indict. 13.

a. C. 1045.

PRAEERAT tum [cum Aſan a Sultano aduerſus Romanos miſſus in Baaſpracania omnia vaſtaret] Baaſpracaniae *Aaron Beſta*, Bladiſthlabi filius, Pruſiani frater. qui cum ſibi non ſatis eſſe ad tantam Turcorum multitudinem ſuſtinendam virium ſentiret, Catacalonem Beſtam Ambuſtum, Anii atque Iberiae praefectum, litteris miſſis hortatur, vt ſibi ſuppetias quamprimum ferat — *p*). 147.

§. 185.

a. C. 1049. *q*)

[CVM Kegenem Tyracho, ambo vero erant Patzinacarum duces, tradere Conſtantinus Monomachus recuſaret] Tyrachus — Iſtrum cum omnibus Patzinacis — transgreſſus, in vlteriorem ſe effudit ditionem, diripiens atque delens in quae incidebat omnia —. [Imperator itaque] ad Adrianopolis ducem Conſtantinum magiſtrum Arianitam ſcribit, vt Macedonicis cum copiis, et ad Baſilium Monachum Bulgariae ducem, vt cum Bulgarico Michaeli ac Kegeni ſe coniungant, et contra Patzinacas depugnent. iique iuſſa ſtatim ſunt exſecuti. — 148.

147. CEDREN. T. II. p. 771.

p) Bellum ipſum et res ab Aarone, illo durante, geſtas vide apud Cedrenum p. 771—774. Et alibi ſaepius eius ſit apud ſcriptt. Byzantinos mentio.

148. CEDRENVS T. II. p. 777. locum integrum Tom. III. in *Patzinacicis* §. 38. adfero.

q) Indictionem 2. habet Cedrenus T. II. p. 773.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1045.

149. ϑ) [Patzinacis proelio ſuperatis, conſulebat Kegenes, vt captiui ad vnum omnes occiderentur; Romani ductores vero eos potius per deſertas Bulgariae planities diſpergendos, atque hinc inde tributum imponendum cenſebant. Multos itaque illorum Bulgariae praefectus Baſilius Monachus per campeſtria Sardicae, Naiſi et Eutzapeli diſtribuit, omnibus ademtis armis, ne quid moliri poſſent r).

a. M. 6558. indict. 3.

§. 186.

a. C. 1050.

150. [CVM Patzinacae a. M. 6558. defeciſſent, et Romanos proelio victos in caſtris ſuis obſiderent:] erupit ex Adrianopoli Glabas Nicetas protoſpatharius, legatus legionis Scholarum, auxilio. quem videntes, et opinati, Syncellum Baſilium cum Bulgaricis copiis venturum, (etenim ipſe exſpectabatur) et veriti Patzinacae diſperſi, alius alio fugientes receſſerunt. —

151. Secundum haec imperator Patzinacas prorſus amoliri cupiens, omnes vndique ex Oriente et Occidente copias conducit, iisque Michaelem Acoluthum praeficit: Baſilium quoque Syncellum Bulgaricos exercitus iubet excitare, et vtrumque contra Patzinacas proficiſci s).

§. 187.

a. C. 1054.

152. [CVM Conſtantino Monomacho iam mors inſtare videretur, de ſucceſſore eius deliberatum eſt inter aulae proceres]. Omnibus viſus

ϑ) ZONARAS: *Quicunque e Patzinacis in Kegenem inciderunt, partim gladiis ſunt trucidati, partim auro ad ſeruitutem venditi. Reliqua multitudo Romanis vſui fore viſa eſt, ſi armis ademtis in Bulgaria, maxima ex parte deſerta, ob gentem illam non ita pridem euerſam, collocaretur: idque iuſſu imperatoris factum eſt.*

149. Id. ibid. p. 778. Zonar. T. II. p. 258.

r) Cf. *Patzinacica* §. 39.

150. CEDRENVS T. II. p. 786. cf. *Patzinacica* §. 49.

151. Id. ibid. p. 789.

s) Reliqua vide. in *Patzinaciis* §. 52.

152. Id. ib. p. 791. Zonar. T. II. p. 261. Glycas P. 321.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1054.

viſus eſt aptiſſimus Nicephorus Proteuon, mittiturque ad eum curſor in Bulgariam, cui tunc praeerat prouinciae, qui ad vrbem eum euocaret.

§. 188.

Imp. THEODORA a. M. 6564. indict. 9.

Imp. THEODORA.

a. C. 1056.

LEONE Bulgarorum epiſcopo vita functo, in eius locum creauit [Theodora] Theodulum monachum, ex Iconio, quae vrbs eſt tetrapoleos, oriundum, ſed monaſterii magni martyris S. Mocii tunc forte antiſtitem, externae ſapientiae prorſus expertem, ſed diuinae peritiſſimum. 153.

Sub Michaele Stratiotico nulla fit Bulgarorum mentio.

§. 189.

Imp. ISAACIO Comn.

Imp. ISAACIO Comneno.

ante a. C. 1057.

NVPSIT Iſaacio [priuato adhuc] maxima natu filiarum Samuelis, regis Bulgarorum, cui nomen *Aecatharinae* fuit. 154.

§. 190.

a. C. 1057 — 1059.

[IOANNES Comnenus, a fratre Auguſto ſummus occiduorum exercituum dux declaratus,] immortale monumentum virtutis ſuae 155.

 actis

153. CEDRENVS T. II. d. 792. in margine e Scylitze adſcribuntur.

154. NICEPH. BRYENNIVS p. 17. Cedrenus T. II. p. 800. Zonar T. II. p. 265. haec habent: [Rebellionem cum feciſſet Iſaacius Comnenus, imp. Michael Stratioticus, Orientalibus copiis] *praeficit domeſticum orientis Theodorum — adiuncto ei collega ac conſiliario Aarone Duca magiſtro* [Scylitzes addit τον Βȣλγαρον. de quo ſupra §. 184.] *fratre vxoris Comneni, viro multis certaminibus exercitato.* Ex huius itaque ſententia non Samuelis filia, ſed ex fratre neptis fuit. cfr. §. 142. 161. 168. 184. 194. Aecaterinae vxoris Iſaacii meminerunt Ioel p. 184. Glycas p. 324. Ioannes Scylitz. p. 812.

155. Id. p. 18.

Imp. ISAACIO *Comn.*

a. C. 1057—1059.

actis inſignibus et laudatiſſimis apud Thracas, Macedonas, Illyrios et Bulgaros reliquit, ſummis ſe iuxta infimisque, priuatis et magiſtratibus ex aequo probans.

Imp. CONSTANTINO *Duca.* a. M. 6573. indict. 3. a. 6. imp. Conſt.

§. 191.

Imp. CONSTANTINO *Duca.*

a. C. 1065.

156. VZORVM natio — transmiſſo Iſtro — milites tranſitum prohibentes, Bulgaros, inquam, et Romanos, et qui cum ipſis erant, ſtatim debellarunt. — Imperator — miſſis legatis ad principes nationis, tentabat, ſi factu poſſibile eſſet, ipſos abducere et ſibi conciliare multis miſſis muneribus —. Sed natio maxima, et idcirco quotidie irruptionem faciens, vt ſtipendium illud haberet in multas Bulgariae partes, iam ipſam quoque Thraciam et Macedoniam opprimebat. — t) [Cum itaque bellum contra ipſos pararet imperator, nun-
157. ciatur,] duces ipſorum conſcenſis nauigiis Iſtrum transmiſiſſe, reliquam vero multitudinem fame ac peſte, et a finitimis Bulgaris et Patzinacis debellatam funditus interiiſſe f).

§. 192.

158. VITA functo *Theodulo* Bulgariae archiepiſcopo, delegit imperator *Ioannem* quendam monachum Lampenſem, qui idem monaſterium cum Xiphilino coluerat.

§. 193.

f) ZONARAS: *Vzorum natio cum ſaeuiſſima peſtilentia grauiter afflicta eſſet, Patzinacae et Bulgari finitimi debilitatam aggreſſi, funditus eam deleuerunt, ducibus cum paucis aegre vltra Iſtrum elapſis.*

156. IOANNES SCYLITZ. p. 815. 157. Id. ibid. p. 816. Zonar. T. II. p. 274.

t) *Agebatur*, addit Scylitzes, *autem tunc ſextus annus imperanti Ducae ind. 3. a. M. 6573.* Locum integrum vide T. III. in *Vzicis* §. 6. ſeqq.

158. SCYLITZES [Cedr. T. II. p. 817.].

§. 193.

Imp. ROMANO Diogene. a. M. 6576. indict. 6.

Imp. ROMANO *Diogene.*

a. C. 1068.

[ROMANVS Diogenes, Turcis bellum inferre parans,] adducebat exercitum, non qualem decebat Romanorum imperatorem, ſed qualem praeſens occaſio praebuit ex Macedonibus et Bulgaris, et Vzis, et aliis, vt fors tulerat, nationibus —. 159.

§. 194.

IN Armeniorum regione hibernans 'Beſtarches Samuel Aluſianus v) 160.
Bulgarus, imperatoris vxoris frater, quam priuatus adhuc degens duxerat, cum quinque occidentis legionibus repente Criſpinum [rebellem] inuadit, ipſa die reſurrectionis, Paſcha inquam. quod cum perſenſiſſent Franci, fugiunt Romani, ipſorumque fit multa caedes. [Criſpinus vero breui poſt cum imperatore in gratiam rediit.]

※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※ ※

CAPVT XIV.

Bulgaria ſub Bodino, Michaelis, Seruiae regis, filio, rebellans, ſub ditionem Romanam redacta; Bulgaria ſub Romanis;

ab a. C. 1073 — 1081.

---

§. 195.

Imp. MICHAELE Parap. a. (1) 3. indict. 11.

Imp. MICHAELE *Parapinacio.*

a. C. 1073.

a) PRIMO [tertio] imperii ipſius anno, indictione vndecima, 161.
Seruorum gens, quos etiam Chrobatas vocant, exiit, vt Bulgariam

a) ZONARAS: *Tertio — anno imperii illius* [Michaelis Ducae ſeu Parapin.] *gens Crouatorum, quos nonnulli Seruos vocant, Bulgariam*

159. Id. Ibid. p. 823.

160. Id. ibid. p. 829.

v) ὁ Βεϛαρχης Σαμυηλ ὁ Αλυσιανος ὁ Βυλγαρος. Cfr. ſupra. §. 181.

161. SCYLITZES (Cedr. T. II. p. 850, 851.). Zonar. T. II. p. 288.

Imp. MICHAELE *Parap.*

a. C. 1073.

gariam in ſeruitutem redactura, quomodo vero, altius ipſe repetens enarrabo. Nam cum Baſilius imperator, eo tempore quo Bulgariam ſubegit, 'nollet aliquid innouare eorum, quae ipſi vſitata erant a), verum praefiniſſet, vt a ſuis principibus regeretur, ſuisque moribus degeret, quemadmodum item imperante Samuele, qui dux ipſorum, fuit *** b). Iam igitur et prius natio perturbata fuerat, quod non ferret Orphanotrophi auaritiam, quando Doleanum ſuum regem declararunt, quae ſigillatim ſuperius c) demonſtrata ſunt. Et nunc quoque ad rebellionem ſpectauit; neque enim ferebat Nicephori [eunuchi et logothetae] auaritiam; et quae contra omnes ipſe machinatus fuerat, nihil curante imperatore, ſed ſolis puerilibus ludis occupato, 'Bulgariae principes Michaelem ſuum praefectum petunt ſibi opem ferre et opitulari, ſibique tradere filium, vt ipſum Bulgariae regem declarent, et a Romanorum imperio et crudelitate eam vindicent d). Ille autem libenter ipſis obtemperabat, delectisque e ſuis trecentis, et ſuo filio CONSTANTINO, cui BODINO cognomen erat, traditis, in Bulgariam eum mittit. Exit igitur ad *Priſdiana*, vbi coacti proceres, qui in Scopiis erant, quorum 'princeps erat *Georgius Boitachus*, a *Comchanis* originem ducens, Bulgarorum regem ipſum declararunt, Petrum, pro Conſtantino, mutato nomine vocantes.

§. 196.

occupare aggreſſa eſt, ac quaedam loca cepit, ſed multis proeliis factis, multis vtrinque caeſis, tum iis excidit, quae tenuerat, tum deuicta et Romana ditione expulſa, in ſuas redire ſedes coacta eſt.

a) *μη θελησαντος τι νεοχμησαι των ἐθιμων ἀυτȣ.* [— *ibi.*]

b) In marg. interpres: *deeſt aliquid.*

c) §. 177—182.

d) *ὁ κατα την Βȣλγαριαν προεχοντες ἀξιȣσι τον Μιχαηλαν ἀρχηγον ὀντα ἐπαρηξαι ἀυτοις και συνεργησαι, δȣναι τε ἀυτοις τον ὑιον ἀυτȣ, ὡς ἀν ἀυτον βασιλεα Βȣλγαριας ἀνακηρυξωσι, και της ἐκ των Ρωμαιων ἐλευθερωθειεν καταδυναςειας και βαρυτητος. Bulgarorum proceres rogant Michaelem* [Seruiorum principem,] *vt, cum princeps ſit, ipſis imperare et auxilium ferre velit, dare vero filium ſuum, quem Bulg. regem deſignent. quo futurum ſit, vt Bul. a tyrannide et crudelitate Romanorum liberent.* cfr. et Du Cangii Famil. Dalm.

Imp. MI-
CHAELE
Parap.

a. C. 1073.

§. 196.

Quod quidem audiens is qui Scopiis ducis imperium admini-ſtrabat, Nicephorus Carantenus, cum ſuis ducibus, quos habebat a. ad Priſdiana ſe confert cum Bulgaricis copiis. Interea vero dum hic ad bellum ſe comparabat, ſuperuenit ſucceſſor ipſius, Damianus Dalaſſenus; qui, cum eo coniunctus, cum multis eum conuiciis affeciſſet, et haud mediocriter in eius milites debacchatus fuiſſet, tanquam imbelles eos irridens, inſtructa acie cum Seruis ſtatim proelium committit, fitque horribilis pugna, ſed multo horribilior Romanorum clades: cadunt enim multi ex Romanis et Bulgaris, et viui plurimi capiuntur, in quibus ipſe quoque dux Damianus Dalaſſenus, et qui dicebatur Probatas, et Longibardopulus, et alii frequentes cum ipſis. capta ſunt item omnia caſtra, et omnia, quae in ipſis erant, direpta.

§. 197.

Hinc aperte Bulgari Bodinum regem declarant; vt dictum eſt, mutato nomine Petrum appellantes, et in duas partes diuiſi, alii cum Bodino ad Niſum ſe contulere, alii Petrilum quendam, cui primae apud Bodinum partes deferebantur, ſecuti, aduerſus Romanos, qui in Caſtoria erant, profecti ſunt: illic enim muro muniendam vrbem curauerant, Romanis fauentes, vt dictum eſt e), et Achridis praetor Marianus, et patricius Diaboleos, et proconſul Theognoſtus Burtzes f) et cum ipſo Caſtoriae praefectus, quibus cum *Boriſes Dauid* et alii multi, veriti indigenarum Bulgarorum g) minas, in Caſtoriam tanquam ad aſylum confugere. Cum igitur Petrilus ad Caſtoriam perueniſſet cum innumerabili Bulgarorum manu, quae ad bellum pertinerent, comparabat. Romani vero etiam ipſi inſtructi aduerſus erupere, et ingenti impetu cum ipſis congreſſi, fundunt Petrilum, et in fugam coniectum cogunt per inuios montes ad ſuum dominum 162.
Mi-

e) At de his nihil in ſuperioribus dictum eſt.

f) *καὶ ὁ τῆς Διαβόλεως* [ſubintelligendum, *ϛρατηγὸς praetor*] *ὁ πατρίκιος καὶ ἀνθύπατος Θεόγνωϛος ὁ Βερτζῆς.*

g) *τῶν ἰθαγενῶν Βουλγάρων.*

162. Id. ibid. p. 852.

Imp. MICHAELE *Parap.*

a. C. 1073.

Michaelem *h*) peruenire. et Bulgarorum plurimos occidunt, capiuntque eum, qui poſt Petrilum in Chrobatis *i*) ſecundum ordinem ducebat, et ad imperatorem vinctum perducunt.

§. 198.

Bodinus autem, cum ad *Niſum* perueniſſet, vt iam imperatorem a Bulgarica prouincia contineret, omnia obuia praedabatur, eos, a quibus non exciperetur, quique recuſarent eius imperium, vexans, et offendens. Quod cum audiſſet imperator, cladem videlicet Ducis *k*), et eius declarationem *l*); Saronitem aduerſus eum mittit, antequam malum accenderetur, et in magnam flammam euaderet, exſtinguere feſtinans: et cum ipſo idoneum quoque miſit exercitum, ex Macedonibus et Romanis Franciſque coactum. Verum hic ad Scopiorum vrbem profectus, nullam eorum, qui Niſi erant, rationem habebat: profectus igitur, et Boitacho *m*), cui vrbs commiſſa erat, data fide, nihil eum detrimenti paſſurum, Scopiorum vrbem expugnat, ibique caſtra locat, et, quid faciendum de iis, qui Niſi erant, conſultabat, ac meditabatur. Verum Boitachus, quem iam poenituerat, tamdiu bonum fuiſſe, et Romanos ſecutum eſſe *n*), clam iis, qui Niſi degebant, indicauit, vt ad ſe quam celerrime venirent, et eos, qui cum Saronite erant ignauius degentes ac ſegnius, ſine vlla miſeratione crudeliter omnes ad vnum interficerent. qui, accepto nuncio, profecti Niſo, Scopia petebant, cooperta terra niue; hiems enim erat, Decembri menſe. Quod cum perſenſiſſent ii, qui cum Saronite erant, aduerſus ipſos cum omnibus copiis irrumpunt, et in itinere deprehenſos, ad quendam locum, nomine Taonium fere omnes interficiunt. capitur etiam Bodinus, Longibardopulus vero, vt dictum eſt *o*), ad Michaelem perductus, data acceptaque fide, eius filiam vxo-

h) Seruiorum, puta, principem; Bodini patrem.

i) Cfr. §. 195.

k) *Damiani Dalaſſeni* vid. ſupra §. 196.

l) i. e. *Bodinum Bulg. regem deſignatum eſſe.*

m) Γεωργίῳ τῷ Βοϊτάχῳ. cfr. et §. 195.

n) ὅτι δὴ φθάσας ἀγαθὸς γέγονε, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐφείπετο.

o) Vid. ſupra §. 196.

Imp. MICHAEL Parap.

a. C. 1073.

vxorem ducit. eique ingens committitur exercitus, e Longibardis et Seruis conflatus: quocum ad auxilium Bodini miſſus, rurſus Romanis repugnat.

§. 199.

Saronites autem Bodinum miſit imperatori vinctum. relegatus autem in S. Sergii monaſterium paulo poſt Iſaacio Comneno traditur iam Antiochiae duci declarato; et perductus, eſt in Antiochiam. Quod cum audiſſet ipſius pater Michael, pretio ingenti conductis Venetis quibusdam, quorum opus erat per mare nauigare, eum inde 163. furatus, in propriam patriam reduxit, eique reſtituit imperium. atque hic poſt patris obitum noſtraque tempeſtate regnauit p).

Boitachus autem vehementer tortus; dum rediret ad imperatorem, non ſuſtinens verberum cruciatus, moritur. Alamani tamen et Franci (ſunt hae nationes occidentis) per regionem immiſſi, relictam Bulgarorum regiam in *Preſpa* deſtruunt, templumque illic S. Achillio conſtructum ac dedicatum exſpoliant, ac nulla re ſacra abſtinentes earum quae ibi erant: ex quibus quaedam rurſus ſeruata ſunt, reliqua diuiſa exercitus in proprios vſus conuertit.

§. 200.

BESTARCHES Neſtor, qui fuerat ſeruus patris imperatoris, dux eorum populorum, qui ſecundum Iſtrum degunt, vocatus [inita cum Tato et Patzinacis ſocietate, ad regiam vrbem proficiſcitur. a ſuis vero inſidiis petitus] inde abit, Thraciamque depraedatur et Macedoniam et Bulgariae finitima, et ad Patzinacarum regionem ſecedit.

§. 201.

IMPERATOR Michael curis innumerabilibus conflictabatur; Scythis q) quidem Thraciam et Macedoniam incurſantibus, Sthlauinorum r) vero gente iugum Romanae dominationis excutiente, et Bul- 164.

163. Id. ibid. p. 853. Zonar. T. II. p. 288. ſimilia omnia.

p) Reliquas res geſtas Bodini vid. in *Seruicis* §. 78. *ſeqq.*

164. NICEPH. BRYENNIVS p. 68—70.

q) *Patzinacas* intellige.

r) Quo nomine hic Seruii indicari videntur.

Imp. MICHAELE Parap.

a. C. 1073.

gariam rapinis atque incendiis agente ferenteque. Scupi quoque et Naiſus vaſtabantur, quin ipſum etiam *Syrmium*, et quae circa *Sagiam* s) amnem ſita ſunt oppida, quaeque ad Iſtrum iacent, ciuitates grauiter laborabant. [His commotus Michael imperator, Nicephorum Bryennium] ducem declarauit vniuerſae Bulgarorum regionis, vt praeualentem illic Sthlauinorum gentem comprimeret. In quo non ſane ſpes fefellit. Illuc enim profectus, breui tempore animos audacium Sthlauinorum belli ſucceſſibus deiecit, vt iugo Romanae potentiae rurſus colla ſubmitterent, et facile paterentur tali Bulgariae duci obſequi ac ſeruire ſeſe.

Quoniam vero Chorobati et Dioclenſes Illyricum incurſabant — putauit e re fore Michael Auguſtus, ſi Bryennium e Bulgaria Dyrrachium transferret.

§. 202.

a. C. 1073 — 1078. t)

165. CAESAR [Ioannes Ducas] morientem incurabili morbo filium videns — cogitabat, ſi quo modo poſſet labanti domui aliquem inſinuare, qui praeſidio ipſi foret in dubiis fortunae caſibus. Ad hoc patrem Caeſarem ipſe Andronicus hortabatur. Hoc idem apud virum et ſocerum vrgebat pulcherrima mulierum vxor Andronici v): cuius praecellenti formae corporis egregia virtus animi, et claritati generis illuſtri laudatiſſima morum innocentia vitaeque officiorum conſtantia pari ſplendore reſpondebat. Nam paternum quidem genus a Samu-

s) Σαον, Σαβον alias vocant Scriptt. Byzantini.

165. NICEPH. BRYENNIVS p. 72.

t) Sunt reliqui imperii Michaelis anni.

v) Meminit etiam illius Anna Comn. p. 54, 55. his verbis *Plane proficiebatur in eo* [Georgio Palaeologo in partes Comnenorum trahendo] *nihil; quoad protoueſtiaria, eius ſocrus, Comnenos toto animo complexa, ſic eorum cauſam egit apud Palaeologum, — vt viri pectus emolliret, nihil iam ſolliciti, niſi de collocandis in tuto mulieribus duabus, ſua vxore Anna et Maria ſocru, nobiliſſima inter Bulgaros, unde orta erat, muliere formae tam praeſtantis tamque vniuerſo per corpus fuſae decora compoſitione membrorum et partium, vt nulla per id tempus formoſior haberetur.*

a. C. 1073—1078.

Samuele ducebat Bulgarorum rege, e cuius filio *Troiano* nata ipſa erat. Materna vero ei proſapia referebatur ad Conteſtephanos, Abalantes et Phocadas, familias olim illuſtriſſimas opibusque praeſtantes. *Imp.* MICHAELE *Parap.*

§. 203.

Imp. NICEPHORO *Botaniate.*

Imp. NICEPHORO *Bot.*

a. C. 1078. x)

v) [ALEXIVS Comnenus Bryennio debellato Conſtantinopolin cum contenderet, vrbis ingreſſu abſtinere et verſus Adrianopolin contra Baſilacem cum exercitu ire iuſſus eſt.] Nam et ille, Illyrici exercitu ſibi adiuncto, copiisque omnibus, quae in Bulgaria fuerant, in partes tractis, et praeterea *Barangos* y) ſecum ducens, formidoloſe potens imminebat imperio. 166.

§. 204.

VITA functo Ioanne Bulgariae archiepiſcopo in tranſitu Baſilacii, alium in eius locum imperator declarauit, Ioannem itidem nomine, qui *Aoinus*, id eſt, *abſtemius*, vocabatur, quod nunquam vinum guſtaret. 167.

§. 205.

COMNENVS Alexius [Baſilace debellato] 'in ſibi commiſſam prouinciam eius viſendae curandaeque gratia profectus z), cum Adrianopolin 168.

Pppp 5

v) SCYLITZES: *Nicephorus Baſilacius primus praeſes* [tyrannidem affectans], *coacto idoneo exercitu ex Francis et Bulgaris Romanisque et Arbanitis, profectus Dyrrachio ad Theſſalonicam contendit.*

166. NICEPH. BRYENNIVS p. 57. Scylitzes [Cedr. T. II. p. 865].

x) Ad hunc annum Bryennii rebellionem Petauius, Caluiſius et alii referunt.

y) Cuſtodes corporis imperatorum CPlitanorum, e gentibus Borealibus maxime lecti, nunc a Byzantinis *Celtae*, nunc *Germani*, nunc *Bretanni* et *Angli*, nunc *barbari e Thule inſula* et *ora Oceani* vocantur.

167. SCYLITZES p. 867.

168. NICEPH. BRYENNIVS p. 103.

z) ἐξῄει αὖθις ἐπι το τα- της ἀκειας ἀρχης [Domeſticus enim occidentis fuit] ἐπισκεψόμενος-

Imp. NICE-PHORO *Bot.*

a. C. 1078.

nopolin veniſſet, — certior factus eſt, Scythas in Romanos armari, iamque fines Bulgariae latrociniis ipſorum agi ferrique a).

§. 206.

Imp. ALE-XIO I. *Comn.*

Imp. ALEXIO I. *Comneno.*

a. C. 1081 — 1084. b)

169. [ALEXIVS imperator Lariſſa a Baimunto oppugnatae auxilio properans] per collem *Celliorum* dictum, via publica a dextris relicta, et colle vulgari indigenarum lingua vocato *Ciſſabo*, *Exeban* deſcendit oppidum id *Blachicum* c) eſt proxime Androniam ſitum.

§. 207.

170. ALEXIVS flagrans cupiditate proelii [cum Patzinacis ineundi d)] *Sidera* e) cum legionibus traiecta, vallum ad *Bitzinam* figit. fluuius f) eſt ex adiacentibus fluens montibus. — imperator circa diluculum ſtrenue Pliſcobam g), indeque in quendam *verticem*, *Symeonis*, dictum, aſcen-

a) Conf. *Tom. III. Patzinacica* §. 67.

169. ANNA COMNENA p. 138.

b) Indictionem 7. habet Anna p. 166. indict. 7. a. M. 6592. p. 273.

c) χωριον δε τȣτο Βλαχικον. Hoc loco primum occurrit Blachorum nomen, quo, vbi quidem de Blachis cis-Iſtrianis ſermo eſt, Bulgaros intelligunt Scriptores Byzantini, vt ex locis infra allatis, abunde patet. „De Vlachia ſeu Walachia Macedonica [ait Du Cange in Nott. ad h. l.], quam Μεγαλοβλαχιαν vocat Pachymeres l. 1. c. 30. [vid. infra §. 318.] diximus in Notis ad Vilhard. N. 106. Adde Cinnamum l. 6. et ibi Notas noſtras „. vid. *Valachica* §. 1. Codinus in Origg. CPl. p. 48. de nomine Eccleſiae Blachernarum haec habet: *Blachernae autem dictae ſunt, vel quaſi Blachernae, quod locus filicibus* (βλαχναι) *eſſet conſitus, iisque exſtirpatis, templum exſtructum; vel quaſi Lacernae, quod locus eſſet lacunoſus, et abundaret aquis, vel ob Blachi cuiusdam caedem.*

170. ANNA COMN. p. 193.

d) Vid. *Patzinacica* §. 80.

e) De hac regione olim Rom. ac Bulgaricae ditionis limite vid. §. 78.

f) Idem forte, quem *Ditzinam* vocat Conſtantinus. vid. ſupra §. 117.

g) Vid. §. 149.

aſcendit, qui et vulgari lingua Buleuterium, ſeu curia Scytharum nominatur ab indigenis *b*).

§. 208.

[ALEXIVS, Tzacham Turcum occiduas valida irruptione tentare velle regiones, audiens, Caeſarem Nicephorum Meliſſenum Aenum petere iubet] cum legionibus recens conſcriptis; mandauerat enim ei antea, vt quamplurimos poſſet conſcriberet milites; non e veteranis —, ſed nouos et eatenus expertes belli, genera ipſa ſubtiliter explicans, ex quibus hos fieri delectus tironum mallet, 'nempe *Bulgaros* et pa- 171.

b) Et alia ſunt Bulgariae loca, quorum meminit Anna Comnena, p. 122. *Alexius a Roberto victus tandem Achridem tenuit, traiecto per id iter amne Charzane; et paululum duntaxat, in ſaltu imperuio dicto Babagora moratus* —. p. 126. *vbi ſe apud Achridem breui quiete recreauit, Deabolim ſe contulit.* p. 135. — *per Strugas in Achridem peruenit.* Du Cange in Nott. ad h. l. „δια των ϛρέγων. Editio Hoeſchelii habet ϛρȣγῶν. Sunt vero ϛρȣγαι Bulgarica lingua *foſſae, ſtagna, viuaria*, e quibus magnus piſcium prouentus parabatur, pro quo tributum penſitabatur quotannis fiſco imperatoris. Theophylactus Archiepiſc. Bulg. Epiſt. 41. και γαρ ἐπι τε τοις μυλοις διπλασιω οἱ Κληρικοι, ἠ οἱ Λαϊκοι ὑπετελεσαν. και ἐπι των Βȣλγαρων μεν γλωτταις λεγομεναις ϛρȣγαις [Ελλην δε ἀνηρ διωρυχας ἀν ταυτας ἐρει] ἰχθυων ἀγραν προξενȣσαις, και ἐπι ταυταις δε πολλαπλασιω των τῃ κοινῃ πληθȣς ἐζημιωθησαν. Et paucis interiectis, τοπαριον λιμναιον *ſtrugas* interpretatur; — Io. Phocas in Deſcriptione terrae Sanctae N. 20. Achridis ſitum deſcribens, paludi inaedificatam tradit, vnde aqua emergit, in variis terrae conuallibus reſtagnans, quas *ſtrugas* accolae vocant. — In his porro Annae, Theophylacti et Phocae locis intelligi planum eſt alueos illos, quos olim Samuel Bulg. rex, Lychnitidem paludem, cui Achridis inaedificatum oppidnm, exhaurire volens, fecerat„. [cf. ſupra §. 156.] Anna p. 136. *Petrus Aliphas duos Poleobos cepit, Scopia Punteſes. Ipſe Baimundus — Achridas occupauit — Oſtrobum adiit, vnde ſimiliter repulſus per Soſcum et Serbios Berrhoeam petiit — tandem per Bodinos peruenit Moglena, vbi caſtellum quoddam olim dirutum reſtaurauit.* de his vide et Cangii in Annae Comn. Alexiadem Notas p. 297. *Bulgarophygi* denique meminit Anna p. 204. 217.

171. ANNA COMN. p. 226, 227.

Imp. ALEXIO I. *Comn.*

a. C. 1081—1084.

paſtoritiae duratos vitae laboribus agreſtes iuuenes incertis ſedibus vagos, *quos communis dialectus Blachos vocare conſueuit* i).

§. 209.

[DVRANTE bello Patzinacico cum Alexius Auguſtus, quas Meliſſenus adducebat, recentes copias pro hoſtili agmine haberet, graue inde concepit curam k)]. In his anguſtiis inops conſilii, *Rhodomerum* accerſit (vir hic erat oriundus ex Bulgaris domo nobilis et materno genere ad conſanguinitatem attinens Auguſtae matris noſtrae) hunc exploratum prodire, quinam ii eſſent, et, accedentem, quamprope ad diiudicationem oporteret, certa renunciare iuſſit.

172.

§. 210.

PRONVNCIATA [aduerſus Bodinum l) et Dalmatas] expeditione, in oram occiduam verſus Illyricum profectus Auguſtus ab vrbe regia et Philippopolin inuectus, ibi litteras accepit archiepiſcopi Bulgariae, qui tunc erat, affirmantes, Ioannem Sebaſtocratoris filium, ducem Dyrrachii, defectionem meditari.

173.

§. 211.

a. C. 1084.

174. [ALEXIVS in Comanos expeditionem parans] ad ſacram, quae dicitur, paludem vallum figit prope Anchialum. Eo ad imperatorem de

i) ὁποσοι τε ἐκ Βυλγαρων, και ὁποσοι τον νομαδα βιον εἱλοντο (Βλαχυς τυτυς ἡ κοινη οἰδε διαλεκτος). In Gloſſario Annaeo v. Βλαχοι. Petrus Poſſinus ad h. „ Et tamen, inquit, *Blachi* populorum nomen eſt Moeſiam ſuperiorem incolentium, qui hodie Valachi vocantur, olim fortaſſe ex Scythis Nomadibus et Hamaxobiis vagis in iis denique ſedibus conquieſcentes. vnde inualuerit, vt proprium antea ſectae atque inſtituti nomen genti poſtmodum adhaeſerit. Neque enim nunquam ſtudia in generis appellationem tranſeunt in ſimilibus —„.

172. ANNA COMN. p. 229.

k) Conf. *Patzinacica* §. 119.

173. Eadem p. 236.

l) Idem, qui ante Bulgarorum rex fuerat, quique tandem patri ſuo Michaeli in Seruiae principatu ſucceſſit. vid. ſupra §. 195. ſeqq.

174. Ead. p. 273, 274.

a. C. 1084.

Imp. ALEXIO I. Comn.

de nocte venit *Pudilus* quidam e praecipuis Blachorum, nuncians, traiectum a Comanis eſſe Danubium. — Caeterum Comani, ducibus vſi Blachis ad anguſtorum perplexorumque callium flexus explicandos, facile iugum transgreſſi, — acceſſerunt prope Goloën m).

Sub

Ioanne et Emanuele Comnenis nulla ſit Bulgarorum mentio.

§. 212.

Imp. ALEXIO II. *Comneno.*

Imp. ALEXIO II. Comn.

a. C. 1180. n)

[ANDRONICVS, poſt Theodoſii patriarchae diſceſſum, nuptias inter Alexium, Manuelis ex inceſto concubitu Theodorae filium, et filiam ſuam Irenem, ex conſobrina Theodora Comnena ſuſceptam, perficit]: Bulgarorum epiſcopo, qui tum forte in vrbe erat, caerimonias matrimonii peragente. 175.

§. 213.

a. C. 1181.

CYMBA, qua miſerrima illa ſarcina [cadauer Alexii imperatoris] vecta erat, a duobus claris viris cum carminibus et tripudiis, Ioanne Camatero Caniclei praefecto, qui poſt Bulgariae patriarcha extitit, et a Chartulario Theodoro Chumno eſt reuecta. 176.

Sub

Andronico nulla ſit Bulgarorum mentio.

CAPVT

m) Locum integrum vid. *Tom. III.* in *Comanicis §. 10. ſeqq.*

175. NICETAS CHONIATES p. 168, 169.

n) Hic et in ſequentibus annos ex Tabula chronologica, Nicetae praefixa, adſcribo.

176. Id. p. 176.

CAPVT XV.

Bulgaria ſub Petro et Aſane fratribus a Romanis deficiens; res a Bulgaris vsque ad Ibanci defectionem geſtae;

ab a. C. 1185 — 1195.

§. 214.

Imp. ISAACIO *Angelo.*

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1185.

177. a) [ISAACIVS Angelus] per legatos Belae Hungariae regis filiam, nondum decem annos natam, ambit. Sed dum ex tenuitate nuptias ex fiſci pecunia celebrare reformidat, et ſumtus illos ab vrbibus et prouinciis affatim exigit: cum alias vrbes, praefertim Anchialo

a) ACROPOLITA: *Imperator Iſaacius — Vngarorum principis filiam uxorem duxit. cum appararet nuptias, easque regias, magnificis quoque ſumtibus decorare decreuit. Hinc ex uniuerſa Romanorum ditione pecudes, ſues ac boues congregabantur. Sed cum harum rerum Bulgaria omnium feraciſſima ſit, plurima quoque ab ea depoſcebantur. Bulgari et antea quidem inimici Romanis, illisque multorum bellorum, captiuitatum, excidiorum vrbium, et aliorum ſexcentorum infortuniorum per annos plures cauſa, tandem ab imperatore Baſilio, quem non aliam ob cauſam Bulgaroctonum dictum, fama atque auditione accepimus, debellati ad imperatoris usque Iſaacii tempora Romanis tributa pendebant. tum ob ea, quae memorauimus, rebellionem moliuntur, et ab Aſano, neſcio quo ſuaſore atque impulſore, omnibus, quae intra Haemum ad Iſtrum usque excurrunt, in poteſtatem redactis, regio occupatur* (gr. breuius και ἀνιςατ.αι τις Ἀσαν τουνομα, και

177. NICETAS CHONIATES p. 236. Georg. Acropolita p. 10. Id. in Chronico compend. p. 113. Codin. Antiquitt. CPl. p. 81.

chialo finitimas, afflixit. tum barbaros, Haemi montis accolas, ſibi et Romano imperio infeſtiſſimos reddidit. qui *olim Myſi, nunc Blachi* nominantur. Hi enim anguſtiis et caſtellis freti, quae plurima habent praeruptis ſaxis inaedificata: cum prius etiam Romanos parum curarent, tum per cauſam abacti pecoris et vexationum, quos toleraſſent, aperte defecerunt.

Eius defectionis principes et auctores fuere duo ex illa gente fratres, *Petrus* et *Aſan:* qui ne ſine cauſa res nouas moliri viderentur, imperatorem Cypſellis degentem adeunt, petentes, vt in Romanas legiones referantur, et ſibi praedium exigui reditus, in Haemo monte ſitum, aſſignetur. Ea re non impetrata (nam fatorum vis prudentiam humanam ſuperabat), ſubmurmurabant, vt contemti et voti impotes: et verbum audacius emiſerunt, quo defectionem, et ea, quae domum reuerſi acturi eſſent, innuebant. Aſan praeſertim, homo audacior et crudelior, cui ob impudentiam, Ioannis ſebaſtocratoris iuſſu, colaphus infringitur. Ita non infecta modo re dimiſſi, ſed contumeliis etiam irritati homines iſti nefarii et ſcelerati: quomodo contra Romanos graſſati ſint, quis verbis conſequatur? quae ora- 178.

βασιλευει της χωρας, ἁπαντα τα ἐντος τȣ Αιμȣ μεχρι και τȣ Ιϛρȣ ὑφ᾽ ἑαυτον ποιησαμενος), eo res Romana quam maxime afflicta eſt. Bulgari namque, cum Scythae mutuas operas tradidiſſent, multis malis Romanos vexarunt. CODINVS: *Eius* [Iſaacii Ang.] *tempore initium cepit in Zagoria* a) *bellum Walachorum* (*Βλαχων*) *et Bulgarorum aduerſus Chriſtianos Romanos, quo omnis anima praedando abacta, et tota fere occidentalis regio, poteſtati Romanae ſubiecta, deuaſtata eſt. Sed cum longo tandem poſt tempore Romani expergefacti expeditionem in eos pararent, et non mediocres coëgiſſent exercitus, et nihilo minus tamen cum ſolita pigritia et timiditate procederent* *** [hic ab interprete omiſſa, gr. ita: ἡ, ὁ, τι ἀν εἰποι τις, και δια των καθ᾽ αἰγιαλων κατερχομενȣ καϛρον, και ἀπελθοντες μεχρι των Κυψελων] *frater imperatoris Dominus Alexius — ſolium eius — occupauit.*

a) De hac regione vid. ſupra §. 48.

178. NICETAS CHON. p. 237.

Imp. ISAA-CIO *Ang.*

a. C. 1185.

oratio tantum malorum pelagus complectetur? Sed nondum de his, ne hiſtoriae ſeries interrumpatur.

§. 215.

179. Cum Myſi aperte defeciſſent, ab iis, quos dixi, impulſi, imperator bellum eis infert. Sed nec illud praetereundum eſt. Cum Blachi principio ab eo conatu, ad quem a Petro et Aſane inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent: fratres, vt popularibus ſuis eum metum adimerent, aedem nomine praeclari martyris Demetrii aedificarunt, in eamque multos daemoniacos vtriusque ſexus coëgerunt, qui cruentis et peruerſis pupillis, effuſisque crinibus caetera omnia exquiſite exprimebant, quae id genus hominum propria habet: eosque docebant, in furore proloqui: „ Deo viſum eſſe, vt gens Bulgarorum et Blachorum, diuturno iugo excuſſo, libertatem conſequatur; eaque de cauſa Chriſti martyrem Demetrium, relicta metropoli Theſſalonica et aede, Romanorumque conſuetudine, ad ipſos perueniſſe, adiuturum id opus „. Igitur vecordes iſti homines paullum morati, et ſubito maiore ſpiritu collecto, rurſus alienati, exagitabantur, clara voce, quaſi numine afflati, clamitabant: „ Non amplius deſidiae eſſe locum, ſed arreptis armis Romanos inuadendos eſſe, et qui in bello caperentur, non conſeruandos aut vendendos; ſed inclementer occidendos eſſe, et prece et pretio repudiatis, neque magis vlla obteſtatione moueri oportere, quam adamantem „. Tota igitur gens, a talibus vatibus concitata, ad arma concurrit: et vt initia defectionis auſpicata fuerunt, magis etiam credidere, Deum libertati ſuae fauere. nec ea contenti, in oppida et praedia ab Haemo remota diffunduntur.

Alter vero fratrum Petrus, auream corollam imponit capiti, et pedibus coccineos calceos inducit. *Periſthlabam* aggreſſi (*vrbs ea Ogygia* eſt, tota latericia, et maximum Haemi ſpatium complexa), vt oppugnationem non eſſe tutam videbant, ea praeterita, ex Hae-
180. mo deſcendunt, et Romana oppida *b)* ſubito adorti, multos ingenu-

os

179. Id. p. 238.
180. Id. p. 239. Acropolita p. 10, Ili. id. p. 113, 114.

b) Ῥωμαϊκαις δ' ἑτεραις κωμοπολεσι.

os homines, multos boues et iumenta, aliarumque pecudum ingentem numerum abducunt.

§. 216.

β) Iſaacio aduentante, rurſus in anguſtiis et inacceſſis locis abditi, diu reſtiterunt. Sed caligine praeter exſpectationem a Deo, cuius latebrae in tenebris ſunt, excitata, et montes, quos barbari aditu anguſtiarum obſeſſo tuebantur, inuoluente, Romani eos imprudentes oppreſſerunt: et terrore attonitos ita diſſiparunt, vt mali iſtius auctores et duces [c)], cum amicorum coetu, vt ille porcorum grex in Euangelio in mare, ita ipſi in Iſtrum illapſi, ad finitimos *Scythas* [d)] traiicerent.

Imperator vero, cum, nemine prorſus prohibente, totam Myſiam peruagari et praeſidia in vrbes, quae pleraeque in Haemo ſunt, ſed plures ac potius fere omnes in praeruptis rupibus et altiſſimis tumulis exſtructae, introducere liceret, neutrum fecit: ſed cumulis frumenti incenſis, ſupplicum Blachorum confictis verbis deceptus, ſtatim retro abiit:

β) ACROPOLITA: *Propterea indignatus imperator Iſaacius, in vnum collectis copiis, aduerſus eos aciem ducit, et maritima praetergreſſus, atque per Meſembriam ciuitatem iter faciens, Haemum ingreditur. Aſanus cum exercitu in oppidulo, cui nomen Strinabo, immoratur: et imperator Iſaacius tentoriis fixis Bulgaros obſidet; ſed ab illis eluditur. Vnus enim ex illis, transfugium ſimulans, imperatori Scytharum irruptionem denunciat. Imperator conturbatus nuncio, licet die ſequenti oppidulum ſubacturus eſſet, loco cedit, nec eam, quam inierat, redit viam, ſed deluſus a Bulgaris breuiorem nec inconſultus aggreditur* (την ταχυτεραν [ὁδον] ταχα διεξιεναι βεβουλευται). *Progredienten itaque et in anguſta ſemita laborantem Bulgari aggrediuntur, militem fundunt, apparatumque omnem bellicum depraedantur, ipſam etiam imperatoris ſupellectilem diripiunt. Ex Romanis plures caeſi ſunt; qui cum imperatore euaſerant, pauci admodum fuere et prorſus nudi. Hac victoria, praeda ſpoliisque Romanorum Bulgari nimis et inſolenter animos ſubleuarunt, quippe ex ipſis imperatoriis in-*

c) ὁ Πετρος δηλαδη και Ασαν. omiſit interpres.

d) Hoc nomine hic et infra Comani indicari videntur.

Imp. ISAA-
CIO *Ang.*

a. C. 1185.

abiit, relictis illis rebus adhuc plane exulceratis. Vnde factum, vt barbari Romanis audacius inſultarent. Nam is quidem in vrb.m reuerſus, vt re bene geſta gloriabatur: quidam vero ex ordine iudicum, Monaſteriotes Leo, ſalſe dicebat, Baſilii Bulgaroctoni animam d·ere. 'Qui, cum Bulgaros funditus deleuiſſet, edixerit: Si quando Blachi denuo nouis rebus ſtuduerint, ſuum exemplum imitandum eſſe, et prouinciam caſtris in ea poſitis peragrandam ei, qui bellum cum eis geſſerit: eo edicto in Soſthenii monaſterio affixo. Quod nunc ſit irritum: quod imperator ea, quae ille multis annis confici iuſſerit, tam exiguo momento abſoluerit, vt illi tale nihil in mentem venerit e).

§. 217.

Aſan vero, maximis auxiliaribus Scytharum copiis ſuo arbitratu delectis, reuerſus, cum Myſiam patriam perpurgatam et Romano exer-

ſignibus pretioſiora conquiſierant, et praeter ea regias pyramidas, phialas celebres, pecuniae vim immenſam, ipſam etiam imperatoriam crucem, quam ſacerdos abiecerat, non multo poſt in flumine offendunt, ex auro compactam, in medio ex ſacro-ſancto ligno, cui Chriſtus Dominus affixus pependerat, in modum crucis efformato complectentem, nec non paruas et plurimas thecas habentem, in quibus celebriorum martyrum reliquiae, Deiparae lac, zonae eiusdem pars, et reliqua multa, quae ſanctis loculis aſſeruantur. Imperator ergo Iſaacius Conſtantinopolin fugiens ſe recepit.

e) *Qui cum — venerit.* in gr. ſic habent: ὅτι το τυπικον ἀυτȣ βασιλευς παρεβλεψατο, και ὅσα ἐπι τῃ τȣ Σωθενιȣ μονῃ ἐκεινος διεθετο, [και κατα [εἰπειν] τȣτον νεωτερισαι τȣς Βλαχȣς ἐρεχελων και διασυρων, ὀυ καθυφηκε βραχυ, ὡς δηθεν σφαλεντα περι την προῤῥησιν, φασκων, ὡς ἀυτος ἀυθις εἰς την προτεραν ὑποταγην και δȣλειαν τȣς ἀποϛατας συνεπεισετε, και ἐπανηγαγεν ἀκαιριωως ὅυτως ὡς ὀυδε χρωνιως ἐκεινος και ματην ἀυτον ὡς ἀπο δαφνηφαγȣ λαιμȣ και δελφικȣ μαντικȣ τριποδος ἀπερευγεσθαι τα τȣ ψευδȣς ὀδωδοτα και διακενα θεοπροπια. Wolfius in Annotationibus in Nicetam p. 437. ſc, cum corruptus hic locus ſit, vel ſaltim ita intricatus. vt fere nulla certa ſententia ex eo poſſit colligi, aliam vetuſti codicis lectionem [quam etiam gr. exhibet] in vertendo ſecutum eſſe ait.

exercitu vacuam reperiſſet, factus inſolentior et iactantior, Myſiae incolumitate et dominatu non contentus, maxima Romanis detrimenta inferenda et Myſorum ac Bulgarorum dominatum, vt olim fuiſſet, omni contentione coniungendum eſſe cenſuit.

Quod ſi ipſe imperator, vt prius, iterum ad bellum exiiſſet, fortaſſe res bene geſta eſſet: verum is, alacritate ſua in aliud tempus dilata, Ioannem ſebaſtocratorem, patruum ſuum, cum imperio ablegauit. Qui, exercitu non temere, ſed plane laudabiliter gubernato, et hoſti, qui, contractis in vnum copiis, in planitiem deſcenderat, non paruis cladibus illatis imperium ob affectati regni ſuſpicionem deponere iubetur; et in eius locum Ioannes Cantacuzenus Caeſar — ſufficitur. — 181.

§. 218.

[Hic] cum — barbaros vitata planitie in montibus ſe tenere audiuiſſet, non cogitauit, illos reficiendarum virium cauſa, et quo tutiores ſint, ibi commorari, ſed id factum timiditatem interpretatus, in medio campo caſtra poſuit, neque cuſtodiis neque excubiis accuratioribus vſus, neque vallo communito. Itaque noctu a barbaris oppreſſus vix euadit, exercitu variis modis afflicto. Nam alii inermes in fuga capiebantur. Qui vero vsque ad Caeſaris tabernaculum profugerant, maiorem eius, quam hoſtium, acerbitatem ſunt experti, a quo contumeliis vt proditores proſcindebantur. Vt autem ſuſceptum dedecus aboleret, armatus Arabicum equum conſcendit, ſcutoque in manus ſumto, in confertos hoſtes eſt inuectus, vociferans: Sequimini me: cum nec videret, neque ſciret, quo iret, aut quid in caſtris fieret. Romanis ita victis et fugientibus, omnia tabernacula ſunt direpta, et vexilla capta, et aureae Caeſaris veſtes ferrugineo colore interpunctae: quas Petrus et Aſam induerunt, ante exercitum incedentes, et tabernacula ſua in planitie fixerunt.

§. 219.

Imperio Cantacuzeno Caeſari abrogato, dux totius exercitus declamatus eſt Branas Alexius, breui quidem ille ſtatura, ſed magno ingenio et pru-

181. NICET. CHON. p. 240.

Imp. ISAACIO Ang.

a C 1185.

prudentia vir, atque illa aetate ſummus imperator. Qui, exercitu ſuſcepto, non confidenter, ſed circumſpecte, caſtrametabatur, inſtructa progrediens acie, atque in id intentus, vt et hoſtem detrimentis afficeret, et omnes copias periculi expertes conſeruaret. Ita multis anguſtiis ſuperatis ad locum, qui *Niger tumulus* dicitur, peruenit.
182. Ibi caſtris poſitis valloque munito, rei bene gerendae ſpem hominibus afferebat. Sed cum regni cupiditate perpetuo aeſtuaret, tum animum ſuum declarauit. — et ab omni exercitu imperator ſalutatus Conſtantinopolin contendit —.

[Brana rebelle deuicto] multi ad Aſanem et Petrum ſe contu-
183. lerunt, qui paulo poſt imperatoris litteris reuocati ſunt.

§. 220.

a. C. 1187.

184. IMPERATOR vero dolens, quod prima in Myſiam impreſſione bellum non rite adminiſtraſſet, ſed, inde non aliter digreſſus quam ſi hoſtium telis vrgeretur, neque caſtella Romanis praeſidiis occupaſſet, neque barbarorum filios obſides ſumſiſſet; denuo Blachis arma inferre ſtatuit *f*). Ac tum ipſe quidem cum paucis, qui obiter reperiebantur, egreditur. Audierant enim, hoſtes *g*) non amplius in montibus et collibus verſari; ſed, Scythicis auxiliis adſcitis, in agro Agathopolitano caſtra poſuiſſe, et loca illa effuſe vaſtare, et magnis afficere detrimentis. Reliquae vero legiones interea conuocabantur. Nam et ipſe imperator ad ſubitum et inexſpectatum hoſtium tumultum expeditionem illam accomodare cogebatur: in quo illa etiam ſpectabat, vt et hoſtium impetum reprimeret, et ſuos dicto audientiores haberet ad ſecundum illud Blachicum bellum, ſi ipſe primus in equo bellico armatus cerneretur. Vbi Taurocomum peruenit (praedium id eſt, quod vicatim incolitur, non procul ab Adrianopoli diſſitum), exſpectauit, dum copiae conuenirent. et Conrado Caeſari quoque mandauit, vt citra cunctationem exiret. — Verum cum Deus

182. Id. p. 241.
183. Id. p. 249.
184. Id. p. 252, 253.

f) *Denuo—ſtatuit*, interpres addit.

g) τȣς Μυσȣς.

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1187.

Deus Romanis plures clades per Myſios inferre decreuiſſet: [Caeſar Conradus] mutato conſilio—in Palaeſtinam contendit.

§. 221.

Imperator vero circiter bis mille delectis, quibus arma et veloces equos dedit, Taurocomo ad hoſtes contendit: impedimenta omnia, lixas et calones Adrianopolin ire iuſſit. Interea ſpeculatores nunciant, Blachos loca Lardeae finitima vaſtare, ac, multis occiſis, nec paucioribus captis, cum maxima praeda diſcedere ſtatuiſſe. Igitur noctu claſſicis canentibus conſcenſo equo, cum ad Baſternas (loci nomen eſt) perueniſſet, nullo hoſte apparente, quiete refocillauit exercitum.

Triduo poſt inde digreſſus, mane Berroen verſus iter ingreditur. 185. Cum nondum quatuor paraſangas proceſſiſſet, mali nuncius adeſt homo quidam expeditus, qui, ſpiritu ſubinde ex feſtinatione interrupto, narrat, hoſtes non procul inde cum praeda reuerti, ac pedetentim fere incedere, quod et nullum hoſtem inueniſſent, et manubiis onuſti eſſent. Quare ſtatim exercitu inter duces diſtributo, et acie inſtructa, eam viam inſtitit, qua incedere hoſtes ferebantur. Quos vbi vidimus, et viciſſim conſpecti ſumus (nam et ego imperatorem pro ſcriba comitabar) Scythae et Blachi, praeda cohortibus aliquot ſuorum tradita, eos compendia itinerum ſectari et accelerare, dum montana attingerent, iuſſerunt. Reliqui conglobati, Romanum equitatum intrepide exceperunt, patrio ritu pugnantes. Nam cum accederent, ſagittas coniiciebant, et haſtis congrediebantur: paulo vero poſt impetu in fugam conuerſo, hoſtibus ad perſequendum irritatis, rurſus inſtar volucrum ſubito reuerſi, aduerſa fronte multo fortius pugnabant. Quo ſaepe facto, cum iam ſuperiores eſſent, omiſſis illis anfractibus, gladios ſtrinxerunt, et, horribili clamore ſublato, dicto citius in Romanos irruerunt, et pugnantes et fugientes ex aequo occiderunt. Ac eo die fortaſſe magnam adepti gloriam contemtiſſimi populi nobis inſultaſſent, niſi imperator cum phalange ſua adhuc integra ſuperueniſſet, et incitatus claſſicorum cantus

185. Id. p. 254.

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1187.

tus, et clangor tubarum, et rictus hiantium draconum, haſtis ſuſpenſi et a ventis agitati, hoſtes maioris exercitus opinione terruiſſent.

§. 222.

Ac tunc imperator, parua captiuorum parte velut ex faucibus ferarum erepta, inſtituto itinere omiſſo, Adrianopolin peruenit. Sed quia barbari non quieſcebant, quam viam omiſerat, denuo currere inſtituit: et Berroen profectus, Blachorum et Scytharum excurſiones cum per duces rei bellicae peritos, tum per ſemet ipſum, repreſſit. Qui etſi Romanos verebantur et imperatoris praeſentiam formidabant; tamen iterum clam inſidiabantur, ita excurrentes, vt pugnae auidi, et ſubinde exſpectandi viderentur. et alias alio tranſibant, nec vsquam occaſionibus deerant. Cum imperator ad eos reprimendos Aga-
186. thopolin properabat, illi pagos Philippopoli proximos vaſtabant: cum afflictae parti ſuccurrebat, illi eo irruebant, vnde ille diſceſſerat. Haec alter frater Aſan faciebat, homo ingenioſiſſimus, et in rebus dubiis ſolertiſſimus.

§. 223.

Itaque imperator cum denuo *Zagoram* inuadere, et, quantum liceret, periculum facere inſtituiſſet, an Myſos ad deditionem compellere poſſet; Philippopoli Triaditzam digreſſus eſt. Inde enim Haemum facile adiri poſſe, alicubi etiam planos tramites patere, item aquae affatim, et pabulum iumentis ſuppetere audierat, ſi quis eo tempeſtiue proficiſceretur. Quia vero bruma inſtabat, et flumina (in gelido illo et ſeptentrionali praeſertim climate) congelabant, et denſiſſimae niues non ſolum terram operiebant, et valles explebant; ſed aedium quoque fores obſtruebant: eum conatum in vernum tempus diſtulit. et exercitu in illa prouincia hibernare iuſſo, cum expeditis in vrbem reuerſus, ludis Circenſibus et ſpectaculis animum recreauit.

§. 224.

a. C. 1188.

VERIS initio rurſus contra Myſos egreſſus, et tribus integris menſibus in obſidione *Lobitzi* caſtelli fruſtra cum maximo labore con-

186. id. p. 255.

a. C. 1187.

conſumtis, infecta re domum rediit. Nam Propontidis amoenitas, ſuauiſſima diuerſoria, venationes et equitationes — non diu eum ſub dio eſſe ſinebant, ſed, veluti clypeo abiecto, fugere cogebant. Etſi autem et Aſanis vxorem ceperat, et fratrem eius Ioannem obſidem receperat; nihilominus tamen res in peius ruebant.

§. 225.

a. C. 1190.

[ISAACIVS imperator] Conſtantinum Aſpietam, ob exercitum, 187.
cui bello Blachico praeerat, his vrbis defenſum „ Non poſſe milites cum duobus grauiſſimis hoſtibus, Blachis et fame, dimicare, ſed annua ſtipendia eis perſoluenda eſſe„ ſtatim dignitate priuari et excaecari iuſſit.

§. 226.

Vt autem res Occidentis ſubinde in peius ruebant, et Blachi cum *Comanis* Romanas prouincias ferro et igni vaſtabant: imperator iterum egreſſus, Anchialo praeterita, per ambages Haemum montem adit. Sed cum nihil ſua praeſentia dignum gerere poſſet, bimeſtri tempore eam expeditionem circumſcripſit [h]. Nam caſtella et oppida, nouis moenibus et turribus adornata, longe munitiora reperit: et propugnatores eorum inſtar ceruorum alta petentes, nec aliter quam caprae in rupe ſaltantes, pugnam ſtatariam detrectabant [i]. Et quia Scytharum quoque incurſionem timebat (tempus etiam id ad traiiciendum non erat incommodum) non diu ibi morari licuit.

187. NICETAS CHON. p. 274.

h) Hieronym. Wolfius in Notis ad h. l. „ Adde, ἐπει μη εἰχε τον στρατον ῥογευμενον. δυω γαρ μονον μηνων ῥογαν δεδωκε τοις στρατιωταις. Neque enim habebat militem iuſto commeatu inſtructum, ad bimeſtre duntaxat tempus „.

i) και τους ἐξωθεν ἀμυνομενους [εὑρεν] ὡσει και ἐλαφους ἐπι τα ὑψηλα τους ποδας ἱστωντας, και δικην αἰγων κρημνοβατουντας, και την μεν Ῥωμαιων συμπλοκην ἀλυσκαζοντας.

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1190.

§. 227.

[Cum autem, non ea via, qua venerat, rediturus, aliam breuiorem conſectaretur, quae per amoenas conualles Berroen ferret: et maiorem exercitus partem amiſit, et ipſe, niſi diuina ope conſeruatus eſſet, periiſſet. Nam cum ea via, quae alicubi panderetur, et equitationi eſſet idonea, incedendum fuiſſet; ille in anguſtas fauces et montium cauernas, vbi torrens exiguus praeterfluebat, et ſe
188. et exercitum intruſit. Praecedebat autem Manuel Camytzes protoſtrator, et Comnenus Iſaacius, Alexii eius, qui poſt imperauit, gener; agmen claudebat Ioannes Ducas Sebaſtocrator, imperatoris patruus; mediam phalangem, quam impedimenta et ſeruitia extraordinaria praecedebant, ipſe imperator Iſaacius et eius frater Sebaſtocrator Alexius obtinebant.

Barbaros vero, ſe ab vtroque anguſtiarum latere oſtendentes, ſatis apparebat ſemper male cogitare. Ac antegreſſae legiones citra dimicationem e faucibus illis euaſerunt, quod Blachi nondum eo peruenerant: et e re quoque ſua eſſe iudicarant, vt, primis neglectis, mediam phalangem, in qua eſſet imperator eiusque miniſtri et reliqua nobilitas, aggrederentur. nec opinione ſua ſunt decepti. Nam vt in faucibus illis, fugae nullum ſpatium relinquentibus, longe proceſſerat, tumultuoſiſſimam pugnam cient. Neque Romanus peditatus ſegnior, ne circumueniretur in arduum tendens, barbaros cum labore et periculo e cacuminibus deſcendentes reprimebat. Sed cum multitudine telorum et deuolutis ſaxis vrgerentur, fugae ſe paulatim et quaſi diſſimulanter initio mandarunt, donec, barbaris maiori ſubinde ſucceſſu et impetu irruentibus, perturbati effuſe fugerunt, de ſua quisque tantum ſalute ſollicitus, et velut pecudes in ſtabulo, defendente nemine, caeduntur. Imperator vero tamquam in mediis caſſibus irretitus, ſaepe quidem irruentes in ſe barbaros propulſare conatus, praeterquam quod nihil profecit, etiam tegumen capitis, quam Caſin vocant, amiſit. Sed cum multi fortiſſimi viri circa eum conglobati multa iumenta et nonnullos etiam, vt ferunt, Romanos milites progreſſioni obſtantes occidiſſent, euadendi facultatem habuit: et

188. Id. p. 275, 276.

a. C. 1190.

et, multis interfectis, ſolus vulnerum expers conſeruatus, cum ad antegreſſos perueniſſet, more Dauidico gratias Deo perſoluit, qui caput ſuum eo proelio obumbraſſet. Ducas vero Sebaſtocrator, cum ſe progredi non poſſe videret k), bonum ducem nactus, quem miles quidam eius Litoboes ex barbarica cohorte pellexerat, alia via ſine vlla noxa eſt elapſus.

Imperator cum per Crenum Berroen perueniſſet, incolumem exercitum, qui anteceſſerat, nihil de ſe boni ſperantem, reperit. Ferebatur enim vna cum copiis periiſſe. Ad eum aduerſum rumorem abolendum paucos dies in illis partibus commoratus, in vrbem imperatricem rediit.

§. 228.

a. C. 1191.

BLACHI, crebris victoriis elati, et ex Romanorum ſpoliis magnas opes et omnis generis arma conſecuti, deinceps nullo modo cohiberi potuerunt: nec iam villas et agros paſſim populabantur, ſed munitas etiam vrbes inuadebant. Anchialum quidem vaſtarunt, Barnam ſubegerunt, et Triaditzam, quae olim Sardica dicebatur, maiorem partem deleuerunt. *Stumpio* l) ciues exegerunt. Niſo quoque non paruam hominum et pecorum praedam abegerunt. Quamobrem imperator vndique non aliter quam fauus ab apibus circumuentus, et, quibus prius, aut poſterius opem ferret, dubitans, exercitus inter duces diſtribuit, Barnam inſtaurauit, Anchialum turribus et praeſidio firmauit. Quae quamuis ab imperatoria prouidentia non abhorrere videbantur, tamen hoſtes denuo ſuperiores fuerunt. Sed et ipſe poſt aequinoctium autumnale in Philippicam prouinciam egreſſus, adductis vna mulieribus, Blachorum et Scytharum incurſiones pro virili prohibebat. 189. 190.

289. NICETAS CHON. p. 277.

k) μη βατα καθορων τα ἐν ὀψεσιν. Wolfius ad h. l. „ ἀβαῖα ἀπο της των νεκρων σωματων πτωσεως, propter cadauerum ſtragem imperuia „.

l) Στευπιον. An Στυπειον Cedreni? de quo vide ſupra §. 159. 190. Id. p. 278.

Imp. ISAACIO *Ang.*

a. C. 1191.

§. 229.

Inuaſit et Seruiorum Zupanum [Iſaacius Aug. eoque ad flumen Morabum praelio victo], ſocerum ſuum Belam, Hungariae regem, adiit: et complures ibi dies commoratus, Philippopolin reuertitur, atque inde in magnam vrbem redit, declinato Haemi tranſitu. Inita vero alia ratione Philippopolitanam prouinciam gubernandi, vt hoſtium graſſationibus maxime obnoxiam; Conſtantinum fratrem patruelem cum imperio ablegat, quem claſſis quoque ducem crearat. Qui etſi adhuc adoleſcens, tamen — ita exercitum ad ſui metum et obedientiam aſſuefecit, vt ad nutum et cogitationem paratus, iuſſa eius facile aſſequeretur. Naturalem igitur in regendo milite acrimoniam ſecutus, ſi quando aetatis vitio ab officio deerrabat, errata eius legati corrigebant, monentes, ne vltra limites euagaretur. Proinde Blachi m) magis eum formidabant, quam ipſum imperatorem: ac Petrus et Aſan ſaepe Philippopolitanum et Berroenum agrum populaturi, Conſtantinum non fefellerunt, tergis ſubinde inhaerentem, et phalangem eorum armis laceſſentem: et minus crebras excurſiones fecerunt.

Cum autem Conſtantino ii ſucceſſus ad patriae et ſubiectarum vrbium ſalutem referendi eſſent, is contrariam viam ſecutus, et paruis illis dimicationibus ob aetatis leuitatem et temeritatem elatus, —
191. pro ducis habitu imperatorium ſumit. — [Sed] vbi ad Neuzium peruenit (locus is eſt, qui Philippopolitanam et Adrianopolitanam prouinciam diſterminat) comprehenditur et [imperatori deditus excaecatur.].

§. 230.

Blachi vero tantum eo Conſtantini caſu exhilarati ſunt, Petrus et Aſan fratres ita exſultarunt, quaſi et ſuae gentis regnum affectaſſet: neque imperatorem vllum maius beneficium in Blachos conferre potuiſſe dicerent, excaecatione Conſtantini: quibus verbis iracundiae ſuae blandiebantur, et rem Romanam ſubinde in deterius ruentem ſubſannabant. ‘Iidemque Angelicae familiae ſuae diuturnum imperium pre-

m) οἱ ἀποςαται Βλαχοι. 191. Id. p. 279.

a. C. 1191.

precabantur n), Deumque orabant, ne vnquam, ſi fieri poſſet, morerentur, aut vnquam priuatam vitam agerent. cauſam ſubiungebant homines exſecrabiles, et veluti oraculum edebant, iis regnantibus Blachorum regnum magna incrementa capturum, et amplificandum, alienis prouinciis et vrbibus augendum, principes ex ipſis et duces e femoribus eorum egreſſuros eſſe: haud ſcio vnde et quomodo eru- 192.
dita haec edocti.

Proinde aut ad caſtellum aliquod vaſtandum, aut ad vrbes euertendas cum phalange Scythica proficiſcebantur: et obuia quaeque populantes, alias Philippopolin inuadebant, alias Sardicae inſidiabantur, alias Adrianopolin petebant. Romani vero ſegnius cum eis pugnabant; quod ſi quando in aciem deſcendebant, et pugnam inibant, parum nocebant hoſtibus.

§. 231.

a. C. 1193.

[ISAACIVS Angelus] cum Blachorum cum Scythis incurſiones 193.
et latrocinia ferre non poſſet, atque animo percelleretur, quod Alexius Guido orientalium et Batatzes Baſilius occidentalium legionum dux, prope Arcadiopolin cum hoſtibus congreſſi, non modo rem male geſſiſſent, verum etiam Guido amiſſa maiore exercitus parte effuſe fugiſſet, alter vero vna cum ſuis copiis periiſſet: denuo ſuo ductu ſuisque auſpiciis arma hoſtibus inferre ſtatuit. Colliguntur et conſcribuntur vbique Romanae legiones, neque parua auxilia conducuntur. Implorat et ſoceri ſui Hungariae regis opem: et facile impetrat, vt is, ſe per Bidynam auxiliares turmas miſſurum, polliceatur.

Igitur iuſto exercitu munitus, depromtis auri xv. et argenti amplius LX. centenariis, caeterisque rebus idoneis inſtructus, omnibus negotiis ſuis Deo permiſſis, menſe Martio vrbe egreditur, animo contra barbaros intento atque obfirmato: reditus vero non alio termino

n) ἰδοὶ δὲ αὐτοὶ καὶ τοὺς ἐκ φυτλῆς τῶν Ἀγγέλων τὴν τῶν Ῥωμαίων χειρίζουσιν ἀρχὴν πολυετεῖς ἐπηύχοντο κρατεῖς.

192. Id. p. 280.

193. NICETAS CHON. p. 286.

Imp. ISAACIO. *Ang.*

a. C. 1193.

mino praefixo, niſi vbi ea confeciſſet, propter quae expeditionem inſtituiſſet. quod ſi proſper eſſet euentus, eum Deo ſe acceptum laturum: ſin aduerſus (quem deprecaretur) et hunc illius iudicio permittendum, qui ſortem iuſtorum diutius virga peccatorum caedi vellet. Quo animo et conſilio cum ad ſummum diſcrimen pergeret, Dei manus et poteſtas adhuc excelſa erat, neque numinis ira placata, vt euentus docuit, Blachis victoriam contra nos adeptis. Cum autem imperatoris oculi acerbos hoſtes ſpectarent, et cogitatio longe remota proſequeretur: non videbat eum, a quo imperio pellendus erat, prope adſtantem [fratrem Alexium].

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

§. 232.

Imp. ALEXIO III. *Comneno.*

a. C. 1194.

194. [ALEXIVS fratre Iſaacio pulſo imperii potitus] quaſi temporum et rerum conditioni ſeruire coactus, legiones domum abire ſinit: nihil curans, quod Blachi cum Scythis obuia quaeque vaſtarent.

§. 233.

a. C. 1195.

195. γ) ALEXIVS potitus imperio, miſſis ad Petrum et Aſanem legatis, pacem cum Blachis facere ſtuduit. Sed fruſtra is conatus fuit, ob

γ) CODINVS: *Imperatore* [Alexio] *Sardanapali inſtar viuente, et neque ipſo neque miniſtris eius ad militarem diſciplinam et gubernationem imperii intentis, multa ex reliquis caſtris et regionibus occidentalibus et maritimis in Blachorum et Comanorum poteſtatem deuenerunt: plurima vero integre a Ioannitze occupata ſunt.*

194. NICET. CHON. p. 293. id. p. 295. haec habet: *cum omnes putarent, eum poſt declarationem, rebus pacatis, ſtatim in armis fore, nec vrgentia duntaxat mala depulſurum, ſed ſuperiorum etiam temporum delicta fraterna correcturum, clades praeſertim a barbaris illatas propterea, quod eis nemo reſtitiſſet, aut rerum curam ſuſcepiſſe; ille contra, vt iam votorum omnium — compos factus, — ignauiae ſe dedidit.*

195. Id p. 299. Codin. de Origg. CPl. p. 81.

ob ſuperbum et ferox barbarorum reſponſum, et conditiones Romanis inhoneſtas et intolerabiles. Dum autem imperator in oriente verſatur, 'in Bulgaricum agrum iuxta Serras *o*) incurſione facta, victaque legione Romana, tum alios plurimos male tractarunt, tum ipſum Ducam Alexium Aſpietem ceperunt, multaque caſtella expugnarunt: quibus firmatis, cum innumerabili praeda domum redierunt.

§. 234.

Imperator vero, vt caueret, ne quid ſimile in poſterum accideret, Iſaacium ſebaſtocratorem, generum ſuum, cum iuſtis copiis ablegat. Qua de cauſa cum Blachi a quibusdam monerentur, ne temere et confidenter in Romanos irruerent, ſed militaris etiam ſolertiae et doli meminiſſent (nam audire ſe, imperare virum bellicoſum, et fratre longe praeſtantiorem): Aſan inſolenter reſpondit: „Non ſemper famae praebendas eſſe aures, nec, ſi quem ea pro viro forti celebret, eum ſtatim vt talem eſſe formidandum, nec, ſi quis pro timido et ignauo traducatur, ſpernendum et reiiciendum eſſe: ſed famam vt non omnino vanam, praeſertim tam celebrem, non quidem plane contemnendam, ſed ad res geſtas eorum, qui vel male vel bene audiant, tanquam ad Lydium lapidem, exigendam: ſaepe etiam oculo iudicium permittendum, et ſic eam vel vt veram probandam, vel vt falſam repudiandam. Aures enim non videre ipſam rem, ſed alienarum linguarum et ſaepe aduerſarum ſtrepitum conſeruare; viſum vero certum eſſe rerum arbitrum: et pluris eſſe, vt ait Comicus, vnum oculatum teſtem, quam auritos decem, qui non alieno teſtimonio, ſed ſuo experimento nitatur *p*). Non igitur eos moueri oportere, quod hic Romanorum imperator vir fortis perhibeatur: ſed an talis ſit, ex anteacta eius vita coniecturam capiendam. Quam ſi accuratius intueantur, nihil vnquam ab eo eſſe ge-

o) τοις περι τας Σεῤῥας Βȣλγαρικοις θημασι.

p) ἀσφαλης δε ἐςι των γινομενων διαιτητης ὀφθαλμος, καὶ μαρτυς ὠν τεθεαται ἀπαραλογιςος, ὀυχ ἑτερωθεν εἰσχεομενην ἐχων την πιςιν, ὡς την των λεγομενων εἰς ἐνοικησιν ἀκοην.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1195.

geſtum laude dignum. Neque enim bellis et proeliis pro Romana republica geſtis interfuiſſe, neque vna cum fratre labores et pericula adiiſſe, quod ipſe quidem ſciret, qui hoſtilem agrum perpetuo in-
196. feſtarit, et victorias victoriis, triumphos triumphis cumularit. Neque illi purpuram et diadema laborum praemium eſſe data, ſed fortunae ludibrio contigiſſe. Is ergo, qui nunquam in pugna viſus eſt, qui non voce, non manu, non conſilio res Myſorum vnquam labefecerit: qua ratione ſubito mutatus ſit in contrarium, plane non intelligo. Vt autem, inquit, virum illum, quantum licet, ſimilitudine depingam, et genus eius declarem: videtis fila diuerſi coloris, etſi non diuerſae telae, de haſta mea pendentia? haec vna eademque materia conſtant, ab vno textore confecta ſunt. Sed quia coloribus diſcrepant, ex alia materia et ab alio artifice confecta putantur, cum res aliter ſeſe habeat. Eodem modo Iſaacius et Alexius fratres, quorum alter imperio deiectus eſt, alter purpura et diademate inſignis conſpicitur, eundem patrem habuerunt, eodem vtero ſunt editi, eadem terra nati, omnia eadem ſunt conſecuti, 'quamuis Alexius ſit natu maior q). Quare, mea quidem ſententia, nec in re militari quicquam inter eos intererit; iamque re ipſa omnes cognoſcemus. Itaque rationem belli priſtinam ſequendam eſſe nobis affirmo, cum iisdem arma inferenda ſint, quos prius oppugnauimus, ne deterioribus dicam. Nam Romanorum animi crebris cladibus fracti et eneruati ſunt, et crebro a nobis in fugam verſi, ne ſemel quidem vires ſuas recuperare potuerunt. Nec illud praetereundum, eos iram Dei contra ſe concitaſſe, Iſaacio, cuius opera graui Andronici tyrannide liberati fuere, legitimo imperio pulſo. Nam qui ſeruatores ſuos ita tractarunt, primo quoque tempore ab inimicis, vt homines perfidi occidentur „.

§. 235.

δ) Huiusmodi ſententiis barbarus ſuorum animis excitatis, prouincias iuxta Strymonem et Amphipolin maiore ſaeuitia inuaſit.

cum

δ) ACROPOLITA: *Hinc* [iis, quae ad §. 216. attuli, ſubiunguntur] *detrimentis noxisque non paucis Romanos Bulgari affecerunt*, 196.

q) NICET. CHON. p. 300. κἂν ἅτερος τȣτων Ἀλεξιος τῷ χρονῳ προηκων ἑωρᾶται.

a. C. 1195.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

Cum autem Sebaſtocrator, homo adoleſcens et recenti clade Blachorum r) elatus, hoſtes Serranum agrum incurſare audiuiſſet: non prius exploratis eorum viribus, ſtatim ſigno tuba dato, primus in armis equo conſcenſo haſtam in hoſtes vibrauit, quaſi ad paratam ceruorum venationem, aut ludicrum aliquod exiret. Cum igitur laxis habenis circiter triginta ſtadia proceſſiſſet: et equitatum et peditatum ita fatigauit, vt pugnae tempore inutiles eſſent. Vt propius hoſtium caſtra ventum eſt, maxima et potiſſima pars copiarum Aſanis in inſidias diſtributa eſt. 197. Quo ſtrategemate et dolo Iſaacius non animaduerſo, certa ſpe victoriae concepta, inſano impetu eos inuaſit. Cum autem illi ex inſidiis conſurrexiſſent, vt mediis caſſibus irretitus, multis ſuorum amiſſis, tandem et ipſe a Scythis capitur. Vnde barbari ad incurſiones et rapinas more leonum in armenta irruentium animoſiores facti ſunt: quippe cum nemo Romanorum eis occurrere auderet, ſed omnes territi laxis habenis in vrbem Serras confugerent, qui in illa clade non occubuerant. Scytha vero Sebaſtocratorem a ſe captum quouis modo celare conatus eſt, ne id Aſan reſciſceret, ſpe maximae pecuniae, eius redimendi cauſa accipiendae, concepta, ſi hominem in Scythiam abducere liceret. Sed cum fama captum eſſe ducem hoſtium vulgaſſet, inquiſitione diligenti compertus, ad Aſanem perducitur.

Hic illius expeditionis exitus fuit.

ſed et imperatore Iſaacio a fratre Alexio obcaecato, eoque Romani imperii habenas moderante, multis proeliis verſus Philippopolin, Beroënque, vbi protoſtrator Camytzes depugnans a Bulgaris captus eſt, Ioanne Aſani fratre tunc dominante, Romanos Bulgari vexarunt. Aſanus enim duos habuit fratres, vni nomen fuit Petro, alteri Ioanni. Ioannes penes illum reſidebat. Petro partem e dominio auulſam commiſit, vt regeret. Tum magnam Parathlabam et Probatum et loca adiacentia frater Aſanus Petro, vt iure ſuo ac nutu gubernaret, elargitur. Sic factum eſt, vt ad hunc diem ea loca Petri regio cognominentur.

197. Id. p. 301. Georg. Acropolit. p. 11. et in Chron. Comp. p. 114. paulo breuius.

r) Iſaacium ſebaſtocratorem ab Alexio in Blachos miſſum dixit, ſed nihil de clade Blachorum vid. §. 234.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

CAPVT XVI.

Aſanis caedes; Ibanci rebellio, fuga: res a Petro et Ioanne regibus, a Chryſo Bulg. principe et Ibanco geſtae; pax Romanos inter et Bulgaros reſtituta;

ab a. C. 1195 — 1200.

§. 236.

a. C. 1195.

198. TVM etiam quidam captiuus ſacerdos, Blachicae linguae peritus, cum in Haemum abduceretur, Aſanem miſerabili oratione obteſtatus, vt ſe dimitteret. Vbi id ille renuit, neque enim ſibi propoſitum eſſe Romanos dimittere, ſed perdere, idque Deo etiam probari: ille cum alto ſuſpirio et lacrimis ſubieciſſe fertur, Nec ipſi reliquam eſſe Dei miſericordiam, quod viri pauperis, Deo ob ſacerdotium familiaris, non ſit miſertus: ac inſtare ei cruentum vitae exitum, quali homines ſanguinarii plerumque perire ſoleant. Nec fefellit ea ſacrificuli diuinatio. Nam paulo poſt in Myſiam reuerſus, a familiarium ſuorum quodam occiditur. idque hoc modo factum eſt.

§. 237.

α) Quidam natura et moribus ei [Aſani] ſimilis, et intima familiaritate coniunctus, nomine *Ibancus* (ſic Ioannes a Blachis dicitur

α) ACROPOLITA: *Per integros nouem annos cum Aſan regie admodum rem Bulgarorum geſſiſſet, a conſobrino ſuo Iuango* [παρα

198. NICET. CHON. p. 301. Acropolit. p. 11. et paulo breuius in Chronico Compend. p. 114.

citur a)) clam cum vxoris eius ſorore b) conſueuerat. Quo ſtupro comperto, principio vxorem accuſabat, et propter eius facinoris diſſimulationem capitis damnabat. A quo crudeli propoſito cum aliis verbis vxoris ſuae deterritus, tum eo, quod affirmabat, ipſum quoque eius rei probe gnarum eſſe! iram a muliere in Ibancum transfert, eumque, nulla mora interpoſita, intempeſtá nocte accerſit. Is vero ſe alieno tempore non ſine graui cauſa et crimine vocari ratus, aduentum ſuum in craſtinum differt. Sed illo rurſus inſtante, et 199.
procraſtinationem ſui contemtum interpretante: Ibancus vix tandem cauſa, cur vocaretur, intellecta, cum amicis et cognatis deliberat. Ii monent, vt, longo gladio ſub veſte occultato accinctus, ingrediatur. quod ſi Aſan eum modice obiurget, et iracundiae impetum conuiciis terminet, ſine cruciatu corporis, vt fortiter ferat, et culpam deprecetur: ſin enſem poſtulet, tum et ipſe virum ſe praebeat, et operam det, vt anteuertat hominem impudentem et ſanguinarium; nec vllum ictum, niſi letalem, ei inferat. Id conſilium Ibancus ſtatim exſequitur. Nam cum barbarus nihil moderati in eum cogitaret, ſed, ad primum eius conſpectum efferatus, enſem quaereret; ille facinus occupat, et enſe in inguine defixo Aſanem occidit.

§. 238.

Inde elapſus, ſtatim ad conſcios ſe recipit, ac caede indicata cum eis conſilium defectionis init. Neque enim fratres, cognatos et

τȣ πρωτεξαδελφȣ ἀυτȣ Ιβαγγȣ. in Chron. Comp. Ιβανȣ], *qui ſe poſtmodum illico in fugam dedit, iugulatur. haeres fuit Ioannes ipſius frater: renuere namque Bulgari Petro prouinciae dominandi tradere* [μη θελησαντων των Βȣλγαρων εἰς βασιλειαν τον Πετρον ἀναγαγειν]. *Ioannes itaque, Aſanis filius, tenera adhuc aetate rex Bulgaris conſtitutus, multa in Romanos mala ingeſſit, et in Italos etiam ipſos proſpere et fortunate: erat enim, cum Conſtantinopolis capta eſt* [a Latinis] *Bulgarorum rex.*

a) Ιβαγκος ὀνομα τῳ δε], σημαινει δε ἡ λεξις τον Ιωαννην.

b) τῃ της γυναικος ἀυτȣ κασιγνητῳ [κασιγνητῃ].

199. NICETAS CHON. p. 302. Acrop. ll. cc.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1195.

et amicos interfecti quieturos. Quod ſi res ex ſententia ſucceſſerit, ſe regioni illi et toti Myſiae iuſtius et aequius, quam Aſanem, dominaturos: neque, vt ille fecerit, ferro graſſaturos in omnes, et quicquid iracundia ſuaſerit perpetraturos. Sin res aliter ceciderit, nec euentus conſiliis reſponderit, aliam rationem inituros, et ſalutem ſuam Romanorum imperatori commiſſuros. Haec nocturno adhuc tempore non modo decreuerunt, ſed multos etiam in ſuas partes pertraxerunt: et *Ternobo* occupata (ea eſt omnium Haemi vrbium munitiſſima et praeſtantiſſima, in montis vertice ſita, firmis circumdata moenibus, quam et amnis perfluit) PETRO reſtiterunt. Nam vt primum diluxerat, fama caedem Aſanis non Ternobi duntaxat, ſed in locis etiam remotioribus diuulgauit.

Sed cum nec Petrus Ibancum expugnari, nec Ibancus Petro ſe reſiſtere facile poſſe cerneret: ille hunc obſidionis mora domandum, hic ad Romanorum imperatorem confugiendum et eius ope hoſtibus reſiſtendum eſſe cenſuit. Ferebatur autem Ibancus etiam Iſaacii ſebaſtocratoris impulſu Aſanem occidiſſe, cum aliis plurimis pollicitationibus, tum ſpe nuptiarum filiae eius Theodorae adductus. Caeterum Iſaacius ante in vinculis exſpirauit c).

§. 239.

200. Ibancus vero imperatorem, ſtatu rerum expoſito, hortatus eſt, vt aliquos cum copiis mitteret, qui et Ternobum acciperent, et ſe adiutore totam Myſiam vendicarent. Ac Romanis forſitan aliquid ſalutare actum eſſet, ſi imperator ſtatim ſine mora gerendae rei animum intendiſſet. Nam Ternobo occupata facile totius Myſiae potitus eſſet. Verum ipſe per ſtultitiam, vt cochlea teſtam repetens, in palatio abditus, Manuelem Camyzem protoſtratorem cum imperio mittit. Is cum ſuis copiis Philippopoli profectus, et Myſiae limites vix ingreſſus, praeter exſpectationem retro abit. Milites enim mota ſeditione, quo ſe duceret, et cum quibus pugnandum eſſet, rogitabant An non ſaepe, inquiunt, montana iſta tranſiuimus, atque adeo nihil confecimus, vt pene omnes interierimus? Reuertere igi-

200. NICET. CHON. p. 303.

c) Conf. et Nicet. p. 322.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1195.

igitur, reuertere, nosque domum reducito. Praeterea inopinato metu conſternati, quaſi hoſtes a tergo inſtarent, et omnis generis tela conicerent, effuſe fugerunt.

Imperatore idem opus cum exercitu maiore iterum tentante, ſubinde res ſucceſſu caruit. Quare Ibancus, cum nemo Romanorum cum barbaris vellet congredi, inualeſcentibus Petri opibus, et maioribus ei copiis affluentibus, deſperatis rebus Ternobo clam profugus, imperatorem adit.

§. 240.

Ita Petrus ſumma rerum denuo potitur. Sed nec ipſe naturali morte obit; ſed paulo poſt eo quoque a popularium quodam miſerabiliter confoſſo d), principatus ad IOANNEM, tertium eius fratrem, tranſit. quem tum Petrus adiutorem laborum et regni participem aſſumſerat. Is non paruo tempore apud Romanos obſes fuerat, cum imperator Iſaacius ſecundum Myſis arma intuliſſet: ſed fuga elapſus domum redierat, nihilo fratre Aſane Romanis ſpoliandis et infeſtandis mitior. E noſtro autem exercitu nemo reſiſtere Petro potuit: ſed hoſtibus per tot annos tot et tantas victorias adeptis, eo malo Romanam rempublicam perpetuo turbante, nunquam vlla victoria, vllum rei bene gerendae ſimulacrum nobis arriſit. —

§. 241.

a. C. 1196.

Ibancus vero cum ad imperatorem ſe contuliſſet, benigne ſuſceptus, Romanis multis in rebus vtilem nauauit operam: homo procerae ſtaturae, praeſtanti ingenio, et robuſtiſſimo corpore, ſed iracundia et contumacia animi, e vultu relucens, crudelitatem eius abunde teſtabatur. quare tametſi inter Romanos viueret, tamen mores ſuos ad facilitatem et aequabilitatem minime componebat. Nihilominus imperator eum, ſponſalibus a Sebaſtocratore promiſſis, non indignum ratus, nuptias in legitimum tempus diſtulit, ob puellae tene- 201.

d) παρα τε των ὁμογενων ξιφει διελαθεις.

201. NICET. CHON. p. 304.

Imp. ALEXIO III. Comn.

a. C. 1196.

teneros annos: ipſum vero in numerum cognatorum ſuorum potentiſſimorum hominum recepit, ſumma potentia et maximis opibus donatum. Is vero ſponſae ſuae immatura aetate conſiderata, et matris eius Annae viduae adhuc elegantia curioſius inſpecta, nuptiis amplioribus inhians; Quid, inquit, mihi rei eſt cum lactente adhuc agna, cum oue indigeam ad coitum apta?

Ac vir ille in partibus Philippopoli vicinis plurimum laborauit, et veluti vallum popularibus ſuis et auxiliaribus Scythis, obuia quaeque vaſtantibus, opponebatur. aliquando etiam imperatorem in expeditiones ſequens, ſtrenuam operam prae caeteris nauare videbatur. Quis vero Scytharum et Blachorum incurſiones et nefaria facinora enumerare queat? vaſtitas regionum Haemo vicinarum, Macedoniae et Thraciae direptiones vtique omnibus ſtatuis et tabulis clarius, et quauis hiſtoria dilucidius oſtendunt, quid actum ſit e).

§. 242.

a. C. 1197.

202. [IMPERATOR Alexius] Cypſella abiit, vt Thraciis vrbibus opem ferret, quas Blachi et Scythae populabantur: et *Chryſum* etiam comprehenderet, aut ſaltem excurſiones eius prohiberet, quas clam in Serranum agrum faciebat. Erat is Chryſus genere Blachus, paruae ſtaturae homo, qui in Petri et Aſanis defectionem a Romanis non conſenſerat, ac potius foedere cum Romanis icto, cum ſuis quingentis militibus arma eis inferebat. Sed non multo poſt captus, vt ad populares ſuos inclinans, quod perpetuo progrederetur, et principatum ſibi parare niteretur, in cuſtodiam datur. Deinde ſolutus, et

e) *Neque vero*, addit Nicetas, *a Septemtrionalibus duntaxat barbaris Romani perpetuo premebantur, ſed in oriente Perſis etiam praedae erant.*

202. Id. p. 314. alius contra Chryſum ſuſceptae expeditionis meminit Nicetas p. 317. *Conſtantinus Meſopotamitanus Theſſalonicae epiſcopus — vno digito regebat omnia, praeſertim cum, imperatore rurſus contra Chryſum profecto, ſuo conſilio, induſtria et opera, omnibus contra ſeditioſum optime adminiſtratis, magnam ingenii laudem eſt conſecutus.*

Imp. ALEXIO III. Comn.

a. C. 1197.

et ad Strummitzam tuendam miſſus, imperatoris ſpem feſellit, eoque oppido ſibi vindicato finitimos Romanos grauiter afflixit. Contra eum igitur profectus imperator, et iuſto exercitu Cypſella conuocato, paulo poſt domum redire cupit. Ita et exercitus fruſtra eo conuenit, et ipſe fruſtra eam expeditionem ſuſcepit: eoque ſtatu occidentis relicto, qui prius fuerat, ne duos quidem menſes foris commoratus, Byzantium rediit.

§. 243.

a. C. 1198.

IMPERATOR nondum plane recuperata valetudine cum pedibus 203.
nondum inſiſtere poſſet, Cypſella abit, rebus ad bellum gerendum neceſſariis inſtructus. Verum illo adhuc male affecto, Scythae cum cohorte Blachorum Iſtro traiecto, Thracia oppida, Meſenae et Tzurulo finitima, in ipſo diui Georgii martyris feſto ſubita incurſione populatur. Ac decreuiſſe barbari, et eam teſſeram a ducibus accepiſſe ferebantur, vt Cuperii conuenirent (locus is eſt non procul Tzurulo diſſitus, vbi tum feſtum martyris magna hominum frequentia celebrabatur); ſed mane humili nebula orta, maxima barbarorum pars in alia loca eſt delata, et vsque ad maritimam Raedeſtum deſcendit; pars tamen eorum quaedam in Cuperium irrupit. Caeterum multitudo, quae ad feſtum conuenerat, potius rata vim propulſare, quam tolerare, curribus templum vallauit, et primae barbarorum incurſioni aditum facile intercluſit: cum Scythae pagos oppugnare non ſolerent, et nunc etiam vrbium munitiones declinent, vt qui turbinis inſtar primo duntaxat impetu obuiis quibusque vaſtatis domum ſeſe recipiant. eos tamen, qui omiſſo templo Tzurulum petebant, omnes interceperunt. Verum vniuerſi malorum expertes fuiſſent, niſi perditiſſimus Racendytes, qui colligendi vectigalis ergo venerat, Pranae Theodori, qui ei prouinciae praeerat, monita ſpreuiſſet. Edixerat autem, ne populus ad feſtum conueniret, et Scytharum incurſionem indicarat: optione data, vtrum dicto audientes et incolumes eſſe, 204.
an

203. Id. p. 323. 204. Id. p. 324.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1198.

ne ſpretis ſuis monitis perire mallent. nunc is [Racendytes] — veritus, ne ſibi aereus ſtater diſperſo populo elaberetur, litteras eas in ſinu abdidit, — et populo praedixit, — eos nihil mali paſſuros —.

Scythas autem cum magna praeda recedentes Romanus exercitus, qui Byziam tuebatur, aggreditur, caedit, in fugam coniicit, maximam praedae partem recuperat, eam tamen non diu tenet. Nam Romanorum naturalis et inſana et in rebus minime conuenientibus contumax auaritia victoriam corrupit: qui cum toti in eo eſſent, vt Scythis praedam ex agro Romano receptam extorquerent, eos, qui fugiebant, in ſe conuerterunt, et viciſſim fugati ſunt.

§. 244.

a. C. 1199.

205. HIS ita geſtis, imperator Cypſellis Theſſalonicam proficiſcitur, inde contra Chryſum iter intendit. qui Strummitza ſibi vindicata f), caſtellum quoque *Proſacum*, et natura et opere munitiſſimum, pro regia occupauit. Sunt enim ſolidae rupes bifidae, inter ſe contiguae, in quas vnus patet aditus anguſtus, difficilis et praeceps, reliquus ambitus rupium vel capreolis inacceſſus eſt, et Axius profundus amnis eas, quod mirere, circumfluit, deinde ars aemula naturae pene inexpugnabiles eas fecit, et firmiſſimis moenibus in aditu ſtructis mirabile propugnaculum abſoluit. Id caſtellum Romani olim, nihil de Bulgaris ſolliciti, deſertum et neglectum iacere paſſi ſunt; Chryſus vero domicilium ibi tutiſſimum conſtituit, praeſidio veteranorum impoſito, tormentis in circuitu diſpoſitis, et commeatu abunde importato, greges et armenta in verticibus montium vagari et paſci ſiuit. Neque enim caſtelli ambitus facile comprehendi poteſt, qui longe lateque patet, ſaltibus etiam et nemoribus floret. Vno tamen bono eoque ſumme neceſſario et praeſtantiſſimo caret, quod ne vna quidem aquae gutta ibi ſcaturit, nec foſſiles putei ſunt, ſed ad flumen deſcendendum, et hydriis aqua haurienda eſt.

§. 245.

205. NICET. CHON. p. 325.

f) Βλαχος ων το γενος omiſit interpres.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1199.

§. 245.

Chryſus igitur tali caſtello potitus, imperatoris contra ſe expeditione nihil territus, ad reſiſtendum ſe parauit. Romani vero, rei militaris periti (ſi qui forte ſupererant) et ſitus locorum non ignari, monebant imperatorem, vt, praeterito Proſaco, reliqua oppida et pagos Chryſi inuaderet, et iis expugnatis demum ad illud caſtellum accederet. Sic et exercitum fore fidentiorem victoria, et praeda ex minus firmis caſtellis parta, et ipſum Chryſum, vi belli vrgente, 206. aut conſilium mutaturum, remiſſa pertinacia, aut de rebus ſuis deſperaturum. Caeterum in arcem inexpugnabilem principio facere impetum, et cum praeruptis petris dimicare, cum vanum eſſe, tum cruentis ſudoribus et multis aerumnis et caedibus plenum. His ſpadones, Georgius Oenaeotes inprimis, et imberbes adoleſcentuli acriter aduerſati, imperatori perſuaſerunt, vt recta ad Proſacum adduceret exercitum. quo capto nihil deinceps poſſe reſiſtere, praeſertim cum nihil impediret, quominus arcem belli inuaderet, nec quicquam eſſet, quod hoſtem per ambages quaerere cogeret: praeterea neminem eſſe, qui in barbaricis et foedis illis locis diutius commorari ſuſtineat, nullo, aut exiguo cum fructu —.

§. 246.

Igitur imperator laxis habenis ad Proſacum fertur, quaſi oculis ea vſurpaſſet, quae auribus acceperat. Obiter tamen caſtella quaedam euerſa ſunt, et horrea et ſegetes incenſae: et a Perſis, quos Ancyranus ſatrapa imperatori auxilio miſerat, Blachi aliquot capti. Tum orthodoxae fidei cultores imperatorem obteſtati ſunt, ne a Turcis homines, qui eundem Deum colant, quem nos veneraremur, abduci vllo modo pateretur, ne, religionem abiurare coacti, Deum contra eos, a quibus dediti eſſent, inſtigarent: ſed Blachis in Romanorum ſeruitia diſtributis, Perſae, qui eos cepiſſent, aliis largitionibus placarentur. Verum ille plane renuit, et caſtris ad Proſacum poſitis, ſtatim oppugnationem tentare inſtituit.

206. Id. p. 326.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1199.

Ac Romani opera edebant praemio et admiratione digna, ſpem omnem alacritate ſuperantes. Nam alii clypeis et ſtrictis enſibus mu-
207. niti, alii arcus et ſagittas geſtantes in arduos caſtelli tumulos arrepebant, et moenium defenſores, facti propiores, impetebant. Denique poſt fatigationem et caedem multam barbaros munitione recens portis obducta depulerunt. Erant etiam, qui per praecipites tramites funibus ſeſe attollentes, et in rupibus inſtar caprearum haeſitantes, moenia tranſcendere et in ipſam arcem euadere niterentur. Sed cum, propugnatoribus profligatis et in caſtellum compulſis, ſe rem ſalutarem et pulcherrimam confeciſſe putarent, tum demum laboris ſui vanitatem intellexerunt. Nam cum ligones ad moenia diruenda poſtulaſſent, nemo fuit, qui ea inſtrumenta ſuppeditaret. Caeterum nihilominus in opere perſeuerantes, fabrum praefecto ſuccenſebant, et manibus ac gladiis pro ligonibus vſi, ſaxa e compagibus eruebant, et pinnas aſſiliendo reuellebant. Sed cum res tardius procederet, et ipſi ex ſuperiori loco male tractarentur, vix tandem armamentario praefectus ſpado ligones in vnum faſcem colligatos attulit. — Deinde ſcalae etiam ad ſumma moenia conſcendenda flagitantibus vix tandem datae ſunt. Itaque inani labore ſe conficere nolentes, non ſponte inde receſſerunt. Alioqui caſtellum, vt Blachi obſeſſi poſtmodum affirmarunt, citra controuerſiam expugnatum, et Chryſus ipſe captus eſſet: et Romani magnam laudem conſecuti, multis poſtea laboribus caruiſſent, ſi inſtrumenta ad diruendum murum idonea ſtatim in promtu fuiſſent. — Ac eo die Romani ſic a pugna diſceſſerunt: qua poſtridie renouata, barbaros fortiter et inſolenter pugnantes ob heſternum caſum repererunt: nec pauci ex noſtris tormentorum ſaxis, ex ſuperiore loco ſolerter emiſſis, icti ceciderunt. Nam qui eas machinas inſtrueabat, ſolertiſſimus artifex, principio Romanis mer-
208. cede inſeruierat, tum vero, ob non ſolutum ſtipendium ad Chryſum defecerat. Neque vero globis duntaxat machinarum, ſed ſaxis etiam ſuperne deuolutis noſtri affligebantur. Ea quoque ſaxa, quae primo impetu corpora non attingebant, cum eminentibus rupibus alliſa in plurima fruſtra diſſilirent, huc atque illuc ſparſa letiferum erant malum. Et barbari noctu clam e caſtello egreſſi, machinas, quas

207. Id. p. 327. 208. Id. p. 328.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1199.

quas Romani in tumulis diſpoſuerant, deiecerunt, et excubias territas ad protoueſtiarii Ioannis tentorium fugientes adepti ſunt, vt is quoque ſomno excuſſus, ſtatim e lecto ſurgeret, et trepidus fugeret. Praedam in eius tabernaculo repertam partiti, in qua etiam virides calcei erant, inſigne dignitatis illius, per totam eam noctem res Romanas deriſerunt et ſubſannarunt. Praeterea vacua dolia demittendo, ſonitu exercitum, quid rei eſſet in tenebris ignarum, perterrefaciebant.

§. 247.

Quamobrem cum imperator non ſuccedere inſtitutum ſuum cerneret, nec alioqui diutius immorari conſtituiſſet, per pactiones Chryſo Strummitza et Proſaco finitimisque regionibus cedit: et quamuis vxorem habenti, quandam ex cognatione ſua ſe ei deſponſurum promittit. Byzantium reuerſus, protoſtratoris filiam, a marito ſeiunctam, Chryſo per ſebaſtum Conſtantinum Rhadinum mittit. Sponſalibus peractis, et nuptiali conuiuio appoſito, Chryſus ſtrenue potabat et comedebat. Vxor vero eius, obſeruata ſponſarum conſuetudine, nihil attingebat; et cum, ab eo veſci iuſſa, non ſtatim paruiſſet, ira inflammatus, et multis barbaris verbis per indignationem obmurmuratis, tandem per contemtum graece dixit: „ Neque edito, neque bibito „.

§. 248.

[DVM nuptiae Annae et Irenes filiarum Alexii Auguſti celebrantur], triſtis nuncius Philippopoli affertur de Ibanci defectione. 209.
Is, vt ſupra diximus g), nomine in Alexium mutato, deſponſaque nepte imperatoris, maiorem, quam decuit, auctoritatem nactus, et cohortibus praefectus, quae Blachis ad Philippopolin reſiſtebant, ac potius locorum illorum dominus factus, ſuo arbitratu regebat omnia: quippe homo callidus et ſtrenuus, facile, quicquid animo deſtinaſſet, exſequens: et populares ſuos liberalibus donatiuis ſaginatos, et armis

209. NICET. CHON. p. 329, 330.

g) Vid. §. 241. ſed, Alexium mutato nomine vocatum eſſe, ibi non dixit, niſi forte id intelligit, quod ibi legitur: *imperator illum in numerum cognatorum ſuorum, potentiſſimorum hominum, recepit.*

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1199.

exornatos ad bellum exercebat, et loca monti Haemo finitima firmis caſtellis ita muniebat, vt ea hoſtes pene inuadere non auderent. Quamobrem ab imperatore collaudabatur, et magni fiebat, multis ampliſſimis muneribus afficiebatur., audiebatur libenter, et, quicquid petiiſſet, impetrabat. Aulici vero, illius viri facta egregia et vtilia quidem eſſe, fatebantur, ſed ad Romanorum vtilitatem referre negabant, et imperatori auctores erant adimendi ei magiſtratus. Neque enim hominem barbarum, paulo ante Romanis infeſtiſſimum, vsque adeo ſubito mutatum eſſe, tantamque beneuolentiam concepiſſe, vt noua caſtella et oppida in opportunis locis extruat. Neque cum cohortes Blachicas aucturum, Romanis imminutis, et aliquando etiam vt inutilibus a pugna remotis, niſi regni cupiditatem aleret. — Verum ſurdo, vt aiunt, fabula narrabatur, imperator enim neptis ſuae Theodorae ſponſalia ſatis firmos quaſi obſides ratus, de integritate et fide Alexii nihil dubitabat: malefica quapiam vi hic quoque, opinor, mentis oculos perſtringente, cuius impulſu res Romana ſubinde ruit in peius.

§. 249.

Vt autem non multo poſt id euenit, quod timebatur, eo inopinato nuncio attonitus, et inops conſilii, ob difficilem exercitus conuocationem, ſtatim ſpadonem quendam ei familiariſſimum ad ſeditioſum mittit, qui pacta et conuenta in memoriam ei reuocaret: et quod nihil vnquam ex eo tempore, quo ſe ad Romanos contuliſſet, moleſti aut ſpei ſuae contrarium perpeſſus eſſet, admoneret. neque enim de eo reconciliando deſperabat. Eum non longo interuallo ſecuti ſunt imperatoris generi cum omni miniſtrorum et cognatorum comitatu, et militibus, qui in palatio reperiebantur. Sed nefarius ſpado, ad eum profectus, non modo nihil, quod ad rem pertineret, effecit: ſed illum ſua praeſentia, vt coepta perſequeretur, magis confirmauit, cum temere effutiiſſet, Romanos e veſtigio illum inuaſuros, 'et monuiſſet, vt, campeſtribus relictis, ſalutem ſuam et
210. popularium montanis locis committeret b).

Impe-

h) και διδαξας όις ειρηκεν ἀποχεσθαι μεν τῶν πεδινων ἐπιλαβεσθαι δε των ὀρεινων, ὡς ἐκεινων σωζειν ἐχοντων και το συναποσαν ὁμοφωνον συνταγμα. 210. Id. p. 331.

Imp. Alexio III. Comn.

a. C. 1199.

Imperatoris vero generi et protoſtrator Manuel Camytzes i) alacritate et aemulatione mira ſeditioſum perſecuti ſunt: ſed opportunitate ob praedam fugatam amiſſa, contentionem remiſerunt.

§. 250.

Ac feruidioribus ſic etiam placebat perſequi et in montibus quaerere Alexium. Prudentiores autem haud conſultum putabant, aquilae veſtigia montes et rupes peruolantis conſectari, aut volumina ſerpentis in ſaxo quaeritare, aut aprum dentatum, qui pectus ſaepe iaculis obtulerit, ad pugnam irritare, ſed oppida ab Alexio inſtaurata et condita recuperanda eſſe. Quo conſilio praelato, caſtellum k) in loco, qui Critzimus dicitur, ab Alexio conditum oppugnant: vbi Romani, promtiſſime et fortiſſime dimicantes, multos viros fortes, quorum princeps erat Georgius Palaeologus, in admouendis ad muros ſcalis, amiſerunt. Tandem eo expugnato, etiam alia quaedam oppida deinceps, alia ſanguine profuſo, alia deditione ceperunt.

§. 251.

Alexius vero, callidus homo et ſolers bellator, cum alia plurima diſciplinae militaris ſpecimina edidit, tum vno inſigni ſtrategemate praeter alios etiam ipſum protoſtratorem cepit. Nam plurimis pecoribus ex ſpeculis in campos agi, et a popularibus ſuis cum parte Romanorum captiuorum in Haemum ad Ioannem Zagorae principem, cum quo foedus contra Romanos inierat, muneris loco et grati animi ergo duci iuſſis, Romanis inſidias collocauit, rapacitatis et auaritiae eorum et caritatis erga ſuos non ignarus, prae quibus etiam ſalutem ſuam neglecturi eſſent. Nec eum fefellit opinio. Nam paulo poſt protoſtrator eo nuncio accepto, Batrachocaſtro, vbi ſtatiua habebat, Bactunium profectus, ſpecie rei decipitur, et, non animaduerſo Alexii dolo, exercitum ea, quae in conſpectu eſſent, ſpoliare iubet; ipſe equo non bellico circumiens, ſpectatorem agit. Tum vero ex inſidiis conſurgit Alexius, et protoſtratorem circumuentum, diductaque ſuorum acie veluti caſſibus implicatum, capit.

§. 252.

i) οἱ δὲ περὶ τὸν γαμβρὸν —. k) καθ' ὑπόβασιν ὄρους omiſit interpres.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1199.

§. 252.

Hoc deſertoris commento Romani exercitus reliquiae prorſus
211. eneruatae: ii vero, qui defecerant, elati ſunt. Neque iam Romani eum laceſſere aut aggredi audebant: ſed iuxta Philippopolin verſantes, bene ſecum agi putabant, ſi vrbem defendere poſſent. Verum Alexius, oppidis et caſtellis, quae in altiſſimis montibus e regione Haemi ſita, nec minus impeditis itineribus firma ſunt, ſuo arbitratu conſtitutis, ne caetera quidem tranquilla eſſe patiebatur: ſed quae ad Moſynopolin vergunt, ad ipſam vsque Xanthiam, Pangaeum montem, et Abdera, ad defectionem impulit, et Smolenorum l) prouinciam ſubegit: et finitima m) quaeque inſtar contagioſi morbi depaſcendo, Romanos partim cepit, partim ſuſtulit, partim pretio dimiſit; populares vero ſuos, vltro deditionem facientes, priſtinas tenere ſedes paſſus eſt. Cum ita ſubinde creſcer t, prioribus hoſtibus longe peior et crudelior exſtitit: ad eam progreſſus immanitatem, quam barbari plerique fortitudinem eſſe cenſent, vt in compotationibus captiuos Romanos diſſecaret.

Imperator vero factis ſuis declarans, ſe protoſtratoris captiuitatem ſingulare fortunae beneficium iudicare: maximis eius opibus ac plane regiis direptis, nec vlla re imperueſtigata relicta, vxore quoque et filio eius in vincula, neſcio quo conſilio, coniectis, Cypſella proficiſcitur.

§. 253

212. Imperator — Cypſella, vt dixi, profectus, et congregato ibi exercitu aſſumto, Oreſtiadem contendit: ibique complures dies commoratus, inops conſilii erat. Nam deſertorem oppugnatu difficillimum eſſe, exercitum ſuum, timore perculſum, audita duntaxat voce hoſtium emori: imperatoris aduentum vulgo ridiculum haberi, nomen ſine vllis ſucceſſibus, et barbari audaciam retrocedendo magis inualeſcere videbat. Tamen temporum difficultates vtcunque leniendo

211. Id. p. 332.

l) An quae in ſuperioribus (vid. §. 160.) *Moglenorum* regio dicitur.

m) Wolfius in Notis p. 444. *και τα περι τον Παναχα ποταμον πλησιαζοντα χωρια.*

212. Id. p. 334, 335.

a. C. 1199.

Imp. Alexio III. Comn.

do, Alexium per fideliſſimos ſuos tabellarios ad pactiones inuitat, aliquando etiam per dolum necem ei machinatur, neque a bello penitus recedit. Itaque cum exercitu in Philippopolitanam prouinciam profectus, circa Stenimachum caſtellum, quo multi barbari confugerant, caſtrametatur. Quo legionibus circumdato, et vi expugnato, captiuos in ſeruitutem redegit.

Deſertor vero nec ipſe ad imperatorem venire, nec aliter de pace quicquam audire voluit, niſi imperator dato diplomate vrbibus et agris ei cederet, quae ante occupaſſet, et deſponſam Theodoram cum imperatoriis inſignibus mitteret. Pactionibus et iureiurando vix tandem de Alexii ſententia confectis, imperator conſilium init, haud ſcio an ducibus et imperatoribus dignum, quibus iuris iurandi religionem caeteris rebus omnibus antiquiorem eſſe decet. Nam Alexium, ſacroſancto Euangelio miſſo, per generum natu maiorem ad ſe pellectum, dato, vt dixi, vtrinque iureiurando, in vincula coniicit n). — Inde vrbibus et caſtellis citra laborem potitus, fratrem eius *Mitum* in exſilium mittit. His peractis Byzantium reuertitur.

§. 254.

a. C. 1200.

SEQVENTI anno Blachi cum Comanis impreſſione in Thra- 213.
ciam facta o), et optimis quibusque prouinciae vaſtatis, incolumes
receſſerunt: ac forſitan ad terreſtrem imperatricis vrbis portam acceſ-
ſiſſent, niſi *Roſſi*, Chriſtianiſſima gens, eorumque principes, partim
ſua ſponte, partim pontificis precibus adducti, admirabili ſtudio pro
Romanis oppugnaſſent, Chriſtiani populi miſerti, qui a barbaris ma-
le

n) Wolfius in Notis p. 445. *τον γαρ Ιβαγκον μετα το τȣς ὁρκȣς συμπληρωθηναι, πεμψας ὁ βασιλευς ἑνα των ἱερεων αὐτȣ, μετα τȣ θειȣ και ἁγιȣ ἐυαγγελιȣ ἀλλαγμενον, ὡς ἑνα [ἱνα] ἀυτον φερῃ το την ἀυτȣ ἐυλογηθηναι ἐγγονην.*

213. NICET. CHON. p. 337.

o) Graeca tantum: *παλιν ἐπεξιοντες.*

Imp. ALEXIO III. Comn.

a. C. 1200.

le tractabatur —. Vide *Calitzae princeps Romanus* — in Comanorum agrum irrupit, — eoque — Comanorum incurſiones repreſſit p).

§. 255.

214. SVB hoc tempus [quo Seruia internis Stephani et Volci fratrum diſſidiis turbabatur] Ioannes [Petri et Aſanis frater] cum maximo et armis inſtructiſſimo exercitu q) Myſia egreſſus, Conſtantiam inſignem vrbem Rhodopaei territorii ſine vlla difficultate capit: et moenibus dirutis, Varnam ſexto die paſſionis dominicae fortiter oppugnat. Sed cum ii, qui vrbem tenebant, plerique fortiſſimi viri, et Latini generis, ſumma ope reſiſterent, quadrilateram machinam fabricat: quae longitudine latitudini foſſae, et altitudine faſtigio moenium reſponderet: et ea rotis ſubiectis proxime foſſam collocata, et deinde euerſa, vtrosque fines apprehendit: eademque machina et ad explendam foſſam, et ad conſcendenda moenia pro ſcalis vſus, triduo Varnae potitur. Neque diei ſolemnitatem (erat enim id ſanctiſſimum ſabbatum, quo Dominus in ſepulcro dormiuit) neque Chriſtianum nomen veritus barbarus, quod ſolis labiis iactabat, ſed intemperiis ſanguinarii alicuius daemonis actus, omnes, quos viuos ceperat, in foſſam praecipitauit, iniectaque humo et expleta ſepulcretum locum illum facit: nec multo poſt, etiam moenibus euerſis, in Myſiam reuertitur, huiusmodi victimis et abominandis inferiis celebre illud ſabbatum veneratus.

§. 256.

MANVEL vero Camytzes protoſtrator, longo tempore in Myſia captus, imperatorem et conſobrinum orat, vt de ſua re familiari redimatur, neque vt maleficus longo tempore in barbarorum poteſtate relinquatur. Sed iis litteris nihil impetrauit. Deſperata igitur cognati ope, ad Chryſum ſe conuertit: et ſolutione ab eo impetrata, Proſacum abit. Ac ne ibi quidem imperatorem obteſtari deſinit, vt Chryſo duo auri centenarios pro ſui redemtione ſoluat, cum longe plus

p) Locum integrum exhibeo in *Ruſſicis §. 98.*

214. Id. p. 343, 344.

q) παγχαλκῳ στρατευματι.

Imp. ALEXIO III. Comn.

plus ex ſuis opibus rapuerit—. Ille vero protoſtratoris cognatione in vna lance animi ſui penſata, pecunia vero eius in alteram collocata, et vtraque perpenſa, poſteriorem multo praeponderare deprehendit. Itaque flagitationes eius nec extremis auribus admiſit. Vnde Camytzes deſperatione coactus, ſtatuit cum Chryſo finitimos Proſaco Romanorum agros vaſtare. ac Pelagoniam celeriter ſubiungunt; et Prilapo ſine difficultate potiti, ordine caetera inuadunt, remota ad deditionem impellunt, per Tempe Theſſalica penetrant, campeſtria occupant, Graeciam commouent, Peloponneſum ad rebellionem inſtigant.

§. 257.

[Tunc et Ioannes Spyridonaces, Smolenis praepoſitus, rebellans, et ab Alexio exiguo cum labore deuictus, in Myſiam fugatur]. 215.
Protoſtratoris vero rebellio, cum longo ſane tempore duraſſet, proſpero exitu eſt terminata. Nam imperator cum aliis artibus et dolis Chryſum circumuenit, tum neptem Theodoram, pridem Ibanco deſponſam, Byzantio accerſitam illi vxorem dedit. Et hac ratione Pelagonia et Prilapo recuperatis, Theſſalia quoque Camytzam expellit, alias proelio victum, alias vltro fugientem. Tandem ipſo etiam Stano eiicit, quo, vt in aſylum inexpugnabile, ſe receperat. Huiusmodi praeclaris operibus poſt diuturnam ignauiam editis, Byzantium recurrit. Tunc Strummitza quoque potitus eſt, ibi etiam Chryſo circumuento, et pacem cum Ioanne fecit.

215. Id. p. 345.

CAPVT XVII.

Res Bulgarorum vsque ad abitum Ioannis regis; bella inprimis cum Latinis impp. Balduino et Henrico geſta;

ab a. C. 1203. — 1206.

§. 258.

Imp. BALDVINO.

Imp. BALDVINO.

a. C. 1203. — 1205. a)

216. α) ROMANI, qui cum imperatore [Alexio Duca Murzuflo] aufugerant — cum marchione [Bonifacio] degere, eique pro virili operam nauare voluerunt: Ab eo vero dimiſſi — eadem de re Balduino imperatori ſupplicarunt. Ibi quoque repulſam cum tuliſſent, adl

α) ACROPOLITA: *Quando itaque* [haec iis, quae ad §. 237. attuli, ſubiungit Acropolita] *Itali vniuerſam Macedoniam ſubegerunt, res eorum, qui primus CP. imperium tenuit, regie adminiſtrante Balduino, pro deditione Adrianopolitas ſollicitant: namque rex Bulgarorum Ioannes Philippopolin, magna Romanorum clade, ditatus praeripuerat. Cum Italorum iugum Adrianopolitae detrectaſſent, Itali in eos copias, quibus Balduinus imp. et vices Ducis Venetiarum Byzantii gerens praeſto aderant, educunt: quare Adrianopolitae in ſummas anguſtias adducti, ad regem Bulgarorum Ioannem, vt ſuppetias ferret, et a ſcopulo in tranquillum deduceret, viros delegant. Poſtulatis ille oblectatus, ſociosque ſibi Scythas adſciſcens, cum palam in acie aduerſus Latinos prodire non poſſet, ex inſidiis eos opprimere ſtatuit. Ipſe quidem longe Adrianopoli aberat, Scythas vero in Italos mittit, vt Scythico bellandi modo eos aggrederentur. Italis in more eſt,*

216. NICETAS CHON. p. 394. Georg. Acropol. p. 11, 12. et in Chron. Compend. p. 114. Niceph. Gregoras T. I. p. 8.

a) Sunt anni imperii Balduini.

ad Ioannem ſe conferunt, qui in monte Haemo natus et educatus, fere omnem Romanam ditionem, qua occidentem ſpectat, bellis vaſtabat et delebat, Scythicis incurſionibus deſolabat, et multiplici vexatione conterebat. Is, quia Latinorum ferociam ſuſpectam habebat, eorumque haſtam vt flammeam romphaeam reformidabat, libenter eos ſuſcepit.

Qua de cauſa cum legatos de amicitia ineunda ad Latinos miſiſſet, per litteras cum eis non vt rex cum amicis, ſed vt ſeruus cum dominis colloqui iubebatur: alioqui ſe arma illi illaturos, et Myſiam facile vaſtaturos, quam contra officium et per ſeditionem ſpretis Romanis occupaſſet, eumque ad priſtinam fortunam redacturos. Proinde Romanos ad ſe profugos Ioannes in patriam quemque ſuam abire iubet, et callidis aggreſſionibus Latinis nocere quantum poſſint, 217. donec ipſe fortunis illorum conſulat. Igitur ad ſua reuerſi, Macedonum et Thracum vrbes, Blachis adiutantibus, ad defectionem impellunt. Vnde plurimi Latinorum, quibus eae vrbes obuenerant, iugulantur, alii Byzantium extorres redeunt. Occiduntur et ii, qui Didymotichi erant, et, qui Oreſtiadem tenebant, eiiciuntur. —

§. 259.

a. C. 1205.

a. M. 6713. ind. 8.

ET vt ea, quae hinc acciderunt, ordine referamus, Romani, qui Adrianopolin et Didymotichum tenebant, non paruis freti Blacho-

equis ferocitate exſultantibus vehi, munitique armis circumquaque toto corpore, ideoque ſegnes ac tardos in hoſtes ferri. Verum Scythae cum leuius armentur, liberius aduerſarios impetunt; illud ignorantes Latini, a Scythis praeter opinionem dolis opprimuntur. NICEPHORVS: *Forſitan* [Latini cum Balduino in Orientem] *traieciſſent —, niſi derepente velut magni tonitru fragor Bulgarici motus terror impetum illorum retardaſſet. Nam primi Aſanis frater et ſucceſſor, Ioannes, delectu ex omnibus Bulgaris habito, et non paruis Scytharum copiis, qui Boreales Iſtri partes accolunt, conductis, occaſionem ſibi oblatam ratus eſt Thracios pagos et vrbes opprimendi, re Romana vehementer turbata et afflicta, Latinis autem rebus grauioribus diſtractis.*

207. NICET. CHON. p. 395.

a. C. 1205.

chorum auxiliis, ibi manebant. Ioannes vero, qui ſuas copias et auxilia Scytharum paene numero maiora adducebat, operam dabat, vt Latinos lateret. Vt autem motum Romanorum Balduinus et reliqui — duces audiuerunt, — ſtatim exercitum mittunt contra vrbes, quae defecerant. [Hi Arcadiopolin vsque cum veniſſent, vlterius progredi non ſunt auſi], cum Romani et Blachi cum Scythicis cohortibus circumirent, caeteri vero Adrianopolin concurrerent, tanquam in certum aſylum.

β) Imperator vero Balduinus menſe Martio egreditur, et Pleae comes Doloicus, et poſt eos Ericus [Henricus] Dandulus Venetiarum dux, cum ſuis quisque legionibus, et vallo extra teli iactum ad
218. Adrianopolin communito, poſtridie copias ad moenia adducunt, et machinas erigunt, [vrbemque oppugnant].

§. 260.

a) ID.: *Vnde neceſſitate coacti, ſuas omnes copias reuocare decreuerunt Balduinus et qui cum eo partiti erant imperium, ac vsque ad Oreſtiadis planitiem celeriter progredi. Quo facto exercitus illuſtri pugna conflixerunt, et multa utrinque ſtrages edita eſt, omnibus fortiter longo temporis ſpatio dimicantibus; donec tandem Bulgari ceſſerunt, haud ſcio an quod Latinorum grauem armaturam ſuſtinere non poſſent, an vero quod de induſtria illos in inſidias pertrahere vellent: id quod probabilius eſt. Nam cum eos Latini longiſſime perſecuti eſſent, Scythae ex inſidiis conſurgunt: et Bulgari velut ex compoſito conuerſi, hoſtes praeter omnem exſpectationem circumuentos ſagittis et iaculis ſtrenue confixerunt: et terra ſanguine et cadaueribus repleta, ingentem Latinorum ſtragem ediderunt, qui ob pondus armorum continentes Scytharum incurſiones et circuitus et expeditiſſimas excurſiones tolerare non poterant. Nonnullos etiam viuos ceperunt: inter quos et Balduinus fuit. Nam Ludouicus comes Bleſenſis in acie ceciderat, Venetiarum vero dux Henricus Dandulus* b), *cum perpaucis fuga elapſus, non multo poſt ex acceptis in pugna vulneribus deceſſit.*

218. NICET. CHON. p. 396. reliqui ll. cc.

b) Du Freſne in Notis ad h. l. „Atqui, inquit, Henr. Dandulus commiſſo cum Bulgaris proelio non interfuit, quod ſcribit Nicetas; neque proinde ex acceptis in eo vulneribus interiit, quod Gregoras tradit. Rectius Acropolita, qui τον τοποτου Δουκος ἐπεχοντα Βενετιας ἐν τῃ Κωνςαντινουπολει interfuiſſe duntaxat obſeruat„.

a C 1205.

§. 260.

Nec multis diebus poſt Ioannes partem Scythici exercitus impetum facere in pecudes et equos in herbidis pratis iuxta Latinorum caſtra paſcentes iubet, vt ea ratione hoſtium conſilia et militarem diſciplinam exploraret. Hi vero ad primum Scytharum conſpectum furioſo quodam ardore concitati, haſtis arreptis et equis conſcenſis, Scythas inuadunt, qui tergis obuerſis continenter fugiunt, retro ſagittas coniicientes, ac ne ſic quidem fuga interrupta. Illi vero acriter perſequuntur, quamuis nihil proficerent pene volucribus ob leuem armaturam viris inſtando. Et hic eius diei fuit exitus.

Ex eo Ioannes cum ſuis copiis anguſtias et fauces ſubit, et poſt altos colles delitescit: in id intentus, ne ſuam praeſentiam noſſent hoſtes et rurſus e Scythica phalange, cui *Cotzas* praeerat, complures in caſtra Latinorum mittit, hortatus, vt priores imitarentur, eademque via reuerterentur. Latini, Scythis denuo viſis, rurſus feſtinanter armati, maiori, quam dudum, contentione haſtas in eos vibrant, et curſum intendunt. Sed cum Scythae facile anteuerterent, vt et leuiter armati, et expeditioribus equis inſidentes, ac nullas fere ſagittas retro emittentes: Latini per imprudentiam longiſſime prouecti, in ea loca, in quibus laquei et inſidiae erant, et in recentes Scythicas cohortes inciderunt, et ipſi et equi iam contentione itineris plane fatigati, et in medio Scytharum circumuenti ſunt. quorum multitudine, cum ad manus ventum eſſet, oppreſſi, equis deturbantur, multis ſingulos inuadentibus: et duri ceruicis homines falces et laqueos in colla recipiunt, equi occiduntur. Tanquam enim atra et perpetua nubes, ita Scythae irruebant, vt neque explicare ſeſe neque diffugere poſſent.

γ) Ceciderunt igitur omnes lectiſſimi Latinorum equites et haſtis vibrandis celebres. Cadit et Pleae comes Doloicus. Balduinus vero 219

γ) ACROPOLITA: *Balduinus imp. captus et vinculis grauis ad Bulgarorum regem Ioannem adducitur; illius caput abſciſſum, ſordibusque internis expurgatum, et ornamentis vndique circumſeptum, poculi loco barbaro inſeruiſſe fama eſt.*

219. NICET. CHON. p. 397. reliqui ll. cc.

Imp. BAL-
DVINO.

a. C. 1205.

ro capitur, et viuus in Myſiam abducitur: atque inde Ternobum perductus et in carcerem coniectus, vinculis vsque ad collum oneratur. Principale vero et callidiſſimum malum et omnium Romanorum cladium primus auctor, Venetiae dux Dandulus, extremum agmen claudebat, clade exercitus ex fugientibus cognita, ſtatim conuerſis fraenis in caſtra properat: et, vt nox ſuperuenit (nam proelium ſub veſperam eſt commiſſum) lumina in tentoria inferri et plurimas pyras incendi iubet, vt Romani putarent, non omnem exercitum periiſſe. Circa primam noctis vigiliam, maritimam Rhaedeſtum cum Errico [Henrico] Balduini fratre — congreſſus, Byzantium rediit, inteſtinis fuga tot paraſangarum ruptis, et ſcroto in immenſum tumefacto. Octaua indictione a. M. 6713. Latini a Scythis victi ſunt.

a. M. 6714.
ind. 9.

§. 261.

a. C. 1206.

220. δ) SED quid ſecutum eſt? aliud flagellum atrociſſimum et calamitoſiſſimum emicuit. Nam Ioannes Myſus, idem Romanorum hoſtis

δ) NICEPHORVS: *Bulgarorum vero Scytharumque* c) *multitudo, Latinorum opulentia guſtata, equisque et curribus ſplendidis potiti, alacriter ad vlteriora pergebant, reſiſtente nemine. Quare Thraciarum vrbium aliae ad Ioannem ſe conferebant: pleraeque vero vi expugnatae et direptae ſunt, moenibus ſolo aequatis. Sic Ioannes omnia facile Theſſalonicam et in Macedoniam usque peruagatus, pagos, oppida, caſtella prope Scytharum, quod aiunt, ſolitudinem fecit.* ACROPOLITA: *Rex Bulgarorum Adrianopolitarum promiſſionibus fretus, vrbem ſibi ſubiicere auens, iter arripit: illi ſe dedere recuſarunt. Sed dolo rex Bulgarorum ſ indignatus ad eos obſidendos in animum aduertit. Verum in apparandis obſidionibus Bulgari omnino inepti ſunt: neque enim admouendarum machinarum artem callent, neque quippiam aliud diripiendis vrbibus peropportunum moliri poſſunt. Propterea inde*

220. NICIT. CHON. p. 397, 398. Niceph. Greg. T. I. p. 8. Georg. Acrop. p. 12, 13. et in Comp. Chron. p. 115.

c) Du Freſne ad. h. l. „Quos, inquit, Nicetas et Gregoras *Scythas* hos *Comanos* vocat Vilharduinus. Vbi vero habitarint Scythae Comani, exponit idem Gregoras Lib. 2. c. 5. vid. *Tom. III. Comanica* §. 31.

ſtis et vindex, oppida Byzantio vicina, Latinis tributaria, Scythis diripienda concedit. Ibi nouum et inuſitatum malum, quod omne diuinitus inflictum ſupplicium ſuperat, erat cernere. Terram eandem, eandem gentem, bini populi infeſtabant, alias vtrique, alias alternis irruentes. Nam et Scythae obuia quaeque vaſtabant, et aliquot forma excellentes captiuos, poſt flagra ſuſpenſos, ſuis daemonibus immolabant: et Latini, Romanorum defectione et Scytharum de ſe victoria inflammati, nihilo ſecius in noſtros ferro et igni graſſabantur.

§. 262.

At Ioannes, Thraciis vrbibus non immoratus, Theſſalonicam properat, vt ſuo arbitratu prouinciam illam conſtitueret, et vrbes, a Latinis auulſas, ſibi vindicaret. Igitur Serras profectus, cum Latinis, qui ibi erant, pugnam committ t, et eos quoque, ſed cruenta

diſcedens, cum nullus illi ſe opponeret, Italis ob eo penitus debellatis, vniuerſam Macedoniam incurrit, praeda ingenti locupletatus, vrbes cum ipſis habitatoribus ſpolians, funditusque euertens, eo animo, vt, ſi quando Romani infortunio deſaeuiente reſpiraſſent, propria oppida recuperare nequirent. Quare e fundamentis ſuſtulit Philippopolin, praeclaram nimium atque egregiam vrbem, quae Hebro adiacet, alias deinceps vniuerſas, Heracliam, Panium, Rhaedeſtum, Chariopolin, Traianopolin, Macrem, Claudiopolin, Moſynopolin, Peritheorion, aliasque quamplurimas, quas enumerare operae pretium non eſt. Multitudinem abigens circa Iſtri fluenta collocat, et ex iam direptis oppidis [atque] *vrbibus, nomina propriis coloniis imponit, damna, vt ipſe dictitabat, compenſans, quibus imperator Baſilius Bulgaros afflixerat; eumque fatebatur dici Bulgaroctonum, ſe vero Romaeoctonum indigitabat. Is vsque Theſſalonicam perueniens laterali morbo vitam finit, vel, vt alii aſſerebant, ira numinis triſti morte multatus eſt. Somniauit enim ab armato ſibi adſtante haſta latus confodi: nemo enim, nec mentior, e memoria hominum tot, ac iſte, calamitatibus Romanos afflixit, adeo vt a cane nomen illi impoſitum ſit, et Scylo-Ioannes ab omnibus compellaretur. Cum enim Scythas ſibi deuinxiſſet, affinitate cum illis contracta, et mores ſibi vindicaret ob ferociorem naturam immaniores, caedibus Romanorum admodum delectabatur.*

Imp. BAL-DVINO.

a. C. 1206.

ta victoria, ſuperat. Nam Latini, et diſciplina militari freti, et Ioanni fortiter obuiam progreſſi, multos eius milites ceciderunt. Sed non multo poſt cum victi, et ad vrbem Serras conuerſi eſſent; antequam portas clauderent, Blachi et Romani, qui fugientibus inſtabant, vna irruperunt. Vrbs ita capta et incenſa eſt, et moenia diruta: qui comprehenſi fuere, abducti et vincti. Ex Latini exercitus reliquiis alii, vt quisque potuit, ſaluti ſuae conſuluerunt, alii arcem occuparunt. quam poſtridie circumiens Ioannes, Latinis, ſi eam dederent, incolumitatem promiſit. Qui cum, Marchionis freti auxiliis, eam poſtulationem aſpernarentur, ſcalas parat: et in tumulo quodam e regione arcis machina maxima collocata, moenia ferit. Latini vero, depromtis omnibus iis, quae ad defenſionem vſui eſſent, repugnabant, donec Ioannem 'muro velut igni, et omni exercitu totam arcem circumdediſſe [d] et omnem ſibi exitum intercluſiſſe viderunt, vt nec pedes vllus clam ad marchionem peruenire poſſet: tum vero ea conditione deditionem facere voluerunt, ſi ſibi cum armis et equis tuto diſcedere liceret. Quam illo prorſus repudiante, poſtulant, duces ſibi domum reuerſuris attribui vsque ad Pannoniae fines. Sic foedere icto, ille arcem occupauit, hi citra diſcrimen abierunt.

§. 263.

Marchio dum adhuc Peloponneſo conſtituenda occupatur, — litteris vxoris, res nouas moliri Theſſalonicenſes, fit certior: ipſam, vrbe expulſam, in arcem confugiſſe, et complures dies iam obſideri: vrbem vero a Blacho quodam, Proſaci et finitimorum locorum Ioanneae ditionis praefecto, nomine *Exyiſmeno* [e], teneri. Quibus auditis marchio quamprimum opem ei ferre ſtatuit, et reditum maturauit. Sed antequam Theſſalonicae appropinquaret, occurrit ſuis,
221 hoſtium cladem et profligationem nunciantibus et tranquillitatem vrbi reſtitutam. Earum rerum fama delectatus, et ſuis oſtentata, conuerſis habenis Scopia recta tendit, Ioannis iniurias vlturus. Sed vix dum ea, quae parturiebat, aggreſſus, nuncium alium accipit de comi-

tis

d) ὡς ἐν πυρὶ τειχισμῷ τὴν ἄκραν διειληφότα παντὶ τῷ στρατεύματι.

e) Εξυϊσμενον.

221. NICET. CHON. p. 399.

tis Pleae interitu et imperatoris Balduini captiuitate. Itaque repetito priore itinere, Theſſalonicam ingreditur.

Audita porro Ioannis ad Serras impreſſione, auxilia ſuis popularibus, qui in ea vrbe erant, mittit. Qui, quamuis euentu rei in itinere cognito, nihilo magis bello abſtinuerunt, vt iam in ipſo periculo conſtituti, licet ſibi cum hoſte longe ſuperiore negotium fore intelligebant. Proelio commiſſo vincuntur et profligantur a maxima Scytharum multitudine, vndique irruentium, non ſecus quam apum examina, quae ex aluearibus effunduntur, aut crabronum inſtar e cauernis iuxta vias erumpentium.

§. 264.

Duobus his proeliis victus marchio, ſe Theſſalonica includit. Ioannes vero per ſummam licentiam Berroeam et alias vrbes occupat. Ea quoque clade audita, Latini, qui Byzantii erant, conſilium ineunt, quid ſit agendum, concilio ab Errico Balduini fratre et Marino Venetiarum duce indicto. nam Dandulus obierat. Cum omnibus bellum capeſſere placuiſſet, et copias contra Thraciae vrbes ducere, quae a Latinis defecerant, dum populi animi adhuc feruerent, et Ioannes aliis bellis occupatus, iisque ſolis intentus, a Romanis abeſſet. [Hi omnia longe lateque agebant ferebantque, et praeter 222.
alios Apri ciues a Latinis, quaſi non potius vi ſubacti, quam ſua ſponte Blachis addicti, trucidantur].

§. 265.

[Oreſtiadem Latini oppugnant]. Pugna atrociſſima commiſſa: 223.
tum quoque infectis rebus, machinis — crematis recedunt. Sed et foris Blachorum et Scytharum exercitus circa vallum obequitans, commeatum in caſtra apportari non ſinebat —. Ii etiam, qui eos ex vrbe [Conſtantinopoli] accedere auſi fuerant, his malis conflictati ſunt, et hi in intinere fere omnes a Scythis et Blachis interfecti ſunt.

222. Id. p. 400. 223. Id. p. 401.

a. C. 1206.

§. 266.

224. HOC rerum orientalium ſtatu [Dauide, putr, et Maurozome rebellibus a Theodoro Laſcari deuictis] Ioannes Myſus Philippopolin capit, diripit, euertit, ciues pleroſque obtruncat: cuius vrbis iam olim per inſidias expugnandae occaſionem captarat, habitatoribus infenſiſſimus, quod deditionem ſibi non feciſſent, et vt regi parere detrectaſſent, ſed vt virum ſanguinarium auerſati eſſent: tum vero illud eius iracundiam exaſperarat, quod Alexium Aſpietem recepiſſent, eique vt duci paruiſſent, ſe vero cum exercitu inuadentem ſaepe repuliſſent. Caeterum ea vrbs inuiolata manſiſſet, ſi ſuis auſpiciis gubernata eſſet: tum quod Latinos benigne tractabat, tum quod Ioannem Myſum non prorſus auerſabatur. Nunc filia matrem ſequens, poſtquam illa regina et princeps vrbium labefactata et facile capta eſt: haec quoque grauiora pertulit, direptionibus et caedibus oppreſſa, et inſuper funditus euerſa. cuius ruinae vnum illud ſpectatu iucundum habent, quod — Aſpietem fune talos traiectum et in ſublimi trabe pedibus ſuſpenſum oſtentant. Cui qui regni affectandi adiutores fuerant, cum Ioannem non laterent, ne inconſtantiae poenas darent veriti, palam deficiunt.

§. 267.

Nec multum temporis interceſſit, cum Ioannes, Myſiae rebus conſtitutis, et deſertoribus grauibus ſuppliciis et nouo mortis genere affectis, irato et caedem ſpirante vultu Romanis bellum inferre ſtatuit, quorum ſibi dolos, fraudes, perfidiam, ſummam ſeuitatem diutius ferendas eſſe negabat. Igitur ira percitus innumeras Scythicas turmas ablegat, quarum aliae f) Adrianopolin obſederunt, aliae Ruſium aggreſſae, Latinum praeſidium, quod in vrbe erat, praeſtantiſſimum, proceris corporibus, belli vſu mirabili praeditum, Tero quodam duce viro illuſtri et nobili, ad reſiſtendum prouocant. Illi ergo milites armis correptis celerrime eo contendebant, vbi ex ſpeculatoribus caſtra Scythas habere cognorant. Hi vero, Latinorum aggreſ-

224. NICET. CHON. p. 404.

f) ϛρατευματων Σκυθικων μελισσωνας τοις ἐαρινοις ἀνθαμιλλης ἀνθεσι διαφημισι. τινα μεν ἐν αὐτων ὡς ὀυδε μυρμηκων ϛρατευματα τας ἱερας ἀλως ἀμφιποτωμενα.

greſſione occupata, clam locum ſubeunt Ruſio vicinum: et Latinis redeuntibus inprouiſo conſpectu ſui terrorem incutiunt, vt ob tantam multitudinem nihil boni ominarentur. Acri proelio pari vtrinque fortitudine commiſſo, tandem Latini, multis caeſis, fere omnes occubuerunt.

§. 268.

Poſt hunc ſucceſſum, Scythici exercitus bellicoſorum virorum 224. circiter decem millia primo impetu Aprum citra negotium capiunt, et euertunt: multitudinem in vrbe repertam partim occidunt, partim, vt ſub corona veneant, manibus poſt terga reuinctis abducunt, multos etiam cremant, vincentes illi quidem, ſed victoria non humaniter vtentes.

Ab eius pugnae aeſtu calentes adhuc, ad maritimam Rhaedeſtum conuerſi, Branam Theodorum, qui Latinorum Oreſtiadem abeuntium dux erat, priusquam eo venirent, cum ſequente exercitu in fugam coniiciunt: vrbem vero vi expugnatam, ciuibus in ſeruitutem redactis, ſolo aequant, immortales nobiscum inimicitias exercere a Blachis edocti, et propagare ad omnem poſteritatem. Nec remiſſa alacritate, Perinthum tranſeunt. Inde Daonium, nemine illis, ob mirabilem audaciam, obuiam eunte, et, omni ſexu et aetate capta, moenia deſtruunt.

§. 269.

Nec ora maritima duntaxat ab expeditiſſimis et fortiſſimis Scythis et Blachica cohorte, quae illos comitabatur, moenibus vrbium cum vectibus et ligonibus infeſta, ſic tractata eſt; ſed mediterranea quoque malis iisdem et grauioribus ſunt oppreſſa, nulla ſpe ſalutis affulgente. — Proinde Arcadiopolis, Meſena et Zurulus cum agris, villis, et omni eo quod iis vrbibus olim paruit, extremas clades ſunt perpeſſae: et quae ad vrbem omnium principem vsque pertinent, omnia ſunt a Scythis oppreſſa.

Poſt omnia oppidum Athyra ad internecionem eſt deletum. Nam ciues principio cum Scythis pecunia tranſegerant, et aderant, qui

224. Id. p. 405.

qui aureos nummos poſtularent. Deinde quosdam ex Latinorum cohorte, qui Rhaedeſti cum Brana fuerant, veſperi vrbem ingreſſos, Athyrani libenter et minime grauatim ſuſceperunt. Putabant enim, eos illic manſuros, et cum Scythis pugnaturos. Sed illi ſub primam noctis vigiliam inde diſcedunt, opera data, vt Scythas clam praeterirent: etſi, ſpe ſua fruſtrati, iuxta ipſum Rhegium in Scytharum
225. cohortes antegreſſas delapſi, omnes exiguo momento perierunt. Scythae vero poſt Latinorum diſceſſum, a popularibus ſuis, pecuniae exactoribus, clam circa mediam noctem funibus per muros attracti, et portis potiti, cum horribili clamore ſtrictis enſibus in plerosque adhuc dormientes, cum fuga minime expedita eſſet, irruunt. Ea igitur nocte facinus editur, quod lacrimas poſtulat inſtar perennium amnium promanantes. Nec enim viri et feminae duntaxat, partim occiſi, partim in ſeruitutem abducti ſunt, ſed nec lactentes infantuli eius mali expertes fuerunt: ſed hi quoque, vt immaturi et tenelli floſculi, ab immiſericordibus illis viris, ignorantibus naturae iniuriam fieri et humanitatis ius ab eo violari, qui iracundiae vltra victoriam indulgeat, obtruncati ſunt. Et, quod magis deplorandum eſt, implacabiles homines, occupatis littoribus, eos, qui illo accurrerant, gladiis traiecerunt, partim retraxerunt, partim in aquam praecipitatos ſubmerſerunt. Pauci, nauigia adepti, euaſerunt. erant etiam, qui, ſcalam non adepti, intra puppim et remiges in mare deciderent. Tanta mali atrocitas fuit et pene internecio.

§. 270.

Ex eo barbari, totis legionibus et exercitibus pergentes, vaſtae procellae inſtar, omnia diſſipabant, aut, [inſtar] incendii in ſilua graſſantis, obuia quaeque abſumebant. Neque rerum omnium quicquam erat imperueſtigatum et rapinis tutum. Duae tantum ex plurimis et maximis vrbibus, Bizya et Selybria, et rapinas et vaſtitatem effugerunt, non modo firmis cinctae moenibus, ſed etiam locorum ſitu munitiſſimae; alioqui nec vniuerſalem interitum euitaſſent, et ne a Latinis quidem intentatae permanſiſſent.

Ac

225. Id. p. 406.

Ac Itali, his aduerſitatibus fracti, Conſtantinopoli velut in mandra condenſantur, et rebus ad tolerandam obſidionem neceſſariis comparatis, terreſtria moenia inter ſe partiti, Romanis quo vellent abeundi poteſtatem dederunt Hoſtes vero in locis parum ab vrbe diſſitis commorantes, ſaepe in pugna etiam proxime moenia acceſſerunt: nonnunquam per D. Romani portam oſtentandae fortitudinis et comitantis tum felicitatis ergo, pauci numero ingreſſi, et occiſis iis, qui in porta erant, ſtatim reuerſi, cum omni exercitu domum redierunt, captiuos tanquam armenta, pecudes et iumenta pro multitudine ſtellarum prae ſe agentes.

§. 271.

Inde Ioannes cum maximis et fortiſſimis copiis egreſſus, Adrianopolis et Didymotichi oppugationem caeteris rebus omnibus anteuertendam eſſe duxit: ſimul quod eae vrbes totius belli praemium eſſent, ſimul quod, ea ratione Romanis pulſis, Thraciam ſolis feris incolendam traditurus eſſet. Caſtris itaque ad Didymotichum poſitis, cum oppidum videret in loco edito ſitum difficulter expugnari poſſe, fluuium Eurum, qui id ambiebat, et per meatus paucis cognitos ciuibus aquam ſuppeditabat, alio diuertere inſtituit, et machinis in circuitu collocatis murum ferit, qua parte labefactari poſſe, nec grauium ſaxorum impetum interualli magnitudine laſſatum iri putabat. Oppidani vero vt Ioannem placarent, excuſationes, ſpecioſa verba, et blandas preces etiam praetendebant: et ſtantes in propugnaculis, eum pro ſuo rege celebrabant, et, tributa penſuros, caeteraque omnia, quae imperaſſet, alacriter facturos, promittebant, modo ne eum vrbe recipere cogerentur. Ille vero ira percitus, eas conditiones prorſus aſpernabatur, nec alia ratione ſe pacem facturum aſſeuerabat, ni caſtello ſibi cederent. Nec de oppugnatione quicquam remittendo, vi, impetu et magnitudine ſaxorum propugnacula, turrium angulos reuellebat, eorumque tibicines perfringebat. Oppidani vero tabulatis et cratibus intus ſtructis, recens detractis veſtibus moenia tegebant, vt machinarum ſaxa iis inuoluta labaſcerent. Ac dum Ioannes pugnam remittebat, ſupplici geſtu et blandis verbis ſubmiſſionem 226.

226. Id. p. 407.

Imp. BAL-
DVINO.

a. C. 1206.

ſionem callide ſimulabant. Cum vero ille fortiſſimum quemque equo deſcendere iuſſum, et ferro vndique tectum iuxta perfractas muri partes collocabat, aut ſcalas parabat et reliquum exercitum paſſim extendebat: tum et ipſi abiecta ſupplicum perſona, aperto Marte, vt res ferebat, ſe defendebant, ſalutem ſuam in moenibus eſſe poſitam haud ignari, nec quicquam neceſſitate violentius iudicantes; ac deſperatione et iracundia, haud pauciores clades inferebant, quam accipiebant, fortiter et audacter dimicando.

Barbarus igitur, longo tempore in hac obſidione contrito, in Myſiam reuertitur, irrito conatu, vt ignis deficiente materia, reſtincto ardore. Huc accedebat, quod paſſim fama vagabatur, Latinum exercitum, in re bellica exercitatiſſimum, obſeſſis auxilio venturum eſſe.

§. 272.

227. Quae autem Scythae et Blachi in illis incurſionibus perpetrarunt, ea huiusmodi erant, qualia nec viſa vnquam nec audita ſunt, nec cuiquam in mentem venerunt. Vrbes ante maximae et celebres et frequentiſſimae, oppida ſpectatu digna, agri et prata amoeniſſima, horti pulcherrimi, perennibus riuis foecundi — ea omnia hominibus vacua echinis et feris tantum latibula praebebant. — Quis talia tropaea ab hoſtibus erecta ſuſtineat? Nam olim qui proelio vicerant, humanae conditionis memores, nec immortalia odia conſeruanda eſſe rati, tropaea ex paruis lignis et ſaxis conſtituebant, vt exiguo temporis interuallo abolerentur: quippe non amicitiae monumenta, ſed inimiciatirum et caedium irritamenta. Nunc vero euerſiones vrbium, et rerum omnium vaſtitates, indicia victoriae a barbaris ſunt reperta, quibus diuinitus flagellandi conceſſi ſumus: qui non ferendum eſſe rati, niſi colophonem immanitati ſuae imponerent, et atrociſſima
228. ſcelera adiungerent, aliquot Romanos viuos (neque enim quisquam erat, qui eos vel redimeret, vel conſeruaret) cum popularibus ſuis, vel

227. NICET. CHON. p. 408.

228. Id. p. 409. Nicetas p. 410. haec habet: *Praeter hos* [Leonem Scurum, Chamaretum Leonem, Michaelem nothum, occidentis tyrannos] *alius Toparcha Theſſaliae montana, quae nunc magna Blachia dicitur, tenebat.*

Imp. BAL-
DVINO.

vel naturali morte defunctis vel bello caeſis, terra obruerunt, ſepultis vna equis velocibus, quibus inſederant, corneis arcubus et ancipitibus gladiis. Ita barbari a rebus naturae contrariis nulla reuerentia, nullo metu deterrentur.

Cum haec miſerabilia ſpectacula, quae omnem verborum atrocitatem ſuperant, ederentur, paſchales dies erant, indictione nona, a. M. 6714. et omnis locus, quem Scythae peruagabantur, et hymnis et ſuſpiriis erat plenus —. Abductiones vero, direptiones, immaturae aetatis in triuiis abiectiones, et ſenilium corporum diſſectiones, quis omnium mortalium ita lacrymis abundat, vt ſatis lugere et deplorare queat? Ante hanc Scythicam incurſionem circa Thraciae campos cornicum et coruorum legiones, aliae a Septentrione, aliae ab Auſtro, fato quodam, non fortuito caſu, in vnum locum congregatae, pugnam commiſerunt. Sed corui magnitudine corporum phalanges meridionalium cornicum in fugam verterunt. a. M. 6714. ind. 9.

§. 273.

229. BALDVINI mors ita contigit. Scythico bello captus, et vinctis, vt dixi g), oneratus, longo tempore Ternobi fuit. Cum autem Aſpietes ad Latinos defeciſſet h), Ioannes ira aeſtuans, et dolore in dies ingraueſcente, paene in rabiem actus, Balduino educto e carcere, pedes a genibus, et manus a brachiis Tenedia plane ſecuri amputari, deinde ipſum in vallem praecipitari iubet i). Vbi tertio demum die eſca volucrum miſerabiliter exſpirauit. Neque vero hunc ſolum, ſed Romanos etiam captiuos eadem crudelitate interfecit, omni voce et ſupplici geſtu repudiato. ac inter alios dromi logothetam Conſtantinum Tornicem, qui vrbe capta inuitus fere Balduino inſeruierat, et belli Scythici, quo is captus eſt, periculo euitato, ad Ioannem ſe contulerat: magnam auctoritatem ſuam eſſe ratus

229. NICET. CHON. p. 413. Acropolita p. 12. et in Chron. Comp. p. 115. hunc poſteriorem locum ſupra ad. §. 260. attuli.

g) Vid. ſupra §. 260.
h) Vid. §. 266.
i) ειτα και κατα κεφαλης επι φαραγγος ωθιθηναι.

Imp. BALDVINO.

a. C. 1206.

tus, quod ſaepius ad eum nomine Romanorum legatus fuiſſet. Caeterum eam hoſpitalitatem eſt expertus, vt toto corpore multis ictibus compunctus, poſt caedem inſepultus abiiceretur.

§. 274.

Imp. HENRICO.

Imp. HENRICO.

a. C. 1206. k)

230. ERRICVS imperio potitus, cum ex popularibus ſuis Oreſtiade relictis, Scytharum et Blachorum exercitus denuo egredi et, euerſo Didymoticho, ipſam Adrianopolin clam ad defectionem aut proditionem ſollicitare, audiuiſſet, non hoſtium multitudine territus, nec ſuperiorum bellorum cladibus conſternatus, rurſus exire non dubitauit, vt et populares ſuos, Branam ſecutos, conſeruaret, et Romanorum reliquiis ſubueniret, quae in ſuburbanos pagos confugerant. Igitur Adrianopolin profectus, cum Blachos Latinorum conſpectu, quanquam neque corporibus maioribus neque animis alacrioribus, quam prius, praeditorum, ſed vſitatam audaciam et rei militaris habitum etiam poſt illas ſtrages retinentium, territos vidiſſet: vsque ad Crenum et Boream eos eſt perſecutus. Inde per Agathopolin Anchialum vsque progreſſus: ibique caſtris poſitis, et multis rebus geſtis, vnde et pecunias et homines et pecudum greges et armenta cepit, nihil vero aduerſi pertulit, ſaluus Conſtantinopolin rediit.

230. NICET. CHON. p. 415, 416.

k) Henricus Balduino fratri poſt vnius anni et 4. menſium interregnum [Nicet. p. 413.] ſucceſſit.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Res Bulgarorum ſub regibus Borila et Ioanne II;

ab a. C. 1207 — 1239.

§. 275.

Imp. THEODORO *Laſcari* I.

Imp. THEODORO. *Laſcari* I.

a. C. 1207. a)

Hoc b) [Ioanne Bulgarorum principe] fatis functo, ſororis illius filius PHRORILAS c) nomine, Scythide auia d) in matrimonium ducta, regnum Bulgarorum occupat. Filius vero Aſani *Ioannes*, impuber adhuc, clam ereptus, vt diximus e), ad *Scythas* f) aſportatur. Et haec quidem de Bulgaris, reliqua oratio quibus geſta ſunt temporibus enodabit. 231.

§. 276.

a. C. 1216. g)

THEODORVS [Michaelis, temporibus Theodori I. Laſcaris, Epiri deſpotae] frater in dominatu, ſecum habens Conſtantinum et 231.

231. GEORG. ACROPOLITA p. 13. et in Chron. Comp. p. 115.

a) Vide Cangii Familias Dalmaticas.

b) Haec iis, quae ad §. 261. attuli, ſubiungit Acropolita.

c) In Chron. Comp. *Borylas* vocatur.

d) την Σκυθιδα θειαν. — *amita* potius, vel *matertera*.

e) At non dixit.

f) *Ruſſos*, vt ex §. 277. apparet.

231. ACROPOLITA p. 13. et in Chron. Comp. p. 116.

g) Sub hoc anno eius meminit Petauius.

Imp. THEODORO *Laſcari* I.

a. C. 1216.

Manuelem fratres, ſuccedit. Cum vero ad principatum incumberet imperii ſui iura nimium extendit; namque ex Italis non paruam et ex Bulgaris vero multam regionem ditioni ſuae adiecit, ſibi Theſſaliam, Achrida, Prilapum, Albanum et Dyrrachium ipſum ſubegit.

Imp. IOANNE *Duca.*

§. 277.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1222. h)

232. PRIMVS i) Bulgarorum rex Aſanus duos habuit filios *Ioannem* et *Alexandrum.* Itaque Borila, cuius ſupra mentionem fecimus, regie Bulgaris imperante, Aſani filius *Ioannes* fuga ſe abripiens, in *Ruſos* confugit k), ibique per tempus aliquod commoratus, et conuenarum Ruſorum nonnullis in vnum congeſtis, paternam haereditatem repoſcit, et in Borilam arma ſuſcipit et vincit, dominusque fit non exiguae regionis. Borilas Trinobum ingreſſus, ſeptem annos obſidionem ſuſtinet, et, cum ſocii defatigati ſuccumberent, ad Aſani Ioannem deficiunt. Borilas inde inter fugiendum deprehenſus ab Ioanne oculis laeditur, ſicque vniuerſa ditione Bulgarorum Ioannes potitur. Et haec quidem de Bulgaris.

§. 278.

a. C. 1220. l)

233. α) COMNENVS Theodorus — non minimam Romanae ditionis partem, ex ea, quae ſuberat Italis, et a Bulgaris intercipiebatur, ſibi

α) NICEPHORVS: *Michaelis Angeli frater Theodorus — ſibi imperatoris nomen adſciſcit, ac imperatoris more ab eo, qui Bulgariae* [primae Iuſtinianae] *archiepiſcopus tum erat, inungitur. — Nunc vn-*

232. Id. p. 17, 18. in Chron. Comp. p. 119, 120.

h) Annus, quo imperium ſuſcepit Ioannes Ducas.

i) Poſtquam Bulgari Romanum excuſſere iugum.

k) περι τας των Ρωσων χωρας.

233. Id. p. 18. et 120. Niceph. Greg. T. I. p. 14, 15.

l) Hoc anno Theodorum Epiri deſpotam imperatorium titulum ſumſiſſe docent alii. Ad annum 1233. haec refert Caluiſius; ad a. 1232. Cangius in Fam. Byz. p. 207.

bi vindicat, purpureaque chlamyde induitur, et rubris calceis conueſtitur, obluctante illi in hoc quam ſtrenuiſſime Conſtantino Meſopotamita, metropolita Theſſalonicenſi —. Sed Bulgariae archiepiſcopus Demetrius, tanquam qui, vt ipſe fatebatur, ſui iuris eſſet, neminique ſui facti rationem reddere teneretur, ideoque in ſua poteſtate eſſe, quoslibet, et vbicunque, et quandocunque ſibi libitum fuiſſet, reges vngere m), regio eum diademate coronat. — Cum vero [Theodorus] inepte circa imperatoria iura ſtultus eſſet, Bulgarico magis, ſiue potius barbarico more — negotiis incumbebat.

de locus is Bulgariae nomen ſit adeptus, explicabo. Trans Iſtrum verſus Septentrionem locus eſt, quem fluuius non exiguus, ab incolis BVLGA *dictus, interfluit; vnde et ipſi Bulgarorum nomen obtinuerunt, cum a prima origine Scythae eſſent. Tandem hi cum vxoribus et liberis illinc profecti, qua tempeſtate Iconomachiae morbus pios infeſtabat, innumerabili multitudine Iſtrum traiiciunt: et vtramque Myſiam ab Iſtro vsque peruagati, obuia quaeque Myſorum praedam faciunt, vt fertur prouerbio. Tum locuſtarum more, aut fulminis inſtar, Macedoniam cum vlteriore Illyrico occupant, oblatis ibi commodis contenti; ac regia ſedes eorum deinceps vrbs ea eſſe coepit, quam Iuſtinianus imperator archiepiſcopatus honore, Primaeque Iuſtinianae nomine ornauit. Poſt appellatione gentis illic vulgata, locus ipſe Bulgaria dictus eſt, et Bulgariae quoque metropolis Prima Iuſtiniana. Interiecto demum tempore Baſilius imperator, cognomento Bulgaroctonus, hos poſt multa proelia penitus attriuit et ſubegit: ac eos, qui ſuperfuerunt inde exterminatos, in Myſiam inferiorem ad Iſtrum tranſtulit. Nomen tamen, velut aliud quoddam eorum monumentum, in archiepiſcopatu haeſit. — Angelus Theodorus imperator conſtitutus — ad ipſas vsque Byzantii portas peruenit, nemine prorſus reſiſtente. Nam Macedoniae et Thraciae vrbes prorſus exhauſtae erant, crebris atque atrocibus exiguo tempore direptionibus vexatae, nunc a Latinis, nunc a Bulgaris et Scythis. Quid enim non feciſſent gens ſanguinaria Scythae, Chriſtianis crudeliter oppreſſis? Latini vero Scythis adeo clementiores non fuerunt, vt illorum immanitatem longo interuallo ſuperarint.*

m) Χρίειν, in Chron. Comp. [illegible]

a. C. 1226.

§. 279.

234. Theodorus Comnenus — vicinis omnibus potitus; praeter Rhodopes montem, cui et Achrido nomen eſt, et in eo oppida, et Melenicum, quibus *Aſthlauus* n), Aſani regis affinis, et ab imperatore Conſtantinopolitano Erico, cuius filiam e pellice ſuſceptam ſibi matrimonio iunxerat, deſpotae munere decoratus dominabatur. —

§. 280.

235. β) Sic ergo rebus proſpere geſtis Theodorus Comnenus, cum ſuo imperio fines iidem eſſent ac Bulgaris, foedus cum Bulgarorum rege Ioanne Aſano, qui, vt dixi o), poſt Borilam Bulgaris praeerat, init: illiusque filia Maria, ex pellice ſuſcepta, fratri ſuo Manueli deſponſata, affinitate coniungitur. Sed enim Angelus Theodorus p) cum Aſano Ioanne conditionibus ac pactionibus perturbatis, cum audacior eſſet, atque inordinatius non ſolum in regia, ſed in aliis negotiis ciuilibus ſeſe immiſceret, ſaepeque iuſiurandum negligeret, fidemque violaret, in affines Bulgaros pedem mouet, et ex Romanis atque Italis ingentem militem exaggerat, et Adrianopolin praetergreſſus, in ſuperiorem partem Hebri agmine ducto, cum Bulgaris poſcebat, ſed exitium ſibi quaerens, acie confligere. Videbatur enim ſibi Bulgaros

β) NICEPHORVS: *His temporibus imperabat Bulgaris primi Aſanis filius Ioannes. Is cum, Angelum Theodorum ne Bulgaricis quidem rebus abſtinere velle, cerneret, ſed iam illis quoque infeſtam et hoſtilem manum intentare; Scythicis auxiliis accerſitis acre cum eo proelium committit, illique victo et capto oculos effodit: vindicta tandem illum aſſecuta, tum ob ludibrio habitam Rom. imperii legitimam auctoritatem, cuius ſibi nomen vſurpabat; tum quod populares ſuos, Italicis et Bulgaricis impreſſionibus afflictos, et deplorandis malis affectos — adeo non miſeratus fuerat, vt etiam calamitates calamitatibus — cumularet.*

234. ACROPOLITA p. 21. et p. 122. locum integrum vide in *Slauicis* §. 147.

n) In Chron. Comp. ὁ Σθλαβος.

235. ACROPOLITA p. 22. et p. 123. Niceph. Greg. T. I. p. 15, 16.

o) §. 277.

p) Quem ſupra Theodorum Comnenum, hic et infra Angelum Theodorum Acropolita vocat.

garos timore perterritos, neqnaquam vel ſolum ſui exercitus impetum
ſuſtinere. At non ſic Bulgari. ſed Aſanus Ioannes perfidia, ac foe-
dere ab Angelo Theodoro fracto potius, quam propriis viribus fre-
tus, parua ſibi auxiliari manu e Scythis conducta, nec numero qui-
dem millenis, confidentius in conflictum agebatur, ſigno etiam mili-
tari, vt a nonnullis memoriae proditum eſt, iureiurando Theodori
ſcripto appenſo. Et forte circa locum Hebro proximum, quem
Clocotinitzam q) appellant, milites aduerſis ſignis irruunt, et, vt ver-
bo ſingula exprimam, debellatur a Bulgaris et Scythis Theodorus,
et ab hoſtibus, vna cum eo non pauci illius affines et dignitate con-
ſpicui et illuſtres viri, eorum ſupellectile a Bulgaris populata, ca-
piuntur.

§. 281.

Aſanus cum multitudine capta humanius ſe gerens, potiorem
copiarum partem, et eos praecipue, qui humili loco nati conuene-
rant, liberat, inque eorum oppida ac vrbes dimittit, ſeu ex huma-
nitate id gereret, ſeu vt hac ratione vtilia ſibi comparans, et com- 236.
modis ſuis apta diſponeret; 'eorum namque dominium ſibi defecti-
onis tempus circumſpectans, moliebatur r). Votique compos effectus
eſt: quippe quos ipſe perſequebatur, marte incruento colla omnes
ſubdebant. illi etiam ſe ſubmiſit Adrianopolis, non multo poſt Di-
dymotoechum, Bolerum totum, deinceps Serrae, Pelagonia, Prila-
pus et loca contermina. Magnam item Blachiam s) excurrit, El-
banumque occupat, et vsque Illyricum rapinis omnia vaſtat. Cum
vero quae ſibi animo propoſuerat, maiori ex parte compleſſet, diſ-
poſuiſſetque pro arbitrio, patrias repetiit ſedes, et caſtellis nonnullis
in cuſtodiam ac dominium Romanorum relictis, pleriſque ſibi reſer-
uatis, milites in illis, ac duces, quaeſtoresque, qui vectigalia et tri-
buta exigerent, conſtituit: iudicatusque eſt ab omnibus tunc tempo-
ris admirabilis et tute fortunatus; neque enim in domeſticos t), gla-
dio

q) In Chron. Comp. *Cloconitzam.* 236. ACROPOLITA p. 23. et p. 123.

r) ἐβȣλετο καὶ γαρ δεσποσαι των τοιȣτων, της Ρωμαικης ἀρχης ἀποςασας.

s) I. e. *Theſſaliae montana*, vid. ſupra ad §. 272. ex Niceta allata.

t) ἐν τοις ὀικειοις, *in ſuos.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1226.

dio ſaeuiit, neque Romanorum ſe caedibus polluit, vt, qui ante eum Bulgaris dominabantur, ſueuerant. Hinc non Bulgaris modo, ſed Romanis, aliisque gentibus carus ac intimus habebatur.

§. 282.

Theodorus Angelus, vt dixi, vna cum aliis affinibus et viris illuſtribus ab Aſano ſpolium factus, in cuſtodiam coniicitur, cui Aſanus prolixe ac benigne et ad multum tempus fauebat. Sed cum domi nouis rebus [eum] inhiare deprehendiſſet v), lumine priuat. Frater illius Manuel Angelus, deſpotae dignitate a fratre cohoneſtatus, fugam meditatus, cum Romanus miles terga verteret, Theſſalonicam reuerſus deſpota vocabatur —. Et ex eo tempore reliquorum in occidentali plaga oppidorum ac vrbium dominus habebatur, a Bulgaris nulla moleſtia laceſſitus, dum eius matrimonium cum Aſani filia vigeret x).

§. 283.

a. C. 1233. y)

237. γ) IMPERATOR Ioannes [Ducas], impendentibus periculis, et rebus in extremum adductis ſuccurrere perſpicax et acutus, vt ſuos

γ) NICEPHORVS: [Imperator Ioannes imperii Rom. viribus multum auctis, capit plurimas vrbes maritimas, Colliupolin, Seſtum &c. eoque in his rebus occupato] *e Bulgaria legati veniunt, tum pacis expetendae cauſa, tum vt imperatoris filio Theodoro Helenae, Aſanis filiae, nuptias offerrent. Quem nuntium imperator laetus et cupidus accepit. Nolebat enim, aliis grauioribus negotiis diſtractus, illum aduerſarium habere, Scythis trans Iſtrum poſitis adeo vicinum, illisque aſcitis quoties libitum eſſet irruentem, et torrentis in morem obuia quaeque ſecum abripientem. Hac igitur de cauſa legatio ſtatim rata fuit, ſimulque affinitas.*

v) ἐπει δε εἰς τα οἰκοι νεωτεριςμοις χρασθαι πεφωραται.

x) ἐκ παλλακιδος, *ex pellice*, omiſit interpres.

237. ACROPOLITA. p. 26. et p. 125. Niceph. Greg. T. I. p. 16.

y) Hoc circiter anno haec contigiſſe videntur, cum a. C. 1255. quo patri in imperio ſucceſſit, annum aetatis 33. ageret Theodorus, vt docet Nicephorus Greg. T. I. p. 39.

ſuos tueri ac ſeruare poſſet, — modum inuenit. Ex imperatrice Irenae filium ſuſceperat, cui ab imperatore Theodoro Laſcari patruo nomen dederat, vndecim iam annos eo temporis natum. Aſanus item filiolam habuit *Helenam* nomine ab *Vngara* ortam, nouennem. Imperator ad Aſanum, Bulgarorum principem, oratores mittit, vt ſponſaliorum inter pueros, et inter ſe affinitatis mentione inducta, de mutuo auxilio mutuisque inter ſe tradendis operis ſermonem conſererent. Aſanus legationem approbat; pacta conuenta conficiuntur, et iureiurando confirmantur.

δ) Cum itaque ambo, Ioannes Ducas imperator, et Aſanus Ioannes Bulgarorum rex, in vnum, foedere icto, conueniſſent, imperator Lampſacum praeoccupat, et copiis Calliupolin traiicit, adactisque machinis caſtellum inuadit, et non multo poſt e Venetorum manibus recuperat. Poſt haec Aſanus cum vxore *Maria* Vngara, et filia Helena Calliupolim venit, vbi cum imperatore ſermonem conſerit: ibidemque amicitiam vterque confirmant. Hic Helleſpontum non traiicit, ſed in Calliupolis partibus remanſit. Ioannes imperator cum vxore eius et filia Helena Lampſacum, vbi erat Irene imperatrix, remeat. Et puerorum nuptias apparant, cum Germanus patriarcha inter rem diuinam nuptiarum caerimonias abſoluiſſet. Tunc et Trinobi praeſul z) Conſtantinopolitano obnoxius, imperatorio et ſyno- 238.

δ) NICEPHORVS: *Congreſſi ergo circa Cherſoneſum imperator et Aſan, Helenam Aſanis filiam decem annos natam imperatoris filio non-*

238. ACROPOLITA p. 27. et p. 125, 126. Niceph. Greg. l. c.

z) Du Fresne in Notis in Niceph. Greg. p. 722. „vide Ioan. Morin. Lib. 1. exercitat 27. et Leonem Allatium Lib. 1. de Concordia vtriusque eccleſiae cap. 25. n. 5. praeterea Geſta Innocentii III. papae, a quo Trinouitanus archiepiſcopus primas totius Bulgariae et Blachiae conſtitutus ibi legitur p. 36. Edit. Baluz„. Leo Allatius in Notis in Acropolitam, „Conſentit, inquit, Ephraemius in Chronico, τῳ τηνικαυτα ποιμεναρχης Τρινοβȣ τῳ Βȣλγαρικως ὑποκειμενος θρονῳ, ὀυκ ὀιδ᾽ ὁπως κεκριτο συνοδȣ κρισει, θεσπισματι τε τȣ κρατȣντος Αυσονων, τιμην Πατριαρχȣ γε και κλησιν ἐχειν, κηδȣς τινουτων των κρατȣντων ὁι χαριν. Acropolita memoriae lapſu, parum rebus eccleſiaſticis intentus, haec de Ternobi Epiſcopo ſcripſit„.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1253.

ſynodico decreto, vt Aſano Bulgarorum principi affinitatis et amicitiae cauſa gratificarentur, ſuo iure viuere et patriarchae nomine condecorari obtinuit. His ergo ac ſimilibus expletis, imperatrix Irene cum filio ac ſponſa in orientalibus locis verſabatur: Aſani vxor in ſedes ſuas reuerſa eſt.

§. 284.

Ioannes deinceps imperator et Aſanus, conductis copiis, vterque occiduam plagam, quae Latinis parebat, excurrerunt, ingentique inde praeda deportata Scythicam ſolitudinem vniuerſam effecerunt; vrbibus ac regione, vt iureiurando conuenerant, ſibi diuiſis. Callinpolis, cum ante aduentum Aſani expugnata fuiſſet, ſub imperatoris poteſtatem venit. Simili ratione et Madyta, et omnis, cui Cherroneſo nomen eſt; habebat praeterea imperator et Ciſſi caſtrum, et ad fluuium, qui Maritza a multis vocatur, fines extendit: potitus eſt adhaec et monte Gano —. Aſanus dictorum locorum partes
239. ſuperiores ad Aquilonem tenuit. Et ad ipſos vsque Conſtantinopolis muros, Ioanne rege a) in illis adſidente, et intuente, vterque perueniens ingentem timorem Latinis iniecere, resque eorum in extremum diſcrimen adduxere.

Porro cum autumnus praeteriiſſet, et hyems inſtaret, Ioannes imperator atque Aſanus, poſtquam inter ſe de rebus gerendis deliberaſſent, Aſanus quidem domum reuertitur, imperator in orientem transfertur. Cuius filius Theodorus cum adhuc immatura eſſet aetate, vtpote qui annum vndecimum non excederet, cum reginae Helenae nuberet; integer ab imperatrice Irene vna cum puella conſeruabatur; colebantur enim ab ea pueri et informabantur — b).

§. 285.

dum puberi Theodoro Laſcari iuniori coniungunt. Tunc etiam Ternobi epiſcopus liberam iurisdictionem in perpetuum impetrat, cum ad id tempus vsque Primae Iuſtinianae archiepiſcopo, propter veterem illius gentis cognationem, paruiſſet.

239. ACROPOLITA p. 28. et p. 126. a) τȣ Ρηγος Ιωαννȣ. imperatorem nimirum CPl. intelligit, eum, quem alii *Robertum* vocant.

b) Haec breui ante Ioannis [Roberti] imperatoris obitum contigere, vt quae hic ſequuntur docent.

Imp. IOANNE Duca.

§. 285.

a. C. 1237.

ASANVS pactorum, quae cum Ioanne imperatore ſanxerat, pertaeſus, quanam ratione filiam a marito Theodoro imperatore auelleret, et alii collocaret, modum quaerebat: Romanorum namque in meliora progreſſum formidabat, gentis ipſe Romanis obnoxiae occupator. Meditatur itaque cauſam, iuſtam illam quidem atque conſpicuam, vt videbatur, licet expertos rerumque gnaros conſilium hominis non praeteriret: mittit ad imperatorem atque imperatricem legatos, qui referrent, ſe cum vxore, dum Adrianopolin veniſſet, filiolam intueri velle, et paterna neceſſitudine amplecti exoſcularique, aliaque, vt par eſſe videbitur, explere: rurſumque ſe eam ad ſocerum et conſortem thalami remiſſurum. Ioannes imperator et imperatrix Irene etſi fabulam ad amuſſim callerent, et plane technas ac machinas cognoſcerent, mittunt nihilominus ad Aſanum filiam hoc enunciato, Si ille filiam retinuiſſet, et a legitimo coniuge ſeparaſſet, eſſe Deum, qui omnia conſpicit, poenamque iurisiurandi et foede- 240.
rum ſub teſte Deo initorum violatoribus infligit. Sed Bulgarus recepta filia abiit, omnibus eam ſequentibus receſſim cedere coactis, ac, Haemum praetergreſſus, Trinobum contendebat. Cum illacrimaretur filia, eiularetque, ſeque a ſocru imperatrice Irene atque coniuge ſeparatam eſſe, anxie ac nimium indoleret; fama eſt, Aſanum eam ante equi ſui ſagulum collocaſſe, digitisque in faciem percuſſiſſe, minatum acriter, ni ſilentio raptum ferret, quae illi probro eſſent exſecuturum.

§. 286.

PER idem tempus *Scytharum* c) gens — a *Tatarorum* caedibus reliqua, cum filiis et vxoribus, Bulgaris licet reclamantibus, cum innumera eſſet multitudo, vtribus Iſtro ſuperato, Macedoniae loca occuparunt —.

§. 287.

CVM haec ita ſuccederent, Latini quoque perpetuo in nos odio ac furore inflammati, et propter quam in eos Ioannes imperator et

 Aſanus

240. Id. p. 29. et p. 126.

c) Comani hic, vt ſupra, intelligi videntur. conf. *Tom. III. Comanica* §. 31.

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1237.

Aſanus irruptionem fecerant, et vrbium ac oppidorum priuationem magis ac magis infenſi, noſtra aggrediendi — occaſionem quaerebant. — Primum ſibi Aſanum conciliant, cum quo pacem componunt; deinceps Scythas *d)* aduenas — ſibi ſocios allegant. Hinc magis ex Scythis et Bulgaris auxiliaribus copiis recollectis Itali vna
241. omnes ſimul aduerſus Ioannem imperatorem aciem inſtruunt. Et cum prope Tzurulenſe caſtrum eſſet; vires ad id oppugnandum conuertunt, eodemmetipſo Aſano praeſente, cum tot millenis Scytharum et Bulgarorum et Italicis machinis —. Dum obſidetur Tzuruli caſtrum, Aſano derepente nunciatur, vxorem Vngaram in viuis eſſe deſiiſſe. eodem momento et filiolum ipſius et Trinobi epiſcopum obiiſſe: ideo numinis iram ratus, tormenta igne cremat, et quam citiſſime Trinobum redit —.

242. Aſanus ergo poſt dicta aduerſa ac infortunata pie admodum concipiens, propter violatum iusiurandum, quod imperatori Ioanni dederat, et filiam a thalami conſorte Theodoro raptam haec fieri, poenitentia ductus, caduceatores mittit ad imperatorem, ſemet ipſum ſceleris accuſans, et pacta conuenta repoſcens, deprecansque ſibi veniam flagitiorum. Ioannes imperator Ireneque imperatrix, tanquam qui in magis pia ac magis diuina proſpicerent, legatos excipiunt, nec verbis rem prolatando rurſum iusiurandum comprobant, ſponſamque Helenam repetunt, quae ad ſocrum et coniugem redit, et pax iterum inter Romanos et Bulgaros peragitur.

§. 288.

a. C. 1239. *e)*

243. [SEXAGINTA millia Francorum, quos Balduinus imperator ab ipſorum rege contra Romanos auxilia impetrauerat] percurſa Italia per radices Alpium Oſtricium proficiſcuntur, et per Vngriam commigrantes, Iſtrum tranant, et Bulgaris immiſcentur, omnibus tanquam

d) *Comanos* puta.
241. Id. d. 30. et p. 127.
242. Id. p. 31. et p. 127.
243. ACROPOLITA II. cc.

e) Hoc anno Balduinum ex Occidente reuerſum Imperatorem CPli coronatum docent alii.

quam amicis et affinibus vſi; qui et propter ſemet ipſos, nec minus in nos odium amiciſſime a locorum dominis excipiebantur. Bulgari foederibus cum Romanis ſpretis, facultatem Francis fecere per montana ſua tranſeundi, quaſi vi atque factione coacti dediſſent. Sic Tzuruli arx a Latinis oppugnantibus cum Scytharum auxiliaribus copiis rurſum expugnatur.

§. 289.

IMPERATOR vero Ioannes rurſus cum Aſano *f*) pacem ſanxit, 244.
et affinitate ambo vinciebantur. Aſanus quamuis cum iureiurando foedera compoſita non nimis anxie obſeruaret, tanquam qui vel minimo emolumento ſibi propoſito iura violaret, in aperto et ſimulate amicitiam colebat, et, quae amicorum erant, exſequebatur.

Hic ergo vxore, quam Vngaram fuiſſe praenarrauimus, priuatus, filiam Angeli Theodori Irenem, forma conſpicuam et corpore proceram, fratris paterni conſanguinitatem, qui cum filia ſua e pellice ſuſcepta cubabat, haud reueritus, ſibi matrimonio iungit. Erant Theodoro Angelo filii maſculi duo Ioannes et Demetrius, et duae feminae Anna et dicta Irene, quacum Aſanus filios habuit tres Michaelem, Theodoram *g*), Mariam. Propterea vinculis ſolutus Angelus Theodorus, ita genero eius Aſano annuente, Theſſalonicae et 245.
vniuerſae regionis, cui ipſe prius imperabat, imperium recuperare animum induxit, paucisque [militibus] ab Aſano acceptis, cum palam in Manuelem fratrem arma capere non poſſet, clam ingreſſum Theſſalonicae molitur: ſic ſordidis pannis veſtitus vrbem furtiue ingreditur — neque diu poſt rurſus et Theſſalonicam et adiacentia loca et vrbes ſub dominium ditionemque ſuam facit. — fratrem Manuelem abrogato imperio in triremem impoſitum Attaliam ablegauit *h*), con-

244. Id. p. 32. et p. 129.

f) μετα τȣ βασιλεως Ασαν.

g) Cfr. infra §. 290.

245. Id. p. 33. et p. 129.

h) Paulo inferius: *Manuel itaque Attaliam appellens ab Agarenis — humaniſſime excipitur —. Indeque imperatorem* [Ioannem Ducam] *conueniens, et vti genere coniunctus, et deſpota iam olim electus ab imperatore lubenti animo viſitur, cui cum et pecunias et triremes ſex tradidiſſet, in magnam Blachiam* [conf. §. 272.] *prius ab illo iureiurando — accepto, direxit. Vbi Demetriadem Manuel appulit — nullo negotio copias collegit, Pharſalosque, et Lariſſam, et Platamonem ſibi comparauit.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1239.

iugem ad Aſanum patrem remiſit. Aſanus Theodoro ſocero, quam genero Manueli addictior erat: non minus enim ipſe amore coniugis Irenae i), quam Antonius Cleopatrae corripiebatur.

CAPVT XIX.

Res Bulgarorum ſub regibus Callimano et Michaele;

ab a. C. 1245 — 1258.

§. 290.

a. C. 1245. a)

246. COMETA ex eorum ſpecie, quos barbatos dicimus, ante [quam Irene imperatrix moreretur] ſex menſes in borealem plagam apparuit, ſuffecitque menſes tres non vno in loco, ſed alio atque alio diuagatus. Nec multo poſt Bulgarorum princeps Aſanus vita exceſſit, vir inter barbaros optimus, nec propriis modo, ſed alienis etiam optime vſus: humaniorem enim cum aduenis, ad eum concurrentibus, et potiſſimum Romanis, quibus magnifice ſtipendia numerabat, ſe praebuit.

Eo vita functo CALLIMANVS, eius ex Vngara filius, in dominatu ſuccedit. Callimano ſoror erat, cui *Thamari* nomen. Ex filia

i) Huius etiam infra p. 45. meminit Acropolita: *Imperator* [Ioannes Ducas, Theſſalonica occupata] *in porta vrbis, quae in Orientem vergit, ſtetit, aderat et Demetrii* [Theſſalonicae Deſpotae] *ſoror Irene, Bulgarorum Aſani vxor ſupplex, genibus nixa et lacrimabunda exorans, ne frater oculis priuaretur.* —

246. ACROPOLITA p. 34, 35. et p. 130.

a) Sub hoc anno cometae meminerunt alii. Du Cange in Famil. Dalm. obitum Aſanis ad a. C. 1241. Callimani vero ad a. 1245. refert.

lia vero Angeli Aſanus tres filios ſuſceperat, *Michaelem* maſculum, vt diximus, *Mariam* et *Annam* b) feminas. Callimanus paternum regnum capeſſens, foedera cum Ioanne imperatore renouat. Sicque placida in pace omnia quieſcebant.

§. 291.

IMPERATOR ergo Ioannes, Aſano Bulgaro de medio ſublato, et, puero Bulgariae imperante, occaſione arrepta appellationem imperatoriam, qua Ioannes Angeli filius geſtiebat, delere ſibi in animo proponens, primum Theodorum, illius patrem, nuncio ſeductum, ſibi conciliat. — Poſtquam eum in poteſtate habuit, et non contemnendus eſſet e Scythis exercitus, quos non multos ante dies muneribus variisque beneficiis ſibi deuinctos, atque ex immanioribus moribus et Macedonia diſtractos, in orientalem oram deduxerat, ſatis animo certo et confirmato, nihil ſibi incommodi a Bulgaris pertimeſcens, partim propter pacta cum eis inita, partim quod res Bulgarorum a puero regerentur, ex oriente ſoluens, praeternauigato Helleſponto, ſecum vna et Romanorum copiarum et Scytharum auxiliis aduectis, aduerſus Ioannem, Theſſalonicae imperatoris ſibi nomen vindicantem, aciem inſtruit.

§. 292.

IOANNES imperator in oppoſitam e regione continentem atque 247. occiduam, vt vrbes in ea ac oppida resque in illis viſitaret, iter inſtituit, nam ad oppidum, cui nomen Zichnae eſt, prope *Serras*, omnibus dominabatur. Tunc Bulgarorum Aſani filius Callimanus, duo et decem annos natus, principatum tenebat. Cum — imperator — ad flumen Hebrum, prope Beris monaſterium defluentem, et ab indigenis Maritzam vocatum, peruenit — d. 27. aut 28 menſis Septembris — bb) litteris a rerum ſummam Achridae gubernante ad ſe datis certior fit, Callimanum, Bulgarorum principem, vitam finiſſe, nonnullorum ſententia naturali morbo, aliorum ab aduerſariis ad hoc clam

b) Vid. ſupra §. 289. *Theodoram* vocauit.

bb) *Φθινοντος γαρ τριτη ἠ και τεταρτη Σεπτεμβριε ἠν.*

247. Id. p. 39. et p. 132.

clam parato pharmaeo exſtinctum. At hic ſiue hac, ſiue alia ratione ex hominibus ſublatus eſt: nec rumor a veritate aberat; crebris enim nunciis id aſſeuerabatur.

Haec vbi reſciſſet imperator, iter proſequitur, et, Chriſtopolin praetergreſſus, quam celerrime Philippos attingit, ibidemque cum primoribus ſuis conſilium init. An irrumpendum eſſet in Bulgaros,
248. abripiendumque aliquid, quod ab ipſis occupabatur: et, An facili negotio poſſet a nobis Serrarum oppidum expugnari. Quidam imperatori aduerſus Bulgaros bellum diſſuadebant. Non habere eum militem, cum non ad confligendum, ſed ſua ſolummodo viſitatum venerit, tanto proelio parem. Serrarum arcem, primum aggrediendam, cum e planitie emineret, inexpugnabilem eſſe, nec poſſe tantillo exercitu circumſepiri: tormenta in eam vt adigerentur, fieri omnino non poſſe: aggredi vero, et arce tentata repelli, Romanorum robori ac virtuti, cuius adeo praeclara fama in omnes peruaſit probro eſſe, Bulgaros quieſcentes ad proelia concitare minime conducere. Haec imperatorem ab oppugnatione retrahentes, adducebant in medium. Palaeologus Andronicus magnus domeſticus hiſce contraria imperatori conſulebat. Tentandam eſſe Serrarum arcem, ea potitis multum inde vtilitatis futurum, rebus Bulgarorum magis ac magis afflictis, qui iſta ratione legationem pro pace ineunda expeditius admittent, cum a nullo regantur, et infantis Michaelis, ex Irene Angeli Theodori filia Aſano ſuſcepti, dominationem ſubituri. Quod ſi caſtrum, ita ferente fortuna, nobis non ceſſerit; quid inde Romanorum imperio incommodi impendet? rem experti, ceſſabimus, rurſumque viros ad Bulgaros legabimus, qui, ab infante, ne nomine quidem pugnae conſcio, gubernati, lubentiſſime legatis animum aduertent. Quilibet vero, quietis commoda ſibi repraeſentans, pacem exoptat.

§. 293.

Optime omnium magnum domeſticum conſuluiſſe, imperatori viſum eſt, et ad Serras iter, vt vt potuit, ingreditur, proximeque accedens, tentoriis ſtructis, caſtrametatur, non exercitus, viribus fidens

248. Id. p. 40. et p. 132.

dens, quem exiguum ac puſillum fuiſſe diximus; hinc militaribus artibus ac inſidiis vrbem aggreditur. Serrae antiquo aeuo ciuitas maxima, poſtmodum a Joanne Bulgaro vna cum aliis Macedonicis vrbibus obſidione ſepta, ſoloque aequata, vicus veluti apertus proſtabat. arce tantum muris circumſepta, ſicque accommodata, vt bellum poſſet excipere: illius cuſtodiae vir Bulgarus, *Dragotas* nomine, Melenici ſedem habens, inuigilabat. Cum ergo Serrarum vrbs inferior abſque moenibus eſſet, quippe quae ſaxis tantum abſque calce, nec iis in altitudinem ſublatis, in locis murorum quaſſatis, diſiectisque c) cingebatur, mercede conductos militum famulos, quos Tzucalonas d) vulgus lingua propria nominat, in vnum congregans im-
perator, ad eam occupandam — incitauit. Hi cum locum aditu fa- 249.
cilem vidiſſent, acceptis ſagittis et enſibus, et nonnullis tabulis in modum ſcuti ex tempore, quibus corpus defenderent, detornatis, claſſicum concinentes in vrbem ipſo clamore irrumpunt, et non poſt multas horas introeunt: obuia quaeque rapiunt. Ex ciuibus quicunque in arcem non conuolarunt, ſupplices ad imperatorem egrediuntur. Arcis praefectus Dragotas, homo Bulgarus, et per multum tempus ad tuendas ac defendendas arces plane ineptus dd), vbi audiit inferiorem vrbem captam, nec non domini ſui obitum, ita fauente fortuna, non diu ſuſtinens, imperatori de arce dedenda ſignificat. Et ſic arx illico imperatorem agnouit. Dragotas purpurea chlaena auro contexta amicitur, et ſtaterum aureorum vim non contemnendam accipit. Proinde magnificas admodum maximeque veras de Melenico promiſſiones imperatori fecit e).

§. 294.

His omnibus ab imperatore Dragotas acceptis, et quaſi eſca aliis expoſitus, diſceſſit: atque Melenicum veniens omnia ad accolas refert, eosque, vt imperatori ſe dedant, non haec in aperto ediſſerens

c) τα τε θραυσμενα ταχα.
d) τζελκωνας.
249. Id. p. 41. et p. 132.

dd) και ἡκιστα πεπαιδευμενος, αστη χρονιως διαφυλατταν.
e) In Chron. Comp. *Spondetque ſe etiam Melenicum traditurum.*

rens, ſed clam cum pluribus ſermonem communicans, adhortatur. Cum autem, qui oppidum gubernabat, *Nicolaus Litoboës* f) aegrotus lecto pedum doloribus teneretur, libere omnes arbitratu ſuo res, quas ipſi vellent, agebant. Inter hos Nicolaus Manclauites g), ex nobilioribus vnus Melenici incolis, vir audax, et pro re nata, vti tempus daret, varie ſe effingendi ſagax ac perſpicax, quae a Dragota moliebantur, deprehenſis, ac cognito ſe poſſe imperatori promiſſa efficere, ſi multitudinis potiorem partem in ſententiam ſuam traxiſſet, ab occultis colloquiis ſeſe retrahens, palam omnibus vtilia edixit.

„Pueri Callimani, inquiens, principatu iniqua perpeſſi ſumus, ea tamen ſpe, nos, ſi puer in virum euaſiſſet, tantae tolerantiae praemia recepturos, poſtquam ille aetatem illam, quae virum probum a malo ſecernere poteſt, attigiſſet; ſed cum id aduerſa fortuna amiſimus, et infantulus alius ad regendos Bulgaros praeponatur, omni ſtulto ſtultiores eſſemus, ſi aliis rurſum infortuniis noſmet ipſos dederimus, tanquam qui in omne aeuum abſque principe, re omnium pernicioſiſſima, viuere vellemus. Sed quando Romanorum imperator ad nos acceſſit, nos illi fido domino, et virum probum ac
850. malum optime cognoſcenti, tradere debemus. Ipſe ius ab antiquo in nos obtinet; locus ſiquidem hic noſter imperii Romani eſt. Bulgari vero, alienis auaritia raptis, Melenicum quoque occuparunt. Nos omnes ex Philippopoli orti primordia quoque generis liquido ducimus ex Romanis h). quinimo et Romanorum imperator, licet Bulgari eſſemus i), ius tamen in nos habet. Filius quippe illius et imperator, Theodorus, cum Aſano, Bulgarorum principe, affinitate coniungitur. Et nunc regis Aſani filia domina a Romanis nuncupatur, et eſt. His itaque omnibus verba luculenta in pauca conferentes, ad eum recurrere debemus, colla illi noſtra ſeruitute conſtituta addicere. Sapientum namque regum ac ſenum iugum ſuaue eſt, multoque leuius, quam infantum „.

His

f) Λιτοβοης Νικολαος in Chron. Comp. Λιτοβοας vocatur.

g) Lacuna ſequitur in Chronico Compendiario. 250. Id. p. 42.

h) καθαροι το γενος Ρωμαιοι.

i) και ει Βουλγαροις προσεχωρουμεν.

His ſine vllo labore ac moleſtia omnibus ſuaſit, vt imperatoris partes ſequerentur: quare ex ciuibus nonnullos, clam quidem, vt videre erat, ſed plurimis tamen cognitos legant, et in foedus cum imperatore coëunt. Et Bulla aurea, qua res geſtae deſcribebantur, per eosdem legatos imperatoris iuſſu ad Melenici defertur ciues, qui vna omnes ſimul, ſiue ex primoribus, ſiue militiae adſcriptis, ſiue celebrioribus, ſiue etiam habitatoribus in vnum conſpirantes k) ad imperatorem apud Labisdam (locum ſic appellant) commorantem viri comti ac nobiles, et ex ſolo aſpectu venerandi ac honoribus digni ſupra quingentos feſtinant. Vt ipſe eos vidi, ita locutus ſum, „Quaenam nobis pugna viros ſubegit, aut quot equitum phalanges tot deuicerunt? ſed melioris praeſidio facillime et quae vix vnquam vinci poterant, debellantur„ —.

§. 295.

Tunc imperator nulla mora multarum vrbium multorumque oppidorum abſque proelio, abſque vllius caede — placide ac quiete — dominationem adeptus eſt. *Stenimachus* enim et *Tzepaena*, et quot- 251.
quot Rhodopes monti oppidula vicique adiacent, tributaria habuit, et imperatoris ac Bulgarorum fines Hebrus fluuius terminauit. In boreali plaga *Stumpium*, *Chotobos*, caſtra munitione valida, et *Belebudii* l) locus imperatori ceſſerant: nec non Scopia et *Beleſus*, caeteraque vsque Prilapum et Pelagonios agros: item *Neuſtapolis* et Proſacus ſeſe ſubiecerant: et ſuper his Bulgarorum rex et imperator ſic conuenerant, vt imperator ſcilicet his et ſolis contentus, nihil vlterius attentaret m).

Et haec quidem ita peracta ſunt. Ipſe in ſcribendis epiſtolis operam nauabam, ſingulis vrbibus ac oppidis captis ſcribens et imperatorium ſigillum imprimens. —

k) Haec rurſus in Chronico compendiario leguntur: *Imperator Balabiſdae caſtra poſuerat* &c.
251. Id, p. 43. et. p. 132, 133.

l) In Chron. Comp. Βελεβεσδιον vocatur.

m) In Chron. Comp. και σπονδας τε εκ Βυλγαρων δεξαμενος, ως μεχρι τετων στη, ανεσχεν. *et ſponſionibus datis acceptisque a Bulgaris, illa non ſe praetergreſſuros, nihil vltra attentauit.*

Imp. IOANNE *Duca.*

§. 296.

a. C. 1245.—1255.

252. [CVM imperator Michaelis deſpotae et patrui eius Angeli Theodori] conſpirationem reſciuiſſet, ſibique poſt CP. captam nullos alios praeter hos aduerſarios ſibi infenſos exiſtimaret, et pace Muſulmanica frueretur, et conatus Bulgarorum quieſcerent, — Helleſpontum tranſit.

§. 297.

253. [MORTVO Demetrio Tornicio, quidam] non ideo, inquit, res noſtrae male ſe habebunt. Namque magnus domeſticus [Andronicus Comnenus Palaeologus] Theſſalonicae degens, illam moderatur. Et hic ipſe Comnenus Michael, illius filius, noſtris vrbibus operam praeſtat. — Praeterea Callimani Bulgari ſoror Thamar, nulli nupta, matrimonio Michaeli Comneno iungetur. Et ſic inter nos ac Bulgaros pax conciliabitur.

Imp. THEODORO *Laſc.* *II.*

§. 298.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

a. C. 1256.[m])

254. *α*) BVLGARORVM princeps MICHAEL, vxoris Theodori imperatoris frater, ſocero illius Ioanni Aſano ex Angeli Theodori filia ſuſceptus, Ioannis imperatoris obitu nunciato, cum occiduas partes imperatoriis copiis nudas orbasque conſpiceret, animoque agitaſſet, regionem et in ea oppida, ab imperatore Ioanne Bulgaris ſurrepta, ad Bulgarorum rurſus dominatum, quod iam diu Bulgarorum cordi inhae-

α) NICEPHORVS: *Bulgarorum princeps, vt primum imperatoris mortem audierat, foederis, quod cum illo fecerat, rumpendi conſilia agitans, Romanae ditionis appidula in Thracia continentibus incurſionibus ita vexabat, vt non paucis ad montem Rhodopen ſitis potiretur.*

252. Id. p. 48, 49.
253. Id. p. 51.
254. ACROPOLITA p. 58. et p. 138. Niceph. Gregoras T. I. p. 32.

m) Obiit a. C. 1255. Ioannes Ducas. ad annum ſequentem vero Bulgarorum irruptionem refert Caluiſius.

haeſerat, reuocare, remque pro tempore opportunam, vt ſibi videbatur, ratus, Haemo prodiens, tranſnatoque Hebro, pauciſſimo tempore multarum regionum potitus eſt, multaque oppida nullo cum labore ſibi deuinxit. Bulgari ſiquidem habitatores, externorum n) iugo deiecto, generis conſortibus accurrebant; arces ſolo Romanorum praeſidio munitae cum ad repellendos hoſtium impetus non ſufficerent, in poteſtatem Bulgarorum nullo negotio ceciderunt; partim timore perculſis, et deditionem arcium pro ſalute et domum abitione prodentibus, partim, repentinae Bulgarorum irruptioni cum obuiam ire non poſſent, aufugientibus, easque cuſtodibus vacuas deſerentibus, aliis etiam temporis longinquitate defeſſis, cum praeter modum cuſtodiae terminus illis protraheretur. 'Pleraeque etiam arcium imperfectae, viris et reliquis neceſſariis parum munitae praeda hoſtibus patuerunt o).

E veſtigio itaque expugnatae ſunt Stenimachus, Periſtitza, Cryzimus, Tzepaena, et Achridis, praeter Mniacum, quod vel ſolum Romanis deuotum perſeuerauerat, omnia. Praeterea Vſtra, Perperacium, Cribus, et, quod Adrianopoli adiacet, Ephrem, Bulgaris ceſſere.

§. 299.

Haec vbi ita facta ſunt, et in occiduis partibus rebus Romanorum in diſcrimen adactis, cum fama ad imperatoris etiam aures peruolaſſet, et praeſentibus malis atrociora inde ventura repraeſentaſſet, qui in aula erant, nimis conturbati ſunt, quippe qui ſcirent, 'potiſſimam occidentis partem in Bulgaros eſſe propenſam p), tanquam quae a Romanis iampridem defeciſſet, et recenter a Ioanne imperatore debellata, nondum ſolida ac firma in dominio conſtaret, ſed continua in Romanos odia clanculum exerceret. Propterea imperator etiam ipſe rebus anxie aeſtuabat, ſi tam miſere poteſtatis il- 255.
lius initio haberentur. Illis ergo, qui dignitate fulgebant, et exercitu-

n) των ἀλλογλωσσων.

o) τα πλειω δε των ἀςεων και ἀπεριποιητα ᾖν και των χρειωδων ὁπλων ἀμοιρα.

p) ὡς τα πλειω των δυτικων μερων Βουλγαροις ὀικειουνται.

255. ACROPOLITA p. 59. et p. 138.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

a. C. 1256.

cituum ductoribus, inter quos et ex suo imperatore Theodoro patrui Manuel et Michael aduenerant, conuocatis, conſilium init, quid ſibi, vt malo occurreret, agendum eſſet.

Potior eorum pars in eam iuit ſententiam, vt imperator Helleſponto ſuperato impetum Bulgarorum comprimeret. Sed hoc principis patruis haud arridebat. — Proponebant itaque illi, non eſſe operae pretium imperatorem in occaſum progredi, quod eae partes male afflictarentur, et abſque remedio vehementer laborarent. Copias eſſe imperatoris exiles ac tenues, nec regio apparatu ſuppares, cum tempus hibernum impedimento eſſet, ne cogerentur in vnum. Praeterea imperatorem loco moueri, neque nomini ſuo, neque exſpectationi hominum dignum quippiam efficere, non tantum hoſtibus ablata confirmant, ſed et reliqua, ſummo aduerſariorum incremento, rerumque Romanorum imminutione, diſperdunt ac diſſipant. Et haec quidem iſti. Verum Georgius Muzalo, apprime illi carus, qui magni domeſtici munere fungebatur, imperatorium progreſſum non conſulere modo, ſed etiam cogere, ne quae in occaſu erant omnia, vel maior eorum pars, in inimicorum poteſtatem venirent. Alii etiam non pauci viri celebres in magni domeſtici ſententiam iuerant.

§. 300.

1256 β) Igitur praelatum eſt plurimorum conſilium. Maxime vero imperatoris ingens cupido, ac animi ardor ad itionem impenſe exagitatus, obuios quosque promtosque, puſillum ſane exercitum, eosque

β) NICEPHORVS: *Deinde ſub Pleiadum exortum Helleſpontum traiicit, exercitum paterno longe maiorem ſecum adducens. Nec enim eos tantum, qui militiae deſtinati erant, ſed venationis etiam miniſtros — militare omnes iuſſit. Caeterum Bulgarorum princeps, tanto imperatoris apparatu audito, graui terrore percelli coepit, et variis ſubinde cogitationibus aeſtuauit. Cum autem armis decernere nullo modo poſſet, tum quod exercitum non haberet hoſtili parem, quem poſſet opponere tantae bellatorum multitudini, graui et ſplendida armatura inſtructae: tum quod imperatorem aetate florentem gloriae ſtudio flagrare, et deſtinata ſtrenue at-*

1256. Id. p. 60. et p. 138. Niceph. Greg. T. I. p. 32.

que, qui inter ambulandum occurrebant, alios etiam, qui a via non aberant, armis tamen equisque caeteros conſequi valentes collegit, quos ſecum portans Helleſpontum traiicit, magno domeſtico in oriente relicto. Hinc feſtinans Adrianopolin venit, ibique vnico die commoratus, poſtero die egreditur.

Interim ex Bulgarorum ſpeculatoribus vnus, imperatorem intuitus Adrianopoli exſilientem, citato curſu ad Bulgarum fertur. Ille etenim circa Hebrum caſtra poſuerat, et rem aperit, imperatoriſque in eum celerem irruptionem exponit, atque iureiurando confirmabat, ſemet oculis propriis imperatorem pontem fluminis Hebri vrbi proximum petranſeuntem conſpexiſſe. Hoc quidem Bulgaros turbauit, non ita tamen, vt loco, in quo caſtra fixerant, ſe mouerent, quem retinebant mordicus, quousque accuratius pleniusque de his, quae rumor attulerat, certiores fierent.

§. 301.

Sed nec imperatorem Bulgarorum tentoria fugiebant, cum locum, in quo exercitus eſſet, addidiciſſet. Igitur celeriter iter ingredi, equorum greſſus properos vrgere, ſummisque votis optare Bulgaricis copiis occurrere. Sic ergo irruens forte fortuna ab inſtituto abducitur. Qui enim Romanis copiis praeibant, in Bulgarici exercitus cuſtodes incidunt, quorum pleroſque enſe trucidant, alios viuos capiunt, inter eos et cui ſumma belli credita fuerat, caeteri fuga ſibi conſulentes ſumma nocte in Bulgaricum exercitum reuertuntur, num-

que alacriter exſequi cerneret; tandem, quid e re ſua eſſet, animaduertit, et priſtinum foedus renouari poſtulauit. Sperabat videlicet, imperatorem facile ſibi reconciliatum iri, quod is ſororem ſuam in matrimonio haberet. Sciebat praeterea, famam veniſſe ex Theſſalia de foedifrago Michaele, quae imperatorem per vim abſtraheret, cogeretque illuc celerrime proficiſci ad res ſuas ſtabiliendas, antequam Michael omnia ſibi ſubieciſſet; quae res vel imprimis ad impetrandam pacem adiumento ſibi futura eſſet. Igitur legatis ad imperatorem miſſis ſpe facilius pacem impetrauit, reſtitutis omnibus caſtellis, quae poſt violatum foedus Romanis interceperat.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

nunciantque omnia, et iam imminere imperatorem contendunt. Quare vti quisque Bulgarorum potuit, eorumque princeps in equum inſiliens, in interiora Bulgariae regionis loca ſeſe recipere, et cum per loca arboribus frequentibus conſita abigerentur, arborum ramis facies, quod et Bulgarus paſſus eſt, dilacerari: 'nonnulli etiam ex ipſis, ſagis omiſſis, equis calcar addere q), qui ſic in fugam dati Romanorum ictus declinarunt.

§. 302.

Mane cum locum occupaſſet imperator, et militaribus copiis vacuum comperiſſet, indoluit ſane, ſed praeſtare aliquid haud potuit: tamen conſilio inito Beroen proficiſcitur, primoque appulſu oppidum capit. Nam murus vndique lacer corruerat, multisque
257. patebat hiatibus; cum et hoc quoque cum reliquis Romanorum oppidis a Bulagaro ſolo aequatum fuiſſet, licet perticis et lignis ex plauſtris accolae illud muniiſſe viderentur. Cibis itaque et equi et milites cumulate abundarunt; oppidum enim pabulorum omnium abundantia circumfluebat.

Fortaſſe etiam imperator vlterius proceſſiſſet, et circa Haemum et in eo ſita oppida incurſionem feciſſet, timorem enim, nec eum puſillum, Bulgaris incuſſerat, niſi tempeſtas aſperrima, ex improuiſo irrumpens, impetum ardoremque reſtinxiſſet. Ingens etenim nix infuſa terrae faciem obtexit, et in aliena ac hoſtili terra exercitus Romanos diutius immorari 'non aequi conſultores laudabant r). Sex itaque dies ibi imperator commoratus, 'cum nihil ſuppeteret agendum s), omnia Beroes, viros, mulieres, infantes, pecudes, boues, et quicquid loco moueri poterat, depopulatus. Adrianopolin redit.

§. 303.

Ibi recollecto non contemnendo exercitu, ad Achridae oppida, quae paulo ante Bulgari ſubegerant, ſi forte rurſum ditioni Romanorum

q) ἐνιοι δε ἀυτων καὶ γυμνοις ἐφεστριδων εἰς την ὀχααν τοις ἱπποις ἐχρησαντο.

257. ACROPOLITA p. 61. et p. 138, 139.

r) ὀυ κάλον ἐδοκει τοις ξυμβελευασιν.

s) ἐπει ἐιχε τι ἑτερον δρασαι.

a. C. 1256.

norum redderentur, tranſmittit. Duces Romani, cum copiis aduecti, tormentis ac machinis facili negotio loca expugnant. Bulgari enim vel ſolo hoſtium conſpectu, et bellicarum rerum conflictu, arcium cuſtodia neglecta, fugam arripiunt. Quare paruo tempore potiſſima quaeque eorum occupata ſunt. Imperator etiam proprio milite coacto ad Rodopeia oppida gradum facit, cepitque machinis adactis Periſtitzam, poſtea Stenimachum, tandem Cytzimum, propugnacula omnia in faciem Rodopes montis ſita, quae retro poſita cuſtodiunt. Tzepaenam quoque profectus eſt ipſo vigore hiemis. Verum loci aſperitas ac temporis rigor neque minimum in ea morari conceſſit.

§. 304.

a. C. 1257.

258 SED vbi ver appetebat, ad Strategopulum Alexium et Conſtantinum Tornicem, cui magni primicerii dignitatem Ioannes imperator conceſſerat, apud Serras exſiſtentes, et exercitu potentes, mandatorum libellum dedit, vt, in vnum vniuerſo milite collecto, Tzepaenam progrederentur. Quod et exſecuti ſunt; ſed in eo conatu mali copiarum ductores eſſe deprehenduntur: nam cum neque in hoſtiles copias incidiſſent, neque viros eos, cum quibus arma conſerere debebant, tantum ſonis et ſtrepitibus auditis corneisque fragoribus hauſtis, turpiter ſeſe coniecerunt in fugam, apparatu omni bellico et ex equis plurimis Bulgarorum paſtoribus ac porcariis derelictis. Hac illi ratione fugientes equis armisque deſtituti rurſum Serras peruenere. Propterea imperator ira furoreque percitus imperauit eisdem, vt modo, quo receſſerant conflictum eundem atque pugnam exciperent; at illi tanto conatui pares non erant.

§. 305.

Haec cum ita eueniſſent, grauius quippiam ſuperuenit, quod ingentem aduerſus Romanos noxam minabatur. Nam Meleniciotici exercitus praefectus, cui *Dragogas* t) nomen fuit, et natura quidem

258. Id. p. 61, 62. et p. 139.

t) Δραγωγας τ'ουνομα in Chron. Compend. *Dragotas* (Δραγωτας) vt ſupra §. 293. et infra §. 306.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1257.

dem veluti Bulgarus Romanis infenſus, et praeter innatum odium propter Ioannem imperatorem magis ac magis alienus v); namque ingentia ab eo ſperans, et quae ab imperatore Ioanne acceperat, multa licet atque magnifica, haud tanti aeſtimans, palam defectionem meditatur. Et iam omnibus e Melenico militibus coactis, aliisque nec non etiam ex circumiacentibus locis plurimis Melenici moenia circumuenit, et obſidione cingit, 'et oppugnare totis viribus contendit x). Arcis cuſtodia demandata erat Neſtongo Theodoro et Angelo Ioanni, ad defendendum oppida hoſtesque debellandos aptiſſimis. Oppidani, licet neceſſariis rebus abundarent, aquae tamen inopia laborabant, aeſtiuo tempore prae caeteris ad tolerandum maxime arduum ac difficillimum. Illi, neque enim prorſus defecerat aqua, fortiter aduerſariis reſiſtere, ſagittis ferire, lapidum iactu inceſſere, et omnium armorum genere impetum ſuſtinere.

Horum certior factus imperator, — celeritate qua potuit militiis in vnum coactis, die duodecimo — Serras aduenit: atque ibi cum pernoctaſſet, poſtero die ſummo mane recenſitis copiis, pedites ac ſagittarios praeire iuſſit, cum accepiſſet, difficilem *Ropelii* tranſitum, per quem flumen Strymo duobus occluſus montibus praeterfluit, adeo vt vix per viam currus praeteriret, flumine tranſitum quam anguſtiſſimum efficiente, ideoque locum cliſuras vulgus appel-
259. lauit, a Bulgaro milite equitibus quidem haud multis, peditibus plurimis, cuſtodiri. 'Bulgari enim palis loriſque praemunitas fores in illis aperuerant y), vt expugnari quidem et difficultate loci, et per ipſos ex arte reliqua abſoluta munitione, minime poſſet.

§. 306.

Hoc ita ſe habere vbi reſciuit imperator, iter ad locum accelerauit, et rem veram eſſe, quam audiuerat, comperit. Expeditam itaque

v) ετι δε και πλειω φερων τα φρονημα δια την προς τον βασιλεα [hic quidem interpres perperam addit *Ioannem*, Theodorus Laſc. II. enim intelligitur] απεχθειαν.

x) και εφιλονεικει πορθειν.

259. Id. p. 63. et p. 139.

y) οι γαρ Βουλγαροι και πυλας εν αυταις κατεσκευασαν μοχλοις και κλειθροις ησφαλισμενας.

itaque exercitu, quae ſufficere videbatur, cohortem ſeparatam ſupra Bulgarorum capita montem aſcendere praecepit, vt a ſuperioribus ac opportunioribus locis Bulgaros in humilioribus repentes ferirent. Dicto citius audiunt. Namque mons ille frequentibus arboribus conſitus viam peditibus ſternebat. Equitibus aduerſum portas pugnam conſerere mandat. Verum vbi Bulgari ex collium eminentiori facie ſpicula emitti, atque ſtataria pugna ex aduerſo vrgeri ſeſe deprehendunt, resque ſuas in extrema fortuna collocatas conſpiciunt, in fugam ſe dedunt. Imperatoriae cohortes inſecutae, quamplurimos contrucidarunt, reliqui curſu in tentoriis Bulgaricis ſaluti conſuluere, imperatoris res geſtas, et quae ipſi paſſi fuiſſent, enunciare, qui improuiſo nuncio et repentinis cladibus conturbati, vti poterat quilibet in oblatum ſibi equum conſcendens fugit: et cum fugae tempore luna ſileret, locus difficilis, nec viae eſſent in promtu, alii equis decidere, alii eos pedibus conculcatos interimere, alii e ſagis per praecipitia eiaculari, alii alio modo vitam miſere amittere, adeo vt ex illis pauci ad Bulgaros regreſſi fuerint. Per id etiam tempus Dragotas Bulgarorum ductor, defectionis auctor, equorum pedibus corpus totum dilaceratus, tertio die leto malo emoritur. Imperator ea nocte in oppidum appellens, cuſtodes alloquitur, qui eum libentiſſime excipere, dein plauſu et acclamationibus ingentique praeconio conſalutare et celerem aquilam appellare.

§. 307.

Rebus itaque, vti par erat, diſpoſitis, imperator, nec non eorum, qui defecerant, vxoribus ac filiis oppido in exſilium miſſis, et vniuerſa eorum ſupellectile fiſco ſublatis, Melenico diſcedens, Theſſalonicam aduehitur, inde Bardarium tranſiens parumque Bodena traiiciens caſtra collocat: quando et morbo hedrico laborauit. Morbus hic per milites etiam diuagatus eſt. Ibi itaque tantum vt malo mederetur cunctatus, Prilapum petiit, vbi decenter rebus conſtructis, machinis comparatis, tormentisque, quas Helepoles vocant, cum vehiculis circumlatis, Beleſum adproperat, ac [vt] oppidum obſidione ex hoſtium manibus ereptum ſibi vidicaret. Illi vel ſola imperatoris 260.

 irrupti-

260. Id. p. 64. et p. 139, 140.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1257.

irruptione attoniti, cum neque tormentorum applicationem ſuſtinuiſſent, de pace pactiones faciunt, vt ſcilicet nulla eis inferretur noxa, ſed cum armis et ſupellectile ipſis exitus pateret liber ciuitatis, pactis ſacramento ab imperatore confirmatis, Beleſo egrediuntur. Quos vbi conſpexit plures numero, cum quingenti numerarentur, ingenti corpore conſpicuos, formaque egregios; facti eum coeperat poenitere, quando tot ac tales in inimicorum ſe protruderent loca, Romanis hoſtes futuri: ſed iureiurando obſtrictus, libertatem, quam promiſerat, conceſſit,

§. 308.

Inde cum toto exercitu exiens, per Neuſtapolin iter arripit, loca arida et habitationum vacua et multitudini copiarum imperuia. Exercitus itaque panis inopia per plures laborauit, et maior equorum pars per duos dies aquam non deguſtauerat. Nos Strummitzae oppidum praetergreſſi, et per Melenici loca gradientes, rurſus Serras deuenimus. — Caſtella et oppida ab hoſtibus z) occupata, duobus exceptis, omnia imperator recuperarat, quorum alterum valde exiguum in collibus Achridae ſitum, Patmon nomine, nullo deinceps negotio a Philanthropeno Alexio Duca, in cuſtodiam Achridanae regionis ab imperatore relicto, expugnatum eſt, alterum, Tzepaena, firmiſſime ſeptum munitumque in ipſo maximorum montium Haemi Rodopesque, inter quos Hebrus fluuius praeterfluit, concurſu.

§. 309.

Imperator, quod non horum, ſicuti caeterorum, potitus fuiſ-
261. ſet, 'quae vbi potiora ſubdi nequiuerant a), aegre angi, ſed Tzepaena potiſſimum exagitari atque animo diſcruciari. Quare in eam expeditionem maturauit, et vires voluit experiri ſuas, ſi quidem proficerent: elapſa iam aeſtate, extremi ſub caſum autumni, — motis Adrianopoli cohortibus vniuerſis, — Tzepaenam ferebatur: manſiones quatuor emenſus miles, in locum, cui ex forma ab hominibus, qui primum conſpexerant, appoſite nomen Macrolibada inditum fuit, adeo-

z) παρα των Βουλγαρων.

a) ἀλλ᾽ ἔτι της χωρας αὐτου κρατειν, φανεντα ἔξω τυγχανειν.

261. Id. p. 65. et p. 140.

aduehitur: ibi foeda tempeſtas coelo deiecta — mane imperatori atrox negotium faceſſit: locus enim erat habitatoribus vacuus: hoſtes inſtabant proximi, et, de qua timebat, neceſſariorum inopia — non minimum animum excruciabat.

§. 310.

Tantis difficultatibus conflictatus, copiarum, non Romanorum modo, ſed ex aliis gentibus Latinorum ac Scytharum duces aduocat, deque agendis conſulit. Omnes fere in id conuenerunt, vt Adrianopolin remearent, — alii, quorum meliora iudicia cenſuerat imperator, aduerſari: „Iter enim, aiebant, retro nos ad Adrianopolin ducens exaequat illud, quod ante ad Stenimachi oppidum fert, et 262.
quemadmodum ibi neceſſariorum copia, ſic et Stenimachi affluit. Vbi ita egerimus, neque tempeſtatis aſperitate retro cogi iudicabimur„. Dictum approbauit imperator. Et cum acris hiems miteſceret, niuisque impetus ſtetiſſet, poſtero die receptui ſignum dari iuſſit.

Inde copiarum cohortes deſumens Stenimachum contendit, et, cum ibidem exercitum exſaturaſſet, recta Tzepaenam iter dirigit, peruenitque tandem in oppidum *Vatcunium*, quod per plures dies maximo exercitui abunde effuſeque poſſet alimenta ſuppeditare. Ex eo patruum ſuum, Michaelem Laſcarim, qui, monachis nomine dato, nomen ſibi Maximi aſſumſerat, et Allagii praefectum, Conſtantinum Margaritem, locum inuiſere iuſſit, referreque, ſi quis ad eum aditus militi facilis pateret. Iſti oculati, omnibus loci partibus perpenſis, aſcenſum facilem eſſe nunciant, et maxime Conſtantinus Margarites, licet alii, qui loca optime nouerant, contradicerent. Illius ſermonibus fretus imperator, cum vniuerſo exercitu aſcenſum tentat. Locus erat praeruptus et arduus aſcenſu; glacies per vniuerſam viam conglomerata et laeuitate lubrica greſſui properanti obſtabat, ſpiſſae arbores ac foliis denſae culmen occuparant. Cohortes tota nocte focis accenſis calefieri: plerorumque enim famuli cum attegiis dominos comperire non poterant. — Verum vt nox praeteriit, et dies coepit, oppidum haud facile obſideri poſſe cognoſcens, militem in plani-

262. Id. p. 66. et p. 140.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1257.

planitiem deſcendere iuſſit: illi deſcenderunt. Imperator cuſtos poſt eos cum exigua militum, quibus corporis cuſtodia demandata erat, eorumque iuuenum, manu remanſerat; dein et ipſe, quemadmodum et reliqui, pedes, neque enim erat equo inſidentem per collis praerupta iter agere, in campum deuenit.

Ibique per duos dies cunctatus, et Vatcunium depopulatus, rurſus Adrianopolin, indeque Didymotoechum repetit. Vbi exercitus
263. ductores eligit Manuelem Laſcarim, — et Conſtantinum Margaritem, —. His aliisque multis ducibus cuſtodiam regionis tradidit, et militem rei ſupparem aſſignauit, illis conditionibus, ne ipſi hoſtium pugnam, ſi cum Scythis illi auxiliariis, id namque fama praeuulgatum fuerat, in eos impetum facerent, aduerſo marte ſuſtinerent. Quod ſi illi regionem direptam iuiſſent, ipſi Didymotoechi praeſidio firmiſſimo fulti quieſcerent. Oppidum enim flumine quoque Hebro munitum erat; eosdem inter ea loca caſtra ponere praeceperat, ni exiguus admodum miles in regionem irrumperet, tum enim fidenter arma mouerent. His praeſcriptis imperator Helleſpontum transfretans apud Lampſacum tentorium figit. — Poſt non multos dies Nymphaeum ingreditur, ibique hibernat.

§. 311.

a. C. 1258.

264. SED vere iam appetente exercitu ingenti conflato, — ad transfretandum Helleſpontum Lampſacum proficiſcitur, quos etiam Didymotoechi reliquerat incolumes, vt illis mandauerat, offendere, illisque maximum exercitum maiorem facere ſperans. At illos ducum peruerſa conſilia, prudentiae et fidelitatis vacua attriuerant. Quandoquidem Bulgarorum princeps, longius abeſſe imperatorem cognoſcens, auxiliariam ſibi Scytharum manum adſcitam, ‘ad bona oppugnanda *b*) timoremque Romanis incutiendum, in Macedoniae loca amandat. Eorum numerus non vltra quatuor millia, vt rerum gnari

Scythae

263. Id. p. 67. et p. 140.

b) κέρδους τε χάριν.

264. ACROPOLITA p. 68. et p. 140.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1258.

Scythae referebant, fuit, nonnulli plures, alii pauciores affirmabant. Scythae Adrianopolin praetercurrentes, quae circa flumen, cui nomen *Reginae* c) eſt, et circum Didymotoechum oppida omnia praedis ac rapinis vaſtabant. Exercitui apud Didymotoechum praefecti, neglectis imperatoriis mandatis arma ſumentes, in Scythas irruunt. Romani pro ſuo more graui armatura praecincti erant, Scythae leui et ſagittarii. Quare de longinquo iſti iaculis Romanos inceſſere, equos ſauciare, et graui caſu ex equitibus pedites facere, tandem fugare. Itaque Manuel Laſcaris equo velociſſimo, quem Chryſopedem dicebat, fuga ſeſe Adrianopolin intruſit. Conſtantinus Margarites et cum eo plures alii, cohortium capita, Bulgaris a Scythis venundati capti ſunt.

§. 312.

De his certior factus imperator indoluit, maturiusque in Bulgarophygi locum feſtinauit, et greſſum intendens feſtinationem accelerauit: ſed ſpeculatoribus, Scytharum exercitum prope eſſe, denunciantibus, vbi eos palantes audiuit, eo vniuerſum exercitum mouet, et vno die quadringentas et amplius manſiones d) permenſus eſt: attamen in eos non incidit; celeri enim e) aduentu imperatoris cognito, citato curſu fugam arripuerunt, et plerique eorum et nationis celebriores circa Bizyae loca trucidati ſunt. Spe fruſtratus imperator, in fluuio, cui Reginae nomen, caſtrametatur, ibique vniuerſum cogit exercitum, inſolentem ſane atque ampliſſimum.

§. 313.

BVLGARORVM interim princeps, vbi aduerſum Romanos, imperatoris cum tam vbere milite in occidentem acceſſu illiusque vicinitate, proficere quicquam non poſſet, amicitiam et foedus petiit, et *Roſum Vrum* ſocerum, Vngariae regis generum, cuius arbitratu communibus negotiis conſuleretur, deſtinat, prius tamen legati, ad imperatorem praemiſſi, profectionem ad eum Vri, vt abſque timo-

c) Huius fluuii etiam ſupra §. 68. mentio facta eſt; *Erginiam* Theophylactus vocat. 265. Id. p. 69. et p. 140, 141.

d) [illegible].

e) In Chron. Comp. *Bulgari* additur.

Imp. THEODORO *Laſc.* II.

a. C. 1258.

re eſſet, quin etiam vt honorifice ille exciperetur, praeparant. Et profecto ita ſe res habuit, et Vrus ad imperatorem ſe contulit. Ipſe et alii, qui cum eo acceſſerant, lubentiſſime et debitis honoribus ab imperatore afficiuntur; quare ſuo et generi ſui, Bulgarorum principis, iure, etiam iureiurando pacem *f*) firmauit, ea conditione, vt Tzepaenae oppidum ſolum ex iis, quae ſub ditione Ioannis imperatoris erant, a Bulgaris tum occupatum, imperatori reſtitueretur. Imperator vice verſa amicitiam et pacem cum Bulgaris continuaret, et vterque antiquis confinium terminis contineretur. Vbi res pro arbitratu imperatoris ſucceſſit, Vrus, de reditu ſermone collato, egreditur, imperatoriis muneribus auctus. eorum ad viginti millia, ſi donariorum omne genus, equorum item ac textilium et aliorum in vnum conferas, ſumma aſcendit. Imperator Tzepaenae reſtitutionem exſpectans, Reginae *g*) cunctabatur.

§. 314.

266. [Imperator dum veſpere exercitum cum paucis circumequitans luſtrat], „Quidam, inquit, ante pauciſſimum tempus adueniens, quod ſane nobis diſplicet, nunciauit, Roſum Vrum nobis fucum feciſſe. Lucri enim cauſa huc veniens, pacem et amicitiam, quam inter nos et Bulgaros meditatus eſt, refellit, et peierauit. Quaecunque ergo attentauit, fucus fuere atque fallacia. Nec male comta illi reſponſio ad ius deerit violandum: Bulgarorum nempe principem, eius generum, pacem huiuscemodi conditionibus conflatam non recipere. Quid vobis videtur? Verumne eſt hoc, an verbum a mendace confictum?„. Et nos, „Neutiquam, dicimus, ſermo verus eſſe videtur; omnino namque falſus eſt atque incertus. namque Roſus Vrus non pro ſe ipſo modo, ſed et pro genero ſuo Bulgarorum principe iurauit. At quonam modo id fieri poteſt, hominem Chriſtianum tali ſe periurio dedecoraſſe?„ Et imperator: „Pecuniarum fortaſſis auiditas in ſimile eum flagitium conduxit. Et nos neque Bulgarorum amicitia fruimur, et tantam nummorum vim incaſſum proiecimus —.„

CAPVT

f) Pacis huius etiam meminit Nicephorus Gregoras T. I. p. 32. quem locum ſupra ad §. 300. attuli.

g) ἐν τῳ της Ῥηγινης [fluuii, vid. §. 34] τοπῳ.

266. ACROPOLITA p. 70.

Imp. THEODORO *Laſcari* II.

CAPVT XX.

Res Bulgarorum ſub regibus Mytza et Conſtantino Toecho, vsque ad Sphentiſthlaui, a Maria adoptati, caedem;

ab a. C. 1258 — 1277.

§. 315.

a. C. 1258. a)

α) INTER haec [dum Michael Palaeologus, ad Turcos profugus, 267.
a Theodoro Laſcari reuocatur] Bulgaricam rem laborare, nunciatur. Nam Aſan b), Bulgarorum princeps, cuius ſoror c) Theodoro imperatori nupta erat, vitae curſum emenſus, nullam prolem reliquerat, quae ei, vt fit, in principatum ſuccederet. Alterum itaque illud ſubſidium neceſſario reſtabat, vt poteſtas ſumma ad MYTZEN, ſororis eius maritum, tranſiret: idque factum eſt. Erat autem is homo ſegnis et effeminatus, quibus de cauſis paulatim contemtui eſſe

α) ACROPOLITA: *Bulgarorum princeps, vxoris illius* [imp. Theodori] *frater, Michael, qui ſimultates et inimicitias, easque non leues, et in generum, et in imperatorem, et rem denique Romanam gerebat, a conſobrino* [τȣ πρωτεξαδελφȣ] *ſuo Callimano* d) *conſciis nonnullis Trinobi ciuibus, extra dictam vrbem degens, letali vulnere accepto, illico exſpirauerat. Qui eum iugulauerat Cal-*

267. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 34, 35. Acropolita p. 84. et in Chron. Comp. p. 143.

a) Annus 1257. apud Niceph. margini adſcriptus. ad a. C. 1258. haec refert Caluiſius.

b) *Michael* alias dictus, vide narrationis varietatem.

c) *Helena*, vid. ſupra §. 283.

d) At eum iam antea occiſum dixerat Acropolita. vid. ſupra §. 292.

eſſe cepit, eoque res deuoluta eſt, vt, quae ille decreuiſſet, proſus irrita a populo haberentur.

§. 316.

β) Erat autem iis temporibus in Bulgaria vir clarus, nomine *Conſtantinus*, cognomento *Toechus*, prudentiae auctoritate et robore corporis multum aliis antecellens. Qui cum Bulgaricum imperium male adminiſtrari videret, aduerſum inſurgit: conciliataque ſibi et plebis et eorum, qui totius gentis illuſtriſſimi ac lectiſſimi erant, beneuolentia; illorum omnium voluntate princeps declaratus, Ternobum obſidet, quae Bulgarorum regia erat; vt Mytzes vel inuitus cum vxore et liberis in munitum quoddam et maritimum caſtellum, nomine Meſembriam, confugere cogeretur. Vnde ad imperatorem tranſit, Nicaeae in Aſia tum degentem; atque exinde Romanae ditioni Meſembriam caſtellum adiicit, praediisque circa Troiam et Scamandrum ab imperatore cum annuis reditibus acceptis, ibidem deinceps cum vxore ac liberis conquieuit.

§. 317.

γ) Caeterum CONSTANTINVS TOECHVS Bulgarici regni potitus, legatos ad imperatorem mittit, ſe amicum eius et foederatum profitens, ſi ex eius filiabus vna ſibi deſponderetur. Eam autem petebat, non quod coniuge eſſet opus (quippe qui vxorem et liberos haberet); ſed quia nullo gentilitio iure Bulgaricum regnum ad eum perti-

timanus, illius vxore ducta, Bulgarorum principatum ſibi quodammodo vindicaſſe viſus eſt. Sed Roſus Vrus cum exercitu Trinobum aggreſſus, filiam, huius Michaelis conſortem, recuperat, Quidam enim Callimanum ex loco in locum aberrantem antea trucidarant.

β) Id.: *Cum vero haerede legitimo Bulgarorum principatus deſtitueretur, proceres in conſilium conueniunt, eliguntque Toechi filium Conſtantinum, vt ſibi ipſis imperet.*

γ) Id.: *Et vt ſpecioſas regnandi cauſas haberet, ac haereditario iure regnum poſſidere videretur, legatos ad imperatorem Theodorum miſere, vt filiam ſuam maiorem, cui nomen Irenae erat, in matrimonium Conſtantino Toechi concederet, quae illi legitime copularetur,*

Imp. THEO-DORO *Laſc.* II.

a. C. 1258.

pertinebat, iniquo ferebat animo, ea ſe parte illegitimum principem ac veluti nothum et dici et haberi. Cum igitur imperatoris filiam, Aſanis non ita pridem defuncti regis ex ſorore neptem eſſe ſciret, idcirco ſui honoris cauſa, et ad firmandum principatum eas nuptias ambiebat, priorem coniugem ſtatim ſe repudiaturum, promittens. Id et ipſi imperatori gratum fuit: cuius filia *Theodora* thori et regni ſocia accepta e), Conſtantinus Toechus priorem coniugem Nicaeam mittit, vt hoc fidei pignore ſuum erga alteram amorem Romanis confirmaret.

§. 318.

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

Imp. MICHAELE *Palaeologo.*

a. C. 1259. f)

DESPOTA occidentis Michael, Theodori, qui ibi imperauerat, 268.
fratris filius, — ſublato e medio Laſcari — imperium arripuit, coronatus ab Achridenſi Iacobo, — magnam rebus geſtis adeptus famam, quoad aduerſa prolapſus ſorte, et comprehenſus ab Aſane priuatus eſt oculis. —

Nothus eius filius Ioannes, ducta Taronae filia, — ex ea gente ſibi ſubiecta conflatum exercitum ductabat, quae Graeci olim generis, — nunc *Megaloblachitae* vocabantur.

tanquam quae eſſet Aſani Ioannis, qui antea Bulgaris imperarat, neptis, ideoque ad talem dominatum pertineret. Sed quando Toechi Conſtantinus alio, eoque legitimo, matrimonio vinciretur, vxorem a viro ſeparatam ad Theodorum deducunt. Sic ſe res Bulgarorum habebant, ſic Theodorus imperator pacem recuperat: ſic otium et tranquillitatem vterque aucupatur.

e) Meminit huius coniugii Pachymeres T. I. p. 19. vbi, *Moritur*, inquit, *imperator* [Theodorus Laſc.] *pupillos relinquens quatuor liberos, tres feminas et nouennem vnum marem auo cognominem Ioannem. Nam filiae priores collocatae dudum fuerant in matrimonium, vna quidem Conſtantino Techo* [Ταχῳ] *Bulgariae principi.* —

268. PACHYMERES T. I. p. 49. Iacobi Bulgariae Archiepiſcopi meminit etiam Pachymeres T. I. p. 326. Acropolita p. 92.

f) Ad hunc annum haec referuntur in Obſeruationibus ad Pachymerem.

§. 319.

a. C. 1261.

269. [MICHAEL Palaeologus in oratione poſt receptam CP. ad ciues habita] cuncta [inquit] reipublicae membra letali quaſi morbo elanguerunt: dum eorum quaedam Itali, alia Perſae, Bulgari, Triballi, caeteraeque omnes gentes barbarae inter ſe partirentur.

§. 320.

270. [MICHAEL Palaeologus de bello, quod Latini parturiebant, ſollicitus] terreſtribus, inquit, ſaltem copiis fidere poſſumus: quibus ſatis negotii faceſſent exſurgentes e Bulgaria motus. Vnde Conſtantinum principem, aſſidue in nos ſtimulatum ardentiſſimis inſtigationibus Irenes coniugis, nobis perinfenſae, minari audimus irruptionem in terras noſtras per Thraciam.

§. 321.

a. C. 1262.

271. QVOD Bulgaros attinet, neque illos quieſcere patiebatur [Michael Palaeologus]; ſed e vicino laceſſebat. Erat enim publice notum aduerſus imperatorem odium Conſtantini Bulgari, continuo ſtimulati ad id ab vxore *Irene* g), propter puerum Ioannem, fratrem vtique mulieris iſtius, tam iniuſte, o ius fasque! immania paſſum [oculis, puta, a Michaele Pal. priuatum]—. Cum igitur Romana ditio finiretur Oreſtiade, vixque vltra eam ante porrigeretur, Bulgaris videlicet vlteriora obtinentibus; crebras eo immiſit militarium copiarum manus, praeſcribens ipſis ſingillatim, quid vellet fieri; in quo erant ſolertiae ipſius et peritiae bellicae artis experimenta prorſus mira.— In hunc modum miſſis tunc copiis, pleraque illorum tractuum ſibi ſubiecit. Nam capta eſt Philippopolis, occupatum Stenimachum caſtellum, iugum vniuerſum extra Haemum Romanae adiunctum di-
tioni

269. PACHYMERES T. I. p. 99.
270. Id. T. I. p. 122.
271. Id. T. I. p. 140, 141.

g) Supra §. 317. *Theodora* vocata eſt.

tioni eſt; recepta eſt, Mytza, vt dicetur *gg*), dedente, Meſembria magnà ciuitas, cum qua et Anchialus in poteſtatem noſtrorum venit. Porro quae circum has vrbes oppida pagique erant, guſtu ſemel mutationis accepto, malentes imperatori ſubeſſe, certatim a Bulgaro deficiebant. Vrebant haec intime Conſtantinum, imparem tunc reſiſtendo, et iacturis ac cladibus toties repetitis attonitum. Ringens ergo ac fremens (nam aliud in praeſentia non poterat) exſpectabat et inhianter captabat vltionis opportuniatem *h*).

§. 322.

MICHAEL Palaeologus Tzycandylae cuidam — mandauit, vt hunc 272. [Baſilium ſiue Barlaam, Adrianopolis epiſcopum, res nouas molientem] ſimul cum *Tzuila* Bulgaro, et ipſo transfugii ſuſpecto, Nicaeam abductum, ambos priusquam illic in caſtrum conderet, oculis priuaret. Id quod poſtea eſt factum.

§. 323.
a. C. 1264. *i*)

h) CONSTANTINO Bulgarorum principi nuptam fuiſſe diximus 273. Laſcaris imperatoris filiam. Quae cum fratris Ioannis excaecationem audi-

Cccc 3

(*f*) PACHYMERES: *Azatines* [Sultanus, de recuperando principatu deſperans] *nactus accommodatam ſuis rationibus occaſionem, abſen-*

gg) Vid. §. 316. et infra §. 326, 327.

h) Pachymeres T. I. p. 89. haec habet: *Michael Palaeologus - Alexium Caeſarem, Scythis ei auxiliaribus cum aliis non multis copiis traditis, primum in Thraciam immiſit, cum mandatis, vt inuigilaret Oreſtiadi — in quo tamen aliud praecipue ſpectabat. Videbat enim, Bulgaros in apparatu eſſe nouarum rerum: Irene videlicet Theodori Laſc., qui nuper imperauerat, filia Conſtantino, quem regem Bulg. factum ſuperius diximus, nupta, virum inſtigante in Palaeologum nunc imperantem et ardenter vrgente ad irrumpendum in terras ditionis eius, ſicque repetendam vltionem iniuriae, quam ab ipſo patiebatur Ioannes, frater eiusdem Irenes.*

272. Id. T. I. p. 204.

273. NICEPH. GREG. T. I. p. 59, 60. Pachym. T. I. p. 153 — 160.

i) Annus eſt margini apud Nicephorum adſcriptus; caeterum irruptio Conſtantini ipſa ad a. C. 1265. refertur in Obſeruationibus in Pachymerem T. I. p. 534.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1264.

audiuiſſet, maritum ad illius facinoris vltionem ſollicitare atque impellere non deſiſtebat. Ille igitur vindicandae iniuriae occaſionem quaeritabat. Pendente autem deliberatione, rei aggrediendae cauſam, veluti flammae materiam, praebuit Sultanus Azatines. Nam cum imperator domo abeſſet, iſte apud Aenum maritimum oppidulum degere iuſſus eſt, vt etiam cuſtodia aliqua ei clanculum appoſita eſſet, quae ſuſpectam eius fugam prohiberet. Quod cum ei malum intolerabile videretur, in cauſa fuit, vt Conſtantinum moneret, bellum Romanis inferre meditantem, eique pecuniam non paruam, ſi eius ope liberatus eſſet, polliceretur.

Quam occaſionem Conſtantinus vt pignus non leue arripit; et cum iam imperatorem ex Theſſalia Byzantium redire accepiſſet, amplius viginti millia Scytharum k) Iſtrum accolentium accerſit: cum quibus celerrime in Romanos fines impreſſione facta, ipſum etiam imperatorem in itinere excepturum ſe confidebat. Scythae igitur cum per omnem Thraciam, ſagenae inſtar, ſe explicuiſſent, ad maris vſque littora prouecti ſunt, vt neque iumentum, nec homo vllus, nec imperator ipſos effugeret. Ac caetera quidem illis omnia ex ſententia ſucceſſerunt. Solus autem imperator ſaluus, ſpem eorum fefellit. Nam cum eorum incurſionem anteuertiſſet, clam per montes, qui circa Ganos ſunt, ad mare deſcendit; et — biduo poſt in Vrbem peruenit. Scythis autem, qui imperatoris capiendi occaſionem amiſiſſent, illud reſtabat, ne Sultano Azatine fraudarentur. Quare

tiam imperatoris, allegat fidum ſibi hominem ad quemdam e cognatis in Septentrionali Euxini Ponti tractu praepotentem, orans vt ſibi ſubueniret —. Poſſe enim illum facile, ſi vellet, auxiliari ſibi, opes cum Conſtantino coniungendo, et hunc ſponte currentem incitando ad irruendum improuiſo in imperatorem, ſeſe ipſum iam id agere, ac conſecuturum ſperare, vt adire imperatorem ſibi liceat, eo conſilio, vt praeſens eum diſſimulanter in patratas per viam inſidias praecipitet. Veniret tantum, et eductos ſecum Tocharos cum Conſtantino Bulgariſque in communem expeditionem traheret &c. reliqua fuſius multo narrat Pachymeres vid. *Tom. III. Tatarica §. 27.*

k) *Tatarorum*, puta, quos *Tocharos* Pachymeres vocat.

Imp. MI. CHAELE *Pal.*

a. C. 1264.

re omnis eorum labor et curſus Aenum verſus recta tendebat, vt illum aut ſolum, volentibus ciuibus, aut iis inuitis cum ipſo oppidulo et ciuibus abriperent. At ii, qui ipſum detinebant, veriti, ne funditus exciderentur, tradito eo impetrarunt, vti Scythae pacati diſcederent l). In reditu autem cerneres illos multitudinem Thracum paene innumerabilem, iumentorum inſtar, abigentes, vt aliquamdiu vix raros, ſeu boues, ſeu aratores in Thracia conſpiceres; vsque adeo eam et habitatoribus et iumentis ſpoliarunt.

§. 324.

INSTITVTVM — hoc a maioribus conſtanter ad poſteros propagatum ſeruatumque fuit, non modo a Romanis et Theſſalis, ſed Illyriis etiam, et Triballis, et Bulgaris, propter religionis communionem, ſpolia tantum auferenda: homines vero nec ad ſeruitutem rapiendos, nec extra aciem occidendos eſſe. 273.

§. 325.

a. C. 1270. m)

REGIS Bulgarorum Conſtantini coniuge Irene mortua, ſtudens ipſum regem imperator deuincire ſibi firmiori aliquo vinculo, et ſic regio- 274.

l) Cum Conſtantino quidem Bulgaro de Azatine dedendo actum eſſe Pachymeres docet. qui huius Bulgarorum et Tatarorum irruptionis etiam aliis locis meminit, p. 218. ſic habet: *Andronicus Tarchaniota, vt ſecure ac ſine impedimento deliberatum exſequeretur transfugium, turbare prius — omnia conſtituit, accitis in Rom. terras Tocharis — et dici poteſt, calamitatem vaſtitatemque iſta occaſione huic importatam regioni nihilo mitiorem — fuiſſe ea, quae aliquanto ante iisdem populis irruptione Conſtantini Bulgari Tocharos ſecum ducentis fuerat illata.* et T. II. p. 472. res Turcorum altius repetens, *Azatines*, inquit, *ex Aeno arce profugit et deducentibus Tocharis, tum in occiduo militantibus tractu, ſimulque Conſtantino principe Bulgarorum, tutum natus eſt receptum in partibus Borealibus Euxini.*

273. NICEPH. GREG. T. I. p. 69.

274. PACHYMERES T. I. p. 234, 235.

m) Hunc annum habent Obſeruat. in Pachymerem.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1270.

regionibus Haemo ſubiectis, vti etiam Macedoniae quoque ac Thraciae pacem ac quietem aſſerere. quod eo tunc magis factu neceſſarium putabat, quia tot continuis expeditionibus ac bellis magna iam pars Romanae militiae abſumta fuerat, miſſis eum legatis ad foedus inuitauit, pollicens, in ſponſam ſe illi daturum propriam neptem, Eulogiae ſuae ſororis filiam ſecundo genitam *Mariam*, quam prius in matrimonio habuerat Philes Alexius, magnus domeſticus.

'Proceſſit, Conſtantino annuente, tractatus vsque ad conuentionem foederis ſanciti iuramentis, quae diſtincte comprehenderent Meſembriam et Anchialum, ad Conſtantini vtique ditionem pertinentes vrbes, ſed hactenus occupatas ab imperatore, quas vtrique tum viſum eſt aequum eſſe, bona fide reddi antiquo poſſeſſori, et imputari in partem dotis nouae ſponſae o).

His hinc promiſſis, illinc ſtipulatis p), imperator deductionem ſponſae ambitioſe ac regia plane pompa celebrauit; ipſe proficiſcentem mulierem cum Patriarcha comitatus Selybriam vsque, indeque illam ad Conſtantinum frequenti ac ſuperbo ſatellitio perducendam curans, ac ſic Conſtantinopolin reuerſus, eatenus fidem pactorum imperator praeſtitit. Nam quod promiſſarum attinebat reſtitutionem vrbium, in ea non feſtinandum ratus, varios eius differendae praetextus quaeſiuit. 'Reuera periculum dirae vaſtationis ex ea imminens terris imperio ſubiectis praecauendum cenſens q). Caeterum interim Conſtantinum lactabat ſpecioſis obtentibus multis, colorem aliquem habentibus, quorum hic veriſimilitudine inductus nonnulla videbatur. Aie-

n) Huius coniugii etiam meminit Nicephorus Gregoras T. I. p. 78. vbi *Soror*, inquit, *erat imperatori* [Michaeli Palaeologo] *Eulogia: quae cum filias multas haberet, Annam Nicephoro Aetoliae principi deſpondit, Mariam Conſtantino principi Zagorae* [i. e. Bulgariae]. *Nam illorum primae vxores deceſſerant; quas ipſas quoque ſorores fuiſſe, et imperatoris Theodori Laſcaris filias, ſupra* [vid. §. 317.] *diximus*

o) *και δη των ὁρκων προβαντων ὡς συλλαμβανεσθαι τουτοις και Μεσημβριαν και Ἀγχιαλον, ἱκανα γαρ ἐσας κατασχειν βασιλει, και αὐθις ἀξιον ἐιναι τον πριν ἐχοντα λαμβανειν αὐτας ἐπι τῳ γενησομενῳ ὡς προικα κηδει.*

p) Addit haec interpres.

q) *τοις μεν ἀληθειαις ἀδως παραρρηθησομενην την Ῥωμαΐδα τα κρατιστα.*

Imp. MI-CHAELIS *Pal.*

a. C. 1270.

Aiebat videlicet, 'iſtarum incolas vrbium recuſare Bulgaris ſubiici r), cum ipſi Romani eſſent, nec ſe adhuc, quantumuis conaretur, potuiſſe huic eorum auerſioni mederi. Vt res fiat ſuauiter exſpectandum videri, dum natus Conſtantino filius foret ex noua coniuge; tunc enim fore omnia proniora, rege tum ſcilicet Bulgarorum heredem habente Romani ſanguinis, cui ſacramento dicere Romanos non dedeceret. Haec allegabantur, quae, vt vere loquamur, mera erant eluſio, et mendacium promiſſione tempus obducente inumbratum, nec plane fallens Conſtantinum; quamquam is, volens nolens, diſſimulare cogebatur, et tacite dolere, fucum ſibi factum obtrudenda coniuge, quae non tam ipſi adiutrix, quam terrae Romanae data eſſet.

§. 326.

a. C. 1271.

MARIA vero poſtquam Conſtantino pepererat Michaelem filium, omni iam excuſatione cunctationi demta, ipſa quoque palam tranſire in viri ſenſus, et vtrique factam iniuriam accuſare indignanter coepit, maritum aſſidue ſollicitans ad repetendas bello iniuſte negatas vrbes. Vnde multa orta ſunt; et plura grauioraque prodiiſſent, niſi Auguſtus mature ſibi praeoccupaſſet nouo foedere Nogam s), data in vxorem ei filia ſua notha Euphroſyne. Qua neceſſitudine deuinctus imperatori Nogas, palam oſtendit irrupturum ſe cum Tocharis, quibus praeerat, in Bulgarorum fines, ſtatim atque Conſtantinus regiones incurſare Romanas coepiſſet. Suſpendit hic metus conſilia Bulgari, et malorum inducias Romanis fecit t). —

Iſtum igitur tam potentem principem habens paratum imperator ad irrumpendum in Bulgariam, quoties inde ſe commouiſſet 275.
Con-

r) μη των ἐποικων καταδεχομενων των πολεων. Petrus Poſſinus, qui Pachymerem latinum fecit, ſemper fere ſenſum tantum auctoris, raro verba reddit, interdum etiam de ſuo aliquid addit. quod hic ſemel annotaſſe ſufficiat.

s) *Tatarorum*, quos Pachymeres *Tocharos* vocat. principem, de quo vide *Tom. III. in Tataricis §. 28, 39.*

t) Quae hic ſequuntur, *Tom. III. in Tataricis §. 39.* ſeqq. adfero.

275. PACHYMERES T. I. p. 238.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1271.

Conſtantinus ad depraedandas aut quomodocunque infeſtandas regiones imperio ſubiectas, non Meſembriam ſolum et Anchialum, ſecurus pactorum, mordicus tenebat, ſed praeterea Sozopolin, Agathiopolin, Canſtritzin et alias quasdam arces, a ducibus eius oblata viſis occaſione captas, quae ille omnia ſic arripuerat, vt certus videretur non emittere de manibus, ac ne vmbram quidem vllius ex his nuper acquiſitis vel minutae munitiunculae vnquam reddere. Nam Meſembriam olim poſſeſſam iure iam ſuo ſe putabat obtinere, quippe ſibi donatam a legitimo tunc eius domino Mytze v).

§. 327.

HIC porro Mytzes, vt altius repetens diſtinctius rem exponam, gener erat Aſanis, ducta eius filia x), cuius ſororem in matrimonio habuit Theodorus Laſcaris, pari Aſani affinitatis gradu admotus. Aſan autem hic eſt, quem hiſtoria docet Ioanni Ducae imperatori ſocium fuiſſe, iunctisque cum eo copiis incurſaſſe communi expeditione occiduas regiones, magna omnis elegantiae indicia praebentem.

Vt autem, Ioanne iam mortuo, Aſan y) regnum Bulgarorum Bulgarus ortu accepit, contigit eum apud imperatorem offendere, ſimultatibus in bellum quoque apertum prorumpentibus; Aſane z) non ſemel ſuas copias Romanis opponente. Sed et item contigit, parum gratum ſuis ipſum euadere Bulgaris, multis et praecipuis ipſorum ei grauiter infenſis. Vnde is in perturbationes haud paruas incidit: proceribus, quos ab eo alienauerat inuidia, inclinantibus ad Conſtantinum, dimidium generis trahentem ex Serbis; cui, nulla cum Aſane cognatione iuncto, quantum ad ſuffragium principatus deerat ex genere, ſuppleuit affinitas, quae illum ducta in vxorem Irene, filia

v) Non Michaeli Palaeologo, ſed Theodoro Laſcari iam a Mytze deditam eſſe Meſembriam, Nicephorus Gregoras auctor eſt, vide. ſupra §. 315, 316.

x) Sororem Aſanis fuiſſe dicit Nicephorus Gregoras; ſed ibi Michaelem, Aſanis II. filium, et ipſum Aſanem dictum, intelligit. vid. ſupra §. 315.

y) ὡς γουν ἐκεινος [Aſan, puto] ἐτελευτα και ὀυτος &c. [Mytzes].

z) Supplet et hic nomen interpres, ſed *Mytze* reponendum puto.

filia Theodori [Laſcaris], et Aſanis nepte, a patre Theodori, Ioanne Auguſto, in Bulgariam ad has nuptias miſſa [a], in pari iam iuris ad Aſanis ſucceſſionem gradu cum Mytze conſtituit.

Et Conſtantinus quidem vrbem Bulgariae regiam Ternobum tenens, caeteris etiam cunctis eius principatus ornatus inſignibus, pro haud dubio Bulgarorum rege ſeſe palam magnifice ferebat. At Mytzes, circumſitis regionibus imperitans, interdum quidem his contentus acquieſcebat, interdum contendebat cum Conſtantino, ac fuit, cum aliquando eum bello perſequens includere ſeſe cogeret in arcem quandam noſtram, cui Sthenimachum nomen eſt; vbi quominus caperetur et periret, opportune allatum a Romanis copiis auxilium
prohibuit. Sed fortuna deinde vices alternante ſucceſſuum, auctus 276.
rurſus animis et viribus Conſtantinus, tanto tamque valido impetu incubuit in Mytzen, vt is, impar reſiſtendo, Meſembream cum liberis confugiens, inde legatis ad imperatorem ſupplicibus miſſis pactus cum eo deditionem ſit, cum ſui, tum eius ciuitatis, quam in ſui ſeruati pretium offerret. Nec recuſauit imperator: ſed ſtatim Glabam curopalatam, qui poſtea magnus papias fuit, cum aliis et idonea manu militum miſit. Is ingreſſus Meſemberam, eius rite poſſeſſionem iniit imperii Romani nomine; tum Mytzen per Haemum itinere terreſtri perduxit ad imperatorem, qui ei, perhumaniter excepto omnique amoris ſignificatione recreato, vberes fundos apud Scamandrum aſſignauit, quorum annui prouentus ad victum ei cultumque ſplendidum abunde ſufficerent. Vbi et ipſe deinceps cum filiis diuerſatus eſt, pacto prius cum imperatore inito, quo inter ipſos mutuo conuenit, vt Mytzae primogenito Ioanni primogenita item imperatoris filia deſponderetur. Sic Irenae, maximae natarum Augusti, prouiſum coniugium eſt [b].

a) Graeca tantum: *την ἐκεινε* [Aſanis] *ἐκγονην λαβων ἐις γυναικα, τε Ιωαννε πεμψαντος.* at non Ioannes, ſed Theodorus Laſc. II. illam miſit, vid. §. 317.

276. PACHYMERES T. I. p. 239.

b) *ὥστε τον πρωτιστον ὑιον Ιωαννην συναρμοσαι τη θυγατρι. ἀλλα τη μεν πρωτιστη των θυγατερων* [Michaelis Palaeologi] *Ειρήνη ὄυτω προὔνοει των γαμων.*

Imp. MICHAELE *Pal.*

§. 328.

a. C. 1276.

277. IMPERATORI nouarum initium curarum attulerunt res apud Haemum iterum turbatae. Nam conuentiones Conſtantini, et illa foedera, nuptiali vtcunque neceſſitudine firmata, iam confundebantur, Maria virum in hoſtile aduerſus Romanos odium mouente eo efficacius, quo pluris ea eſſe apud ipſum coeperat, edito ei filio, qui Michael eſt dictus: ceſſante interim imperialium promiſſionum fide. Nam cum pactis ſponſalibus recepiſſet imperator, Meſembriam Conſtantino ſe ceſſurum, nondum eam tradiderat c): et ſatis apparebat, deliberatum eſſe ipſi, nullo vnquam fine comminiſci praetextus non dandi, quod amitteret inuitiſſimus.

Subiecit iam per ſe ardenti offenſioni flammam noua iniuria neglectae ſpretaeque ab imperatore Eulogiae, quae mater erat vxoris Conſtantini. Cauſa inter eos diſſidii fuit Eulogiae declarata propenſio in eas, quae minus imperatori probabantur, factionum eccleſiaſticarum partes —.

§. 329.

HAEC Maria quotidianis audiens nunciis (curſitabant enim inter matrem filiamque nundinandis in cauſam ſchiſmatis muliebribus ſuffragiis intenti monachi non pauci) grauia in auunculum machinari orſa eſt. — Siquidem Ioſephum quendam, cognomento Catharum, cum aliis in Palaeſtinam miſit, partim vt Aeliae patriarchae manifeſtarent, quae acta fuerant, partim vt huius opera, collaborantes eodem et ipſi pro virili, Sultanem illic dominantem in imperatorem concitarent; quo, illo inde, Bulgaris ex parte alia irrumpentibus, imperatori
278. ſubiectae prouinciae ancipiti vtrinque malo vexarentur —. Ac patriarchae quidem miſſi a Maria facile perſuaſerunt, quae narrarunt, vtpote ipſi iam ab aliis audita —. Sultanem quod attinet, inexſpectatiſſima haec ei accidit legatio, quippe qualem nullam vnquam fando eſſet auditum deceſſores ſuos, Aegypti principes, accepiſſe. offen-

277. PACHYMERES T. I. p. 292. c) Gr. breuius ita: ἐφ᾽ οἷς καὶ παιδοποιησαμένην τὸν Μιχαήλ, ἐν ἀναβολαῖς τὰ περὶ τὴν Μεσεμβρίαν ἦσαν.

278. Id. ibid. p. 293.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1276.

'offendebat etiam obſcuritas Bulgaricae gentis, parum hactenus celebris, nec multum poſſe iudicatae d): quare ab ipſo tota res pro ſuſpecta contemta eſt, legatique ſilentio dimiſſi.

§. 330.

a. C. 1277.

INTERIM Maria Michaelem filium aetate immatura coronari curauit, regieque inde alebat, educabatque, in acclamationibus publicis locum ei poſt parentes tribuens. 279.

'Sed his illam intentam conturbabat a *Sphentiſthlabo* moleſta ſuſpicio, ius vtique non inueriſimile ad Bulgariae principatum habenti, nec contemnenda ad id tuendum potentia ſubnixum, quippe qui Deſpota iam eſſet e); quare optimum putauit, dolis illum aggredi; praetextu fraudis indidem ſumto, vnde cauſa ipſi pro puero timendi maior erat; e morbo videlicet regis et viri ſui Conſtantini 'ſine ſpe decumbentis f). Mittit ergo certos homines ad Sphentiſthlabum, qui, poſtquam iuramentis ei quam religioſiſſimis ſincerae in ipſum Mariae beneuolentiae fidem pleniſſimam feciſſent, quam blandiſſime rogarent, venire ad ipſam ne grauaretur. Perſuaſus ille ac fretus religione iuriſiurandi, Ternobum ſe confert. 'Nec ibi aſpernatus ſenex annoſus eſt ridiculam a tanto iuniori femina oblatam adoptionem, quae fratrem illum et quidem minorem faceret pueruli lactentis g). Res palam in eccleſia celebrata ſic eſt; 'poſt adhibitos a ſacerdote ſolemnes in talibus occurſus, benedictiones et ritus caeteros, magno allucente funalium numero h), Maria regium diducens

d) προσεστι δε και το ἐθνος των Βελγαρων μη περιφανες ὀν ὡςε και εις ἀρχην ἀναγεσθαι.

279. Id. ibid. p. 294.

e) ὑποπτως δε τῳ Σφεντισθλαβῳ και δικαιον ἐχουσα, Δεσποτη γε ὀντι.

De Sphentiſthlabo Pachymeres T. I. p. 120. *Tertiam* [ſororum Ioannis, Theodori Laſcaris II. filii] *collocauit* [Michael Palaeologus] *Bulgaro Sphentiſthlabo, montanae circa Haemum regionis in Myſia principi.*

f) ἀσθενως ἐχοντος.

g) Gr. tantum: και ἠδη πεπρεσβηκοτα ὑιοποιεισθαι ἠξιε.

h) μετα γαρ τας τε ἱερεως ἐντευξεις και τα ἐκ αυταις φωτα.

cens pallium, ambos hinc atque inde vlnis admouit, Michaelem puſionem ac ſenem Sphentiſthlabum: e quibus hic, in hunc modum foedere ſancito, domum retulit nouum titulum *filii dominae Bulgarorum a Michaele puero ſecundi.*

Non multum ab hac adoptione tempus proceſſerat, cum circumuentum inſidiis, eo facilius quod a ſibi cauendo fiducia eum nouae contractae neceſſitudinis auerterat, egregia mater adoptatum occidit. At diuina iuſtitia non qua ſolet in pleriſque patientia ſceleris huius poenam diſtulit. Statim excitauit, qui ſanguinem impie caeſi requireret. cuius euentus narratio paulo altius repetenda eſt.

CAPVT XXI.

Initia Lachanae ſeu Cordocubae, illius rebellio, caedes Conſtantini Toecbi; reliqua Lachanae tam ante imperium, quam in imperio geſta;

ab a. C. 1277, 1278.

§. 331.

280. α) ERAT in iis partibus ruſticus quidam, mercede porcos paſcens, *Cordocubas* appellatus, cui voci cum quaedam ineſſet vſu popula-

α) NICEPHORVS: *His temporibus* [margini adſcribitur a. C. 1277.] *quidam ex Bulgaris conſurgit, paſtorali quidem genere ortus, ſed verſuto vir ingenio, et ad res nouandas promtus, nomine Lachanas: qui magna hominum vilium et improborum manu ſibi adiuncta, latrocinari inſtituit: vnde breui tempore magnas diuitias et iuſtum exercitum coegit.*

280. PACHYMERES T. I. p. 294, qui haec iis, quae ſupra ad §. 325. 295. Niceph. Gregoras T. I. p. 79. attuli, immediate ſubiungit.

pularis illic linguae, oleris notio, Graeci, qui eius Lachanum vocant, iſtum, vbi coepit innoteſcere, hominem *Lachanae* nomine celebrauerunt [a], Hic ita ſolicite ſuibus ſibi commendatis attendebat, vt ſeſe negligeret, non curans, quid veſtiret, aut quo veſceretur, naturali ſimpliciſſime defungens victu, ſolo pane et herbis agreſtibus contentus. Familiaribus vtebatur indolis et educationis ſimilis homunculis: quibus plerumque magna de ſe quaedam olim futura quaſi vaticinans iactabat: ſaepe illis irridentibus, nonnunquam etiam non plane detrectantibus credere.

His ille, neſcio vnde, ſpebus inflatus, grauitatem affectare coepit inſolitam, componereque ſe in ſpeciem ſanctimoniae, colligens ſubinde animum et Deum inuocans quibus vti poterat precibus homo funditus omnis inſtitutionis rudis: quippe in agris ſemper verſatus paſcendis intentus porcis. Apparebat igitur fere cogitabundus, verbis ſaepe ſignificans, voluere ſe animo, neſcio quam, machinationem noui conſtituendi principatus, quem quaſi ad ſcopum acta et meditamenta cuncta ſua dirigeret. Habebatque de talibus ad ſuos illos ſodales ruſticos et ſubulcos ſerios ſaepe ſermones; memorans mira etiam viſa, quasdam apparitiones ſanctorum, a quibus impelli ſe aiebat ad iugum excutiendum, et ſibi vſurpandum gentis imperium. Eiusmodi tam ſaepe diſſeruit, vt quantumuis incredibilium fidem faceret. iamque alio ei plerique ſtudio, quam prius, attendebant; maxime cum ediceret, fatale tempus decretae ſibi diuinitus potentiae imminere, moxque ſe erupturum in eius arripiendae conatum, quem proſpero ſucceſſu fortunandum ſciret [b].

§. 332.

Ad haec arrectis aliquamdiu, ſubito diem pronunciauit, qua proditurus eſſet e latebris, et maturo iam praeclaro coepto felix auctore Deo auſpicium daturus. Nemo dubitauit, aut renuit; conclamarunt

a) Κορδοκουβας κεκλημενος. το δ᾽ ονομα ἡ Ελληνων γλωσσα εις λαχανον εκλαμβανει και Λαχανας εντευθεν φημιζεται.

b) την γαρ προθεσμιαν ἐγγυς ἠδηλε τε κινηθηναι.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1277.

marunt omnes, duceret, quo vellet, ſe alacriter in cunctis obſecuturos. Nec facta dictis abfuere. Addunt addicuntque ipſi ſe frequentes, magnis elati ſpebus c). curſant per regionem proclamantes, Subulcum a Deo miſſum, et ad manum iam conflatam ingentem certatim vndique accurrentium aggregant numerum. Creſcebat in dies multitudo, et nouus dux ad conſentaneum aſſumtae dignitati ſe fingens habitum, abiectis centonibus, honeſtiorem induit veſtem: enſeque ſuccinctus, equo inſcenſo, ad opera maiora, quam eius hactenus fortuna caperet, palam ſe accinctum oſtentare auſus eſt.

§. 333.

Valetudine tum, vt dictum eſt, Conſtantinus infirma vtebatur; nam crure dudum fracto facultatem inceſſus amiſerat, et, ſi quopiam eſſet neceſſe proficiſci, curru pondus iners trahebatur. Ea res contemtum illi conciliauit plurimorum. In his Tochari finitimi, fera gens et, aſſueta rapto viuere, nihil a claudo principe timentes d), liberrimis in Myſiam excurſionibus agebant ferebantque paſſim cuncta;
281 et veteri celebratas prouerbio praedas Myſorum impune frequentabant. In horum vnam manum incurrens cum ſuis Lachanas, eam internecione delet. Alia die deprehenſam ſimiliter cohortem iſtorum alteram, vt priorem, interficit. Hinc paucis diebus celebre fit eius nomen, et videlicet non paruis et populi et regionum acceſſionibus opes eius augeſcunt e): cunctis pro ſe quoque ſpem in eo ſummam emendandi publica incommoda collocantibus. Famae interim ambitioſo praeconio Lachanas vbique buccinabatur. Nec dies praeteribat, qua non eius et numero creſceret exercitus, et qua non ipſe aliqua ſe inſigni de hoſte victoria commendaret.

§. 334.

β) Conturbarunt haec non parum ſubinde nunciata Conſtantinum

β) NICEPHORVS: *Huius continentes incurſiones et illata ſibi detrimenta non ferenti Conſtantino viſum eſt, conuocatis in vnum co-*

c) μιας ὀυν τὸ της ὁρμης συνθημα λεγων λαβειν, ἀυτικα ἐκεινες ἐφελκεται προς την ἑαυτε θεραπειαν, κἀκεινῳ ἑποντο ὡς μεγα τι ἐλπιζοντες πραξειν.

d) *Fera — timentes* interpres addit.

e) χωραι ὀυν προσετιθεντο ὀι.

281. PACHYMERES T. I. p. 296. Niceph. Greg. T. I. p. 79.

Imp. MICHAEL Pal.

num. f) Ipſum quoque, vbi fides tandem non creditis primo indiciis famae conſtantia facta eſt, ipſum, inquam, quoque inopinatiſſima nouitas vehementer commouit imperatorem. Hunc ſua ſuſpectare prudentia cogebat, ne ſubeſſet his quidpiam incomperti mali. quomodo enim homo tam vilis tam ſecure prodiret, niſi productus fiducia opum non apparentium, et multo maiorum, quam quae cernerentur, ſibi conſcius virium f).

Caeterum in communi admiratione amborum Conſtantinus ſolus, quem periculi vis propinquior vreret, trepidis raptim habitis toto [Haemi] iugo delectibus, admouendam ſtrenue putauit manum remedio mali, longe vltra quam quisquam imaginari potuiſſet inopinatiſſime naſcentis creſcentiſque. g) Porro imperator nondum ille quidem expediuit conſilium bellandi; tamen ſibi proficiſcendum verſus iſtum limitem conſtituit: partim vt ex propinquo cognoſceret certius, et, ſi quid ibi labaret, confirmaret; partim vt qui ab illa parte patebant in Romanam ditionem aditus, per quos ne Lachanas irrueret, audita de illo timere cogebant, praeſidiis et munitionibus idoneis praeoccuparet g) —.

§. 135.

Eo itinere Adrianopolin aduenienti [imperatori] occurrit certus de caede Conſtantini nuncius. Cum enim adoleſceret in dies potentia Lachanae, et Bulgari paſſim a rege ſuo ipſis ſpreto ad ſubulcum defi-

piis ſuis, acie cum illo decernere, ac iacta omni alea de ſumma rerum dimicare. Turpe enim ducebat, nihili hominem exiguo tempore tanta potentia auctum, non modo magnas Bulgaris clades ſubinde inferre, ſed iam toti regno periculum ingens minari et intentare. Itaque bellico apparatu inſtructus progreditur et collatis ſignis vincitur; nec modo regnum, ſed vitam etiam amittit.

f) ἀγγελθεν δε παρα δοξαν και ἀυτον θορυβει βασιλεα. το γαρ ὀυτως ἐπελθον παρ ἀξιαν ὀυκ ἀν ἐπελθειν, ἐι μη ἐπι μεγιστοις τισιν ᾠοντο.

g) ὁ δε βασιλευς τουτο μεν και τ' ἀκρα κατασκηψαι θελων, τουτο δε και προς τα ἀκουσθεντα διαταραχθεις, προλαβειν ἠπειγετο, και τας ἀκρας κατοχυρουν.

Imp. MI-CHAELE *Pal.*

a. C. 1277.

deficerent, nec, qui poſſet reſiſtere, Sphentiſthlabus ſupereſſet, inſidioſis Mariae delinimentis miſer lucratus exitium, procerum vero gentis, qui maxime Conſtantino ſtuduerant, partim ſceleratis Mariae molitionibus interfecti fuiſſent, qui vero adhuc viuebant, partim falſo ſuſpectarentur, quaſi rebellibus fauerent, partim reuera regnantibus offenſi penderent in praeualeſcentem factionem b): Conſtantinus, ferme ſolus in medio relictus, acri neceſſitate compulſus eſt tentare
282. cum paucis opum antiquarum reliquiis aleam belli, et ſe Lachanae, iam ipſum contemnenti, obiicere. Inſtructam ergo contra inferens aciem ipſe curru vectus, et fidi ei pauci, reprimere impetus impune hactenus graſſantium ſunt adorti. At Lachanas, contra ſe venientibus occurrens, ſimul vidit, ſimul admouit, ſimul vaeſano irruens impetu caedit exercitum, et plene vincit; ac regem ipſum, qui nihil eo proelio fama dignum, ac tanti nominis faſtigio egiſſet, miſerae inſtar victimae victor obtruncat, reliquos ſuis adiungit; et iam apertae plene regionis potens, ad vrbes ſibi ſubiiciendas conuertit animum, ſolito ſuceſſu; nunc enim hanc, nunc illam capiebat: nec quieturus videbatur, quoad rex totius haud dubie Bulgariae vbique acclamaretur.

Sic ſe res Lachanae habebant, quotidianis proficientes ſucceſſibus, et ad ſummam breui, vt apparebat, potentiam peruenturae.

§. 336.

a. C. 1278.

283. γ) IMPERATOR vero indoluit quidem, vt par erat, inopinato caſui; caeterum ſecuritati rerum ſuarum quam fieri optime poterat ſtu-

γ) NICEPHORVS: *Lachanas autem non ſolum principatu praeter ſpem potitur, verum etiam vxoris Conſtantini viduae maritus exſiſtit* i). *Quin et conſtituebat deinceps, exacta hyeme, ſub veris initium, Romanorum finitimos agros et oppidula ex inſidiis aggredi: vt illorum*

b) οἱ μεν παῤ ἐκεινων ἐπι δυσνοιαις ὑπωπτευοντο, οἱ δε και ταις ἀληθειαις ἐδυσνοουν.

i) Vide infra §. 342.

282. PACHYMERES T. I. p. 297. Niceph. Greg. l. c.

283. PACHYMERES, Niceph. Greg. ll cc.

ſtudens conſulere, conandum exiſtimauit id, quod ex Bulgari ditione olim vſurpauerat, cuius poſſeſſionem firmatam ſibi videbat Conſtantini morte, ſibi certius aſſerere, quinetiam augere, conciliando ac iungendo ſibi per affinitatem Lachana k). Miſit igitur, qui tentarent animum barbari, et eadem opera diſſimulanter explorarent vires opesque eius; ecquid tantae, ac caetera eius omnia tali loco eſſent, vt exſpectari iure poſſet, eum, qui tam tenuia initia portentoſae felicitatis hactenus multiplicatis ſucceſſibus cumulauerat, pari deinceps quoque profectuum tenore ad culmen fortunae ſummum peruenturum. Quod ſi horum relatu cognouiſſet, non eſſe illum inidoneum regno Bulgariae, nec imparem eius nominis ſuſtinendae vtcunque maieſtati, haudquaquam abhorrebat a cogitatione generum ſibi illum aſciſcendi, propria ipſi collocanda filia.

§. 337.

Tamen reputans attentius cum inconſtantiam fortunae, ſimul maxima indulgentis, ſimul ſubita inclinatione lancis etiam antiqua eripientis; tum virtutis tanto praeſtabiliorem conditionem ac naturam, cui et quae inſunt bona vere propria inamiſſibiliter poſſidentur, et quae deſunt, veriſimiliter ſperantur: vereri magnopere coepit, ne cuncta haec ſortis beneficia, cita eiusdem, mature poenitere donorum ſolitae, mutatione auferrentur —. quare, perpenſis iſtis, alio vertens animum, conuocauit viros prudentes, quos habebat ſecum, iisque exponens, videre ſe neceſſario prouidendum principem Bulgariae, duos propoſuit, qui ei praefici poſſe viderentur, Lachanam et Mytzae filium Ioannem; et illi quidem fortunam ſuffragari, ineſſe 284.

 ani-

viribus imminutis ipſe validiſſimus haberetur. Quae imperator cum audiuiſſet, non ferenda, nec per obliuionem aut contemtum negligenda eſſe iudicauit: ſed curis aeſtuare et aeger animo eſſe coepit. Nec tamen illum in praeſentia formidabilem putabat: at cum ad ea, quae concupiſſet, acerrimo eum ſtudio ferri cerneret, dicebat ipſum ſenſim ac paulatim progrediendo ad magnam potentiam ſeſe euectum ire, vt et Romanis ipſis expugnatu tandem difficilis foret. —

k) ὅσον ἀσφαλῶς ἔχειν ἐκ Κωνσταντίνου πεσόντος, ἐπαυξάνειν ἤθελε ταῖς πρὸς τὸν Λαχανᾶν ἀγχιστείαις. 284. PACHYM. T. I. p. 298.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1278.

animum audendi, magniſque nec improſperis coeptis munitum abunde ipſi videri poſſe iter ad ſummam iſthic potentiam, 'Ioanni tamen vt non deſperandum videatur poſſe ad optatum ſucced re conatum iſtuc aſpirandi, facere genus ipſius, et caetera in ipſo ſita bona praeſidiaque, quibus haud dubie attolleretur ad ſpem non imprudentem in eo pr eualendi, ſi tentaret. Addidit, in hunc magis ſeſe propendere, meliusque collocandam in hoc promouendo arbitrari operam l).

Idem plerisque placuit, magnoque aſſenſu probatum imperatoris conſilium eſt aſciſcendi Ioannem in generum et ius, ei genere ac hereditaria ratione competens ad illum principatum, imperii viribus fulciendi. nec videri dubitandum, quin eo magis inclinarent Bulgari, ac facile praeferrent barbaro ſubulco iuuenem nobiliſſimum, tum patris eius Mytzae reſpectu, cui regnum Bulgariae debitum fuiſſe meminiſſent, tum memoria mitis in ipſos laetique imperii maiorum eius caeterorum, tum denique metu palam ei foederati tamque arcto et inſolubili pietatis domeſticae vinculo irreuocabiliter adſtricti imperatoris, quanta inter ſocerum et generum intercedit neceſſitudo; ex quo certi eſſent totis eum imperii viribus adiuuand m: quod videntem Lachanam eſſet veriſimile remiſſurum ſtatim multum de audacia, et compreſſo tumore, quo aſpirantis fortunae aura leuem hactenus hominem inflaſſet, furere tam licenter deſiturum., atque vbi Romanas acies in ſuo ſibi ſolo videret oppoſitas, aut in ſeruitutem relapſurum priſtinam, aut fuga matura, damnatis praeualendi ſpebus, latebras alicubi captaturum. Mariam porro filiumque eius [Michaelem] facile prodendos a Ternobitis, in quorum eſſent vterque poteſtate, veriſimile ex eo eſſe, quod tantae ac tam recentes exſtarent mulieris eius in ipſos iniuriae, vt earum ipſos iam plane oblitos credibile non eſſet.

Haec cum a concilio dicta eſſent, imperator patriarchae ſuper ea re ſentent am exquirendam putauit, arcanis per viros idoneos miſſis litteris. 'Ille in Mytzam ſponte dudum ſua propenſus, celeri reſcripto id conſilium prolixe commendauit, et videlicet praerogatiua tan-

l) Ιωαννην δε το γενος και την αφ' αυτε συναρσιν κατοχυρεν εις αρχην ειναι τ' οντα και μαλλον διεκρινε.

tantae auctoritatis vltimum in eam partem pendenti deliberationi momentum addidit m). Eodem concors acceſſit iudicium Hieromonachi Theodoſii cognomento Principis. Nam ad hunc quoque imperator conſilium poſtulans ſcripſerat, vtpote — deſignatum patriarcham in locum Theopolitani Euthymii iam mortui —.

§. 318.

δ) Horum tunc porro reſponſis per omnia congruentibus acceptis, et ipſius inprimis, quam item conſuluerat, Auguſtae, conſilium in rem contulit. Accerſitum enim e Scamandro et Troicis regionibus IOANNEM, vbi ille prius morabatur, abundante ipſi e ſuis ibi praediis ad victum cultumque ſplendido prouentu, mutato habitu generum ſimul ſuum, ſimul regem Bulgarorum appellauit: cognomentum quoque ipſi addidit ab auo Aſane, et vniuerſo ſuo comitatui, nouo iſto illum celebrans nomine, magnifice oſtentauit; poenis etiam decretis in eos, qui, quocunque incidente vſu mentionem eius deinceps faciendi, aliter quam Aſanem et regem Bulgariae vocarent. Bulgaros quoque, quotquot in praeſens parati ad accedendum ſunt reperti, ſpe beneficiorum ſtatim a ſe percipiendorum euocauit: ad alios, qui adhuc deliberarent, idoneos, qui allicerent, miſit; donis eos iam tum deliniens, in poſterum autem ſpebus corroborans, quaſi conſecuturos cuncta, quae cuperent ad vitae florentem ſtatum, ſi, deficientes a Maria, Ioannem regem accepiſſent. 285.

Haec ex Adrianopoli prouidit: et quoſdam, ad primam talium famam ſtatim concurrentes, beneficiis affecit; caeteroſque Bulgaros magnis pollicitationibus trahere in partes populariter ſategit.

δ) NICEPHORVS: *Igitur* [vid. ad. §. 336. allata] *cum, vt ſupra* [§. 316.] *eſt expoſitum, Mytzes ex Aſanis poſteritate, apud Troiam ob eas cauſas, quas diximus, degens, deceſſiſſet: filium eius Ioannem Aſanem, vt cui regnum Bulgariae paterno iure deberetur, accerſit: deſponſaque Irene filia, cum magnis copiis mittit, tum ad Bulgariam a Lachanae tyrannide liberandam, tum ad ſuſcipiendum regnum, iuſta ſucceſſione ad ſe deuolutum.*

m) καὶ ὅς τὰ πολλὰ πρὸς τὸν Μυζὴν ἔῤῥεπε, καὶ γράφων τὴν ἐπὶ τῇ βουλῇ ῥοπὴν ἐδίδου.

285. PACHYMERES T. I. p. 300. Niceph. Greg. T. I. p. 79.

Imp. MICHAELE Pal.

a. C. 1278.

§. 339.

Reuerſo poſt haec in Vrbem imperatore nunciatus eſt appulſus mox futurus aduentantis Conſtantinopolin ex occiduo tractu Michaelis [fuit is Michaelis deſpotae occidentis filius, antea Demetrius dictus]. Erant igitur Auguſto ambarum filiarum Irenes et Annae n) — decretae iam et in procinctu expedito nuptiae. Caeterum Irenes cum declarato iam palam rege Bulgarorum Aſane illuſtriori celebritate matrimonium peragebatur. 'Rex ſiquidem gener inſignibus vtebatur regiis, quoad colorem quidem ſolum in phaleris, et ſtratis equeſtribus, quae ex lana tantum erant, in caeteris autem, iisdem plane cum ipſo Auguſto o). 'Conuentionum nuptialium haec erant capita: Ex-
286. peditione in Ternobum communi iunctis Aſani copiis imperatoris, conari ciuitatem illam, et cum ea Bulgariae regnum nouo Auguſti genero acquirere p). Sin fortuna coepto non reſponderet, eidem in aula imperatoria deſpotae honorem auctoritatemque conferri.

In haec pacta peractis nuptiis, continuae iam conſultationes erant, qua optima et facillima ratione poſſent deſtinata circa regnum Bulgariae ad votum confici. — Ioannes autem Aſan iuratus promiſit, ſe foedus cum Romanis ſocietatis ſeruaturum, 'ſi Bulgarici ſibi regni ſecura poſſeſſio contingeret q). Sin id non ſuccederet, clientelari nexu ſubditum permanſurum Auguſtis, gradu ſub ipſis inferiori deſpotae, cuius titulo dignitatis, ſi regni Bulgarici ſpes non ſuccederet, inſigniendus eſſet.

§. 340.

Studebat autem imperator ante omnia capere Mariam, ne illa, ſpatium liberum ſibi conſulendi nacta, res ſuas bene conſtitueret, obicemque impenetrabilem opponeret conſiliis et ſpebus imperatoris. Ergo is feſtinabat alios ſubinde atque alios contra ipſam mittere: non tam hoſtiliter graſſaturos, aut vaſtaturos regionem, quam blande pellectu-

n) Michaeli deſpotae deſponſae.

o) συμβολοις γαρ ἐχρητο βασιλικοις, ἐξ ἐριων μεν καθ' ἐφεστριδας τοις δε ἀλλοις τοις αὐτοις βασιλει.

p) και συνθεσιαι ἦσαν ἁ μεν ἐνδεχοιτο, ἐπιβαινειν Τερνοβου, συναμα και ταις του βασιλεως δυναμεσιν.

286. PACHYM. T. I. p. 301.

q) ἂν βασιλευσοι Βουλγαρων.

lecturos Bulgaros, vt Mariam dederent, et generum filiamque imperatoris in regnum loco eius acciperent. 287.

§. 341.

Haec Maria intelligens, redactas in arctum res ſuas ſentiebat; duobus in ſe vnam hinc atque inde ingruentibus malis. Hinc enim nuper exorta peſtis Lachanas victricibus inſtans copiis, regionem deſolabat, quocunque intenderat cuncta ſtatim aduentu primo capiens, et ſic plerorumque circa Ternobum locorum iam dominus effectus r). Ex altera vero parte copiae ab imperatore plures ſuperuenientes increſcebant; quarum ducibus id apparebat eſſe propoſitum, vt extra vrbem, quidquid infirmum et expoſitum iniuriae iacebat, depraedarentur agentes ferentesque; intra ipſam porro ciuitatem praecipuos quosque procerum promiſſis ad defectionem delinirent. quare illi, pro ſe ac filio ſolicite trepidae, curae acres animum turbabant. Ac cum ambobus ſimul hoſtibus obſiſtere nequiret, placare, ſi poſſet, alterum decreuit. in quo feſtinandum iudicabat: ne ſibi, dum haec parat, ab altero interim duorum vehementer vtrinque inſtantium irreparabiliter oppreſſae, ſerum deinde talia moliendi conſilium et conatus irritus euaderet.

In hac illi deliberatione dubium non erat, quin ipſam officium et pudor ad imperatorem potius traheret. quo enim decentius, quo honeſtius, quam ad auunculum neptis, ad amicum viri defuncti vidua confugeret? potius vtique (cum alterum vitari non poſſet) quam interfectori mariti ſe dedere; et cum ſumma iniuria defuncti coniugis torum eius proſtituere ſubſeſſori a recenti adhuc illius caede cruore mananti s). Prius igitur, vt par fuit, eo propendit, vt ab illo ſalutem quaereret, a quo dignitatem acceperat; et ad imperatorem, per quem ſe meminerat in regnum Bulgariae prouectam, legatos ſupplices mittere rectum et conueniens putauit. Sed aequitati honeſtatique acris aduerſaria in contrarium incumbens obluctabatur vtilitas, alio

287. Id. ibid. p. 302.

r) *Et ſic — effectus*, addit interpres.

s) συζευγη — τα προς τον ακοιχομενον δικαια (δικαια δε παντως μη συνοικειν τῳ σφαγει). reliqua breuiora multo in graecis.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1278.

alio auertens deditam ſpebus auaris et quaeſtuoſis rationibus defixam mentem mulieris, mordicus ſua tenentis, et nihil non agere et paciſci certae pro ſtatu ac regno ſibi filioque aſſerendis. Ab hoc autem propoſito perquam abhorrens conſilium erat confugiendi ad imperatorem, cuius menti nullam, ne per ſomnium quidem, obuerſaturam vnquam cogitationem apparebat regni Bulgarici Mariae Michaelique puero ſeruandi: quippe quod regnum iam ſpe auara propriis prenſare et addicere filiis coeperat, in id irreuocabiliter incumbens, vt genero illud filiaeque ſubiiceret. quare id quidem miſerae perfugium praecluſit deſperatio inde impetrandi, quod emtum quouis pretio volebat. Inde autem repulſa quo ſe verteret? Nam a Lachana per legatos poſcere, vt ſecum, tanquam Bulgariae regina, iis conditionibus paciſci vellet, quae integram illi et Michaeli puero certamque relinquerent poſſeſſionem principatus, petitio erat tam a ſpe
288. omni conſecutionis procul remota, vt nec proponi dignam Maria ipſa iudicaret. 'quando enim, aut quibus in id illectus pactis, fretus numer, ferox ſucceſſibus babarus regnum, quod palam affectaret, cuius partem iam teneret, proprium in ſolidum iis cederet, quibus id ſumma contentione tum cum maxime extorquere conabatur [t]? Vnum ergo reſtabat, turpe quidem et probroſum, ſed nihil non pro regno paciſci paratae neceſſarium, vale honori ac famae dicto, ſpretis iuribus regiae viduitatis, maculata nobilitate imperatorii ſanguinis, proſtituere ſe ſubulco, vilique ac cruento latrone ſimul in ciuitatem ſimul in torum admittendo, pudoris et exiſtimationis quantouis damno ambitioni litare.

§. 342.

Tanti ergo arbitrata, vt regina ipſa, vt mater deſignati Bulgarorum regis dici pergeret, Lachanae vxor eſſe vocarique, cupide ac raptim (nam ab imperatore metus cunctari non ſinebat) mittit ad barbarum, qui ſuas illi nuptias cum dotali offerrent regno. Ad ea ille primum aſpernabundo ſimilis talis interpretes foederis ſuperciliose re-

288. Id. ibid. p. 303.

t) τον γαρ ἀρχης ταυτης ἀντιποιουμενον, σπενδεσθαι προς την κατεχουσαν ταυτην, ἀδυνατον. και τα ἀπο βασιλεως συννοουσα, φροντιζειν ἐποιει. μηδε γαρ ἠρεμαν βασιλεα ἀπαξ ὑπερ παιδων της ἀρχης ἀρξαμενον διαφερεσθαι.

repellebat, cauillans, ridicule offerri, quod maiori ex parte iam teneret, gratiaeque imputari reginae quaeſitum iam ſibi armis victoriisque principatum. Tamen, ne durus nimis feruſque videretur, nuptias talis feminae admiſit, aſtute id ipſum tamen, quaſi alienae indulgendo voluntati, non propriae obſequendo libidini, annuens. in quo erat profundior eius quaedam, quam ab homine ſic nato ſperares, prudentia. Vitandam enim recte putauit contemtum ipſi parituram apud ſuos opinionem vxorii, et in voluptates ex bellica ferocia emolliri facilis viri, quin et humanitatis famam aucupans, moueri prae ſe tulit miſeratione fundendi ciuilis, ſi, qua coeperat, tenderet, ſanguinis. Ad extremum ea verborum vultusque grauitate, qua non accipere ipſum quidquam gratiae, ſed beneficii loco tribuere ſe ſignificaret, quae offerebantur, accepit.

Scribuntur mox conuentiones, pacta iureiurando vtrinque dato muniuntur. Nec Maria moram fecit aperiendarum Lachanae portarum Ternobi, ſeque ipſi nuptiis iungendi. Coronationis inde nouorum coniugum caerimonia ſplendide celebratur, acclamata denuo regina Bulgariae Maria nouo titulo vxoris Lachanae regis.

§. 343.

Sic illa, ſe comparaſſe grauem aduerſarium imperatori auunculo, putabat. quo non paruam ei reuera, nec parum moleſtam adiecit curam. Quamquam ille quidem audita repente rei fama, diſſimulatione ſe ſolita inuoluens, diligenter cauit, ne cauſam doloris, quo intime vrebatur, veriorem praecipuamque proderet, quod nimirum excidiſſe ſe votis, et interuerſas ſibi ſpes proxime iam ad exitum 289.
perductas cerneret. Oſtentauit autem plauſibiliores alias de facto iſto dolendi rationes: 'infamiam videlicet, quam illa infelix iſtis eſſet flagitiis promerita maximam, generi ac familiae probrum foediſſimum inurens ſimul autem cum honore dignitatem ac nomen regium perditum iuiſſet: quo ipſo mox priuanda ſenſura eſſet, inutiliter ſe peccaſſe, dum id ſcelus ſpe tuto regnandi conſciuerit. Nam regnum, quod

289. Id. ibid. p. 304.

Imp. MICHAEL. *Pal.*

a. C. 1278.

quod homini, nulla re niſi ma'a digno, turpiſſime tradidiſſet, ipſi mox extorquendum a Tocharis, quorum potentiae irruptionem in Bulgariam parantium nihil poſſet Lachanas opponere, quod par reſiſtendo foret. Tocharos autem, vt mouere quamprimum in Lachanam non omitterent, duae cauſae incitabant: etenim quod eos prior ille laceſſiuiſſet eorum copias caedens, vlciſcendi hoſtem apertum neceſſitate ad eam expeditionem impellebantur; et rei ad id audendum facilitate incitabantur, quod Lachanam eſſe ſcirent hominem nihili, exoſum et ſpretum etiam ſuis Bulgaris v).

Talia paſſim apud familiares imperator differens, non ceſſabat interim alias ſuper alias in Bulgariam copias mittere, omnemque admouere machinam ad deiiciendam eo regno Mariam.

§. 344.

At Lachanas cito pertaeſus regii luxus et deliciarum vxoris, iis cum ſtomacho reiectis, immundam illautamque barbarici ritus, cui dudum inſueuerat, vitae ferinae rationem vſurpabat: hoc ipſum videlicet aeſtimans vtile demerendis ſibi familiarium ſuorum affectibus et ſtudiis, quorum alendae augendaeque beneuolentiae cuncta, quae ad id conferre viderentur, ſedulo adhibebat. Satis enim intelligebat, quantum indigeret eorum opera: vtique cum ſibi duplici ex parte diuerſa et magna imminere bella cerneret. qua ipſa ex cauſa muliebrem victus cultusque mollitiem, exercitam oblatamque ab vxore, contumaciter adeo reprobabat, noxiam criminans et eneruandae tunc maxime neceſſariae bellicae virtuti accommodatam x), vt eo nomine

v) Accipe inſigne verboſitatis interpretis exemplum, gr. ſic habent: ἀλλα συναν τῳ παρ᾽ ἀξιαν ἐκεινης πλασματι, ὡστε και το γενος καταισχυναι, και την ἀρχην προσαπολλυναι τῳ μηδενος ἀξιῳ κατεγχαρισασαν. μηδε γαρ ἀνθεξειν ὁλως και ὑποσχειν ἐκεινον ἐπιβρισασαν ἐκ Τοχαρων δυναμιν, ἡν εἰκος εἰσπιπτειν, ἁμα μεν ὡς ἐχθρον πεφανη, ἁμα δε και παρα των οἰκειων καταφρονημενον.

x) Gr. multo breuius: ὁ γουν Λαχανας προς τας της γυναικος θρυψεις και ἀπηχθετο, και βαρβαρικως ἠθελε ζην. τους ἀμφ᾽ αὐτον και λιαν ὑποποιουμενος. ἐγνω γαρ ἀμφοτερωθεν ἐξαρτυομενους πολεμους, και τας βλακειας μηδεν οἱας τε ἐσας κατευναζειν τους ἐκ των πολεμων κινδυνους.

mine Mariam non ſolum plerumque increparet verbis, ſed verberibus etiam ac plagis miſeram contunderet.

§. 345.

Intentus interea ſane, prout res poſcebat, ſolicite cunctis per circuitum parandis ad excipiendos ingruentium vtrinque impetus hoſtium. Quam ad rem 'arte qua poterat maxima delinire ac conciliare ſibi ſatagebat y) primores principesque Bulgarorum, 'vt eorum ad bellum, quod vtrinque atrox exſpectabat, fida ſtrenuaque vti opera poſſet z). 'Non enim ei ſupererat ſpes ſalutis aliunde vlla, quam ex vi aperta; cum eſſet manifeſtum, neque cum Tocharis, quos implacabiliter irritatos magnis a ſe acceptis cladibus ſciret; neque cum imperatore, quem domeſticae rationes ad irreuocabiliter vrgendam generi filiaeque in Bulgariae regnum euectionem compellebant, tractationem iniri vllam, aut vel tentari conuentiones foederis poſſe a). Quocirca quantum valebat maxime ad fortiter reſiſtendum ſe parabat, vellet nollet, eo illum adigente neceſſitate tuendi regni. 'quod cum capeſſere auſus eſſet b), non modo tenere illud, ſed etiam ſibi firmare atque aſſerere contendebat.

Cum autem aſſidue modo hac, modo illac hoſtes irrumperent, Lachanas raptim ad omnia occurrens, proeliari ferme quotidie cogebatur. 'id ipſum alacriter agebat c), quippe, quantumuis homo barbarus, ſatis iudicii habebat ad intelligendum, quod eſt veriſſimum, pugnaturum eum cum non volet, qui non pugnat cum poteſt. 'Ac propter iſtam impigram audaciam ad quaeuis vltro pericula occurrendi d), fauebat ei plerumque fortuna belli, vehementibus, licet inordinatis, ruenti incurſibus; 'quos ſaepe ineluctabiles experti milites noſtri, parum iam fidebant diſciplinae atque ordini, quem obſeruare in acie didicerant, ac paſſim horrebant cum eo congredi e):

 prae-

y) Gr. vna voce ὑπεποιεῖτο.

z) καὶ πρὸς πολέμους ἡτοιμάζετο τοὺς καθ᾽ ἀμφω.

a) οὐ γὰρ ἦν οὔτε Τοχάροις διὰ τὰ πραχθέντα σπένδεσθαι, οὔτε τοὺς τοῦ βασιλέως ὅπωσαν ἀνάρξαν.

b) ἀρχὴν λαβὼν, ἤλπιζεν.

c) Addit interpres.

d) διὰ ταῦτα.

e) οὔτε γὰρ οἱ ἀνθιστάμενοι ἴσχυον ὁρμαῖς ἀτακτοτάταις ἀντισχεῖν.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1278.

praeſertim quod exempla crudelitatis, quae homo ferus et immanis in bello captis edere ſolebat, late vulgata, refrigerarent impetus miſſorum contra eum militum noſtrorum: inde morte peius horrentium manus cum tali hoſte conſerere, quem nulla calamitatum humanarum miſericordia molliret, ad ſubleuandam indulgentia vel minima eorum ſortem, quos in eius poteſtatem Mars varius infelici caſu redegiſſet f). Huic certe cauſae imputabatur, quod maiori ſaepe commiſſi potentia Lachanam non vincerent: quia nimirum totis ſuis viribus non vterentur, et horrore captiuitatis nimio conſtricti, retardarentur a connitendo, quantum poſſent. In hoc tum nodo haerebat bellum, cito alioqui finiendum g). Nam et plurimae et 'florentiſſimae h) vndecumque concluſum Lachanam Aſanis copiae tenebant: 'nec tamen debellabatur, metu perculſis Romanis militibus ob nimium diuerſam conditionem vtrinque captiuorum. Nempe i) qui a noſtris bello capiebantur, felices dupliciter erant: tum quod ſaeuitiae diri tyranni, cui ſeruierant, ſubtracti eſſent, tum quod in lenem atque humanam tranſiſſent poteſtatem clementis principis k): e contrario qui a Lachanae militibus abducebantur, certum habebant, nullam ſupereſſe ſalutis ſpem; quippe ſtatim, vt hoſtes, inexorabili feritate trucidabantur.

§. 346.

290. e) Extracti per has moras in longius aequo tempus belli Bulgarici non aliunde a prudentioribus exitus exſpectabatur, quam a clade

e) NICEPHORVS: iis, quae ad §. adtuli, ſubiungit] *Caeterum Lachanas firmandae tyrannidis cauſa tum in Scythiam proficiſcens, clandeſtinis imperatoris inſidiis profuſo illic ſanguine* [vid. §. 352.] *dat poenas. Aſan vero citra laborem, volentibus Bulgaris, re-*

f) *και το δευτερον κατοῤῥωδει την απεντευξιν ὡς μη καλως χρησομενου του περιγεγονοτος, το γαρ εἰς χειρας γενεσθαι τῳ Λαχανᾳ ἰσα και θανατος ἠν απηνεσας ἑνεκεν της ἐσχατης. βαρβαρα γαρ ἠδη τα ἐκ τυχης ἐλεεινα μαλασσειν ὀυκ ὀιδεν.*

g) Addit interpres

h) Addit interpres.

i) *Nec — nempe.* in gr. non leguntur.

k) Gr. tribus verbis, *βασιλει δε προσγινομενοι.*

290. PACHYM. T. I. p. 305. Niceph. Greg. T. I. p. 80.

de Lachanae: qualem illi breui ſuperuenturam ſpes eſſet; quod is frequentiſſime periculoſiſſimeque dimicaret, nec ſemper ſuperaturum appareret, propter ſolitam inconſtantiam ſortis; praeſertim cum inflatus ſucceſſibus multa temere inconſulteque ſuſciperet. [l]), Sed non falſo prouiſum haud multo poſt conſtitit, fama vera vulgata victi a Tocharis proelio Lachanae.

Quo nuncio exciti Ternobitae ad captandum dudum optatam occaſionem excutiendae ceruicibus foedae tyrannidis, Mariaeque vlciſcendae, in quam antiquis odiis flagrabant [m]), dedere ipſam decreuerunt, vna cum filio, ducibus exercitus imperatoris, ASANEMQVE in dominum recipere, cui ius vetus competebat ex genere ad ſucceſſionem. Maria igitur vterum gerens ex barbaro Lachana, ſimul cum Michaele puero, deducta ad imperatorem Adrianopolin eſt (in eam enim vrbem imperator ſecundo aduenerat), vbi cuſtodiae conuenienti commiſſa eſt [n]). Aſan vero tunc ſimul cum Irene (illa enim poſt Aſanem eo venit, imperatore iam Conſtantinopolin reuerſo) magna celebritate inuecti ſunt Ternobum, et reges acclamati.

gno potitur. His peractis, Maria, imperatoris ex ſorore neptis, cum filio Michaele, quem ex Conſtantino ſuſceperat, indidem expulſa, Conſtantinopolin venit.

l) και μαλλον φυσηθεντα το και ἐκ τυχης.

m) ὡρμημενοις παλαι κατα Μαριας.

n) Horum etiam meminit Pachymeres T. II. p. 6. [Eulogia poſt Michaelis Palaeologi obitum] *actis eius reſcindendis — vlciſci ſtudebat exſilium, quod eius iuſſu pertulerat — praetereaque eiectionem Mariae — filiae e regno Bulgariae.*

Imp. MICHAELE *Pal.*

CAPVT XXII.

Res Bulgarorum ſub Ioanne Aſane et Tertere, hoc quidem primum tyranno, poſt rege, geſtae; Ioannis Aſanis fuga, Lachanae caedes; Blachorum in Aſiam deportatio; Pſeudolachanae geſta,

ab a. C. 1279 — 1291.

§. 347.

a. C. 1279.

291. *α*) ERAT porro inter proceres, dignitate in Bulgaria praeſtantes, quidam *Terteres*, maximae apud eam gentem exiſtimationis et gratiae vir, ſummisque ab iis efferri et honoribus et laudibus ſolitus. Hunc imperator voluit Aſani affinitatis neceſſitudine iungere, et dignitatibus honorare, 'praeuerſurum ſe ratus hoc pacto periculum inſidiarum, imminens nouo regi ab homine, quem potens factio ſuorum clam ad regnum promouebat, et ipſum bellicae peritiae

α) NICEPHORVS: *Eo tempore extitit vir quidam nobilis, ſingulari prudentia et animi promtitudine inter Bulgaros inſignis, nomine Terteres: quem Aſan vt ſibi conciliaret, atque vt ſecuritati ſuae conſuleret, iungit ſibi affinitate, deſponſa ei ſorore ſua: priore videlicet vxore ademta, et cum liberis Nicaeam miſſa. Deinde deſpotae dignitate illum ornat.*

291. PACHYM. T. I. p. 305, 306. Niceph. Greg. T. I. p. 80.

a. C. 1279.

ritiae fama inclytum, quique ita militares geſſiſſet praefecturas, vt plus quidpiam priuato faſtigio ſpectare a penitius intuentibus eſſet animaduerſus a).

Caeterum huic imperatoris ſtudio incommode obſtabat vxor, quam tum habebat Terteres, cui ſi in eo primo coniugio perſtanti, honores et beneficia imperator congereret, nihil Aſanem iuuaret, ſed potius eius periculum augeret: potentia eius aemuli nouis opum acceſſionibus corroboranda, et quaſi accumulando nouo fomite, quo facilius exardeſceret incendium formidatum b). Igitur proponendum Terteri curauit imperator, ſe deſpotam eum creaturum, ſi, repudiata, quam haberet, coniuge, vellet in nouam ſponſam accipere ſororem Aſanis. Facta haec ſunt cito aſſentiente Tertere, cuius coniux prior cum filio *Oſphentiſthlabo* dicto, ad imperatorem ducta, huius iuſſu coſtodiae mandata apud Nicaeam eſt. Aſanis vero germana Terteri nupſit: et noui ſponſi titulo deſpotarum cohoneſtati ſunt.

§. 348.

a. C. 1280. c)

β) HAEC Terteris affinitas magnam Aſani facultatem obtinendi ſecure, quod capeſſere coeperat, regni d) attuliſſe videbatur: ſed vide- 292.

β) NICEPHORVS: *Verum is*, [Terteres] *non diu apud eum, a quo ita honoratus fuerat, in fide et officio permanſit; ſed animaduerſa eius leuitate inſigni et ſimplicitate, breui tempore totius exercitus et procerum non paucorum animos ſibi clam conciliauit. Iamque id agebat, vt, Aſane interfecto, principatu potiretur. Quo ille cognito, ſe cum vxore ad viſendum imperatorem, eumque ſocerum, proficiſci ſimulat: opum et pecuniarum Bulgaricarum ele-*

a) το γαρ ὕφορκον ἀπ' ἐκεινε προς βασιλεως πολυ ἦν. ἐπει και στρατηγων ἄλλος ἦν τα μειζονος ἐφιεμενος.

b) τα γαρ ταυτην ἔχοντα τιμαλφη μηδεν τῳ Ἀσαν κατα γενος συναπτοντα. λαμβανοντας μαλλον ἦν προς την των ὑπονοεμενων ἀναψιν, πλεον ὅσον ἐμπυρευμα.

292. PACHYM. T. I. p. 306, 307. Niceph. Gregor. T. I. p. 80.

c) Annus in obſeruatt. in Pachymerem adſcriptus.

d) προς συνεργιαν.

Imp. MI-
CHAELE
Pal.

a. C. 1280.

videbatur tantum; nam euentu mox apparuit, non diuturnam eam eius principatus Bulgarorum poſſeſſionem adiiſſe e). Nutare illa cito coepit mobiliſſimae leuitate gentis. Bulgari enim adeo ad perfidiam faciles habentur, vt aurae atque incertiſſimis flatibus ventorum, quam horum beneuolentiae, confidere ſit tutius.

Ac defectionem quidem ab Aſane machinari eos, ex multis apparebat: excitabat autem ipſorum in id ſtudia Terteres, arcanis molitionibus regnum affectans. Exſtabant quidem indicia non vana, quae talis hunc ambitionis ſuſpectum merito facerent: ſed ea ne animaduerterentur, inumbrabat affinitas eius cum Aſane. quis enim facile crederet, ſuo ipſum inſidiari generi, et prodere ac euertere velle hominem, cuius haberet in matrimonio ſororem? f)

§. 349.

Tandem tamen erupit res in notitiam minime dubiam Aſanis. quare ille, veritus, ne opprimeretur improuiſo quodam aſſultu, nec ſaluus periculum euaderet, praeoccupare fugam ſtatuit, honeſtum praetextum obtendens conſilio, vt rebatur, neceſſario; quod etiam quaeſtuoſum facere ſtuduit, praeda adiecta: occaſionem enim eius rei commodam ſibi nactus videbatur habens in poteſtate theſaurum regium Bulgariae, in quo ſupellex ſpecioſiſſima et pretioſiſſima ſeruabatur, ex Romanis olim parta, quando ducente Iſaacio Auguſto male ii cum Bulgaris pugnauerunt, 'amiſſis impedimentis, in quibus fuerunt ipſa inſignia imperii f), quae ex illo tempore condita Ternobi cuſtodiebantur, ad oſtentationem potius, quam ad vſum alium. Haec et alia quaecunque elatu facilia reperta tum ſunt in regiis apothecis Bulgarorum, clam compilata ſaccisque indita exportari noctu Aſan ex vrbe Ternobo curauit: 'ipſeque mox cum vxore ac comitatu g), quaſi animi gratia ruris amoenitate fruiturus, egreſſus indidem

…tiſſima quaeque clanculum cogit, deinde ſe Byzantium ad ſocerum imperatorem confert, atque illic reliquum vitae transfigit. Terteres vero, prohibente nemine, Bulgaricum regnum occupat.

e) και χρονος ὀλιγος ἀυτῳ παρεμετρα την των Βουλγαρων ἀρχην.

f) Addit interpres.

g) ἀυτου.

dem ſumma celeritate, Conſtantinopolin verſus iter arripuit *h*). Ac Meſembriam quidem vſque regia pompa luxuque ſpeciem ſecuritatis oſtentarunt. quae ſimulatio neceſſaria erat, ne, fuga deprehenſa, ſiſterentur. Caeterum, ibi naue conſcenſa, mari Byzantium feruntur. Exceptos illic primo exſcenſu S. Archangeli Michaelis *i*) monaſterio, prope portum ſito, imperator aliquot diebus admiſſione excluſit, iratus ipſis vehementer ob fugam, quam iudicabat intempeſtiuam; totumque id conſilium vanae ignauaeque formidini adſcribebat, qua fructus laborum expeditionumque multarum vno momento inconſultae leuitatis iacturam irreparabilem querebatur factam. Denique tamen, cum, quod factum quomodocunque fuerat, infectum fieri nequiret, permiſit iis ingreſſis ciuitatem ſibi ſe ſiſtere.

Interim TERTERES vacuum Aſanis fuga regni thronum, magna Bulgarorum voluntate palam occupauit, vnoque nuncio auditus eſt occupaſſe regnum, et ſolemni ritu coronatus: ſicque in plena et certa conſtitutus poſſeſſione Bulgarici principatus.

§. 350.

a. C. 1280. *k*)

LACHANAS, quem ſperandum non erat, erepta ipſi vrbe regia 393.
Ternobo et vxore regina, quietarum, contracto ſatis magno exercitu Ternobitas circumſedit, cum iis adhuc intra vrbem haerente Aſane *l*), ipſe habens ſecum *Tzaſimpaxim* protoſtratoris officio ſibi ſeruientem, quem prius imperator, tunc Aſani beneuolum, titulo ſimili honorauerat. Per eam obſidionem magnis a Lachana cladibus attriti Romani ſunt. Primum enim circiter decem millia noſtrorum mili-

h) — ἐνθεν της μεγαλοπολεως ἐφυγον.

i) Gr. vna voce Αρχιστρατηγε.

293. PACHYMERES T. I. p. 319.

k) Pachymeres cum p. 307. ſeqq. varia de rebus eccleſ. narraſſet, quae poſt a. quartum patriarchatus Ioannis Vecci acta erant, pergit, *Eodem porro anno Lachanas* &c.

l) Haec itaque iis, quae §. 349. narrantur, praemittenda ſunt.

Imp. MICHAELE *Pal.*

a. C. 1280.

militum in obſeſſorum auxilium venientia duce protoueſtiarite Marino, cum loco *Diabaena* dicto ſe admouiſſent, vbi caſtra Lachanas habebat, hoc cum paucis erumpente die ſeptima decima menſis Iulii fuſi victique ſunt, cum ſtrage ingenti partim proelio caeſorum, partim captorum a Lachana, et ab eodem crudeliter poſtea interfectorum. Rurſus paulo poſt, die quintadecima menſis Auguſti, idem Lachanas, circa Iugum exterius in Aprenum protoueſtiariten irruens, quinque circiter bellatorum fortium millia ductantem, hos quidem plane debellauit, illum gladio confecit. Similia idem exempla multa tunc edidit rabioſi ardoris in pugnando.

§. 351.

Aliquanto poſt haec, egreſſo iam Aſane Ternobo, et Tertere illic regnante, decreuit Lachanas confugere ad Nogam m), et eius opem implorare. Aliunde imperator, haud negligens res Bulgaricas, Aſanem ad Nogam eundem mittit cum donis plurimis, maiorem in modum rogans, ne auxilio deſtitutum ſineret legitimum et iure generis hereditario nitentem Bulgarorum regem, 'ipſi Nogae quaſi fraterna neceſſitudine deuinctum, quod vxores Aſanis et Nogae ſorores eſſent: quare hominem tam intima ſibi affinitate iunctum, ope ipſius egentem, iuuare ne grauaretur in recuperando iniuſte ablato principatu n).

Nogas iam antea venientem Lachanam humaniter exceperat; Aſanem quoque poſterius appulſum benigne admiſit. Caeterum ille accepit quidem vtriusque munera, aerumna vero aeque ambos immenſa cumulauit, detinens ſimul vtrumque perdiu, et ſecum quocumque circumducens. Vnus vtriusque legationis ſcopus erat, impe-
294. trare auxilia contra Terterem, communem hoſtem amborum, a ſe inuicem non leuius, quam ab ipſo Tertere, diſſidentium. 'Cum ergo illi

m) Tatarorum principem, de quo vide *Tom. III. Tatarica* §. 26. 28. *ſeqq.*

n) ἀλλα προσπεπαμενον ἀδελφῳ ὀντι, και των κατ᾽ αὐτον δικαιων χρῄζοντι. Aſan videlicet Irenen, Nogas vero Euphroſynen, notham Michaelis Pal. filiam in matrimonio habebat. vide *Tatarica* §. 26.

294. Id. ibid. p. 920.

illi pro ſe quisque aſſidue contendentes iuris ad regnum Bulgaricum ſui firmamenta proferrent diſceptantes, et quaſi ſub iudice cauſam perorantes propriam, ille ſic audiebat, vt ſententiam expediret nunquam, infinita eos mora ſuſpenderet: vtrique ſe tamen per vices venditans, et modo huic, modo alteri promittens, miſeris quantumlibet inuitis adulantibus, eoque magis ſe obnoxios praebentibus ad nutus eius omnes, quo ille alterna oſtentatione fauoris aut taedii, ſperandi timendique miſcebat cauſas artificioſo intextu, et communium votorum accendebat cupidis pretium o).

§. 352.

Hunc tandem exitum res habuit poſt ſuſpenſionem diuturnam. Sedebat ad menſam aliquando cum hoſpite vtroque Nogas. Celebratur hilaritate magna conuiuium, pocula eousque frequentantur, vt ebrii iam cuncti vix mente conſtarent p). Tunc ſubito quaſi e ſomno expergiſcens Nogas, et ancipites illas fruſtrationes, quibus ſe vſum hactenus meminerat, decidere aliquando volens in fauorem Aſanis, forte tunc ſibi ad latus aſſidentis, (inferius autem, ſed inuicem aduerſi hinc Lachanas, inde protoſtrator huius Tzaſimpaxis conſederant) imperat ſuis tranquille, ac quaſi nihil acturus, corripiant ſecure recumbentem, vt erat, Lachanam: idque dum illi agunt, dicit: „Hic hoſtis eſt imperatoris, patris mei, et plane indignus, qui viuere ſinatur„. quae illi audientes, correptis infelicis vtrinque manibus, cultrum in iugulum demittunt, et mox ibidem cadentem enecant. Iteratur mox ferum imperium in Tzaſimpaxin, ex aduerſo ſpectantem, qui, impacta in eius ceruicem manu ſatellitis ſecuri, trucidatur. Tragico ſpectaculo perculſus Aſan, ſibi vehementiſſime timuit, non ſine cauſa: nam paria et ipſe paſſus eſſet, ni tunc Euphroſynes interuentu ac ſtudio ſeruatus, paulo poſt incolumis dimiſſus eſſet.

o) Gr. multo breuius ita: — και πλειστον ὅσον διενηνεγμενοι ἦσαν, ὀυδεν ἱκανος ἐποιει, ἀλλ᾽ ἔτριβε χρονον, ποτε μεν τετῳ, ποτε δε θατερῳ προσυπισχνεμενος, ἐδελευον δ᾽ ἑκατεροι και ἀκοντες ταις ῥοπαις.

p) τελος καθιζει συμποσιον, και ὁ ποτος ἐς πολυ προεβαινε πινεσιν. ὡς δε μεθυος ἦσαν πληρεις και ὁ λογισμος ἱκανοις παρηγετο.

Imp. MICHAELE Pal.

§. 353.

a. C. 1275—1280. q)

295. [BELLO Turcico feruente, imperator caeteras legiones a bellis vrgentibus reuocare non poterat] Nam Thracenſes Bulgaricis — motibus obſtare debebant.

§. 354.

Imp. ANDRONICO Sen.

imp. ANDRONICO Seniore.

a. C. 1283.

296. CONTIGIT r) inſtauratio foederis inter imperatorem et Terterem. Is in regnum Bulgariae poſt Aſanis inde receſſum, vt alias s) diximus, euectus, religioni ſe ducere profitens, tenere in contubernio ſororem eiusdem Aſanis, quam, repudiata contra fas priore legitima coniuge, duxiſſet; nec ferre amplius, vt aiebat, valens, ſe ab eccleſia ſui regni ſacrorum exſortem eo nomine cenſeri, atque a communione reiici, miſſis ad imperatorem, qui haec ipſa exponerent, et paratum ſeſe ad pacem cum eo faciendam affirmarent ea conditione, ſi veram ſibi ſuam, quae Nicaeae detinebatur, vxorem redderet. Ad quae imperator annuens, eductam cuſtodia mulierem ad Terterem remiſit; pactus, vt is viciſſim ſororem Aſanis ad ſe remitteret, quod et factum eſt.

§. 355.

Moxque, cum iam Aſani ſpes nulla eſſet recuperandi regni Bulgarici, cuius in poſſeſſione validiſſime firmatus appareret Terteres, optimum factu putauit imperator, foedus cum hoc icere, vtique parum ad manum habens Romanarum copiarum alacrium ad pugnas,

295. NICEPHORVS GREG. T. I. p. 85.

q) Sunt anni margini adſcripti.

296. PACHYMERES T. II. p. 34.

r) Thronum patriarchalem CP. tenente Georgio Cyprio, Graeci epiſcopi in aede Blachernenſi Synodum celebrarunt, qua pacem imp. Michaele Pal. cum eccleſia Latina factam reſcinderent. *Verum*, pergit Pachymeres, *his adhuc in deliberatione verſantibus, contigit inſtauratio &c.*

s) Supra §. 349.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1283.

ſnae, et ad rem bene gerendam cum tam vicino ſtrenuoque hoſte promtarum ſatis. Conuenit ergo cum Bulgaro: Aſani, iuxta pacta prius a patre cum eo inita, 'dignitatem deſpotae Romaidis, in qualemcumque regni amiſſi compenſationem, tribuens t).

§. 356.

[ANDRONICVS imperator Michaelem deſpotam, Ioannis Ducae, 297 ſebaſtocratoris occiduorum tractuum, filium] ad ſe adductum in tuta quidem, libera tamen, cuſtodia tenuit, variis ipſum remiſſionibus et ſignificatione honoris delinire ſtudens, adeo vt etiam ſororis propriae filiam, ex Aſane natam, in matrimonium ipſi promitteret.

Aliquot abhinc annis — profectus erat Theſſalonicam imperator — 298 relicto Michaele ſub cuſtodia, cuius in ſocietatem propria ipſi acceſſerat ſoror, tali occaſione. 'Diſſidens ab imperatore cauſis, quas diximus, Bulgariae rex Terteres, Ioannis ſebaſtocratoris, patris huius Michaelis, firmare ſe foedere curauerat, deſpondenda ſuo filio Oſphentiſthlabo filia ipſius, quam et ad ſe tranſmiſſam impubem adhuc domi habuit. Verum ſecurius deinde rebus ſuis Terteres reputans, pacem, vti retulimus, cum imperatore facere, ſponſalibus cum filia Sebaſtocratoris abruptis, puellam vna cum ſorore Aſanis ad imperatorem miſit v), quam is eidem, quo Michael tenebatur frater huius virginis, carceri mandauit —.

§. 357.

a. C. 1284.

PIRATICO — latrocinio vbique per mare impune graſſante — et nunciato trepide tumultu erupturientium e ſuis finibus Scytharum a), 299 qui

t) Δεσποτην Ρωμαΐδος ἀποκαθιστησιν.

297. Idem ibid. p. 45.

298. Idem ibid. p. 46.

v) Gr. brenius ita: ἣν δη παρα πατρος τε Ιωαννε σεβαςοκρατορος δεξαμενος Τερτερης ὡς μνηςην τῳ υἱῳ Οσφεντισθλαβῳ, ἐτι ἐν ἀνηβοτητι ὀυσαν, ἐπειδη ἀυτος τας προς βασιλεα σπονδας ἠγαπησε, συναμα τῃ τε Ασαν ἀδελφῃ, και ἀυτην ὡς βασιλεα πεμπει.

299. PACHYMERES T. II. p. 65.

a) *Tatarorum.* Huc forte et pertinent, quae idem ſcriptor p. 50. narrat: *Illa porro tempeſtate* [a. C. 1284.] *nubes Scytharum e circumdanubianis collectis tractibus — transcurſa Bulgaria, vicinisque iſti regionibus vaga direptione vaſtatis, ad Iugum exterius conſedit —.*

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1284.

quibus intercludere ſe in Romanam ditionem tranſitum poſſe adeo Terteres diffideret, vt, an ſibi ipſi ac regno proprio ab eorum inſultibus tuendo par eſſet futurus, dubitaret: imperator — maris accolas recedere in interiora —, eos porro, qui ſedes habebant in mediterraneis Thraciae ac Macedoniae, — confugere in arces illorum tractuum iuſſit.

§. 358.

a. C. 1284, 1285.

300. ʻDE *Blachis* eadem illi occaſio ſolicitudinem admouit. Erat id genus hominum vagum, incertis errans ſedibus, ſed ea tempeſtate late fuſum per tractus a ſuburbiis Conſtantinopolis vſque ad Bizyam et vltra pertinentes; per quae loca iam multiplicati ſupra modum, ſuſpecti merito erant, ne mox irrupturis (quod exſpectabatur) Scythis vires haud modicas adiungerent, in partes eorum vitae ſimilitudine ac forte originis communione tracti: quippe quorum non facile numerabilis multitudo ferebatur, iuuentutis ad laborum patientiam duratae incommodis educationis haud mollis, quippe in locis, vbi libenter degunt, aſperis. nec deerant opes e prouentu gregum et armentorum, quae numeroſa in laetis paſcuis alebant: poſtremo nec inexercitati habebantur militaribus functionibus, quarum non rudimenta ſolum ponere ſoliti erant quotidianis venatibus ferarum; ſed experimenta etiam edere crebris nec infelicibus contra viros armatos certaminibus b).

Huic periculo praeuertendo factu optimum putauit, gentem iſtam ex occidua continente in orientalem transferre, collocareque trans fretum in ora Byzantinae aduerſa ciuitati: ʻſed et inſuper extenuare mulctis, et extorſionibus opes illorum c), ne, conſcii virium pro-

300. Id. ibid. p. 65, 66.

b) Το δε γε Βλαχικον, ὁ δη σχεδον ἀπο των ἐξωτερω της πολεως ἐς Βιζυην και ποῤῥω, ὡς πληθυς ἀριθμα κρειττον ποσυμενον παρέτετατο, ἐθνος δυσχωριαις χαιρον, και βοσκημασι προσανεχον· ου μην δε αλλα και μαχαις ἀθισμενον . ἀνδρων , ὑποπτευθεν ἀι αὐτομολιαν, ὡς τοις ἐξεληλακοσι και αὐτο προσπεσομενον, μετοικιζειν ἐς Ανατολης ἐγνω &c.

c) πλην και ταπαναι ζημιαις.

a. C. 1284. *Imp.* AN-DRONICO *Sen.*

propriarum ſui numero et annonae copia ſuperbirent. Vtrumque ſtrenue factum. hinc enim maximis affecti damnis ſunt, 'immanium acerba exactione tributorum d) : et immiſericorditer coacti ſedes trans Helleſpontum ferre. quod illis omni contributionis iniuria moleſtius contigit. 'Nam et occaſione tranſmigrationis, feſtinatae praeſertim vrgentibus implacide ſatellitibus, pleraſque comparatarum longa mora, vbi vixerant, non parui pretii rerum, quas tranſportare haud erat facile, partim perdere vel ſponte relinquendo vel rapinis opportunitate vtentium furum, partim damnoſe vendere alieno tempore, viliſſimo pretio, cogebantur. Accedebat, quod rig re hiemis, qua eſt peracta haec tranſlatio, magnam et miſeram edi ſtragem contigit, cum hominum, infirmioris praeſertim aetatis, tum tenerae pecudum ſobolis; vnde damnum ipſis grauiſſimum eſt factum; ac, neutro genere nouo coelo aſſueſcere valente, mortibus in dies increbeſcentibus e), conſilium neceſſarium obtruſum pluribus eorum, redimendae ſingillatim magna pecunia facultatis repetendi natalis ſoli, 'extra quod ſe ſuasque familias vix poſſe viuere, ipſa eos experientia docebat f).

§. 359.

a. C. 1291.

BVLGARVS quiſpiam alicunde ſponte prodiens, ſe Lachanam eſſe illum dudum ibi celebrem iactauit; oſtentans etiam ſeſe imperatori, ac paratum offerens ad aggredienda in hoſtes, ſi permitteret, maxima. His imperator auditis, turbatus primum eſt admiratione inopinatae nouitatis. Haud capiens, quo caſu, quem ſatis conſtabat 301.

a

d) Addit haec interpres.

e) ζῶα γὰρ ἱκανὰ, καὶ κτήσεις πολλαί· τὰ μὲν, ἐώνια προὔκειντο τοῖς ἄλλοις, τὰ δὲ καὶ τὸν τόπον ἀλλάξοντα καιρῷ χειμῶνος καὶ τότε, παντελῶς διεφθείροντο. κτήσεις δὲ τούτων, ἡ μὲν διηρπάζετο, ἡ δὲ καὶ περισσὰ, κακῶς παρεκαλλῆτο· ὥστε μὴ εἶναί τ' αὖθις ἐγχρονίζειν ἐκεῖ· ἀλλὰ τὰ κακὰ παραδραμόντος &c.

f) Addit interpres.

301. PACHYMERES T. II. p. 175. qui, cum conuentum cauſa condemnatorum ab imperatore, Conſtantini fratris et Strategopuli, celebratum narraſſet, pergit, *Ea tempeſtate Bulgarus quiſpiam* &c.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1291.

a Noga Tocharorum principe fuiſſe iam pridem interfectum, is non viuus modo conſpiceretur, ſed magna etiam polliceri de ſe ac cogitare auderet? Quare data prius opera, vt hunc hominem certo productum loco Maria patruelis ſua curioſe inſpiceret, ipſa non ob-
302. ſeruata, ex ea deinde percunctatus eſt, ecquid eſſet is reuera Lachanas: in quo falli talis vtique mulier nequiret, vxor olim veri Lachanae, ex quo conceptam peperiſſet filiam. Quae cum non modo eſſe iſtum Lachanam negaſſet, ſed etiam affirmaſſet, nihil prorſus in eo obſeruaſſe Lachanae ſimile, haud parum ſuſpectum imperatori et iis, qui ſub eo res curabant, hunc reddidit barbarum.

§. 360.

'Vnde cum hunc obſeruaſſent ad affectationem ſubitae ac vehementis excandeſcentiae, qui erat vnus ex characteribus indolis Lachanae, haud ſatis a quamlibet conante tamen expreſſus g), adiungere ſimulationem aſtutam fanaticae pietatis, quo et ille inprimis artificio valuerat; et hic non impari ſucceſſu iſta potiſſimum illecebra multorum in ſe hominum leuium, ſpebus ſe vanis efferri ſinentium, exſpectationem et ſtudia vertebat; 'non de nihilo veriti, ac praeuertendum rati, motum aliquem multitudinis inſanae, ſequi ducem hunc, quocumque duceret, paratae, barbarum impoſtorem comprehenſum cuſtodiae dederunt, hoc ipſo ſatis reum et poena dignum, quod eſſet manifeſte deprehenſus ſimulare perſonam alienam, fraudemque illam ad nihil niſi damnoſum ac periculoſum quieti publicae pertinere appareret h). Id vt magis tunc neceſſarium conſilium praecautioque videretur, faciebat conditio illorum temporum et miſer ſtatus regionum orientalis limitis, Perſarum incurſionibus agi ferrique ſolitarum. Infelices enim illi, fruſtra imploratis aliis vndecumque praeſidiis, ad famam iſtius velut noui oſtenſi vindicis cupidiſſime animos arre-

302. Idem ibid. p. 126.

g) ὡς δε και αὐτος, ζηλωτος τις φαινομενος ουκ ἀντικρυς ὀυδ' ὁυτως ἑαυτῳ περιετιθει τον Λαχαναν ἁ και λεγοιτο. ...

h) ἱκανον μεν ἐν τηρησει ἀγειν, και φυλακαις ἐδιδου την των πολλων ἐλευδοτριβησιν ἐπ' αὐτῳ ἐντευθεν ὑποτεμνομενος. μηδε γαρ ὁλως ἀναι βαρβαρον τε και πλανον κατανοεμενον ἀγαθον τι ποιειν.

arrexerant. — Itaque in illo gemitu ac conſternatione quotidianarum a Perſis graſſationum audientes exiſtere aliquem, qui ſe diuinitus miſſum diceret, ad hoſtes imperii delendos —, magnopere optabant dari ducem ſibi qualemcunque iſtum Lachanam, et carcere detineri eum audiſſent, multis et ſolicitis precibus imperatorem fatigabant, ne diuinitus deſtinatum malorum extremorum ipſis remedium inuideret —. His concuſſus, reputare ſecum coepit imperator, et conſiliariis proponere. — Scimus, falſum hunc Lachanam planum ac nebulonem eſſe: quid tamen noceat, eum expoſcentibus concedere? Eat, pugnet, volens volentes contra Perſas, hoc ipſum, vt audio, formidantes, ducat —„. 303.

§. 361.

Haec cum ſuis locutus imperator, Pſeudo-Lachanam, praeparatis, quantae ſufficere ſunt viſae, inſtructum copiis, emittit. At ecce vix ſe ille in viam dederat, cum motus illarum gentium exſtitit maximus. Concurrebant ad eum paſſim omnes, vicini iuxta et longinqui, trepidatione ac tumultu tanto, vt mundus vniuerſus concuti, et terra ipſa funditus commoueri videretur. Opere ruſtico agricolae ac pecuarii relicto, qui nihil niſi ligonem, quo terram fodiebant, niſi ſtimulum, quo boues increpabant, tractare antea didiciſſent, pugnas nunc et acies fremebant, virgasque ac peda vice haſtae, aut lanceae, geſtantes, apparebant ſubitarii velites, genus nouum militiae inermis, acies ſine ordine, ſed fiduciam victoriae certam augurium-que non dubium trahebant ex eo ſolo, quod militarent auſpiciis deſideratiſſimi ducis ſui Lachanae. Conflatur momento turba innumerabilis trudentium ſe mutuo ac praeuertere certantium, feſtinantium cunctorum ad noui ductoris ſigna. —

Hos ita tumultuari crebris imperator nunciis factus certior, et ſi ad manum res veniret, cladem ac ſtragem populi exitialem aliquam metuens: ſed nec ſatis ſecurus de fide barbari agyrtae, qui ſi ad defectionem a principe plebem illam inconditam vocaret, mo-

rige-

303. Id. ibid. p. 127, 128.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1293.

rigeris ad quiduis eſſet vſurus, mature praecauendum incommodum ratus, accerſitum ad ſe adductumque mature Pſeudo-Lachanam exauctorat, tutaque teneri cuſtodia iubet. Quo vulgato, confeſtim temeraria turba diſperſa eſt.

CAPVT XXIII.

Bulgaria a Tataris ſubacta; Tzaca Tataro ab Oſphentiſthlabo occiſo, liberata; imperium Oſphentiſthlabi;

ab a. C. 1294—1327.

§. 362.

a. C. 1294.

304 [CVM Nogas, Tocharorum princeps, a Tuchai, ex ea ſtirpe, a qua Nogas defecerat, orto, proelio victus ingenti, in acie confoſſus occubuiſſet, eius filius *Tzacas* cum reliquis ſibi a)] viribus in Bulgariam irrupit, a rege deſtitutam tunc ſuo. Nam qui regnarat illic Terteres, iam antea, minis adhuc viuentis Nogae territus, confugerat ad imperatorem: quo non auſo eum admittere, ne repetituro mox Nogae ſupplicem prodere cogeretur, metu iram eius et arma in ſeſe concitandi, miſer interim Terteres, alicubi circa Adrianopolin latitans degebat. At Tzacas b) cum his, quas dixi, copiis in Bulgaros irruens, ſubiicere hos ſibi tentabat. c), ius quoddam ad

304. PACHYMERES T. II. p. 178, 179.

a) Haec vid. *Tom. III.* in *Tataricis* §. 57, 58.

b) ὁ γὰρ [Ἰωάννου υἱὸς] Τζάκας, [τοῦ Νόγα ἐκποδὼν γεγονότος]. incluſa omiſit interpres.

c) θαρρῶν τοῖς περὶ αὐτὸν Βουλγάροις ἀντέχειν.

ad regni eius ſucceſſionem ab vxore trahens: habebat enim in matrimonio Terteris filiam. ‘quare vt eam ſpem magis firmaret, tantoque ad ſe alliceret efficacius gentem Bulgaricam, OSPHENTISTHLABVM ſibi adiunxit, vxoris ſuae fratrem, eius, apud populares ob ſtirpem regiam grati, profecturo ſibi fauore confidens aſſecuturum eſſe, vt regnum ſponte iſtud vniuerſum ſuae ipſius ditioni cederet d).

§. 363.

‘Erat hic Oſphentiſthlabus egens quidem per ſeſe pecuniae; caeterum abundantia nobilitatis inopiae ſubſidium inuenit. Cum enim forte incidiſſet in *Pantoleontem* quendam de plebe hominem, ſed felici negotiatione longi temporis opes nactum ingentes, facile perſuaſit obſcuro et priuato regiis natalibus praefulgens iuuenis, vt oblatam ſecum affinitatem longe omnibus praehabendam conditionibus duceret. Carens liberis Pantoleon, puellam ſibi conſanguineam, *Encenem* nomine, e *Mancuſo* quodam natam, et olim e ſacro baptiſmi fonte ſuſceptam ab Euphroſyne, Nogae coniuge, ac inde ab illa more maiorum filiae loco habitam, deſtinauerat heredem. Hanc ſibi adoptatam, toto in dotem imputato patrimonio, libentiſſime coniugem dedit petenti Oſphentiſthlabo e).

Qui f) repente diues, dotali pecunia, muneratus haud parce 305.
pleroſque Bulgaros, ſtudia ſibi eorum ad ſuffragationem principatus eo propenſiora conciliauit, quod ipſe materno genere Bulgarus (nam pater eius *Terteres* e *Comanis* erat) naturae ac ſanguinis communione, quae ad caritatem valet plurimum, gentis illius affectibus commendaretur.

d) προσλαμβανει τε και τον ταυτης ἀδελφον Οσφεντισθλαβον, και συν αὐτῳ Βουλγαρους δελεαγωγειν ἠθελεν.

e) ἀλλ' ἱκανως πενης ὠν, ἀφνειῳ τινι ἀπο πραγματειων ἀνδρι Παντολεοντι προσυχων ἐυγενης ὠν και ἐκ βασιλεως, τυχοντι και ἀπαιδι ἐπ' Εγκαινῃ Μαγκουσου τινος θυγατρι, τεκνοποιηθειση παλαι τῃ τε Νογα Ευφροσυνῃ ἐκ τε θειου βαπτισματος, δια τον πλειστον ἐπιγαμβρευεται.

f) Ordinem, quo haec in gr. leguntur, nonnihil mutat interpres.

305. Id. Ibid. p. 180.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1294.

§. 364.

Sequebatur ille interim Tzacae fortunam, eum vt dominum venerans, ac videlicet pro intima cum eo, vt ſuae ſororis viro, neceſſitudine, praecipuum apud illum gratiae locum obtinens. Vnde intra Ternobum, vrbem regiam Bulgariae, illum ſecutus, et eius regimen primum quaſi alienis exercens auſpiciis, ſenſim ad ſe vim imperii attraxit g): donec, factione iam ſatis firmata, Tzacam, cognationis fide ſecurum, improuiſo adortus comprehendit, tutaque tenuit aliquamdiu cuſtodia; tandem Iudaeis ad caedem miniſtris vſus h), clauſo in carcere fauces eliſit: *Ioachimum* quoque illic patriarcham, ſuſpectum i) quaſi prodere Bulgariam Tocharis tentaret, praecipitio necauit. atque horum ſcelerum tantorum praemium repente opimum Bulgariae totius dominatum tulit.

§. 365.

a. C. 1296.

CVIVS paulatim ſe corroborantibus progreſſibus, obſiſtere mature, id e re ſua ratus, imperator ſtudens, arrepta libenter occaſione legationis ad ſe miſſae quorumdam Bulgarorum, Conſtantini quondam ipſorum regis ex Maria filium in regem poſcentium, et tempus aptum exiſtimantium reſtituendo huic in paternum regnum, quando res Tocharorum, infenſorum ipſi, confirmatae nondum eſſent in plenum robur, ex concuſſu belli atrociſſimi ciuilis, cuius vtcunque victor Tuctais et multos amiſerat ſuorum; et regio, quam vincendo acquiſierat, vaſtata deſolataque in longum adhuc tempus erat k): huius, inquam, inuitatione legationis, *Michaelem* ad Bulgaros, prout poſcebant, miſit.

Et peruenit ille quidem in Bulgariam: caeterum haud paratas illic pro voto res reperit: factione, quae illum accerſierat, non valente in vrbem eum regiam introducere. Quare Michael tantummodo

g) τῆς Τερνόβου σὺν ἱκανῷ ἐπιλαμβάνεται.

h) καὶ οἷς ὡς τὰ τοιαῦτα ἐθάῤῥει χρησάμενος, omiſit interpres.

i) τὸ πάλαι ὑποπτευθέντα.

k) διὰ τὸ ἐξάντης [conf. quae de hac voce adnotat in Gloſſario Poſſinus] ἤδη φανείσης Τοχαρικῆς ἐξουσίας γενέσθαι βεβαίως.

modo vagans extra Ternobum *l*), vitam agebat non multum priuata clariorem; certe a principalis faſtigii ſplendore plurimum deficientem, ac maieſtati regiae minime decoram: rerum illic nihilo ſecius potiente Oſphentiſthlabo *m*); cui et poſt tempus inde aliquod contigit redimere Terterem patrem, captiuum ab imperatore detentum, per-

 muta-

l) ὃς καὶ οὐδὲν πλέον ἔχε Βυλγάροις ἐπιστὰς, ἢ τὸ ἔξω Τερνόβυ περιπλανᾶσθαι.

m) Poſſinus in Obſeruationibus Pachymerianis p. 540. „ Quae ſequuntur, inquit, in contextu graeco poſt haec verba: ἀλλ' οὕτω μὲν. Ὀσφεντισθλάβος, ſic plane, vt hic leguntur, in vtroque optimo codice expreſſa, inextricabili perplexitate confuſa ſunt. Nam Noſter, natura tenebroſus, quoties multa paucis ſtudet cogere, denſior ſe caligini inuoluit. Vaticanus Epitomator paulo diſtinctius hunc locum explicat. Eius haec verba ſunt: εἶχε μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν Τερτερῆ μετὰ πολλῶν ἀρχόντων αὐτῦ. καὶ Ῥαδοσθλάβον Σεβαστοκράτορα Βυλγάρων, συγγενῆ τῶν ἐκεῖ. ἀδελφὸς γὰρ ἦν τῦ Μιλτζῦ, ὃς ἐβασίλευσε Βυλγάρων βασιλήσα Νογᾶ ἀκούσαντος τῦ Τερτερῆ. ἐλθόντος δὲ τῦ Τζακᾶ, τῆς ἀρχῆς ἐξεβλήθη ὁ Μιλτζος. τῦτον οὖν τὸν Ῥαδοσθλάβον εἶχε μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς περὶ τιμῆς, καὶ τὸ τῦ Σεβαστοκράτορος ἀξίωμα βεβαιοῖ. ἀποστέλλεται οὖν ὁ Ῥαδοσθλάβος ἀπὸ Θεσσαλονίκης παρὰ τῦ βασιλέως μετὰ μεγιστάνων Ῥωμαίων καὶ ἱκανῆς δυνάμεως κατὰ τῦ Ἐλτιμέρη, ὃς ἦν ἀδελφὸς τῦ Τερτερῆ. νικᾷ γῦν ὁ Ἐλτιμέρης τὸν Ῥαδοσθλάβον, καὶ κρατήσας αὐτὸν καὶ ἐκτυφλώσας, στέλλει παρὰ βασιλέα πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτῦ σύζυγον. τὺς δὲ μεγιστᾶνας τῶν Ῥωμαίων ἐκράτει, μέχρις ἂν ὁ βασιλεὺς τὸν Τερτερῆ καὶ τὺς ἄρχοντας αὐτῦ δὺς ἀντάλλαττει τύτυς. Haec Vaticanus Breuiator Pachymeris, qui non meminit memoratae Auctori δεσποτείας Ἐλτιμήρη κατὰ τὸν Κρῦνον. ea vox a Pachymere bis poſita altero loco Κρυρὸν ſcribitur. Nos vtrobique Κρῦνον ſcripſimus. quod *Cruni* loci mentionem apud Geographos reperimus, non autem *Cruri*. Praeterea Epitomator omittit, Eltimerem fuiſſe fratrem non ſolum Terteris, ſed et coniugis Smiltzi, rem diſerte expreſſam a Pachymere. deinde contra huius auctoritatem affirmat; veniſſe in poteſtatem imperatoris Rhadoſthlabum vna cum Tertere; hic enim ait, ſponte illum ad imperatorem transfugiſſe, — βασιλεῖ προσχωρήσας, deinde aſſerit Epitomator, ab Eltimere commutatos proceres Romanos cum Tertere, et eius proceribus ab imperatore detentis, cum Auctor nullam faciat mentionem Bulgarorum procerum ſimul iſta permutatione liberatorum, ſed vnius tantummodo Terteris cum Romanis numero tredecim magnatibus commutati meminerit, ac permutationem ab Oſphentiſthlabo, ad quem Eltimeres Romanos miſiſſet, factam dixerit „.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1296.

mutatione multorum e palatinis Auguſti, qui in eius poteſtatem venerant, caſu quodam hic breuiter referendo.

§. 366.

RADOSTHLABVS erat quidam perilluſtris inter Bulgaros, tum dignitate Sebaſtocratoris, qua in Bulgaria honorabatur, tum nobilitate familiae facile illic primae omnium. Nam *Smilzo*, numeroſiſſima in illo regno cognatione inclyto, intima, cum pleriſque procerum gentis, cognatione admouebatur; et *Eltimerae*, *Croni deſpotae*, ſororem in matrimonio habebat, cuius Eltimerae germanam alteram ipſe rex Terteres vxorem duxerat n). Porro Smiltzus iſte regnum Bulgarorum paulo ante obtinuerat, in eo principatu ſubſtitutus a Noga tranſfugae ad imperatorem Terteri: ſed ſolio ceſſerat, Tzaca primum praeualente; mox a ſubinſinuante ſeſe Oſphentiſthlabo, initio quidem
306. Tzacae, cui parebat, gratia, deinde opibus dotalibus conflata factione Tzacam quoque ipſum deiiciente, funditus euerſus, amotusque a medio fuerat.

Hunc ergo Radoſthlabum imperator poſtquam ad ſeſe confugientem ſuſcepiſſet honorifice, ac ei ſebaſtocratoricam confirmaſſet dignitatem, idoneum ratus promouendis Michaelis ſpebus, remiſit Theſſalonica, vbi tunc erat, in patriam cum exercitu, cui duces praefecerat aliquot e ſuo comitatu clariſſimos viros o). His Bulgariam petentibus primus in armis occurrit Eltimeres ad Crunum, peculiari eius ditioni ſubiectum, vt dixi, locum: vbi proelio commiſſo fuſae Romanorum copiae et capti duces ſunt. At Radoſthlabum quidem victor Eltimeres excaecatum ad ipſius vxorem, Theſſalonicae in digreſſu ab imperatore relictam, remiſit: proceres vero Romanos tuto curauit perducendos ad Oſphentiſthlabum, qui hos non prius dimiſit, quam

n) τῳ γαρ Σμιλτζῳ και ὁμαιμόνα, συναιμα πλεισοις, Ελτιμηρη, και τῳ τον Κρυνον δεσποτῃ τετιμημενῳ, ἀδελφῳ γε ὀντι τῳ Τερτερῃ, και αὐτῃ τε τῃ τα Σμιλτζα συζυγῳ προσβαλλει [ὁ Ραδοσθλαβος].

306. Id ibid. p. 181.

o) τοτε τοινυν ἐκ Θεσσαλονικης παρα βασιλεως ἀποσταλεντες ἐις τους περι τον Ῥαδοσθλαβον, συν τοις μεγιστοις το βασιλεως.

a. C. 1296.

quam pro iis liberatum ab imperatore patrem suum recepiſſet Terterem.

In hunc modum hinc Terteres, inde Romani principes numero tredecim, mutua commutatione liberati, patriae inuicem reſtituti ſunt. at non Terteres quidem regno. Nam Oſphentiſthlabus, quaſi plene defunctus omni erga patrem pietatis officio, ipſius vinculis rumpendis, neceſſe nihil putauit, rurſus eum ſibi demto redimire diademate p). Sed quantum ad nos certa illinc fama perlatum eſt, vnam ei ciuitatem aſſignauit, vbi quantis vellet circumfluam deliciis, modo priuatam et ab omni rerum adminiſtratione feriatam, vitam duceret.

§. 367.

Sic regnare perrexit Oſphentiſthlabus, cuius quomodocunque illatae mentioni non incommode, quantum arbitror, adiungam prioris eius fortunae, ac variorum caſuum compendio collectam inde vſque ab vltima pueritia memoriam. Infans adhuc relegatus cum matre Nicaeam, ibi cum ea fuit in carcere q), donec illa, vna ex conditionibus ſupra memoratae conuentionis, libera remiſſa r), ipſe obſes apud Romanos manſit. Poſtea vero, ſatagente Ioachimo patriarcha Bulgariae, qui occaſione cuiuspiam exſpectatae affinitatis contrahendae per matrimonium filiae magni ſtratopedarchi Synadeni, legatus ad imperatorem miſſus fuerat, reſtitutus patri eſt.

§. 368.

a. C. 1299.

α) [SERBIAE Crales Stephanus Vreſis ſecundae ſuae vxori Ioannis ſebaſtocratoris filiae repudiatae remiſſaeque ad patrem tertiam 307. ſuper-

α) NICEPHORVS: *Imperatoris Andronici ſoror Eudocia illius* [Cralis Serbiae] *coniugium abominabatur*, [et quartum erat, quod pete-

p) ὃν μὴν δὲ καὶ ἀπολελυκὼς τὸν πατέρα ὁ ἐξ αὐτοῦ, βασιλείας ἀξίως ἐπρέσβευεν.

q) καὶ ὁ μὲν Οσφεντισθλάβος ταύτῃ, ἐκεῖ γενόμενος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ συναρχθεὶς τῇ μητρὶ κατὰ Νίκαιαν &c. conf. ſupra §. 347.

r) Vid. §. 354.

307. PACHYMERES T. II. p. 185. 187. 192, 193. 196. Niceph. Gregor. T. I. p. 185.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1299.

ſuperinduxerat, Terteris filiam, ex ſorore genitam Aſanis, ſuperſtite nihilominus prima ſola legitima coniuge. Huius demum morte nunciata, Andronicus imperator ei ſignificari iuſſit, ſe illi ſororem propriam Eudociam, Ioannis Lazorum principis viduam, ſi filiam Terteris, cui nullo eſſet legitimo deuinctus nexu, dimitteret, ſociaturum; et facilem illum inuenit ad ſplendidae propoſitionem admittendam affinitatis. Quod vero coniugium cum maxime auerſaretur Eudocia, Cralique filiolam ſuam Simonidem in matrimonium daturum Andronicus promiſiſſet; inter eos conuenit, vt imperator Theſſalonicam iret, quod ad illum Crales venturus eſſet, praemiſſa, quam tunc vice coniugis habebat, filia Terteris. Imperatorem hoc conſilio eo profectum patriarcha Ioannes ſequitur] certus ei diſſuadere, quantum poſſet, filiae Simonidis cum Serbiae principe matrimonium, multis de cauſis inconueniens. Primum enim, quod exigebatur a Crale, vt proderet imperatori filiam Terteris, id non videri fieri ab eo poſſe ſine atroci ſcelere periurii: quod ſatis conſtaret, illum fidem iſti mulieri ſuam dediſſe horrendis adſtrictam adiurationibus. Nec vero ſatis exploratum haberi, eſſetne irritum Cralis cum ea femina coniugium, quod ſcire ſe fuiſſe legitime contractum mater Cralis affirmaret. [Nihilo tamen minus breui poſt res ad finem eſt perducta, Serbo filiam Terteris dedente, et viciſſim accipiente ab imperatore ipſius filiam Simonidem s).]

§. 369.

bat, coniugium]. *Nam cum prima vxore, Blachiae principis filia, per annos aliquot vixerat; deinde ea in patriam remiſſa, ſororem vxoris fratris ſui — duxerat vxorem —. longo poſt tempore et illam ablegauerat, et Bulgariae principis Sphendoſthlaui ſororem ſibi iunxerat vxorem tertiam. Atque ex nulla harum trium vxorum liberos ſuſceperat. Sed cum et huius amor refrixiſſet, illuſtriorem affinitatem quaerebat. — Imperator illi de filia ſua Simonide ſignificat —. Appetente igitur vere imperator — Theſſalonicam proficiſcitur —. Eodem et Crales venit, obſides adducens ſecum —, item Sphendoſthlabi ſororem, ad pacem confirmandam.*

s) Loca integra vide in *Seruicis ſ. 83—89.*

Imp. ANDRONICO Sen.

§. 369.

a. C. 1301.

β) INTER haec Michael, [Angelus deſpota †)] amiſſa dudum con- 308.
iuge priore, quae imperatoris ſoror fuerat, ad filiam Terteris, ſeparatam, vt diximus, a Crale Serbiae, adiecit oculos, et volens volentem duxit, nihil obſtante imperatore; eccleſia vero poſtmodum factum comprobante. Quin et aliquanto poſterius quam hanc connubio ſibi iunxerat, cum iam liberos ex ea ſuſcepiſſet, deſpotica illam, qua erat ipſe iampridem inſignitus, poteſtate impertiit; habuitque ex Cralaena Deſpotam Terteris filiam vxorem, nullis prorſus honorum, qui legitimae neceſſitudini verae coniugis deberentur, ſignificationibus excluſam.

§. 370.

a. C. 1305.

SPHENTISTHLABVS Bulgarorum, vt quis dixerit, rex ſiue in vl- 309.
tionem repudiatae a Crale Serbiae ſuae ſororis, Terteris filiae, adſcitaeque in eius locum filiae imperatoris; ſiue indigne ferens, ſuum intimum affinem Michaelem deſpotam, eiusdem nunc germanae ſuae virum, comprehenſum et cuſtodiae traditum ab Auguſto fuiſſe [ob defectionis agitatae ſuſpicionem] — ; ſiue deſpectu afflictae imperii fortunae ob noſtrarum debilitationem copiarum, in ſpes ambitioſas elatus, armata manu incurſauit Romanas arces limiti ad Haemum impoſitas; easque, paucis exceptis, aut vi cepit, aut conditionibus ad

β) Id.: *Cum qua non multo poſt quam in vrbem perducta erat, furtim conſueuit Michael Cutrules — vidius. Cum ea inquam iſte conſueuit principio clam, deinde eandem palam vxorem duxit.*

308. PACHYMERES T. II. p. 209. Niceph. Greg. l. c.

Pachym. T. II. p. 275. 284. *Michael deſpota in defectionis meditatae ſuſpicionem venit — magnam ad veriſimilitudinem colorem addebat, quod idem deſpota coniugem haberet filiam Terteris, ex genere vtique infenſo Rom. rei.*

Die itaque 13. menſis Martii Michael deſpota cum vxore Terteris filia et ſuſceptis ex hac liberis in cuſtodiam — datus eſt.

†) In Gr. eſt Μιχαὴλ ὁ Δεσπότης.

309. PACHYMERES T. II. p. 282.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1305.

ad deditionem perpulit. Nec his eum fore contentum apparebat; aut temperaturum a tentandis aliis, dum eius mixtam ambitioni barbaricam ſuperbiam tam benigna opportunitas commodiſſimae occaſionis ad vlterius promouendum inuitaret.

§. 371.

Imperator iſto malorum auctario grauatus, honeſtum et ſalutare reputans, impetus in loca illa incitatos barbari mature praeuertere; quibus eum minari regionibus credebat, feſtinauit ſubmiſſis ſtrenue auxiliis firmare. Sed et praeterea filium Auguſtum in occiduos deſtinauit tractus. Quae interim dum expeditio paratur, ſuſpectans ne ſe Sphentiſthlabo in belli contra Romanos ſocietatem adderet Eltemeres, Smiltzae gener *v*), Cruno adſitae exarchus regionis, vtpote Sphentiſthlabi patruus (frater enim erat Terteris *x*)) alioquin magni habitus a Bulgaris, apud quos deſpotae dignitatem obtinebat, prae-
310. occupare illum donis haud paruis ſtuduit: non deſperans ſic conſequi ſe poſſe, non modo ne is ſuas copias in Romanorum damna fratris filio adiungeret, ſed vt contra pro imperio pugnaret. In eam igitur ſpem bene impenſas largitiones ratus, praeter munera miſſa, Eltimeri obtulit annuas e fiſco ſuo penſiones, adhibuitque ad hoc ei perſuadendum ſocrum ipſius, vxorem Smiltzae, neptem ex fratre ſuam (nam illa ex ſebaſtocratore nata Conſtantino erat,) quam pro conſanguinitate intima ſecum et neceſſitudine, quae ipſi cum Eltimere, vtpote genero, intercederet arctiſſima, inprimis idoneam talis ſequeſtram negotiationis fore credidit. In quo ne illa ſibi parceret, aut vllam omitteret artem deliniendi generum, et ab eo eblandiendi, quae volebat imperator, inſtigatorem ei ſubmiſit mulieris iſtius fratrem Michaelem Palaeologum.

His in anteceſſum ad tutelam illius limitis prouiſis, exſpectabatur iturus quamprimum illuc iunior Auguſtus Michael, inſtruebaturque ac ſplendide interim adornabatur iſta profectio eius.

§. 372.

v) τον τȣ Σμιλτζȣ γαμβρον Ελτιμερον conf. ſupra §. 366.

x) τῃ γαρ Τερτερῃ ὁμαιμονα. 310. Id. ibid. p. 283.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1305.

§. 372.

[ROGERIVS Latinus ſtatim cum veniſſet cum Catelanis ſuis By- 311.
zantium *y*)] imperator eum ſibi per affinitatem iungit, Maria, ſororis ſuae et Aſanis filia, illi nuptum data, eundemque magni ducis dignitate ornat.

§. 373.

a. C. 1306.

[ROGERIVS, Turcis ad Germam victis proelio, Romanorum 312.
quosdam laqueo necari iuſſit,] quod res ſuas in praeda Perſica agnitas reſumere illi ac ſibi vindicare voluiſſent —. Quando et ipſum ducem iſtius cohortis, ex qua iſti erant, virum inclytum virtute militari, ortu Bulgarum, cui fuerat dignitas collata magni Tzauſii, *Chramiſthlabum* nomine [occidere voluit]. quem bello contra Lachanam Michael Auguſtus ſenior olim captum, diuque in carcere conſtrictum vinculis detentum, longo poſt tempore Andronicus imperator emiſſum cuſtodia, et ea, quam dixi, ornatum dignitate illis diu in partibus militiae ducem habuit. Et hunc, inquam, vt dicitur, magnus dux irae impetu primo a ſe vulneratum gladio, carnificibus laqueo ſuffocandum tradidit, finiſſetque is haud dubie vitam ſuſpendio, niſi multi certatim accurrentes, et precibus infimis et rationibus idoneis, meritisque ipſius ac defenſionis argumentis allegandis plurimis, aegre tandem Rontzerium auertiſſent a propoſito talis viri leto informi enecandi.

Iiiii 2 §. 374.

311. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 134.

y) Euocatus ab Andronico Auguſto, vt docet Pachymeres T. II. p. 275. *Andronicus miſſis, quo fidem promiſſorum faceret, aurea munitis bulla diplomatibus, ei* [Rontzerio, ſic Byzantini ſcriptores Rogerium vocant] *ſignificauit, ſeſe ipſum conditionibus peramplis, et ſubiectas ipſi copias auctoramentis idoneis iam nunc in Rom. militiae auxiliares accipere. Venirent modo quamprimum, et ipſe quidem ductor ſibi eximie deſtinatam Magni Ducis dignitatem cum affinitate ſplendida, nuptiis neptis propriae Mariae, Aſanis filiae, iniret; milites vero ipſius ad ſpem certam magnorum-ſtipendiorum accurrerent.*

312. PACHYMERES T. II. p. 295.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

§. 374.

313. z) IVVENIS quidam, genere Bulgarus, cognomento Choerobóſcus, a priori, opinor, profeſſione paſtoris porcorum, Ioannes nomine, bellis quibusdam apud Myſiam, vt quidem ipſe affirmabat, exercitatus, audiens quae in oriente gererentur; vt nempe ſolutis ordinibus Perſae paſſim vagantes per manipulos, tamen, prohibente nemine, regiones illic incurſarent, concepta rei bene gerendae fiducia, trecentos ſibi ſociat, quorum erant quidam armati arcubus, plerique clauas geſtabant. Cum his mari ſe admouens, transfretare in Aſiam tentauerat, quo tempore illic erat iunior Auguſtus Michael. Sed hoc eius conſilio diuulgato, qui loca illa cum poteſtate tenebant, audientes, timuerunt, ne plebs agreſtis, militiae rudis, in certum exitium temere rueret. quamobrem comprehenſus ille cuſtodiae traditur.

§. 375.

Sed menſes nouem carcere conflictatus, inde poſtea elapſus ad eccleſiam confugit: vbi remiſſiorem nactus ſtationem, prioribus illis cogitationibus ſe reddit: et clam eccleſia profugus, miſſam plebis, domo profugae metu Perſarum, multitudinem colligit, cumque his confeſtim et inopinato mare traiicit †. Sic quaedam ſpecies exercitus, Choerobóſco ductore, formata eſt, quaerebantque auidè occaſionem experiendi, conflictu cum hoſte, fortunam belli. Ac principio quidem, plures in paucos irruentes, bene rem geſſerunt. —

§. 376.

Obſidebat ingens numerus Perſarum incluſam Chenchreis multitudinem plebis inopis, quae populationibus hoſtium e regionibus circa Scamandrum coacta eo fugere, extremo tum in diſcrimine, exterius illato egebat auxilio. Id ſimul Choerobóſco cum ſuis eſt cognitum, illuc aduolant, et improuiſo irruentes, viri eſſe viſi ſunt, fuſis primo incurſu et fugatis hoſtibus; vnde contigit reſpirare paulisper

313. Id. ibid. p. 306.

z) Pachymeres, cum Magneſiam a Rogerio oppugnatam narraſſet, pergit, *Per haec tempora iuuenis quidam* &c.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

ſuper obſeſſos. Verum paulò poſt congregati maiori numero Perſae vno ſimul omnes impetu Choerobofcianos adoriuntur, et immiſſis vi ſumma equitibus in pedites, ipſos internecione delent, circumuentumque vndique Choeroboſcum occidunt: non tamen ſtatim ac ceperunt. aliquamdiu enim habitum in vinculis permiſerunt orare obſeſſos, vt lytrum pro ſe ſoluerent, taxatum a Perſis ſumma nummorum quingentorum. Ad ea Chenchreenſibus non promte occurrentibus, et negligere occaſionem viſis redimendae tot nummis vnius animae: ipſe, cuius maxime intererat, ad eos Choeroboſcus ſuccedens ſub murum, lingua bulgarica, cuius gnaros eſſe intus ſciebat aliquot (graecae vſum de induſtria vitauit, nolens intelligi a multis, qui ſe circumſtabant, huius peritis, quae dicebat) alte pronunciauit ea, quae putabat valitura inducendis iis ad ſumtum ſui tanſi faciendum. In his praecipuam habebat vim, quod pollicebatur, ſe ſtatim ac foret liberatus, inſigne aliquod facinus in damnum Perſarum editurum. "Erant e cuſtodibus Choeroboſcum ſub muros producentibus quidam non prorſus ignari linguae Bulgaricae. Hi nunciarunt Perſis, quid captiuus, cuius liberationi pretium conſtituerant, ſponderet [a]. quo illi cognito, haud tanti putarunt quingentos nummos, vt non mallent illos perdere, quam hoſtem Perſici nominis implacabilem dimittere liberum praeſertim cum ab eo, ſemel tantum victo, ſaepius ipſi ſuperati, metuendi cauſas haberent. Ergo illum interfecerunt. — Perſae deletis Choeroboſci copiis, — potiti arce, — eam funditus deleuerunt. 314.

§. 377.

Sic aliqui memorant. tamen aliorum, quibus tutius creditur, diuerſa de huius hominis caſibus narratio haec eſt. Aiunt eum "detentum a Perſis, inuenta denique fugae via, ſe proripuiſſe in tractus occiduos; ibique oblatum ſuis Bulgaris, famae commendatione, et ex ea opinione fortitudinis, ab iis promeruiſſe titulum ibi vſitatum dignitatis, cui a Sebaſto ſiue Auguſto deriuatum nomen tribui-

 ſtur

314. Id. ibid. p. 367.

a) ἐυϛικα γαρ τινων ξυνιεντων, και Περσαις ἀγγελλοντων, Φωραται κακεργων Περσας.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

tur. Hoc ille inſignis honore, Michaeli Auguſto iuniori ſeſe offert b), tunc in illis partibus haud proſpere contra Turcos et Amogabaros belligeranti. Vnde ab illo, quoduis auxilium tali ſuo tempore opportunum ducente, facile impetrat, vt peditem ſe mille peditum (tot enim circiter de nouo collegerat) ductorem, imperialibus auſpiciis contra Perſas militare pateretur. At ille ſic praetextu armatus Perſici belli, regiones Romanas circa Theſſalonicam illa ſua latrocinali infeſtauit manu; non vt Theſſalus ſe gerens, ſed Bulgarico plane inſtituto, et more ſuo, praedis agendis intentus.

§. 378.

RES porro interim occiduae laborabant, et ruebant peſſum,
315. Oſphentiſthlabi, Romano imperio infeſti potentia tunc corroborata, inclinato ad ipſum Eltimere. Hi, viribus iunctis, Haemo ſubiecta populabantur, et pleraſque illic Romanas arces, compulſas ad deditionem, capiebant. in his Ctenia, Roſocaſtrum et alias plurimas ſibi ſubiecerant. Iam autem Sozopolis cum circumſitis pagis, Meſembria quoque, Agathopolis et Anchialus in proximo ſtabant diſcrimine; nec longe a conſilio deditionis abeſſe videbantur.

§. 379.

Aeſtuabat Auguſtus ſenior haec audiens; et hinc quidem ad obuiam eundum malo graſſanti ſtimulabatur, inde autem totum eius ad ſe rapiebant animum tractus orientalis deploratiſſimae res. In his anguſtiis, neceſſitate ineluctabili cogente, decreuit filium imperatorem in occiduas regiones mittere; ac praeparata, prout licuit, ea imperiali expeditione, proficiſci eo cum Michaele ſimul iubet Glabam, familia Tarchaniotarum, protoſtratorem —. Ad iuniorem itaque Auguſtum, ſtatiua Bizyae habentem, vniuerſae occidui tractus Romanae copiae edicto vndique occurrere iuſſae, congregabantur. 'Sed eae vbi omnes conuenerunt, haud tales ſunt repertae, quae prudenter com-

b) ὡς πεφυλακτο μεν τοτε συνων τοις ἐχθροις ὑϛερον δ' ἀποδρας ἐκαθεν, προς δυσιν κατασι. και τω Μιχαηλ προσελθων τιμην λαβων ἐπι Βελγαροις της σεβαϛοτητος.

315. PACHYMERES T. II. p. 308.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

committi cum Bulgaricis, numero ſuperioribus, poſſent c). Cum tamen nunciarentur apparere Bulgari circa Sozopolin, 'et prouidere tutelae vrbis ſumma neceſſitas Michaelem Auguſtum ſubigeret; miſit eo, tentaturum quantum ex vſu praeſenti militaris prudentia dictaret, ex Bulgaris *Boſſilam* d), Smiltzi et Radoſthlabi minimum natu fratrem e). Hic celeriter illuc occurrens, trepidationem iniecit non modicam hoſtibus, et, quotquot ex ipſis obuios habuit, fuſis incurſu primo fugatiſque, etiam perſequendo inſtitit fuga traiicientibus Scafidam amnem, vbi eis infortunium occurrit. Pons enim, ipſis tranſeuntibus, concidens flumini et gladio miſeros diuiſit, partim vndis hauſtos, partim caeſos ferro inſtantium f). Hic tamen 'militantes Romanis g) Bulgari morem patrium tenuerunt, parcendi hoſtibus captis, eosque illaeſos dimittendi. 'Abire igitur incolumes paſſi ſunt 316.
ſunt plerosque h), illuſtrioribus exceptis. ita, vt, praeter eos, qui in conflictu pugnantes ceciderant, 'reliqui magno numero, concedentibus victoribus, ſalui recederent i).

§. 380.

Hi rurſus manu facta in agrum Adrianopoleos irruentes, proelio ſecundo cum noſtris facto praeterquam ſpolia caeſorum diripuerunt, 'etiam quos viuos potuerunt capere e Romanis militibus pluſimos, haud pari eius, quia cum ipſis erat actum, miſericordia impertierunt: non enim pepercerunt plerosque occidere. k) Accidit ea belli offenſio noſtris rebus perincommoda, fortuna more ſuo, et marte vario vices ſucceſſuum alternantibus.

Iſti factae alieniſſimo tempore iacturae vehementer Auguſtus iunior indoluit: 'ac quoniam per infeſtam regionem hoſtilibus incurſibus

c) ἀλλ᾽ οὐκ ἴσχυον ἀνταρκεῖς προσανταγωνίζεσθαι.

d) ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει συναμπλάκεντας τῶν ἐκ Βουλγάρων Βοσσίλαν.

e) Conf. ſupra p. 356. not. m. vbi epitomator Pachymeris, fratres fuiſſe Radoſthlabum et Miltzum dicit, vt not. m. Pachymeres, vbi Radoſthlabum Smiltzo ὁμαίμονα ait.

f) τοὺς Βουλγάρους ὄτρυνε, omiſit interpres.

g) Supplet interpres.

h) i) Addit interpres.

316. Id. ibid. p. 309.

k) πολλοὺς οὐκ ὤκνησαν φονεύειν.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

bus proficiſcendum ipſi Adrianopolin erat l), neceſſe habens idonea copias numero alicunde cogere, multos illic repertos viros fortes et belli experientes, qui olim in oriente militauerant, conſcribere, ac ſic exercitum ſupplere conſtituit. Verum ii, quod amiſſis domibus peregre profugi, extrema rerum omnium egeſtate premebantur, veſtiendi, ſcilicet atque armandi numeratisque auctorandi ſtipendiis fuere. Ad hoc Auguſtus, quamcunque ad manum habuit, pecunia expenſa, cum longe plura res poſceret, — quae vaſa aurea et argentea extulerat ad familiare miniſterium, conflari et in nummos ſignari iuſſit. — Ex his — confeſtim auctus pecunia Michael, multorum millium exercitu parato, cum hoc Adrianopolin fiducia magna ſe contulit. Ibique Auguſta relicta, prius Deiparam veneratus, in regionem longo exteriori ſubiectam, quam et Romaniam vocant, d. 23. Auguſti hoſtiliter incurrit: et a *Rachubi* m) ad *Stilbnum*, hinc vsque ad *Copſin*, veterem renouans paroemiam, cuncta late praedam Myſorum fecit; Eltimeremque excluſit. 'Hinc curſu conuerſo, pari obuia vaſtandi felicitate, alias quoque hoſtium terras incurſans, ad Oreſtiadem peruenit n).

§. 381.

Haec cognita Conſtantinopoli primum ſunt litteris eo Adrianopoli miſſis ab Auguſta Maria, quas ad illam ex ipſo exercitu dederat Theodorus, Michaelis Aug. frater. 'quibus ſic Andronicus imperator auditis, turbatus parumper eſt, animum diuidens in admirationem et ſolicitudinem. Cauſa commotionis fuit homonymia duorum locorum, quae diuerſa et ab inuicem longe diſſita, vno tamen et eodem *Reachubis* appellantur nomine o). Norat ille ex fama, vbi Stilbnus et Copſis eſſent ſitae. quoniam autem alium terminum depraedatarum a Michaele Auguſto terrarum memorari Reachubin videbat, et de hac percontans, audiebat, propinquum hunc locum
317. eſſe finibus Ternobi regiae vrbis Bulgarorum a meridie, non plus quam diei vnius itinere medio, mirabatur tantum ſpatium hoſtilis ditio-

l) ἐφιστασθαι μελλοντι τῃ Ἀδριανε.

m) Infra *Reachubis*, vrbs ab hac diuerſa et Ternobo vicina.

n) αὖθις δε τα ὁμοια δρασας, και ἐφ' ἡμεραις την των ἐναντιων καταδρομων προς Ὀρεστιαδα ἐπαναζευγνυσι.

o) ἡ ὁμωνυμια της Ῥεαχουβεως θορυβον ἐμποιει βασιλει.

317. Id. ibid. p. 310.

tionis vno incurſu vaſtari a noſtris potuiſſe, illudi ſibi ac falſò haec iactari ſuſpectabat: praetereaque metuebat, ne, ſi vera narrarentur, ii nimium intra hoſtium praeſidia progreſſi, audacia inconſulta locum cladi dediſſent, ni propere ſuccurreretur, mox accipiendae, deprehenſis illic, vnde receptus non daretur p). Re autem vera nihil tale peccauerat Michael, proculque a circumuentionis periculo aberat. Non enim vſque ad Reachubin Ternobo vicinam proceſſerat; ſed erat, procul ab iſta priori diſtans, alia Reachubis; quam vel ad differentiam, vel ad ſignificandum hanc illa minorem eſſe, homines illorum tractuum diminutiua forma *Reachubitzam* vocitabant q). Hoc poſtmodum comperto, acquieuit imperator, et agnita litterarum fide, gaudium proſperi ſucceſſus animo ſecuro cepit.

Nondum totus menſis Sextilis effluxerat, cum iam fama facti conſtans, et indicia ſincera perlata in vrbem plene illic cunctis perſuaſere, grauiter a noſtris Bulgaros premi, laborareque res horum.

§. 382.

MAGNVS dux [Rogerius] multa fruſtra circa Magneſiam conatus in eius obſidione ciuitatis — rurſus Mitylenen eſt reuerſus —, 318.
quod ſcriptis ad ipſum litteris mandarat imperator, vt, omiſſa oppugnatione Magneſiae, lectiſſimos quosque ſui exercitus ſecum aſſumens, cum iis verſus Haemum tenderet, illic ſe adiuncturus iuniori Auguſto Michaeli, qui, caſtris ad Adrianopolin conſidens, hinc quidem Eltimeris, inde autem Oſphentiſthlabi, erupturientis in damna Romanorum, prout poterat coërcebat impetus. — Dux magnus 319.
cum ſuis aegre tandem ſoluentes Mitylene, vicinis Madyto littoribus appellunt. — vbi tota ſimul omnium collecta multitudo — arbitrio ſuo vniuerſa transfretauit, aduerſamque occupauit plena poteſtate regionem. Ibi iam quae iſti dire immaniterque fecerint — non facile eſt verbis exſequi. — Horum fama ſcelerum in Michaelis iunioris 320.
Au-

p) καὶ κινδυνον ἀνεγκαιον, ὡς το οἶκος, ὑπελαμβανεν.

q) ἣν καὶ ὑποκοριζομενοι ἀνθρωποι Ῥεαχυβιτζαν ἐκαλουν.

318. PACHYMERES. T. II. p. 334. et p. 356.

319. Id. ibid. p. 335.

320. Id. ibid. p. 336.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

Auguſti caſtra perlata, in ducum ac militum illic animis omnem ſuſcepti certaminis acrimoniam infregit; adeo vt remiſſo ſtudio Bulgaros vincendi, odia paſſim irasque ardentes in nouos, vt multo peiores, hoſtes verterent r).

§. 383.

a. C. 1307.

321. ROGERIVS — decreuit ad imperatorem Michaelem — proficiſci, vt ſic praeſens exploraret, qualis eſſent — Michaelis Aug. copiae —, ſatis intelligens, — infenſum infeſtumque ſibi ac ſuis Catelanis iſtum eſſe exercitum, quippe fama irritatum immanium iniuriarum, per quas illi Romanos — vexaſſent. Ad hunc vlciſcendi praeterita ſcelera impetum adiungebatur cura praeuertendi rebellionem futuram —. et hanc in partem eminebant Alanorum maxime ſtudia — et Turcopulorum. Horum quibusdam praeerat e Bulgaris oriundus Boſſilas s).

§. 384.

322. MICHAEL Auguſtus — induciis, qualibus pro tempore licuit, pauſam adeptus belli Bulgarici, magnum primicerium cum ipſi proprie ſubiecta parte non modica copiarum, oppugnatum arcem Callipolis
323. miſit. — Ipſe — progreſſus vſque Pamphylum, inde magnum hetaeriarcham Ducam et magnum tzauſium Vmpertopulum, tertio inſuper his addito Boſpila, — miſit aduerſus Amogabaros Callipolin occupan-
324. tes. — At imp. Michael — vbi ad locum, cui nomen eſt Imeri, peruenit, — Alanos et Turcopulos in fronte conſtituit, duce illis praepoſito Boſſila, — vltimam in aciem ſubmouit, quantum e Blachico genere t) voluntariisque collectum aderat.

r) [RONTZERIUS ſuos alloquens, Iuſſus ſum, inquit, ab imperatore] *Helleſpontum traiicere, cuius aduerſa in ora parati ſtare ferebantur ad vſum noſtrum equi — vt iis inſtructi continuo progrederemur ad Michaelem Iun. Auguſtum, ei operam daturi bello, ad quod ſtare procinctus dicebatur contra Myſiam gerendo.*

321. Id. ibid. p. 364.

s) Idem forte, cuius ſupra §. 379. mentio incidit, qui p. 377. Βοσι-λας, p. 381. Βοσσικας. vocatur.

323. Id. ibid. 377.

324. Id. ibid. 381.

t) Conf. ſupra §. 359.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1306.

§. 385.

'HOC porro tempore, quae vxor olim Smiltzae fuerat, cum 325.
iam in vrbem aduenisset, prout dictum eſt ſuperius, de iis quae tractatura cum imperatore venerat, ipſo aſſentiente, connubiis conuenit v). Quod cum reſciuiſſet Oſphentiſthlabus, qui et ipſe inſtanter, ſed fruſtra, affinitatem ſibi cum domo Auguſta ex imperatore quaeſierat; deſperans iam, ſe tenere ſuis fidum partibus Eltimerem poſſe, quippe quem inclinare verſus imperatorem nouerat, vtpote generum Smiltzaenae, duas arces ex optimis, Hyampolin et Lardaeam, quas, a ſe Romanis prius ereptas, deinde in gratiae pignus donauerat Eltimerae ſuo patruo, miſſis ad eum qui poſcerent, certis conuentionibus iterum recepit, et praeſidiis impoſitis ſibi aſſeruit. Nec dubitabatur, quin porro pergeret in eo genere conari, vindicando ſibi, quas poſſet, Romanas arces illius limitis, tanquam olim ad Bulgaros iure quam optimo pertinentes. Nam illum ad quacunque ratione poſſet nocendum Romano imperio inſtigabat ſenſus acer repulſae, quam ab imperatore tulerat, ambiens honorem (quem tamen ſerius eſt ſuis poſtea temporibus adeptus x)) neceſſitudinis nuptialis cum domo Auguſta.

§. 386.

a. C. 1308.

AMBOBVS iam imperatoribus, ſeniori quidem tertium et vigeſimum, Iuniori autem duodecimum annum imperii euolui contigit. Quando — in occiduo tractu — Oſphentiſthlabus terras Eltimerae ſubiectas, nihil aliud praetexens niſi eius inclinationem ad imperatoris partes, agebat ferebatque, hoſtiliter diripiens, ac ne Romano quidem abſtinens limite. 326.

§. 387.

[TVRCOPVLI, Alanos imitati, cum ſe a Romano exercitu, in 327.

 quo

325. PACHYMERES T. II. p. 387, 388.

v) τοτε και ἡ παλαι συζυγεισα τῳ Σμιλτζῃ, καταλαβουσα την πολιν, ὡς ἐλεχθη προτερον, τας μετα τȣ βασιλεως ἐπιγαμιας κατησφαλιζετο.

x) Vide infra §. 391.

326. Id. ibid. p. 393.

327. PACHYMERES. T. II. p. 412.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1308.

quo ſtipendia meruerant, abiunxiſſent y)] multorum opinio non inuerisimilis, vt res apparebant, fuit; eos, niſi ab imperatore praeoccuparentur promiſſione ſtipendiorum quanta ipſi peterent, ad Oſphentiſthlabum acceſſuros. id enim fore reuertens ad imperatorem affirmauerat Cutzimpaxis z).

§. 388.

328. γ) Alani — poſtquam ab Auguſto pariter et ab Amogabaris defecerant, communes amborum hoſtes, inclinare ad Oſphentiſthlabum Bulgarum, iam ſatis, vt putabant, opibus ad ipſos protegendos firmatum, coeperant a). Hic quippe Anchialum iam ipſam et Meſembriam occupauerat; quin nec ab ipſa temperabat Agathopoli, viciniſque circum illi pagis, quibus cum maxime ſubigendis tum intentus erat, aut potius, vt recentiſſimi ferebant nuncii, cum iis iam vniuerſis, et ciuitate illa ipſa, tractatu ſtipulato, de deditione tranſegerant b). Ab hoc igitur Alani, miſſis legatis, petierunt, praefici ſibi duces Bulgaros, quorum ductu militaturos ſe ſpondebant, et prohibituros tranſitu Romanos, ſi forte infeſtas immittere copias in Bulgariam conarentur. Conceſſum id illis. venerunt enim ad eos ab Oſphentiſthlabo miſſi praefecti, mille admodum, vt ferebatur, milites ſecum Bulgaros ducentes. Horum adiunctione audaciores iam Alani facti, prodire in campum non dubitarunt, depraedantes ſubiectam regionem; qua demum late vaſtata, ſe cum vxoribus ac liberis ad Oſphentiſthlabum contulere. — Peruenerant iam Alani praeeuntes vſque ad confinia et primos ferme aditus Bulgariae, cum eos qui perſequeban-

γ) NICEPHORVS: *Cum Maſſagetae* [Alani], *clandeſtinis pactionibus ad Scythas praemiſſis, velle ſe ad eos vna cum omnibus familiis transfugere ſignificaſſent, iamque vxoribus et liberis ad ſe reuocatis, per Haemum tranſituri forent, (qui quidem mons Romanos a Bulgaris hodie diſterminat.), in eos Turcopuli frequentes et conferti, cum Catelanis quampluribus, circa radices montis*

y) Vide *Tom. IV. Alanica* §. 87.

z) Tatarus genere, qui olim vna cum Alanis ſub Noga Tatarorum principe militauerat.

328 Id. ibid. p. 420, 421. Niceph. Greg. T. I. p. 142.

a) ἅπαξ βασιλέως ἀποστατήσαντες, πέμποντες πρὸς Οσφεντισθλάβον ἠλχμα-τισθέντα.

b) ἀλλα και τετω ἦν, ἐγχειρητ... ἐξ ὁμολογίας.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

bantur [Amogabari et Turcopuli] aſſequuntur. Ibi proelium ſane acre commiſſum eſt —. Tandem — Amogabaros faſſi victores, fuga paſſim effuſa verſi Alani ſunt.

§. 389.

[QVO tempore Romofortus, Amogabarorum dux, legatos ab imperatore miſſos re infecta dimiſit], aderant — et ab Oſphentiſthlabo ad Romofortum legati, qui eum ad foedus ſecum contra Romanos ineundum inuitarent, oblata in coniugem Oſphentiſthlabi ſorore, vidua Tzacae c) nuper occiſi. ad quae Romofortus facile conſenſit. 329.

§. 390.

CAETERVM Oſphentiſthlabus pacem ſitiebat: admoueri familiae Auguſtae affinitatis neceſſitudine cupiens. Ergo habens in poteſtate Ioannem expatriarcham, cum Sozopolitis captum, eum interpretem ſuorum ad imperatorem deſideriorum miſit. Cunctatus aliquamdiu ad eam propoſitionem Auguſtus eſt; vincente tamen tandem negandi conſilium neceſſaria tali tempore minuendorum imperii hoſtium cura, miſit, qui aſſenſum ad eius quaeſita ſuum afferrent. Petebat autem dari ſibi coniugem vnam e filiabus Michaelis Auguſti iunioris. Quae autem occuparat Romana oppida, reddere abnuebat: cauſans, liberis ſe ex deſtinato coniugio ſuſcipiendis, et ipſis ex imperatoris domo futuris, illa ſeruare. 330.

Nec factum, nec facti ratio ſatis Andronico probabatur: volebatque omnino aequiori conditione contrahi. Itaque reſponſo differendo

impetum faciunt, et, paucis exceptis, omnes promiſcue occidunt. Nam cum longo tempore commilitones Maſſagetarum fuiſſent, in lucri et praedae partem cum iis ſaepe venerant; et altercationibus non paucis in partitione manubiarum exortis, minorem ſemper acceperant. Quod autem infirmiores eſſent, et aduerſus fortiores pugnare non auderent, tempus veluti feſellerant, et iram animo inſidentem tacite aluerant, quae tandem opportuna occaſione oblata in apertum erupit.

329. PACHYMER. T. II. p. 423. 330. Id. ibid. p. 438.

c) Conf. ſupra §. 362.

Imp AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1308.

rendo negotium extrahebat, haud tamen ſpem praecidens, cunctatione Romanae tunc rei perutili. Nam Oſphentiſthlabus interim, dum pendet in ambiguo conuentionis ab ipſo tractatae ſucceſſus, frumentum, quo abundabat Bulgaria, inde aſportari plenis nauibus Conſtantinopolin permiſit. quod praeterquam opportunum penuriae iam illic prementi ſubſidium, etiam formidatae in futurum fami quaſi antidotus ac praeſumtum in tempore remedium fuit *d*).

§. 391.

a. C. 1318—1320. *e*)

331. δ) MICHAEL imperator ex Maria vxore, quae Armena erat, duas puellas ſuſcepit, Annam et Theodoram. Anna Thomae Epiri et Aetoliae principi nuptum data eſt; — *Theodora* Venceſlao *f*) nupſit Bulgarorum principi.

§. 392.

a. C. 1321. *g*)

332. [BELLO inter vtrumque Andronicum, auum et nepotem, exorto, Cantacuzenus magnus domeſticus huic oppugnationem Byzantii diſſuadens] illud inſuper, inquit, mecum reuolui, et Triballorum principem et Moeſorum regem Sphentiſthlabum, imperatoris aui alterum generum, alterum progenerum, priuatas cum eo ſimultates modo exercere. Quod ſi propter bellum iſtud compoſita lite, ad ſe adiunandum illos inuitauerit, hoſtes eos inprimis formidabiles patiemur.—

§. 393.

δ) CANTACVZENVS: — *Theodoram autem Sphentiſthlabo Moeſorum regi connubio iunxit.*

d) *και εν τουτῳ ἱκανος μετεωρος ὠν, τον ἐκειθε σιτον διαπλωϊζεσθαι καθυφιει, και ὁυτω Ρ'ωμαιοι ἐσιταρκευτο, και φαρμακον ἠν τε λοιμα το πραττομενον.*

331. NICEPH. GREG. T. I. p. 174. Ioannes Cantacuzenus T. I. p. 10.

e) Anni apud Nicephorum p. 172. 175. marg. adſcripti.

f) Σφενδοθλαβῳ. Cantacuz. Σφεντοθλαβῳ.

332. CANTACVZENVS T. I. p. 66.

g) A. M. 6829. d. 20. April. CPli profugit Andronicus iunior, teſte Nicephoro Greg. T. I. p. 194.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1321.

§. 393.

Inter haec [dum Byzantium cum exercitu petit Andronicus iunior] a Sphentiſthlabo Moeſorum rege affine ſuo (propter Theodoram ſororem cum eo nuptam) legatus venit Martinus, cum Moeſis equitibus cataphractis trecentis, in ſpeciem quidem, vt auxilium aduerſus auum, ſi indigeret, laturus, et promittebat, ſi maioribus copiis opus haberet, regem libenter miſſurum [b]: ſed reuera, vt, ſi eum paucitate laborantem inueniret, iniectis manibus ad regem captiuum perduceret. Quod ex eo mox claruit, quia Martinus, exercitu imperatorem ſequente conſpecto, vnde venerat, ſubito ſe recepit. 333.

Adhuc prope Byzantium erat [Andronicus iun.] cum *Boiſilas*, Moeſorum regis frater, ab ipſo ad auum transfugit. 334.

§. 394.

a. C. 1322.

a) SVB idem tempus [quo pax inter auum et nepotem reſtituta eſt [i]] Sphentiſthlabus Moeſorum rex, quicum nupta erat Andronici minoris ſoror, morbo interiit; quem filius eius GEORGIVS TERTERES excepit. 335.

CAPVT

a) NICEPHORVS: *His temporibus* [cum Andronicus Iun. Conſtantinopoli fugere] *obiit Venceſlaus* [Σφενδοσθλαβος] *Bulgarorum princeps.*

333. Id. ibid. p. 69.

b) ἑτοίμως παρέξοντος τὰ κήδεστου.

334. Id. ibid. p. 84.

335. CANTACVZ. T. I. p. 105. Niceph. Greg. T. I. p. 196.

i) Id indict. 5. factum eſſe ait Cantacuzenus. Du Cange in Familiis Dalm. obitum eius ad a. C. 1323. refert.

CAPVT XXIIII.

Res Bulgarorum ſub regibus Georgio Tertere et Michaele Streantzimeri F.;

ab a. C. 1322 — 1330.

§. 395.

a. C. 1322.

336. PORRO etiamnum bello inter imperatores durante, cum Andronicus Palaeologus, prouinciarum Rhodopes, Romanis ſubditarum, praefectus, a nepote ad auum deſciuiſſet, TERTERES vrbes illas inuadens, alias ferro ignique vaſtarat, Philippopolin amplam et populoſam, equite pediteque munitam, idoneo regionis loco ſitam, et ſeu paci ſeu bello inter omnes continentis vrbes appoſitam ceperat. Cepit vero iſto modo. A quodam ſtudioſorum ſui, quos habebat Byzantii, ex odio in imperatorem iuniorem occulte certior eſt factus, Philippopolitanis quibusdam illi a) militantibus, aliis in frugibus colligendis comportandisque occupatis, ſi ex improuiſo ſuperueniat, facile in tanta virorum paucitate vrbem ſubacturum. Hac ſuggeſtione allectus, improuiſus aduenit, et ob ſolitudinem a defenſoribus nullo eam negotio ſubegit.

§. 396.

a. C. 1322 — 1324.

PROFECTO poſt pacem factam Didymotichum iuniore imperatore, Terteres oppidulis circa Adrianopolin depopulationem intulit. Perſecutus depopulatores imperator, et in finibus Moeſiae aſſecutus, inſperato irruit, aliisque trucidatis, alios viuos comprehendit, paucis fugi-

336. CANTACVZENVS T. I. p. 105, 106.

a) τῷ νέῳ βασιλεῖ

fugientibus nox ſaluti fuit: caſtra quoque miles diripuit, et praedam reduxit. Poſt hanc pugnam imperator Moeſos non incurſantes modo repellendos, ſed etiam armis vltro appetendos exiſtimauit. Quare iuſto exercitu conſcripto, ſecundum diem triceſimum in Moeſiam incubuit, et complura loca depraedatus, captiuum nullum fecit (nec enim vel Moeſis vel Romanis in more fuit, incurſionibus mutuum capere) pecora, aliamque praedam multam abſtulit. Inde Byzantium, victoriam suo gratulaturus reuenit: hanc enim, in barbaros ducens, primam impreſſionem fecerat.

§. 397.

Adhuc Byzantii morabatur iunior imperator, cum Terteres, 337.
Moeſorum rex, ſupremum diem vidit. Quo exſtincto, vrbes Moeſorum *a Meſembria Stilbnum vſque* ad Romanos imperatores ſponte acceſſerunt; quibus ſenior delectos a ſe praefectos deſignauit. *Boëſilas* demortui regis obitu, reliqua Moeſiae oppida *a Stilbno ad Copſin*, citra pugnam, propter generis propinquitatem ſe dedentia, recepit, mittensque ad imperatorem, ac ſe cum oppidis et exercitu in eius arbitrio fore pollicens, *deſpotam Moeſiae* ſe appellandi auctoritatem accepit.

§. 398.

Nepos, qui commiſſu, Byzantio et e Thracia contractis copiis, ad Philippopolin obſidione premendam abiit. Eodem cum ſuo milite Boëſilas, operam Romanis nauaturus, ſe contulit. Cincta et obſeſſa iam vrbe, non ſolum nihil efficiebant, ſed male multabantur etiam, quod multi erant intus et pari virtute milites. Terteres namque ſimulac Philippopoli potitus eſt, timens, ne viciſſim inopinato adorientes Romani ob penuriam propugnatorum eam occuparent, quemadmodum ipſe occuparat, et quia in confiniis erat ſui Romanorumque imperii; ſelectos ex Alanis et Moeſis equites mille, et duo peditum cetratorum millia, qui apud ipſos habentur bellicoſiſſimi, cuſtodiae ſeu praeſidii cauſa eo miſerat. Eorum duces *Itiles et Temeres*, *ex Alanis* oriundi, et *Inas* ex *Hungaris* b), ſummus impe-

337. CANTACVZ. T. I. p. 107. b) Ινας ὁ ἐξ Οὔγγρων.

imperator *Ibanes* [ſeu Ioannes] *Rhoſſus* c), manu promtus et artis imperatoriae ſcientiſſimus. Hi poſt fata regis nihilominus vrbem tuebantur. Caeterum tunc circumſeſſi, inſtructis velut ad proelium ordinibus nequaquam egrediebantur: obſtructis autem portis, de moenibus ſe fortiter defenſabant, nec parum obſeſſores vexabant.

Obſedit eos imperator menſibus continuis quatuor, quotidie muris oppugnationem admouens. Sed cum expugnationem deſperaret,
338. Germanus quidam d), machinarum muralium egregius artifex, quia vrbs ad aggreſſionem commode ſita videbatur, ſpe magna illum compleuit; cuius iuſſu machinationem fabricatus eſt, domum ligneam, ſuppoſitis rotis ſedecim, capacem hominum centum, qui intus eam propellerent. Supra domum turrim ligneam addidit, habentem tabulata quinque, in quorum ſingulis octo ſtarent, qui e latinis arcubus (tzangra vocant) ſagittis iaciendis propugnatores a muro fugarent. Qua abſoluta, et ſagittariis, quique ad eam protrudendam delecti erant, ingreſſis, ſublatis ſignis et clangente tuba, totus exercitus moenia oppugnabat, turris ſenſim et inſtar animalis cuiusdam procedebat: nemo enim intus latentium vlla ex parte apparebat, ita nec tangi de loco ſuperiore poterant. Vt intra teli iactum venit, qui in turri erant, oppidanos ſagittis appetere. Ii neſcientes quid contra inciperent, ac tot tela, propter ſummam vim atque impetum arma quaeuis penetrantia, in mediumque corpus ſubeuntia, excipientes, partim moribundi concidere, partim vulnerati reſtare. Nec diu reſtantes ſtationibus decedere ac moenia deſerere; quibus cum turris iamiam admouenda eſſet, res interim miranda contigit. Ante vrbem antiquitus ciſterna aquae recipiendae condita, et tignis tabulisque cooperta, paulatim eo terra accumulata apparere deſierat, et iampridem incolarum nemo eius vllam notitiam habebat. Aſſeres illi ſeu tabulae currus, et quidquid onerum tranſportaretur, ſuſtentabant. At vero turris cum deſuper impelleretur, confractis tabulis in ciſternam decidens, paene obruta eſt, eorum tamen, qui intus erant, nemo periit.

Ac

c) Ιβανης ὁ Ρῶς.

338. Id. ibid. p. 108.

d) ἐκ Γερμανῶντις.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1322—1324.

Ac Philippopolis quidem, quamquam huc redacta, nihilominus ſeruata eſt. Praeſidiarii namque, redeunte virtute in praecordia, rurſum muros aſcendere ac propugnare, et hoſtis oppugnationem intermittere.

§. 399.

SVB idem tempus Moeſorum principes, rege Tertere ſine herede mortuo, MICHAELEM *Streantzimeri* apud eos dynaſtae e) cuiusdam filium, Bidynae praefectum, e *Moeſis* et *Komanis* per auos trahentem genus, aduocant, regemque ſuum declarant, Trinobo f), ſede regia, cum reliquo principatu ei tradito. Hic copiis ſuis in vnum conductis, cum non ſpernendis *Vngroblachorum* g) Scytharumque auxiliis, Romanorum imperatorem, Philippopolin obſidentem, laceſſendum, quod ſe illi imparem ſciebat, non putauit. 339. Vrbes autem, quae poſt obitum Terteris ſe Romanis dediderant, in montanis ſitas (quae loca Scythas h) aliosque ſocios ſagittarios tuebantur) obſidebat, et earum agros deuaſtabat.

§. 400.

Quae cum imperatori nunciarentur, adhibitis in conſilium optimatibus, Philippopolis obſidionem ſoluendam, Michaeli occurrendum, et bello cum eo experiundum conſtituit. Deinde Boëſilae Moeſorum deſpotae, cum manu, quam ducebat, domum abire (haud enim procul diſtabat) comparatisque ad pugnam neceſſariis, tertio die ad Potucam adeſſe mandauit (id erat oppidulum bello, vt apparebat, euerſum, et a caſtris Michaelis vnius diei itinere diſtabat;) ſe enim illic eum exſpectaturum. Boëſilas ita facturus, domum, Copſin videlicet, diſceſſit. Imperator Georgio Bryennio Stenimachi et Zepaenes vrbium duce inſtituto, et quod ſatis eſſet militum ad praeſidium relicto, ne a Philippopolitanis furtim excurrentibus regio infeſta haberetur; ipſe cum toto exercitu Potucam, Boëſilam ibi ex condicto exſpectaturus, proficiſcitur.

e) δεσποτη.
f) τον Τερνοβον.
g) Ουγγροβλαχων.

339. Id. ibid. p. 109.
h) τοις συστρατευομενοις αυτῳ Σκυθαις.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1322 — 1324.

§. 401.

Caſtris ibidem locatis, Boëſilam repentino mortuum intelligit. Viſus mentiri nuncius, ac nihil pro ſano dicere. Paulo poſt alter aduolat: ſed neque hic fide dignus exiſtimatus. Acceſſit tertius, qui et reuera mortuum, et ſe e praerupto loco corpus exanime Copſin ad exſequiarum honores reportari conſpexiſſe affirmauit. Hic, quia Romanus, quia oculos (qua nulla eſt indubitatior probatio) teſtes adhibebat, fidem meruit. Placuit igitur, conflictu cum Michaele abſtinendum; quandoquidem id temporis non erat cum hoſtibus conferendus Romanorum exercitus; et quia illi montuoſis locis tendebant, et altis cingebantur vallibus, habebantque ſagittariorum magnam vim, quae in locorum illis difficultatibus et anguſtiis nocere quamplurimum poſſet. Praeterea quia non paruum agmen Romani exercitus ad pugnam deſiderabatur. Nam qui ſub Boëſila merebant, circiter tria millia, propter eius mortem redituri deſperabantur: et in oppugnatione Philippopolitana vulnerati multi; (amplius enim tres non occubuerunt) domum quisque ſuam ad curationem petiuerant:
340. et apud Bryennium ad Stenimachi aliorumque oppidorum praeſidium non pauci relicti erant. His omnibus de cauſis proelio temperare, ac reuerti imperator conducibilius iudicauit. Reuerſus eſt itaque Adrianopolin, aegre ferens, quod ſibi hoſtes vlciſci non licuiſſet.

Poſt diem octauum litterae ad eum perferuntur, in quibus ſcriptum erat, Boëſilam viuere. Fungos comederat; exinde praecordiis frigore nimio obſtupefactis, veternus eum ſenſibus oppreſſis adeo occupauit toto triduo, vt pro mortuo duceretur. Tandem amicis theriacam, et quae medicis antidota dicuntur, exhibentibus, tandem ſenſum recepit.

§. 402.

Atque haec iuniorem imperatorem impediuerunt, vt dixi, quominus cum Michaele et auxiliaribus eius congrederetur. Ipſe autem Michael quas obſidebat vrbes, ſubſidia Romanorum deſperantes, ad deditionem adigebat, et Philippopolin praeſidium recens cum nouo duce

340. CANTACVZ. T. I. p. 110.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

duce tranſmittens, Ibanem caeteroſque duces ac milites ad praemia pro laboribus in obſidione toleratis et virtute oſtentata reuocabat. Dux noui praeſidii, iam vrbi vicinus, ad Ibanem ſuper aduentu ſuo mittit, et cur veniat adiungit. Ibanes cum ducibus ſibi ſubſeruientibus militibusque vniuerſis venientibus obuiam foras prodit, et vna pernoctat, poſtridie vrbem illis traditurus.

Sub eandem noctem etiam Bryennius Philippopolin veniens, in inſidiis ſubſedit, die nimirum illuceſcente praedam pecoris i) abacturus. Is vt Ibanem cum ducibus et praeſidio ad ſucceſſores excipiendos oppido egreſſum inaudiuit, ad moenia gradum fert. Vrbani tempus veniſſe rati, quo Moeſorum iugum excuterent, portis recluſis illum cum Romanis introducunt. Sic quod imperator diuturna obſidione multisque et aſſiduis oppugnationibus non potuit, id Bryennius, Deo opitulante, citra laborem tranſactum reddidit, ac Philip- 341.
popolin Romanis reſtituit. Ibanes diluculo vrbem captam cognoſcens, cum reliquis ſuis domum repedauit.

§. 403.

Poſtea Michael Boëſilam, Copſin et alia quatuor oppidula poſſidentem, vehementer vrſit, miſſoque milite obſedit, qui plus annum, imperatore et pecunia et equitibus ac peditibus ferente ſuppetias, viriliter reſtitit. Tandem cum ſuos propter aſſiduos impetus et vndique praecluſa vitae ſubſidia in Michaelem animis propendere cerneret, iis relictis ad imperatorem perfugit: tum oppidula illa ſe ſtatim Michaeli dediderunt. Qua regiuncula auctus, toto cum exercitu in prouinciam Romanam incubuit, ſuperioremque Thraciam ad Beram vsque vniuerſam diebus duodenis depopulatus eſt: tametſi praedas ita opimas non egit, quod agricolae, id praeſentientes, in vrbes et caſtella ſe receperant.

§. 404.

Imperator Didymotichi ſe tenens, propter copias non ſufficientes, exire contra Moeſos non audebat: dolensque vehementius, quod

i) τῶν τῆς πόλεως βοσκημάτων.

341. Id. ibid. p. 111.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1322 — 1324.

hoſtibus paria reponere non poſſet, et pede terram feriens, atque ira ſuccenſus, Michaeli reuertenti ſignificat, ipſum quidem dedita opera in Romanorum prouinciam irrupiſſe, eique incommodaſſe quantum potuerit; ſibi vero periucundum fore, quando aequo campo aduerſa acie nequeat, ſingulari certamine cum eo depugnare. Reſpondit Moeſus, cerebro carere fabrum, qui, cum ferrum ignitum forcipe fas ſit contingere, ipſe id nuda manu contrectet. Similiter ſe ludos ac iocum futurum, ſi non per exercitum, et praeſertim genere ac numero tam firmum, ſed per ſuum ipſius corpus periculum ſubierit. Quare nec ſe facturum, quo ab illo prouocetur, et illum huc immoderata ira prouehi: breui, arcta conſociatos amicitia, iunctim cum hoſtibus proeliaturos. Hoc reſponſo dato Michael in Moeſiam perrexit.

§. 405.

Imperator Didymoticho Byzantium veniens, propter eam incurſionem moeroris plenus, ſic auum compellauit, iniquum eſſe, cum in promtu haberent copias non modicas, et virtute egregias, poſſintque hoſtium fines aeque incurſare cum maleficio, aut deſides et otioſos prorſus ſedere, aut miſſu legatorum foedera petere, atque ita re ipſa confiteri, ad iniurias tantummodo accipiendas idoneos, ad
342. remetiendas autem debiles et impotentes eſſe. Rogare igitur auum, vti expeditionem ſibi in illos committeret: de quibus vbi ob illata detrimenta poenas ſumſiſſet, tum denique, ſi fructuoſum videatur, foedus poſſe cum illis percuti, edoctis iam ſatis, non ſibi expedire, Romanos inuadendo anteuertere.

His verbis iunior ſeniorem ad bellum barbaris faciendum exſtimulabat: quorum ſermoni praeſens magnus domeſticus „ Iniurias, inquit, accipere, et incommoda iniuſte perpeti a quocunque, cum aeque malum ſit in omnibus, pro laedentis tamen perſona plus minusue cruciat —. Iam qui nos laceſſunt, Moeſi, non ſolum non maiores, ſed multis etiam partibus inferiores nobis ſunt. Nam et vos, principes noſtri, illorum reges prudentia, virtute, bellicis artibus longe antecellitis, melioresque ac plures, quam illi, duces habe-
tis

342. Id. ibid. p. 112.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

tis: et ei regioni imperatis, quae et frequentia copiarum, et amplitudine ac numero ciuitatum, et annuis vectigalibus, et omni genere apparatus illorum regionem longo interuallo ſuperat. Nefas eſt igitur, eos, quamquam infirmiores, ſpiritus nihilominus concipere, vt nobis noceant: vos autem potentia veſtra vti nolle, ſed impune eos vagari ſinere. Hoc ergo munus veſtrum eſſe arbitror, eos compeſcere. Quod ad me attinet, — ad hoc — bellum, quod inſtat, non ſolum manus, ſed etiam impenſam, et quidquid mihi ſeruorum eſt, — pro gloria nominis veſtri conferre paratus ſum. — Ac ſi vobis videtur, iubeatis licet, et nos, qui de conſilio ſumus, conuentum agentes, inter nos de bello iſto deliberationem habebimus„.

§. 406.

Laudata viri ſententia, ſenior imperator habendi ſenatus dat ne- 343.
gotium. Tum et qui cum nepote aduenerant, et qui penes auum
Byzantii erant, homines nobiles, iuſſu imperatorum in aulae medio
ad conſultandum conſidunt. Silentio pauliſper facto — [magnus domeſticus inter alia„ Quae, inquit,] Moeſorum rex inſolenter in nos admiſerit, nec vos vtique latet. Nam cum praedones alii, quamuis nonnunquam etiam turmatim irruperint, ſimul ad fines peruenerunt, et adeſſe animaduerſi ſunt, in ſedes ſuas refugere ſoleant: iſte perinde quaſi non in hoſtium, ſed in ſuis terris haberet ſub ſignis exercitum, nullo metu fines noſtros inſedit, diebus duodecim agris vſque
Beram et Traianopolin depopulationem hoſtiliter intulit. — Niſi nunc 344.
eos, pro eo ac merentur, puniuerimus, iterum ac tertium irrumpent, neque ſolum tenuiores ciues ſuis facultatibus ſpoliabunt, ſed nos quoque opulentos, qui multas ac nobiles tota regione poſſeſſiones habemus, damnis non qualibuscumque afficient. Quamobrem hortor vos, vt non modo qua altitudine animi, verum etiam qua illorum deſpicientia maiores veſtri conſueuerunt, in hoſtes feramini. Nam illi, quod Moeſos ſemper vincerent, tutius audentes, contemtim in eos inuadebant: et nobis, ſi eorum virtutem alacritatemque aemulabimur, idem licebit —„.

His

343. CANTACVZ. T. I. p. 113. 344. Id. ibid. p. 114.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1318 — 1324.

345. His iunioris imperatoris comitatus ad vnum aſſenſit. At ſenioris optimates non duxerunt pro neceſſariis, quae dicebantur, tametſi ea palam vt inutilia coarguere non auderent: ſed multa deinceps aceruantes, quibus otium et quietem potius eligendam aſtruerent, diſcordes ſurrexerunt —. Senior hos damnabat, illos laudibus extollebat, et cum nepote de bello ſuſcipiendo cogitationes communicabat.

§. 407.

Cum autem verba perpenderent, quae Michael Moeſorum rex imperatori iuniori renunciari iuſſerat, (propter futuram inter eos amicitiam ſociatis armis alicubi cum hoſtibus belligeraturos) quoniam aliud diuinare nihil poterant, quam eumdem Michaelem Andronici minoris germanam ſororem Theodoram, Sphentiſthlabo regi defuncto antea nuptam, ſtatuiſſe vxorem ducere, conuenit, vti iunior extra Byzantium copias colligeret, in Moeſiam irrupturus. Si interea,
346. dum id molirentur, Moeſus per legatos ob ſororem eius ducendam ad foedus ſe offerret, milites oppidatim dimitterentur: ſi id non faceret, in incepto pergeretur. Poſt haec iunior imperator Byzantio exiens militem cogebat.

§. 408.

Dum exercitus conquiritur, adſunt oratores e Moeſia *Gridus* et *Pantzus*, quorum oratio haec continebat: „Regem ipſorum, expetentem imperatorum Romanorum amicitiam, ſororem imperatoris in matrimonium accepiſſe, ſolemniaque nuptiarum conſummata eſſe. Decere igitur, diſcordias omnes, et belli praetextus tolli e medio Romanosque Moeſis, percuſſo pacis foedere, in perpetuum coniungi, et mutuum temperare ab omni iniuria, et omnes velut ſub vno principatu cenſeri „.

Excepit eos libenter imperator, donauitque regaliter, et affinitatem iſtam ſibi optabilem accidiſſe teſtificatus eſt. Deinde ad eumdem regem, iam ſororis maritum, cum iisdem oratoribus Andronicum

345. Id. ibid. p. 115.

346. Id. ibid. p. 116. ſequenti pagina irruptionis Scytharum [Tatarorum] indict. 7. factae meminit.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1322 — 1324.

eum Palaeologum, magnum ſtratopedarcham et Ioannem Apleſpharem ad pacem faciendam miſit; perſtiteruntque Romani et Moeſi in foederis communione diu. Militibus item domum redire iuſſis, de tota re ad auum perſcripſit.

§. 409.

indict. 9.

a. C. 1326.

[STRYMON fluuius] oritur e ſuperimpendentibus maximis montibus, qui, a ponto Euxino exorſi, continentibus iugis vsque ad Ionium mare porriguntur; ac Meridiem et Auſtrum verſus Thraciam et Macedoniam; verſus Septemtrionem Myſorum terras et Iſtrum fluuium terminant. — [Hoc fluuio traiecto] — in ſiluam denſam et inaequalem incidimus, latebrarum plenam, et profundis voraginibus paſſim abruptam —. Subito viri quidam ex illis rupibus et cauernis exſurgunt, nigris induti veſtibus e lanis et velleribus, quae pecudibus dextraxerant ii, quibus opus fuerant, diabolica plane ſpectra. Sed iidem non graui armatura inſtructi, immo omnino leues et expediti erant. Ac plerique arma ad cominus pugnandum apta in manibus habebant, nempe haſtas et ſecures. quidam et tela miſſilia geſtabant. Ac principio quidem fieri non poterat, quin nobis et intempeſta nocte et ignotis in locis terrorem incuterent: praeſertim cum noſtra lingua haud vterentur. Illius enim loci incolae plerique *Myſorum coloni* ſunt, finitimae nationis, et communi cum noſtris popularibus victu vtuntur. Deinde recepimus animos et ad nos rediimus. Nam ſua lingua nos comiter et hilariter ſalutabant, nec quicquam infeſtum et latrocinii ſimile prae ſe ferebant: ſiue quod pauci et rari nobis, qui multi eramus, oppugnandis ſe futuros eſſe impares arbitrabantur, ſiue Deus non ſiuit; quod potius reor: ab altera autem opinione longiſſime abſum. Cum enim ibi habitarent, et in praecipitiis inſidias collocare conſueſſent, et ſiluae denſitate velut inexpugnabili propugnaculo defenderentur: obſcura nocte nobiſcum, qui pere- 347.

347. NICEPH. GREG. T. I. p. 231 — 234. Narrat haec Nicephorus, iter in Seruiam, quo legatus erat ab Andronico Seniore, viduam Caeſariſſam inde vt reduceret, miſſus, deſcribens.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C. 1326.

peregrini eſſemus, vt videntes cum caecis pugnaſſent. Sed tamen cum eos ſimili modo reſalutaſſemus; (erant enim nonnulli e noſtris ſermonis eorum non plane rudes) cur ibi degerent, hanc cauſam paucis afferebant: Se cuſtodes eſſe viarum, ad propulſandos eos, qui finitimos agros clam latrocinando infeſtare vellent —. [Die illuceſcente in pagum diuertimus]. Poſteram diem in itinere totam conſumſimus, et ad oppidulum deuenimus, quod paene ſupra nubes imminet (Strummitza ab incolis vocatur), adeo praerupto et excelſo monti impoſitum, vt homines in propugnaculis ſedentes e valle ſuſpicientibus auicularum ſimiles videantur. Ibi ſacrum Paſcha, moleſte quidem et praeter veterem noſtram conſuetudinem, ſed tamen celebrauimus. Ibi enim omnis doctrina, rhythmi et ſacra hymnodiae muſica pro nugis habentur: quippe cum oppidani barbara fere lingua vtantur, et iis ſint moribus, qui aratrum et ligonem inprimis deceant. Neque enim eum ſonum edebant, qui, etſi ſemibarbarus, tamen modulatus foret, et aliquis ipſe quoque eſſe cenſeretur —, ſed belluinum plane et montanum ſonabant, quo ritu Nomades ipſi canerent, gregibus ſuis praeeuntes —. Ibi cum toto die conſiſteremus — e moenibus tanquam nubibus in ſubiectam vallem proſpectantes, tum alia quae in feſtiuitatibus fieri ſolent, tum choreas virorum, adoleſcentum et puerorum ſpectabamus —. Tertio inde die ad oppidulum Scopiorum diuertimus, ipſos iam Triballorum fines ingreſſi.

§. 410.

indict. 10. a. C. 1327.

348. EODEM anno [indict. 10.], quo tempore frumenta horreis conduntur, Michael Moeſorum rex Andronicum imperatorem conuenire voluit: cui adhuc pedem propter vulnus [quod in proelio cum Turcis commiſſo acceperat] dolenti id parum amicum accidit: et auum ſuper ea re certiorem fecit. Auus id ad eius arbitrium reiecit. Michael cum coniuge k) *Tzernomianum* venit: ibi dies octo cum ipſis impe-

rator

348. CANTACVZENVS T. I. p. 128.

k) Huius etiam meminit Cantacuzenus T. II. p. 469. *Andronici imperatoris ſoror, quondam Michaelis Moeſorum regi nupta et marito mortuo ad fratrem reuerſa, vitaque aulica relicta, et monaſticam amplexa ac Theodoſia ex Theodora dicta.*

rator verſatus eſt. Inde poſt mutuam hilaritatem laetitiamque digreſſis, imperator Didymotichi nuncium ab amicis Byzantio miſſum inuenit, auum — bellum ei moturum.

§. 411.

[DISSIDIIS inter Andronicos renouatis, ex epiſcopis et proceribus mittuntur,] qui accuſationem Andronico iuniori proponerent, ab eoque reſponſionem requirerent. — Adduntur, quos imperator ante legauerat, Niphon Moglaenorum antiſtes — *Gregorius* Bulgariae archiepiſcopus. 349.

§. 412.

[BERRHOITAE iunioris Andronici partibus ſe adiunxerunt]: et qui ſub illis merebant Moeſi, Romanis ſubiecti, iam libere nouas res audebant. Nam cum in magnos protoueſtiarii greges incidiſſent, ipſo inſpectante ad vſum ſuum eos abigebant. Qui cum rapta recuperare contenderet, non modo non ceſſerunt, ſed cuidam praeterea eius caloni equum ſarcinarium abſtulerunt; facto monentes, ni boni conſuleret, ſe illum quoque inuaſuros. 350.

§. 413.

[IVNIOR Andronicus] Caſtoriam iter agens, Boëſilam, Moeſorum deſpotam, et Bryennium magnum drungarium et Exotrochum magnum hetaeriarcham cum duobus ſelectorum equitum millibus Achridem mittit, ſi qua poſſent, protoueſtiarium anteuertentes, eam ingredi. 351.

§. 414.

[CRALES Seruiae bellum cum Andronico ſeniore, ad quod a fugitiuis Romanis inſtigabatur, declinans,] ad Michaelem [inquit] Moeſorum regem, affinem meum, vos mittam, cuius ope Byzantium incolumes perducamini. 352.

349. CANTACVZ. T. I. p. 139, 140.
350. Id. ibid. p. 169.
351. Id. ibid. p. 171.
352. Id. ibid. p. 174.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1327.

§. 415.

353. IVNIORIS Andronici factio, cum vitam ſenioris in longiſſima extendi ſpatia cerneret, et prae animi impotentia principatus diuiſionem ferre non poſſet, ſed omnem poteſtatem in ſe quamprimum translatam vellet —: primum ad Michaelem *l*), qui Bulgariae intra Iſtrum ſitae principatum poſt Venceſlai *m*) obitum ſuſceperat, legatos mittunt de firmo et irrupto foedere ineundo. Cum enim iunior Andronicus Cralem Seruium ſeniori eſſe addictiſſimum cerneret, propter recens contractam cum filia Caeſaris affinitatem *n*), ac vereretur, ne ille nouis ſuis conatibus obſtaret, ipſe ad Michaelem ſe adiungit; quippe cui nuper ſoror ſua nupſiſſet; eam dico, quae Venceſlai vxor prius fuerat. Nam hic cum Bulgarici regni potitus eſſet, ſtatim nobiliores nuptias expetiuit: dimiſſaque priore coniuge, ex qua liberos ſuſceperat, (erat autem ea ſoror Cralis *o*) illius, qui tunc in Seruia regnabat) imperatoris ſororem in vrbe Ternobo viduam nactus, matrimonii ſocietate ſibi alterius loco iunxerat.

§. 416.

Sub hoc itaque tempus etiam imperatoris matre Auguſta Didymotichi commorante, legati ad Michaelem mittuntur, qui eum cum vxore ad imperatorem et ad Auguſtam ſocrum vocarent, multis de cauſis. Auguſtam quippe permultos iam annos videndae filiae *p*) cupidiſſimam eſſe: (eſſe enim ſupra tres et viginti annos, ex quo mutuo conſpectu illis frui non licuerit) imperatorem etiam cupere tum ſororem, quam nunquam antea vidiſſet, tum maritum illius videre, et quia affinis eſſet, et vt arcanorum participem eum faceret. Quae cum ita ſe haberent, Michael cum vxore Didymotichum profectus, per

353. NICEPH. GREG. T. I. p. 238, 239.

l) Μιχαηλαν. Du Freſne ad. h. l. „Cognomento Straſcimirum, de quo in ſerie Bulgariae regum agimus p. 323.„ conf. et ſupra §. 399.

m) Σφενδοσθλαβα.

n) Conf. *Seruica* §. 112.

o) Du Freſne ad h. l. „ Neda, quae aliis Dominica, Vroſii regis Seruiae filia, Stephani regis ſoror. vide Seriem regum Seruiae n. LIX et LXI „.

p) *Theodorae*, Michaelis filiae, et Andronici Sen. neptis, cfr. ſupra §. 391.

a. C. 1327.

per multos dies ab imperatore et Auguſta imperatoris matre, publice priuatimque ſplendidiſſime et magnificentiſſime eſt habitus.

Tandem ſic inter eos conuenit, vt Michael imperatori contra auum, imperator Michaeli contra Seruiae Cralem auxilia ferret: quod ſi totum Romanum imperium, auo imperatore deiecto, occupaſſet, tum magnam ei ſe pecuniam daturum, agrosque et vrbes Romanae ditionis aſſignaturum, partim vt affini, dotis nomine, partim vt ſocio, laborum ergo. His ita peractis, Michael cum vxore domum redit, amantiſſime tractatus a ſocru, multisque acceptis muneribus, et promiſſis maioribus in poſterum erectus.

§. 417.

a. C. 1328.

α) [IVNIOR Andronicus cum tota iam Macedonia potitus eſſet] 354.
ſenior imperator — iam legatos ad nepotem miſſurus erat de foedere et pace, priusquam ille Macedonia excederet. Sed ſtatim alia ſpes (quod vtinam non accidiſſet) interpoſita, conſilium illud euertit. Michael enim Bulgarorum princeps, ſpe magnorum emolumentorum elatus, clam ſeniori imperatori nunciauit, ſe, ſi vellet, opem ei con-

α) CANTACVZENVS: [Andronico iuniore in rebus in occidente conſtituendis occupato, redduntur] *a protoſtratore litterae, indicantes, ſeniorem imperatorem a Michaele Moeſorum rege prius diſſidentem, nunc cum eo pacis foedus et belli ſocietatem coiuiſſe, neſciri tamen, ob quem finem: et idcirco hoc ad eum perſcribendum cenſuiſſe. Nepos auum cum Moeſo propter bellum aduerſus ſe ſocietatem iſtam pepigiſſe animaduertit. Statuit autem, non ſubito ad primam auditionem ex occidente abducendum exercitum: ſed haerendum adhuc, illique et rebus aliis prouidendum, donec certiora nunciarentur. Diebus aliquot praeteritis, ſcripſit protoſtrator, foedus imperatoris et ſocietatem cum Moeſis iam conſtitutam, eiusque conciliatores et interpretes, ex transfugis ad Moeſos Romanos, adhuc Byzantii degere. Imperatori conſilio cum primoribus habito, viſum — Byzantium properandum.*

354. NICEPH. GREG. T. I. p. 252. Cantacuz. T. I. p. 177.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1328.

contra nepotem laturum. At imperator, velut e magna tempeſtate et naufragio portum inſperato adeptus, mordicus ſpem illam tenuit. Deinde legati vltro citroque miſſi, quid agendum ſit deliberant: item de promiſſis et pactionibus agunt, omnibus interim horum conſiliorum ignaris, duobus aut tribus intimis et Cralaena q) exceptis.

§. 418.

355. β) [ANDRONICVS iunior] cum adhuc Theſſalonicae moraretur, ex optimatibus aui ſex conſpirantes, cum eo occulte egerunt, ſi placeret occupare Byzantium, ipſis tradentibus, quod poterant, — ſe illis iureiurando obſtringeret, — quaedam, quae poſtularent, praeſtiturum —. Medio in ſermone aduolat Scopelo r) a praefecto nuncius, Michaelem, Moeſorum regem, in ſuis et Romanorum confiniis apud vrbem ſuam, nomine *Diampolin* caſtra locaſſe, Scytharum comitatum auxiliis, qui iuxta Rhoſocaſtrum tentoria haberent.

356. Imperator quid faciendum, magni domeſtici conſilium exquirit: ad caſtellum Logos s) in montanis ſitum progrediendum decernunt: tum quod Byzantio propinquum, et ad eius occupationi paranda neceſſa-

β) NICEPHORVS: *Initio veris, ſexta videlicet hebdomade ſanctae quadrageſimae,* [cum Andronici iun. copiae exercitum ſenioris ad Mauropotamum viciſſent] *iunior imperator — rebus per omnem Macedoniam et Thraciam ſuo arbitratu ordinatis, medio vere Byzantium et ipſe properat, ne Bulgaricus exercitus prior in Vrbem introrumpat; tum eandem nec iuſto exercitu munitam, et fame praeterea, quam illo ipſo tempore Veneta claſſis attulerat, laborantem nactus, imperatorem cum omni aetate mactet, vnumque et continuum imperium ſuo duci a Byzantio usque ad Iſtrum*

q) *Simonide*, Andronici Sen. ex Irene altera coniuge filia, quae poſt mariti Stephani Cralis obitum CPlin redierat, cfr. *Seruica §. 111.*

355. CANTACVZENVS T. I. P. 179, 180. Niceph. Greg. T. I. p. 254.

r) Interpres in margine: „Haec Scopelus Thraciae vrbs eſt„.

s) In MS. [vt ait interpres] ad hanc vocem adſcriptum erat: *caſtellum quoddam ad oſtium Ponti Euxini ſitum.*

356. CANTACVZ. T. I. p. 181. Niceph. Greg. T. I. p. 256, 257.

ceſſaria opportunum: tum quod locus acceſſu difficilis, hoſtibus cingendi facultatem eriperet: vt et inuadentibus reſiſtere, et in receſſu natura munitiſſimo tuto poſſent quieſcere. — Cum ad Nigrum fluuium veniſſent, vbi reliquum copiarum cum protoſtratore manebat, cum eodem de iis, qui ſe Byzantium prodituros pollicentur, et quae de Moeſis cognouiſſent, ac de caſtrametatione in Logos, cauſis etiam recenſitis, communicarunt. Cum et ille aſſentiretur, eo perrexerunt.

§. 419.

γ) Die altero intellectum eſt, circiter tria millia equitum Moeſorum imperatori auo Byzantium, ducente Ibane Ruſſo, auxilio mitti: id quod nepotem non modice perturbauit. Inueſtigantes autem cauſam ipſe, magnus domeſticus et protoſtrator, qua adactus Moeſorum rex, quamuis ſororis maritus, foedus ſecum ſancitum violaret, ſeniorique ſuppetias adueniret, ſuſpicati ſunt, non vere illos et ex animo foederatos, nec verum eſſe auxilium: ſed cum ſciret Moeſus, ſeniorem partim odio in nepotem, partim metu, ne, qui ſecum eſſent proceres Romani, ab illo corrumperentur, ſibique inſidiae ſtruerentur, facilius Moeſorum cuſtodiam in palatium admiſſurum: ratum, ſe tanquam hoſpites atque commilitones perbeneuolos experturum, turmas miſiſſe; ſub obtentu quidem, vt contra ipſos pugnaturos; re autem vera, vt, ſi poſſent, palatium occuparent, pauci ingreſſi: deinde ipſe toto agmine ſuperueniens, Byzantios ſubigeret, et ſic reliquum quoque Romanorum principatum inuaderet. Pro indicio erat, quod et Scytharum ſecum ſubſidia duceret: quia timeret, ne, ſi quid tale fieret, Moeſi aduerſus Byzantium operam conferre detrectarent. Haec illi de iſta ſocietate probabiliter ſuſpicabantur: veramque fuiſſe ſuſpicionem, poſtea perſpicue patuit. Atque iſtud Moe-

efficiat: aut, ſi id non poſſit, ſaltem ſeniori imperatori nouis viribus derepente additis, iuniori ipſi deinceps aditum Byzantii intercludat; vt, cum omnium votorum finem paene iam adeptus fuerit, naufragium faciat.

γ) Id.: *Bulgarorum princeps* [*imperatori*] *ſeniori contra iuniorem tria millia delectorum equitum ſubſidio ex pacto miſit, quibus mandatum, neſcio quibus auctoribus, ferebatur, vt data opportunitate*

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1328.

Moeſo quidam transfuga Romanus ſuaſit, pollicitus, ſe ei rem effectam daturum: quocirca etiam pro interprete ſocietatis huius delectus eſt.

§. 420.

Periculi porro faciendi [gratia] imperator iunior mittens ad Ibanem, Romanorum finibus vt excederet, imperauit. Iunxiſſe enim ſe foedus cum rege Moeſorum, quicum ſua ſoror ſit: atque ideo
357. ipſum cum exercitu fines Romanorum ingredi non debuiſſe. Si opem ſibi laturus veniat, in Moeſiam recedat: non enim ope eius indigere. Si pugnaturus, ſe illum ad pugnam exſpectare. Haec tentandi cauſa dicebat: non enim expedire tum putabat cum Moeſis confligere. Ibanes iuramento ſcripto confirmare, neque dominum ſuum contra foedus egiſſe, neque ſe huc cum exercitu contra ipſum veniſſe.

Lecto iuramento, imperator tanto magis de Moeſorum ſocietate ſuſpicionem ſuam eſſe veram credidit; et confeſtim Georgio Pepagomeno ad auum miſſo rogauit, ne verba ſua velut hoſtis ſuſpecta haberet; quin vt Romanis et ipſi vtilia ſuadenti pareret. Et Moeſis quidem ipſi auxilio venientibus aduerſum ſe in bello pro arbitrio veteretur: in palatium vero neque ſimul plures, neque armatos acciperet; ſed, ſi quando ingrederentur, paucos et per vices (ne excluſi probro affici videantur, cum ſint ſocii) et ſine armis ingredi ſineret: praecipue tamen prandii hora maiorem diligentiam cuſtodiae adhiberet. Neque hoc ſolum; ſed etiam intra palatium cohortem Ro-

res nouas in vrbe molirentur. Sed ii cum adueniſſent, intra vrbis portas non admiſſi ſunt, quas ingredi nemini niſi eorum duci permiſſum eſt. Quamobrem inde declinarunt, ac circa locum ſtadiis 95. ab vrbe diſtantem caſtra poſuerunt. Pridie vero eius diei iunior imperator — in vrbem irrupturus — a cuſtodibus excluſus fuerat. Quae res eum ſubegerat, vt [auum pacem rogaret]. *Sed Bulgarica ſpes, ſenioris animum adhuc erigens, precibus eius nullum relinquebat locum. — Iunior imperator irrita conſilia ſua grauiſſime dolens — ad locum quemdam diuertit, cui Logos nomen eſt. Inde &c.*

357. CANTACVZ. T. I. p. 182.

Romanorum collocaret, quae poſſet ſe pugnae opponere, et omni ratione ipſum vrbemque defendere. Se ex ipſa re ſuſpicionem ducere, Moeſis ab rege mandatum, palatium, ſi queant, dolo occupent; atque idcirco ipſum quoque cum toto exercitu et auxilio Scythico in finibus ſedere, vt, ſi Ibani imperata bene ſuccedant, paulo poſt cum ſubſidio ſuperueniat.

Auus, his auditis, Pepagomenum nepoti renunciare iuſſit, vti ſuas res curaret —. non enim minorem rerum vſum ſibi eſſe, quam ille ſe adeptum exiſtimaret. Tum illico cuſtodes palatio appoſuit, tutatusque eſt diligenter, fecitque omnia, quae nepos conſuluerat.

§. 421.

b) Imperator iunior ad Michaelem Moeſorum regem Ioannem 358. Rhuntzerium legat: „ Se comperiſſe, ipſum in finibus Romanorum habere militem: neſcire tamen, quando affuturus ſit. Auere igitur noſſe, an rupto foedere bellum ſibi intentet, vt ſimiliter ſe comparet. Sin aliam ob cauſam ſuſcepta ſit expeditio, ſe id quoque ignorare nolle. Verumtamen cum non vocatus veniat, documento ſibi eſſe, contra ſe venire, et Byzantiis, hoſtibus ſuis, duce Ibane ad ter mille equites miſiſſe, manifeſti hoſtis indicium eſſe. Mirari autem, quomodo, cum audierit ſe iuxta Byzantium verſari, interim tantum numerum aduerſariis ſuis opitulatum miſerit. Neſciſſe forſitan, ſe non exercitata copia in illum vſurum; ſed ruſticis negotium daturum, qui ei reditum difficiliorem, quam ab inferorum portis, efficiant „. Haec imperator.

§. 422.

b) NICEPHORVS: *Inde ad Bulgarorum ducem, qui caſtra in propinquo habebat, legatos mittit; ac dona eidem partim iam nunc perferri curat, partim in futurum promittit, ſi copias ſuas domum reducat. Aſſenſum ad epulas inuitat cum tribunis: eosque poſtridie laetos domum verſus abeuntes proſequitur.*

358. CANTACVZ. T. I. p. 183, 184. Niceph. Greg. T. I. p. 257.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1328.

§. 422.

At Michael, vbi, eum prope Conſtantinopolin eſſe, nec longe ab exercitu ſuo diſtare, cognouit, ſuorum cauſa ſane quam conturbatus, nullam aliam ſpem ſalutis videbat, niſi quam citiſſime, ſe foedus ſeruare, et copias illas non contra eum, ſed alium quemdam, Byzantium adductas, imperatori perſuaderet: ſtatimque e ſinu ſanctorum reliquias coram legato proferens, et ex iis crucem ei in manus tradens, „ Iſtud ad imperatorem portabis, inquit, et me per illum, qui in eo propter nos ſuffixus eſt, iurare dices, nec foedus cum ipſo percuſſum ſoluiſſe, nec milites contra illum miſiſſe. Quocirca orare me, ne quid illis noceat. Quod autem non de multis ac pretioſis monilibus ſuis, quae cerneret, ſed hanc crucem, e vili materia confectam, (erat enim ex aere fabrefacta) illi mitteret, mirari non debere: eſſe enim apud Moeſos ob miracula percelebrem, quae multa adhuc parente ſuo ſuperſtite ediderit, multa ſe regnante edat. Tanquam igitur fideliſſimam teſtem, ſe illam mittere. Si ipſum fallacem mendacemue deprehenderit, ea cruce correpta ſe inuadat, qua adiutrice victoriam ſit conſecuturus. Vt autem intelligat, non eſſe haec praetextum, neque ſpecioſum quoddam velamentum, protinus miſſurum, qui e finibus Romanorum ſuos continuo abducat„.

§. 423.

Moxque legato imperatoris equos ex curſoribus, quos alebat, attribuit, iubens celeritate ſumma iter prius conficere, quam imperator exercitui ſuo incommodaret. Praeterea vnum de familiaribus miniſtris cum eodem mittit, ferentem litteras, quibus Ibani praecipiebat, vti exercitum reduceret, et alam flammantem [1]), quod apud Moeſos velocitatis ſignum eſt. Poſtquam ad imperatorem venerunt, qui crucem ferebant, Michaelis reſponſum nunciarunt: qui ad Ibanem et Moeſos regis ipſorum litteras cum ala miſit. Iis conſpectis domum ſtatim abire coeperunt.

Et haec quidem hunc finem nacta ſunt. Imperator autem, quibus die-

1) πτερον πυρι περιπεφλεγμενον.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

diebus legatus apud Moeſos erat, iis ipſis ſcalas et alia ad oppugnandum Byzantium accommodata apparabat.

§. 424.

e) MOESORVM rex Michael cum omnibus copiis ſuis et Scytharum auxiliis in fines Romanos irrupit, ſuperiorisque Thraciae oppida diebus multis depopulatus eſt. Eo comperto, imperator quam maximos potuit delectus egit, et Bizyam properans, ibi ſe ad proelium inſtruxit. Quod cum ex ſpeculatoribus ſuis Michael didiciſſet, (adhuc enim Romanam prouinciam deuaſtabat) metuens, ne aduentantem ſuſtinere non poſſet, ad fraudem confugiendum cenſuit. Miſſo igitur legato, dici iuſſit, audiſſe ſe, eum Bizyam aduenisſe. Ducere coniecturam e veriſimilibus, hoſtili animo veniſſe, ſecum proeliandi ardore inflammatum. Ne igitur militem ſuum longo itinere delaſſet, ſe cum diluculo craſtino Bizyam ad manum conſerendam acceſſurum. His nunciatis legatus diſceſſit. 359.

e) NICEPHORVS: *Cum audiſſet imperator* [Andronicus iunior] *Michaelem Bulgarorum principem finitimas Romanorum vrbes et prouincias incurſare, ſtatimque Didymotichum et Adrianopolin vsque, Scytharum ad Iſtrum habitantium non parua manu mercede conducta, progreſſurum eſſe; ipſe Adrianopolin profectus quam celerrime, legatos ad illum mittit, et rupti foederis cauſam quaerit. Cui ad hunc modum ille reſpondit. „Tu nullo pacto Byzantium ingredi et rerum potiri potuiſſes, ſi ego auo tuo opem ferre voluiſſem, et pecuniam et finitimam prouinciam mihi pollicito: quibus nunc tua et tuarum promiſſionum cauſa omnino fraudatus ſum. Quantis enim promiſſis me oneraris ipſe noſti, iisque longe maioribus quam auus tuus, non tantum vt ne eum adiuuarem, ſed et propter ſororis tuae matrimonium et iunctam tecum affinitatem.*

359. CANTACVZ. T. I. p. 199. Niceph. Greg. T. I. p. 264. Cantacuzenus cum poſt captam ab Andronico iun. Cplin epiſcopos, intercedente magno domeſtico, Patriarchae reconciliatos dixiſſet, pergit. *Sub idem tempus Moeſorum rex* &c. Nicephorus: *Fuit ille dies*, [quo Byzantium ingreſſus eſt Andronicus iun.] 24. *menſis Maii, indict. 11.* — *Sed priusquam 30. dies elaberentur, cum audiſſet imperator* &c.

Imp. ANDRONICO Sen.

a. C. 1328.

At Michael inde ſe mouens, et per reliquum diei noctemque continenter ambulans, die altero fines ſui principatus attigit. Imperator ſuis praecepit, vti mane in armis hoſtem exſpectarent, et ipſe conflictui neceſſaria curans, nonnullos ad caſtra Moeſorum exploranda dimittit, qui ſub meridiem cum ſex Moeſis captiuis reuertuntur. Ii interrogati, regem pridie cum exercitu domum regreſſum, ſe praedandi cauſa relictos et ita captos memorant. Sic Michael ſtrategemate imperatorem deluſit.

§. 425.

Non multi dies interceſſerunt, cum ipſe quoque imperator Moeſiam incurſans, et cetera infeſta habuit, et Diampolin ex itinere, ſeu primo impetu, expugnauit, atque ita in prouinciam ſuam reuerſus eſt.

§. 426.

ζ) Die ab hac incurſione ſexageſimo rurſum Michael in Romanos praedabundus inuadit, et in Odryſis Bucelum oppidulum per proditionem excubitorum capit, ibique caſtra ſine maleficio ponit.
360. Imperator Didymotichum incurſione perlata, Adrianopolin feſtinat, vbi militem ad pugnam colligit. Michael quoque domo cohortes Bucelum euocat, ſeſeque ad certamen comparat. Poſt paucos dies Probatum vicinum oppidum obſidione cingit. Sic vſque in triceſimum diem caſtra caſtris opponentes, ad proelium ſeſe inſtruebant.

§. 427.

ζ) Id.: *At imperator ad cauendam ignauiae ſuſpicionem, quamquam non paribus copiis, nec ad propulſandas hoſtium vires idoneis inſtructus, tamen martis aleam experiendam eſſe duxit. Naturalem enim audaciam magis, quam rationem aut conſilium ſequebatur, quicquid accidiſſet. Quare magno ſtudio exercitus vtrinque ſe parabant; Romana autem reſp. in magno periculo et metu verſabatur. Mater vero eademque domina, filio timens, ad vtrumque de pacificatione legatos mittit, eosque reconciliat: quippe amborum mater, vnde etiam vtriusque obiurgandi auctoritatem vſurpare non dubitabat. Sic pace facta, Michael maxima pecunia accepta domum rediit.*

360. CANTACVZ. T. I. p. 200.

a. C. 1328.

§. 427.

Paratis iam omnibus, cum ad manus veniendum eſſet, mittit legationem ad Michaelem imperator, cuius haec ſumma fuit: Videri ipſum foederis et iurisiurandi, quod inter ſe apud Tzernomianum dediſſent, obliuione captum, atque ideo et Romanam regionem incurſaſſe, et bellum commouiſſe: ſe pactorum meminiſſe, nec ea temerare; ſed inique laeſum prioremque inſidiis appetitum, velle a ſe vim arcere ac depellere, et inuitum ad hoc proelium adigi: et quia vterque exercitus Thraces v) ſint (quos non ſe mutuo, ſed iunctim impios in Deum barbaros armis laceſſere oporteret) et quia ſoror ſua cum eo nupta ſit: quem proinde amicum ſibi, non hoſtem cupiat; ſi tamen oppidum proditione captum reſtituat. Sin minus; cum cruce, quam alias ab eo miſſam acceperit, in ſummo vexilli collocata, illum inuaſurum.

Michael per legatos in hanc ſententiam reſpondet, „ Ipſum imperatorem et ſororem eius eiusdem patris eſſe liberos. Decere igitur et iuſtum eſſe, quando ipſe paternum imperium omne teneat, ſororem quoque portionem aliquam paternae hereditatis cernere „. Ad haec imperator, „ Id ſe percupere; nec Bucelum tantummodo, ſed alias vrbes inſuper ei tanquam paternorum bonorum conſorti tradere; ſalua tamen ipſa iam vetuſtate corroborata Romanorum lege, quae ſic habeat: Ex filiis imperatoris qui aetate anteceſſerit, imperatorem ſalutanto, et is fratribus imperato, et hi ſeniori cedunto, ſeduloque ſeruiunto. Quamobrem ſi ei placeat iuxta hanc fixam et confirmatam legem imperatoris ſeruum et eſſe et appellari, ſe viciſſim paratum eſſe, illi velut ex proprio ac debito principatu vrbes et regiones addicere „. Michael, quia cum copiis haud longe diſtabat, ſtatim reſpondit, „ Cum ipſe quoque rex ſit, abſurdum videri, in alterius regis arbitrio eſſe. Si Bucelum recipere velit, Sozopolin (ad Pontum Euxinum amplam et populoſam vrbem) contra dedat „.

 §. 428.

v) της αὐτης θρησκειας. in margi- ge: v. c. eandem religionem ſecte- [illegible]: Mendoſe in MS. int. Θρακης le- tur.

Imp. AN-
DRONICO
Sen.

a. C. 1328.

§. 428.

361. Imperator tum nihil reſpondens, legatos in caſtris corpora cibo ſomnoque curare iuſſit. In diem ſequentem omnibus ſuis arma imperat, nec ipſi ſolum, ſed equi etiam ſplendide ornati inſtructique: et alii quidem e corio, alii hamatis thoracibus induti apparebant. Erat porro videre Romanum exercitum non tantum qua armis, qua equis inſtructum ſumtuoſiſſime; ſed etiam numero tantum, quantus iam pridem nunquam in vnum conuenerat. — Poſtquam vero per phalangas tanquam ad certamen obeundum fuerunt diſpoſiti, accitis Moeſorum legatis, imperator, „ Exercitum meum, vt ſit ad dimicationem paratus, videtis, inquit. Itote ergo, regique veſtro nunciate, me iam antea pacis cupidiſſimum, non ſemel ad illum ſuper ea legatos miſiſſe; eum nihil aequum ac toterabile reſpondiſſe. Itaque crucis virtute fretum, quam ſibi velut pignus ac ſponſorem conſtantiae ſuae in foedere ſeruando dederit, aduerſus illum proceſſurum „. Haec imperator.

Legati ad regem celerrime reuerſi, quid imperator dixerit, quomodo ingentes copiae et ſic armatae contra ipſum in via ſint, retulerunt. Michael, qui antea rebatur, Romanos ſecum decertare haud auſuros, intelligens eos iam non paruo exercitu, et magno apparatu ad proelium accedere, ſtatuit, non debere in aliena regione praeciſo diſcrimini ſemet obiectare. Quapropter denuo miſſis legatis, idque cum celeritate maxima, Bucelum redditurum, et de cetero pacem ſeruaturum ſpondet: rogatque vt militem in caſtra reducat.

§. 429.

Imperator animaduertens hunc receptum ſibi fore honorificum, cum incruenta victoria libens caſtra repetit. Nam [cum] nuper nec verba, nec aequi bonique ſenſus vt Bucelum reſtitueret, ei perſuadere potuiſſent, quod nunc reſtitueret, quodque Romani exercitus per ordines ad pugnam diſtributi acceſſum non tuliſſet; ſed ante conflictum animo victus, et timore perculſus pugnam recuſaſſet; confeſſio manifeſta erat, Romanos ſuperiores eſſe. Quare et imperator occaſione vtendum, nec vltra quam fas contendendum iudicauit. Etenim

361. Id. ibid. p. 201.

a. C. 1328.

nim ante id tempus, Andronico ſeniore imperante, cum in Romanorum prouinciam ſaepius impreſſionem feciſſent, nemoque illis occurriſſet, ſed legationibus et ſermonibus duntaxat fuiſſent diremtae controuerſiae, opinabantur, Romanos imperatores eorum, vt bello inſuperabilium, ne adſpectum quidem laturos eſſe. Tum vero magno atque ſtrenuo exercitu tendentem in ſe imperatorem cernens Michael, aliter ſenſit, et pedem omnino referendum duxit. — 362.

Romani milites quod concurrere et hoſtium ſpolia (quae tantum non de manibus ſibi erepta putabant) legere non licuiſſet, triſtabantur; tanta dimicandi cupido omnes ceperat. Tamen, pace conſtituta, et foedere nouo confirmata, Michael Bucelum reddidit: et die ſequenti in equis conuenientes, amicitiam renouarunt; nec deinde inter Romanos et Moeſos bellum, ſed perpetua pax fuit. Cumque pepigiſſent, in poſterum conuenturos, quo loco complacuiſſet, ille in Moeſiam, imperator Byzantium iter arripuit, et miles oppidatim diffluxit.

§. 430.

a. C. 1328 — 1330.

[PACE cum Tamerchane Giaxae filio Phrygiae principe compoſita,] imperator Byzantium remeauit. Ibi cum eſſet, Michael Moeſorum rex ei ſignificauit, ſi placeret, cupere ſe illum conuenire et foedus inſtaurare. Adrianopoli enim temporibus non ſinentibus (propter tumultus videlicet bellicos) breuem et perturbatum fuiſſe congreſſum. Cum placuiſſet imperatori, Sozopolin inter et Anchialum apud Κϱημνες [i. e. praecipitia], quae dicuntur, conuenerunt, ibique foedus et ſocietatem perennem iniuerunt, digreſſique domos receſſerunt. 363.

§. 431.

QVIDAM Sebaſtopulus imperatori parens, genere Moeſus, trecentorum militum, non valde armatorum, neque bonos equos habentium, praefectus, et in extremo agmine curans, [in Perſas irruit, eosque inconſulto inſecutus fugientes, cladem accipit]. 364.

§. 432.

361. Id. Ibid. p. 202.
362. CANTACVZENVS T. I. p. 209.
364. Id. ibid. p. 217.

Imp. AN-DRONICO *Iun.*

§. 432.

a. C. 1330.

365. η) MICHAEL Moeſorum rex ob quasdam lites Triballorum principi infenſus, ad bellum ei inferendum ſe inſtruebat. Cumque imperatorem quoque illi hoſtem eſſe non neſciret, per legatos rogat, vti Cralem inuadat, vt ita amborum viribus haud aegre contereretur. Vbi imperatori maturum viſum eſt, a Triballis iniurias Romanis irrogatas perſequi, Michael expeditionem promiſit: addens, etiamſi illum ad iſtam ſocietatem non inuitaſſet, per ſe in Triballos, a quibus intolerabilia damna accepiſſet, ducturum fuiſſe. Imperator contracto exercitu — per Pelagoniam profectus Triballorum prouinciam infeſtam habet —. Michael ipſe quoque per Paeoniam totis copiis in Triballos tendens, in loco, quem indigenae *Belmaſdin* vocant, caſtra facit, deſpectis hoſtibus, vt ei reſiſtere non auſuris.

§. 433.

η) NICEPHORVS: *Inſecuto vere cum Seruiae Cralem appareret non quieturum, niſi Michaelem ob iniuriam et contumeliam ſorori factam vltus eſſet; quod is eam legitimam coniugem, ex qua et liberos heredes futuros ſuſceperat, nulla de cauſa repudiaſſet, ac ſororem imperatoris duxiſſet: Michael legatos ad imperatorem mittit, eumque hortatur, vt per Romanas prouincias tranſiens, in Triballorum terram impreſſionem faciat. Nam et ſe magnis cum copiis arma eidem infeſta illaturum, vt duobus bellis ſuſtinendis impar, multis vtrinque agris amiſſis, debilior exiſteret. Proinde ad expeditionem ad veris vsque exitum ſeſe parant. Caeterum aeſtate incipiente imperator, cui aduerſus Cralis vires copiae non ſatis magnae erant, in planicie quadam regionis Pelagonum caſtrametatur, cui finitima erant oppidula, quae Romanis parebant: atque ibi praeſtolatur, donec audiat, quorſum ex altera parte euaſerit Michaelis in Triballos firmior impreſſio; vt ipſe deinde, quod e re viſum fuerit exſequatur —. Michael vero, ingenti coacto exercitu, (nam indigenarum millia duodecim, Scytharum mercenariorum tria millia erant) per ſeptemtrionalem montis Haemi partem in Triballorum ditionem impetum facit, ibi fere, vbi Strymonis fluuii fontes ſunt. Quatuor ergo continuis diebus in hoſtico traductis, agros impune ferro et flamma vaſtat, arbores excindit, tota denique regione graſſatur, nemine interim arma aduerſus eum mouente.*

365. CANTACVZENVS T. I. p. 262, 263. Niceph. Greg. T. I. p. 279, 280.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1330.

Stephanus Crales Triballorum princeps cum hinc et hinc hoſtilibus flammis circumdatum ſe videret, nec putaret diuiſis copiis vtrumque regem ſuſtinere poſſe, iis integris contra Moeſum ire maluit, iuxtaque eum caſtra fixit; loco autem opportuno, vbi anguſtus et aſper tranſitus, ne quis irrumperet, cuſtodiae cauſa peditum globum collocauit.

§. 433.

9) Caeterum vltro citroque miſſis de pace caduceatoribus, cum tranſigi nihil poſſet, et placeret confligere, illo die manus mutuum abſtinere pacti ſunt, vt poſtridie concurſuri. Moeſis commeatu iam defectis, Michael rex illo die de exercitu delegit, quos ad victum quaerendum dimiſit: maiorque pars militum ad praedas agendas per agros adiacentes ſe effudit. Cernens Crales diſſipatum Moeſorum exercitum, et arbitratus adeſſe tempus aggrediendi Michaelis, eiusque aſtu bellico opprimendi, armato milite, et cum trecentis ex Alemania grauis armaturae, pactorum ſecurus in Moeſos graditur.

Michael venientes Triballos conſpicatus, ſibi data verba intellexit; verumtamen et ipſe celeriter ad pugnam contendit occurrere. Triballi, priusquam ille inſtrueret aciem, impreſſionem faciunt, vi deuincunt, Moeſorumque partem in fugam compellunt, partem congreſſi occidunt: captos armis nudant, ac dimittunt. Nam quoniam homophyli ſunt, inter ſe captiuos facere et in ſeruitutem redigere moribus eorum nefas eſt. Michael letali tactus vulnere et ad caſtra hoſtium perductus, breui exſpirauit. Moeſorum caſtra Triballi diripiunt. Qui praedae intenti vagabantur, audito, regem ſuum eſſe victum, alii alibi comprehenſi trucidabantur: plures fuga ſalutem adipiſce-

9) Id.: *Quinto demum vna cum ſolis ortu Crales Seruiae ſe oſtendit, magnis ſecum copiis adductis, quae ſplendore armorum oculos intuentium perſtringebant. Cum autem vtraque acies in procinctu ſtaret, et ſigna ſublata eſſent, Crales ſuos ad fortiter pugnandum cohortatur, ipſe ad Michaelis vexillum, cum mille Gallis* [Κελτοὺς] *equitibus, magnitudine corporum et robore inſignibus et in re bellica exercitatiſſimis, excurrit: eoque citra magnum laborem reuulſo, ad Michaelis agmen properat: et magna eius militum parte proſtrata et conculcata, viuum et ſaucium Michaelem capit.*

Imp. ANDRONICO Iun.

a. C. 1330.

piſcebantur. Crales potitus victoria, in imperatorem Romanum nihil molitus eſt; ſed remotius caſtris ſe continuit x).

CAPVT XXV.

Res Bulgarorum ſub regibus Alexandro et Suſmano;

ab a. C. 1331—1453.

§. 434.

a. C. 1331.

366. α) PAVLO poſt imperatori nunciatur, dynaſtas Moeſorum, rege illorum mortuo, ſeu quia Stephanum Cralem hoc officio ſibi de-

Reliquus Bulgarorum exercitus maiori ex parte ibi caeſus eſt. Qui ſuperſtites fuere, nudis corporibus domum redierunt. Michael autem tres ex eo dies viuus ſolem aſpexit, ſic affectus, vt vix cladem ſuam intelligeret: quarto die exſpirauit, cum eius corpus letalibus vulneribus ferendis impar fuiſſet. At imperator cognita re Byzantium rediit, nulla neque re geſta, neque clade accepta.

α) NICEPHORVS: *Proximo anno cum audiſſet imperator Bulgaricum*

x) Huius belli etiam quaſi in tranſitu meminit Chalcondylas p. 11. *Orchanes — Graecis in Aſia morantibus bellum indixit, plurimaque Graecorum oppida in deditionem accepit eo tempore, quo Byzantii reges et Trybali in Thracia et Myſii maximo flagrabant inter ſe bello* — . [Andronicus] *Graecos aduerſus auum incitans, rerum nouarum auidus, Michaelem Myſiorum ducem in belli ſocietatem recipiens, cum ipſo affinitatem iunxit, in matrimonium ei collocans ſuam ſororem, cum iam ante duxiſſet ſororem Tryballorum regis. Hinc ira percitus Tryballus arma ſuſcipit, habens ſecum Michaelis patruelem* [ἀδελφιδῶν] *Alexandrum. Victo igitur Michaele, ne ſineret contumeliam ſibi a Michaele factam abire inultam, Alexandrum Michaelis patruelem regno praeficit.* p. 14. *Michaelem*, inquit, *Myſiorum ducem, qui imperauit locis Iſtro ſubiectis, et regni ſui ſedem Trinabi conſtituit, Stepano* [Seruiorum rege] *antiquiorem extitiſſe audiui: praeterea Bulgaros* [Οὐλγάρους], *quos Myſios vocamus, ibi ſedes habuiſſe audiui.* locum integrum in *Seruicis* exhibeo §. 262.

366. CANTACVZENVS T. I. p. 263 264. Niceph. Greg. T. I. p. 281, 282.

Imp. ANDRONICO Iun.

a. C. 1331.

deuincire conarentur, ſeu alius ergo, Michaelis coniugem, imperatoris ſororem, vna cum liberis expuliſſe; ſorori autem Stephani, quae prius cum Michaele nupta fuerat, ipſi, liberisque eius regiam Moeſorum regnumque reddidiſſe.

Imperator, optimatum concilio conuocato, quid ageret, diſceptare inſtituit. Iudicatum, rebus praeſentibus aut paruo, aut nullo fructu reſponſuris (cum Crales bello contra Moeſos iam liber, ſuam prouinciam vexantibus leui opera poſſet obſiſtere) ſuperſedendum, et in Moeſiam, vbi magnae ſpes oſtentarentur, quamprimum diſcedendum. Occaſionem belli grauem offerri: ſororem ſcilicet imperatoris regno depulſam, quae iuſtius imperaret, cum ſoror Cralis a Michaele adhuc viuente matrimonio multata fuerit. Poſtquam igitur recedere complacitum fuit, tum oppidulis, quae recens in eius ſe poteſtatem tradiderant, praeſidiis impoſitis, tum reliquis vrbibus in confiniis cura, quanta egebant, curatis, parteque exercitus cum Syrgiane etiam, reliqui occidentis duce, relicta, vt illas aduerſus Triballorum vim tueretur, cum altera parte Adrianopolin rediit. Diebus aliquot praeterlapſis, allectis, quantae erant, copiis, in Moeſiam irrumpit, et cum caetera regionem vaſtat maxime, tum *Anchialum*, *Meſembriam*, *Aeton*, *Ctenia*, *Rhoſocaſtrum* et *Diampolin* ciuitates per deditionem accipit, Byzantiumque reuertitur.

§. 435.

a. C. 1332.

β) INEVNTE vere Byzantio accipiuntur litterae, duos Moeſorum 367.

Ooooo 2

imperium et a priore Michaelis vxore et a cognatis eiusdem Michaelis diuelli, (nam imperatoris ſoror aegre fuga ſalutem quaeſierat) in ea multorum contentione de principatu occupando, iuſtis copiis delectis, oppidula Haemo vicina inuaſit, et fere omnia citra negotium cepit, habitatoribus vltro ſeſe ad eum conferentibus. Inter caetera vero etiam vrbs munita et frequens, nomine Meſembria, ad mare ſita, deditionem fecit. In qua cum imperator fere cum militibus verſaretur, ſtatim grauis eſſe coepit, tum quia vrbem res neceſſariae ob illos deficiebant, tum quia pecuniae conſumtae peribant.

β) Id.: *Sed cum poſt multas de regno concertationes ad Alexandrum*

367. CANTACVZENVS T. I. p. 280. Niceph. Greg. T. I. p. 282.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

rum dynaſtas, *Raxinam* protoueſtiarum, et *Philippum* logothetam reginam ſuam, defuncti Michaelis vxorem [repudiatam] et Cralis Stephani materteram, regno per ſeditionem expuliſſe: quae cum liberis ad Cralem, ſororis ſuae filium, ſe contulit. Illi et aliis Moeſorum principibus in ſuam ſententiam adductis ALEXANDRVM, Streantzimero et Michaelis ſorore natum a), regem ſibi legunt b).

Is ſimul ac regnum iniuit, quidquid erat in Moeſia copiarum, adiuncto praeterea Scytharum non exiguo numero, contra ciuitates, quae ſe imperatori tradiderant, eduxit, ac praeter Meſembriam alias armis, alias deditione occupauit.

§. 436.

Haec vt ad imperatorem perlata ſunt, Theſſalonicae minime haerendum cenſens, Byzantium diſceſſit. Principio protoſtratorem Synadenum Meſembriam pro praefecto mittit, timens ne Meſembriani, dum exercitus cogitur, deficerent. Copias Byzantium congregari iuſſit, et ipſe vt in Moeſos pugnaturus ſe comparabat. In ipſo belli apparatu fit certior, Perſarum [i. e. Turcorum] copias ad Ni-
368. comediam adoriendam paratas eſſe —. Expeditione [itaque] in Moeſos omiſſa — Nicomediam ſoluit —.

γ) Die

Michaelis conſobrinum [ὁ τῦ Μιχαὴλ ἀδελφιδοῦς] *ſumma rerum delata eſſet, is firmato principatu, exercitum Bulgaricum cogit, et Scytharum non parua manu mercede conducta, in finitimam Romanorum prouinciam irrumpit: tum ad Oreſtiadem vsque progreſſus, maxima parta praeda, ac plerisque ad Haemum oppidulis deditione captis, et ad inſtituta Bulgarorum redactis, laetus cum magnis ſpoliis domum redit.*

a) τὸν ἀδελφιδοῦν τῦ προβασιλεύσαντος Μιχαὴλ, Ἀλέξανδρον τὸν Στρεαντζίμηρα.

b) Eum a Stephano Bulgaris regem datum vnicus dicit Chalcocondylas, vide locum ſupra ad §. *433.* allatum.

368. CANTACVZENVS T. I. p. 281. Niceph. Greg. T. I. p. 297, 298. Idem bellum vtrumque narrare arbitror, quamuis et narratio ipſa, et ordo geſtorum differat. Cantacuzenus quidem ea ante obitum Andronici Sen. [qui ſecundum Niceph. a. M. 6840. contigit] refert, Nicephorus poſt illum.

a. C. 1332.

γ) Die tertio — Conſtantinopolin cum tota claſſe remeauit: vnde diebus haud ita multis, exercitu iam praeſente, et neceſſariis inſtructus omnibus, in Moeſiam irrupit, ac loca quaedam deuaſtauit: Haemumque praetergreſſus, alia quidem oppidula, quae prius habuit, per deditionem recepit; Anchialum autem adhuc Moeſi praeſidiarii tuebantur.

§. 437.

Alexander Moeſorum rex imperatoris impreſſionem ſentiens, cum exercitu, quantus erat, ad arcendum accurrit, iuxtaque Aetum, non procul ab imperatore, qui apud Rhoſocaſtrum tendebat, caſtra locat, anguſto quodam tranſitu ambos exercitus dirimente; quem Alexander, peditibus aliquot ibi diſpoſitis, cuſtodire occuparat.

Imperator Alexandrum in vicino caſtrametari intelligens, poſtridie diluculo ſuos arma capere iuſſit. Armatos deinde veluti pugnaturos, et per acies digeſtos, ad tranſitum illum deduxit, ac Moeſos ad manum conſerendam prouocauit. Nam quia tranſitus ille ſalebroſus et arctus erat, et ab ipſis ſeruabatur, in caſtra irrumpere commode nequibat. Toto igitur die ibi tranſacto, quia nemo hoſtium contra exibat, in ſua caſtra pedem retulit: paucisque diebus inſtructis ad proelium militibus rediit, ac eodem modo ad introitum angusti-

γ) NICEPHORVS: *His* [ludis ſolemnibus ob natum d. 18. Iunii ex Anna imperatrice filium inſtitutis] *nunc quoque Didymotichi peractis, imperator cum iuſtis copiis bellum Bulgaris prius infert, quam indicit, cum ii haud praeſenſiſſent, vt caſtella iuxta Haemum recuperaret, quae paulo ante ad Alexandrum ſe contulerant. Igitur impreſſione in hoſtilem terram facta, ferro et igni agros vaſtat, ne deſectae quidem ſegeti et in horrea comportatae parcens. Caſtella item obeundo, et obſidiones ac oppugnationes minitando, in deditionem nonnulla accepit, ex quibus praeſidia Alexandri, compoſitione facta, diſceſſerunt. Quibus Alexander auditis dolore affectus, legatos de pace ad imperatorem mittit. Indignum enim eſſe Chriſtianis, adeo crudeliter contra ſeſe graſſari, cum pax et concordia inter ipſos conſtitui poſſit, et belli acies in impios vtriusque inimicos conuerti. Ad haec imperator reſpondet, aequum eſſe, vt Romanis exſtructa caſtella pareant, ac legatos re infecta dimittit. Amplius enim quindecim caſtella auus eius imperator*

Imp. AN-
DRONICO
Iun.

a. C. 1332.

guſtiarum die quam longa eſt conſtitit, cum Moeſi ne tum quidem in planitiem ſe dare foras et aequo campo laceſſere Martem auderent. Imperator itaque, perterrefactis audacia ſua barbaris, vt antea,
369. caſtra ſubiit.

§. 438.

Alexander cernens, ſi acie congrederetur, fore imparem, per legatos orauit, vt facta pace ſua vterque retineret. Reſpondit imperator, „ Neque ſe priorem arma mouiſſe, neque quidquam Moeſis abſtuliſſe: verum ab ipſis prius laceſſitum, compelli reſiſtere, et ablata recuperare. Inſuper Anchialum ſibi eripi, qua reddita pacem foedere firmaturum. Atqui oportuiſſe, ſi in rebus ſuis pertinax et implacabilis eſſet, neruos omnes ad par pari referendum intendere, et armis ſibi viciſſim quaedam de illorum rebus vindicare. Quoniam vero vtrique eandem religionis ſanctitatem colant, et pax cuilibet bello praeponderet, eam ſe bello huic anteponere: modo ſua ſibi reſtituantur „. At Alexander, „ Nec ſe iniuſte agere; Anchialum enim caeteraque oppidula, quae adempta ſibi quereretur, non Romanis potius quam Moeſis deberi: nam regibus antecedentibus perdiu ſubdita fuiſſe. Idcirco imperatorem eſſe iniurium, qui, praeter ea quae abſtulerit, etiam Anchialum poſtulet „. Tum imperator, „ Iniuſtitiae non imponendum nomen iuſtitiae: neque, quia ad tempus alios ſpoliauerint, ideo exiſtimandum, licere perpetuo ſpoliare. Has vrbes non ſolum ex antiquo tempore Romanorum ditione contineri; ſed etiam complures earum ab ipſis eſſe conditas, deductasque colonias. Moeſos vix heri et nudius tertius eas ſub imperium ſuum redegiſſe, a re-

Andronicus in cacuminibus et praeruptis Haemi locis partim a fundamentis exſtruxerat, partim nouis operibus munierat, protoſtratoris Glabae opera, qui tum prouinciam Thraciam adminiſtrabat, vt crebrae Scytharum incurſiones veluti perpetuo muro interiecto prohiberentur. Quae ab illo ſic dicta cum Alexander aequo animo ferre minime poſſet, copias ſuas ſtatim contrahit ad octo millium numerum, et duo millia Scytharum mercede conductorum accerſit: Ternoboque profectus, quinto die ad caſtellum, cui Rhuſocaſtra nomen eſt, peruenit, ibique caſtrametatur. Ibi enim etiam imperatorem eſſe audierat.

369. Id. ibid. p. 282.

a. C. 1332.

a regno Sphentiſthlabi ſororis ſuae mariti videlicet, dum Romanis cum Perſis et Catalanis bellum eſſet, qui rex Romanos vehementer afflixerit: propter quem haec ipſis tum extorquere non potuerint. Nunc ſe citra cuiusquam iniuriam et ſua tenere, et, quae ſuis deſunt, repetere: quae, ſi pacem cupiat, reſtituat; ſin minus, ſe ea non poſſe relinquere, moturumque omnem lapidem, vti principatum tueatur atque conſeruet„. Alexander (caſtris erant propinqui, et per minimum interuallum reſponſabant)„ Non oportere, dixit, quemquam de imperio litigantem demonſtrationibus et probabilibus concluſionibus, ſed ferro et manu fortiore de iure ſtatuere: quibus cum ipſe nunc plus ſatis polleat, de imperiorum finibus ſecure diſſerat: ſe porro et Anchialo non grauate ceſſurum fuiſſe, ni ea res et ſibi et exercitui magnae timiditatis reprehenſionem pareret. Nam ſi prae- 370. ter hoc, quod reſiſtere et acie contra certare, quamquam ſemel iterumque ab ipſis accedentibus prouocati, non fuiſſent auſi, etiam Anchialo abſque compenſatione cederent, apertiſſime omnibus mortalibus ſeſe victos oſtenſuros. Verumtamen pro tegumento quodam dedecoris ſui, ſi velit, traditurum Anchialum, et Diampolin recepturum; quamuis certiſſimo ſciat, ſe, vt eſt in prouerbio, aurea aereis permutare. Ita futurum, vt et imperator habeat, quod petit, et ipſe probri expers ſit, cum aequalia pro aequalibus poſſidere videbitur„.

Imperator, quoniam orationem non inhumanam et admittendam cenſebat; et quia Anchialus Diampoli praeſtat, quantum dici non poteſt; deinde quia, ſi quid etiam pacis gratia de ſuo iure remitteret, non id ſibi vitio datum iri opinabatur; cum praeſertim et commeatus exercitum defeciſſet, et lucnlenta penuria in caſtris laboraretur, militesque aut cum hoſte committi, aut reduci obſecrarent, vt et ipſe, miſericordia impulſus, multis miſſionem daret: legationi locum reliquit, pacemque in has conditiones fecit: Vt Romanis et Moeſis foedus eſſet, ac nihil viciſſim iniuriarum inferrent; illi Anchialum reciperent, et pro ea Diampolin reponerent, ac de caetero vtrique ſuum ſibi habentes, pacem concordiamque colerent. His legibus foedus inter reges d. 16. Kal. Sextiles iunctum eſt, cum vterque et vrbi et ſacramento pro ſe recipiendis vicarios dediſſet.

§. 439.

370. Id. ibid. p. 283.

Imp. AN-
DRONICO
Iun.

a. C. 1332.

§. 439.

Ea porro nocte, cui dies iuriſiurandi illuxit, Scythae Alexandro ſuppetias venerunt, contra patruum *Belaurum* c) ab eo inuitati, qui ſeditione concitata, parteque regni ad ſe auulſa, et reliqua diuexanda importunus erat. Exiſtimans autem, ſe iſta commoditate opportune vſurum, ſi eos fallacia quadam in imperatorem immitteret, patruum prope adeſſe dixit, et eum improuiſo aggrediendum: quem, rei totius ignarum, acriter pugnaturum ſit veriſimile; ſed a multo
371. pluribus facillime ſuperatum et interfectum iri: et ita ipſos a labore longi itineris adhuc emetiendi fore liberos. Iſto modo barbaris fucum fecit: nam ſi ſciſſent, propter foedus recenter cum imperatore initum, nunquam in eum ſe intuliſſent.

§. 440.

δ) Die igitur exoriente armis induti, anguſto calle in Romanos procedunt. Speculatores ibi collocati celeriter hoſtium aduentum in caſtra nunciant. Imperator arma expediri iubet, et cum ſedecim diſpoſitis phalangibus occurrit. Dextrum cornu protoſtrator, Zamplaco magnus papias ſiniſtrum tenebat, medio agmine imperator ipſe emicabat. S nae phalanges frontem totam implebant, poſt cas reliquae decem ſingulae cum ducibus ſuis erant diſpoſitae. Imperator vero deluſum ſe ideo dolebat, quod bonae parti militum propter ſpem foederis miſſionem conceſſerat. Verumtamen cum ſolis Moeſis ſibi pugnandum ratus, fidenter in eos gradiebatur.

Et ecce dum incedunt, tubam Scythicam exaudiunt, quae non inſtar aliarum tubarum, ſed horridum quiddam et abſonum ſonat, qua-

δ) NICEPHORVS: *Qui* [imperator] *quamuis inopinato hoſtium aduentu perculſus, tamen in media hoſtili terra, cum aliud conſilium rerum difficultas praeſens non pateretur, Romanas et ipſe copias, vt licet, educit, hoſtibus minime pares, vt quae vix trium millium numerum explerent: iisque in tres acies diſtributis, non procul a caſtello eſt progreſſus, quod ſubſidio ſibi et receptui eſſe volebat, ſi ceſſim recedendum foret.*

c) ἐπι Μπελαυρον τον θειον.

371. Id. ibid. p. 284. Niceph. Greg. T. I. p. 298.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

quale barbaris ad Martem accendendum ſufficit. Quare quamuis procul audiatur illud tubae genus, ſtatim agnoſcitur. Putans tamen imperator, non eſſe Scythas d) (neque enim pacem ſecum pactam diſſoluiſſe); ſed trans Iſtrum *Getas* d), qui iisdem, quibus Scythae, armis vtentes, plerique omnes ſunt ſagittarii, Getas inquam, qui Moeſis ad auxilium adeſſent, et ad terrorem incutiendum *Scythica* tuba clangerent, quorum virtute nixus Alexander hilariter ad certamen prodiret: ipſe quoque bona ſpe plenus contra ingreditur. Poſtquam inter ſe conſpexerunt, et ſol altius ſupra finitorem elatus rerum diſcrimina clarius oſtenderet, tum liquido apparuit, aduentantium agmen Scythas eſſe: nam Moeſis non intermixti ſuos ordines obtinebant.

§. 441.

e) Cum iam facienda eſſet impreſſio, Scythae imperatorem cum iis, qui erant in fronte, paulum declinantes, ſuccenturiatos inuadere; quos parum reſiſtentes in fugam dederunt, et vsque Rhoſocaſtrum fugientibus inhaeſerunt. Ibi conuerſi Romani facto cuneo barbaros a muris abſtinuerunt. Imperator, licet poſteriores fugae ſe mandaſſent, cum

e) NICEPHORVS: *Cum vero hoſtes ingruentes videret, eorumque aciem ita inſtructam, vt dextrum et ſiniſtrum cornu in longiſſimam ſeriem vtrimque porrigeretur, grauis armatura in medio eſſet; extremum autem agmen profundum, et firmi cuiusdam fundamenti inſtar foret: veritus ne circumueniretur, ſtatim conſilio mutato, Romanas copias in vnam ancipitem aciem contrahit, lunae corniculantis ſpeciem imitatus. Ipſe in medium progreſſus ſuos inclamat et confirmat.* „ *Cogitate, inquit, viri, nos in peregrina et hoſtili pugnare terra, et longe a patria excluſos, nec ſocias habere ciuitates, quae nobis ad improuiſum hoc proelium opem ferant, neque vnde mercenarium militem accerſamus. Quare ſic pugnemus hodie vt ſtatim morituri, et vna cum hoc ſole occubituri. Fortium et generoſorum laborum teſtes relinquamus hoſtilem hanc terram, in qua hodie de vita dimicamus, et hoſtium, qui ſupererunt, oculos. Quorum vos multitudo ne perturbet. Scimus enim multos magnos exercitus a paruis facillime eſſe caeſos* —„.

d) *Tataros* intelligere videtur. d) *Blachos* forte.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1332.

cum ſex primis phalangibus nihilo magis ſe abducens, recta in Moeſos ibat, confligebantque pauci cum multo pluribus. Cum in longa et acerrima pugna Romani ſtrenue dimicaſſent, multaque virilia facinora edidiſſent, poſtremo Moeſorum multitudine vehementius inſtan-
372. te, et praeſenti periculo cogente, retroceſſerunt. Aſt imperator cum magno domeſtico et Manuele Aſane, fratre vxoris domeſtici (qui imperatoriam regebat aciem, et alios de nobilibus quinquaginta ſelectos ducebat) primum quidem in ſe irruentes fugauerunt. Poſt ingraueſcente certamine multis circumfuſis, cum teſtudinem ſeruare amplius nequirent, diſperſi, quisque vt potuit, fugerunt, imperatore et magno domeſtico ſimul relictis, qui paulum diſiuncti, rurſus et celerrime coierunt: vt domeſticus imperatorem ſic compellaret: Nunc tempus eſt audendi viriliter: nunc vtere dextra, imperator, et, quae tua perſona digna ſunt, perpetra. Qui virtutis ſuae nullum fore fructum reſpondit; quandoquidem caeteri omnes in fugam ſe dediſſent. Nihilominus et ipſe, et quotquot cum Moeſis manus contulerant, quamquam fugerent, non tamen ſine vlla conuerſione, terga ad vulnera inſequentibus praebebant: verum a fronte nihilo minus ſe tuentes

Hac oratione confirmati, omnes ſtrenue ac fortiter, quantum in ipſis erat, pugnam ineunt proiecta audacia, et hoſtibus manus incutiunt violentiſſimas, parcendi videlicet neſcias et in caedem effuſas: inprimis vero magnus domeſticus Cantacuzenus, qui multis telis hoſtium petitus atque impulſus, ipſe quidem plurimos hoſtes proſtrauit; ſed neque clypeo, neque gladio amiſſo, incolumis e proelio euaſit, velut agglutinatus equi dorſo et immobilis inſidens. Secundus illi ſtrenue dimicauit protoſebaſtus, Caeſaris filius, porphyrogeniti nepos —. Sed cum hoſtem cernerent in id totis viribus incumbere, vt prior tumulum occuparet, atque adeo hiſce circumdatis a tergo etiam inſtaret, effuſa fuga retro ſe in caſtellum receperunt. Qui vero in eo habitabant, cum et hos victos eſſe cernerent, et ſimul Alexandrum timerent, portas illis occluſerunt. Iis igitur vi effractis, et habitatoribus partim pulſis, partim hoſtium loco occiſis, caſtellum munierunt. In quo valde triſtes et anxii erant, propterea quod eorum oculis periculum praeſens obuerſabatur. Neque enim pabulum iumentis intus ſuppetebat, neque puteus, nec aquae vlla copia: et vulnerati milites atque equi negle-

372. Id. ibid. p. 285. Niceph. Greg. T. II. p. 298—300.

tes, Rhoſocaſtrumque peruenientes, coniuncti cum reliquis, ſimul contra Scythas atque Moeſos vsque ad horam tertiam proeliabantur alacriter. Barbari quia nihil agebant, (nec enim per vim Rhoſocaſtrum irrumpere poterant) palantes in ſua tentoria reuertuntur.

Ceciderunt captique ſunt de Romanis equites quidem ſeptem et triginta, et hi ex turma imperatoria: pedites quini et ſexageni, paucis occiſis, paene omnes a Scythis capti ſunt. E Moeſis paulo plures Romanis occubuerunt. Caeterum victoria ſine controuerſia penes Moeſos ſtetit, propterea quod Romani non reſiſtentes vage et ſparſim Rhoſocaſtrum fugerunt.

§. 442.

ξ) Circa meridiem Alexander Moeſorum rex de proceribus ſuae gentis Ibanem [ſeu Ioannem] ad imperatorem legat, et vt foedus pridie ſuſceptum valeat, atque ad amicitiam ſecuritatemque augendam

Ppppp 2 ſili-

lii, partim interibant, partim interitui proximi erant: et vix licebat portas aperire, multitudine hoſtium circumdatas: et procul Romanorum fines aberant: at ne ſpes quidem ſuberat, tentata fortuna, clam ad finitimam vrbem ſociam eamque maritimam euadendi. Nam Anchialus hoſtilis erat, et Meſembria, Romanorum clade audita, ſtatim defecerat, et praeſidiis Romanis caeſis, omnes eos, qui fuga ſalutem non quaeſierant, e moenibus deiecerat. Idem caetera ad Haemum caſtella fecerant omnia. Nec de libertate et redimendis captiuis legatos ad Alexandrum mittere audebant, cum ita ſe geſſiſſent, vt nulla veniae ſpes relinqueretur. Nam et eius legatos confidenter deriſerant, ac per ignominiam dimiſerant, et Bulgarorum agros cum ſegetibus incenderant, et captorum caſtellorum habitatores male tractarant.

ξ) NICEPHORVS: *Itaque ab omni parte inops conſilii aeſtuabat imperator. Tamen — et hoc ſummum diſcrimen, non minus quam caetera, mirabiliter euaſit, arcana Dei cuncta clementer gubernantis prouidentia. Nam Alexander poſtridie vltro illius miſertus, et humanitatis ſenſu quodam inſtinctus, pacem illi obtulit: et cum exercitu domum redire facta compoſitione paſſus eſt, hortatus, vt moderatior eſſet in poſterum. Vnius enim anni quatuor eſſe tempora, et paulo momento maximas incidere rerum mutationes. Interea illa quoque aeſtas exacta eſt.*

Imp. ANDRONICO Iun.

a. C. 1332.

filiam ſuam ipſius filio deſpondeat, precatur. Cui imperator, Manere foedus, ſibi quoque non diſplicere: ſiquidem et prius non neceſſitatis, ſed vtilitatis cauſa compoſitam pacem exiſtimaret: affinitatis coniunctionem in praeſentia nolle: neminem enim aliter iudicaturum, quam vel neceſſitate, vel timore, quia ab illo victus ſit, conciliatam: etſi non ob aliud fugerint, quam quod pauci pluribus pares eſſe non potuerint. In amiſſione autem ſuorum nullum eſſe diſcrimen: imo ipſos plures amiſiſſe. Sed ne victus ab illis habeatur,
873. nolle nunc affinitatem contrahere; pacem duntaxat et foedus non recuſare: vbi domum redierit, legationem ſuper matrimonio miſſurum: et quod ſibi re diſcuſſa expedire viſum fuerit, in tranquillitate et requie facturum.

Ibanes cum hoc reſponſo ad regem ſuum reuerſus, paulo poſt cum ſocio Alexandri patruo Synadeno rediit. Caput legationis idem quod ante: diſſeruerunt que de affinitate iſta multa probabiliter, quibus ſe imperatorem flexuros opinabantur. Verum is denuo in eandem ſententiam reſpondet; „Pacem quidem ſe amplecti, eamque foedere interpoſito confirmaturum; affinitatem autem non modo, ſed cum ſibi placuerit, ingreſſurum. Si igitur eadem ſit illorum voluntas, quaerendum de Scythis, cur illi videlicet pacem ruperint. Sin alia omnia cogitent, eant, et ſe, quatenus libuerit, comparent„. „Legati vt imperatorem nihil a primo immutatum animaduerterunt, affinitatem eius dixerunt regem ipſorum exoptare ſummopere, ſibique imperaſſe, vt in ea concilianda nullam diligentiam praetermitterent. Sin iret in alia omnia, tum de ea ſermonem in aliud tempus opportunius reiicerent: interim pacem foedere ſancirent„.

Paucis vtrimque dictis, res conuenit, eademque die inter reges foedus iureiurando ſolemni more firmatum, captiui Romanorum, vt in conditionibus expreſſum erat, abſque pretio dimiſſi. Diem ſequentem totum comprandendo et de pugna pridiana confabulando exegerunt. Alexander et Moeſi Romanorum virtutem cum ſtupore praedicabant, qui non multi cum longe pluribus decertaſſent, et cum poſtremum agmen manus plane dediſſet, nihil tamen animo fracti, quaſi

873. Id. ibid. p. 286.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

quaſi nihil contigiſſet noui, conſtantiſſimo ſpiritu cum hoſtibus concurriſſent, compulſique poſtea ab inſtantium cateruis, ita receſſiſſent, vt non fugam ſpectarent; ſed abeuntes ſe defenderent: quod illis ad ſalutem ſane quam profuiſſet. Et aſſeuerabat Alexander, ſacramento addito, ſi adhuc aliquantiſper in eo ſtatu res duraſſet, nec fugiſſent Romani, ſuſtineri non potuiſſe: ſed Moeſos eorum virtute ac tolerantia, praecipueque imperatoris, attonitos, fugam arrepturos fuiſſe. Haec et alia toto die colloquiis agitantes, ad veſperam inter ſe valedixerunt. Et Alexander quidem in regnum ſuum diſceſſit, imperator Rhoſocaſtri diebus aliquot moratus, Didymotichum inde profectus, militem dimiſit [e]).

§. 443.
a. C. 1339.

PAVLO poſt [quam Acarnania et Theſſalia cum reliquo imperio Romano denuo conſociatae ſunt] Adrianopolin ſe contulit [Andronicus iunior], vbi Moeſorum rex Alexander verborum, quae Rhoſocaſtri ad eum ſuper affinitate habuiſſet, memoriam ei per legatos redintegrauit: certiorque fieri voluit, ecquid hoc matrimonium ei cordi eſſet. Legatio haec imperatori parum iucunda fuit: filiam quippe ſuam domi retinere, quam Alexandri filio in communionem thori tradere maluiſſet: cum ſciret, puellae, moribus ac legibus Graecis et imperatoriis educatae, conuictum barbarorum delectabilem non futurum. Tamen eas nuptias Romanae reipublicae commodaturas arbitratus, virginem ſuam deſpondit. Legati, quod imperatori affinitatis coniunctionem perſuadere potuiſſent, gaudio delibuti receſſerunt: ipſe Byzantium filiae nuptias adornaturus rediit. 374.

§. 444.

η) Imperator rebus omnibus ad filiae nuptias praeparatis et in-

 ſtructis

e) Bellorum Bulgaros inter et Romanos geſtorum meminit adhuc Nicephorus Gregoras T. I. p. 322 [Andronicus Iunior in ſocietatem belli Turcici cum Latinis venire coactus] *tributorum exactores in Thraciam et Macedoniam ſtatim dimiſit, quamuis illius tractus vrbes ac prouinciae multum iam vexatae erant — incurſionibus crebris, hinc Turcorum, illinc Bulgarorum.*

η) NICEPHORVS: *Imperator cum Domna vxore Adrianopolin profe-*

374. CANTACVZENVS T. I. p. 307. Niceph. Greg. T. I. p. 337.

Imp. ANDRONICO *Iun.*

a. C. 1339.

ſtructis, Byzantio Adrianopolin ad eas ibidem peragendas, profectus eſt. Eodem rex Moeſorum Alexander cum filio *Michaele Aſane*, rege iam a ſe nominato, venit. Et apprecationes quidem ſeu benedictiones, et quaecunque ſuper nuptiis ſacrae leges praecipiunt, in vrbe fiebant. conuiuia vero et compotationes, et quae ad laetitiam feſtorum connubialium inuenta ſunt, in pratis Comnenes appellatis, non procul ab vrbe, prope Tuntzam fluuium obibantur: diebusque octo a Moeſis et Romanis in his ſacris nuptialibus conſumtis, die nono Alexander rex et Moeſi imperatoris filiam, reginam ſuam Mariam e gente Palaeologorum aſſumentes in Moeſiam abducunt, multis eam ex Romana nobilitate vsque Trinobum proſequentibus: vbi remanentibus, quos ei pater perpetuo honorarios attribuerat, caeteri reuertuntur *f*).

§. 445.

375. ADRONICVS iunior ille fuit, qui Triballorum et Myſorum duces perterrefaceret, quos ſaepe velut dormientes ſubito oppreſſit, inſtar aetherii fulminis.

§. 446.

Imp. IOANNE *Pal.*

Imp. IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1341.

376. INTER haec [cum poſt Andronici iunioris obitum patriarcha imperii adminiſtrationem affectaret] aliud quiddam euenit, quod eius [magni

Etus, matrimonium iampridem promiſſum perficit, filia ſua, quae nouem annos expleuerat, Alexandri Myſorum principis filio data, annum aetatis decimum quintum agenti. Vnde firma pax inter Myſos et Romanos conſtituta eſt.

f) Huius coniugii etiam meminit Cantacuzenus T. I. p. 241. [Andronicus grauiſſime decumbens] *comprehenſam eius* [magni domeſtici Cantacuzeni] *dexteram dexterae imperatricis, tum Mariam filiam vtero geſtantis, quae poſtea Michaeli Alexandri Moeſorum regis filio nupſit, implicuit, et — tibi, inquit, hanc, et Romanos omnes trado atque commendo.*

375. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 347, 348. *Pileorum Myſorum* meminit Nicephorus T. I. p. 351.

376. CANTACVZENVS T. II. p. 351, 353.

Imp. IOANNE Pal.

[magni domeſtici Cantacuzeni] animum non leuiter pupugit. Nam Moeſorum rex Alexander per legatos ab imperatrice et Romanis *Siſmanum* exſulem Byzantii degentem petebat, Michaelis, cui ſucceſſerat, ex Stephani Triballorum principis ſorore filium: quae a marito, ſuperinducta ſorore Andronici iunioris, eiecta, poſt eius interitum in Moeſia regnauerat, nec multo poſt potentiſſimorum factione rurſum pulſa regno, cum *Ioanne*, e filiis altero, ad Cralem fratrem ſe receperat. Siſmanus, alter filius, ad Scythas exſulatum abierat: nec longo tempore ididem exacto, poſt mortem imperatoris ad Romanos ſponte confugerat. Hunc igitur Alexander, vt teterrimum hoſtem ſuum, poſtulabat, et alterutrius optionem dabat: vt aut Siſmanum ſibi iugulandum dederent, aut ſe ad arma compararent: haud enim Romanis amicum, aut ſocium eſſe poſſe, quamdiu illi hoſtem ſuum apud ſe alerent. Simulque iuramentum mittebat, quo ſe ipſi Andronicus pacis cauſa obſtrinxerat. Legatio Alexandri ita ſe habuit.

§. 447.

Oportebat vero conuenire optimates et cum Auguſta deliberare, ſatſne eſſet perfugam tradere, an pro eo bellum contra Moeſos ſuſcipere. Conuenitur in palatio: adſunt item magnus domeſticus [Ioannes Cantacuzenus] et patriarcha. Quaeſtio mouetur. — Quidam — 377.
Siſmanum, Romani imperii ſupplicem, conſeruandum, non prodendum, aſſerebant: etiam ſi eius cauſa quippiam durius patiendum foret. Alii magis regionem et propria ſeruanda tuendaque, nec propter fugitiuum barbarum in praeuiſa pericula ſponte incurrendum. — Patriarcha —, „Mea opinione, inquit, Siſmano in aedem Sophiae transfugiendum eſt: quam cum ab omnibus imperatoribus aſyli iure honoratam conſtet, licebit et nobis honeſtum Alexandri legatis reſponſum reddere: nefas fuiſſe nobis Dei ſupplicem abſtrahere et aliis interficiendum tradere, quando id in ſcelere omnium impuriſſimo a Romanis ſemper numeratum ſit„. Multi igitur praeſentes conſilium hoc in coelum ferebant, optimumque ac prudentiſſimum, et ad legatos Alexandri (vt qui iam ipſi quoque recuſationis neceſſitatem perſpicerent) re imperfecta dimittendos longe opportuniſſimum iudicabant —. Domeſticus „— „ Videmini mihi, ait, non reſpondere ad ea, de

377. Id. ibid. p. 354.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1341.

de quibus ventum eſt in conſilium. Non enim nunc de ſermonibus honeſta ſpecie confictis quaeritur: ſed num, quae Alexander poſtulat, concedenda, an potius armis cum eo depugandum ſit. vos autem, poſthabita conſultationis materia, de iure inſtitutisque Romanis diſputatis; perinde ac ſi eſſet, qui Alexandrum poſſet cogere ad obtemperandum Romanorum legibus. Qui dicat fortaſſe, non mihi, ſed Romanis, hae leges praeſcribuntur: ego vnam hanc legem agnoſco, omni ratione mea commoda perſequi. Quamquam autem vobis in ſacris aſylis Siſmanum licet abſcondere, vrbes tamen et caſtella in iis abſcondere non licet, neque armenta boum et greges ouium,
378. caeterasque in agris facultates, ex quibus mihi poenas iniuriae perſoluetis. Huc itaque, non ad ſpecioſas rationes, accommodanda vobis eſt deliberatio —„. Tum patriarcha, „ — Ego primus, inquit, etiam ipſe fateor, conſultationem noſtram nihil ad ea facere, quae in quaeſtionem adducuntur. Non enim Alexandrum curaturum, cum ratione, an ſecus ei reſpondeatur: ſed quomodo ab initio ſibi propoſita ad finem perducat, ſi poſſit. Quocirca et ipſe non de verbis, ſed de illo alio conſilia agitanda ſentio„. Aliis omnibus adſtipulantibus, et poſt magnum domeſticum conſurrectione facta, conuentus eſt ſolutus.

§. 448.

379. Poſtridie [eius diei, quo magnus domeſticus tandem, ab imperatrice et patriarcha rogatus, ad imperium adminiſtrandum acceſſit] Alexandri regis legatos in palatium accitos, quid venirent interrogauit. Qui iuramentum, quod imperator Alexandro pacis ergo dederat, exhibentes, „ Petere aiunt, aut Siſmanum ſibi, regis ſui hoſtem, tradi, aut iuramentum, vt pace iam irrita, recipi. Neque enim fere iuſtum aut tolerabile, ipſos quidem certos et conſtantes amicos ac ſocios Romanorum eſſe; illos autem, eorum hoſtes infenſiſſimos recipiendo, foedus violare„. Haec legati, faſtu et arrogantia pleni, nihil contradicturos Romanos, ſed extemplo Siſmanum belli metu reddituros opinati.

§. 449.

378. Id. ibid. p. 355.

g) Horum etiam infra p. 410. quaſi in tranſitu meminit Cantacuzenus.

379. CANTACVZENVS T. II. p. 371.

a. C. 1341.

§. 449.

Imperatrix magnum domeſticum cum iis agere, et ad petitionem reſpondere iuſſit.

„Qui primum vitio dedit, quod non iure veniſſent. „Non enim oportebat, inquit, regem veſtrum, defuncti imperatoris Romani amicum atque generum, eius liberis bellum inferre, et cum cauſa iniuſta conari foedus rumpere. Quin ſi antea quippiam cum eo litis et controuerſiae habuiſſet, eam nunc miſſam facere, et foedus inuiolabilius cuſtodire, cumque liberis eius, amicorum praeſidiis modo potiſſimum indigentibus, contra eorum hoſtes, ſi qui fuerint, ſocietatem inſtituere debuiſſe. Verum illi idem, quod multis, vſu venire, qui potentiores viuos quidem officiis demererentur, non tam ipſorum amici, quam temporis et opulentiae: vbi autem mortem obierunt, veluti cum morte ſolutis amicitiae legibus, eos iam vt impotentes contemnunt, facillimeque oderunt, quos prius diligere videbantur„.

Deinde ad petitionem hoc reſponſum attulit. „Non eſt hic patrius mos Romanis, ad ſe confugientes eorum hoſtibus dedere. A Conſtantino enim magno Romanis imperatoribus, ſingularum gentium reges ac dominos magnitudine ac nobilitate imperii antecellentibus, complures eorum, aduerſa fortuna vſi et principatu eiecti, ſupplices facti ſunt; alii rogantes, ſuum ſibi recuperari principatum, 380. alii aliter ſui curam prouidentiamque flagitantes. — Similiter nunc Siſmanus Romanorum maieſtatem ſupplex inuocauit: non ille quidem, vt in ſuum regnum reſtituatur; ſed vt e regno profligatus, in hac miſera fortuna ſua noſtra cura procurationeque recreetur. Alexander porro rex veſter, propter obitum imperatoris, de Romanorum rebus actum exiſtimans, et neminem adeptos, qui ea regere poſſit, legatos multa cum libertate Siſmanum poſtulatum miſit, cenſens, nos, quae ille velit, citra detrectationem exſequi oportere. At enim longe fallimini —. Quamobrem ſi iſtis ſtulte requirendis ſuperſedentes, pacem colere, et foedus cum demortuo imperatore ſancitum conſeruare volueritis, nec nos quidquam conſtitutorum volentes mouebimus. Sin vos prius ad bellum proruperitis, Deum ſceleris veſtri teſtem adhibentes

380. Id. ibid. p. 372.

Imp. AN-
DRONICO
Iun.

a. C. 1332.

§. 439.

Ea porro nocte, cui dies iuriſiurandi illuxit, Scythae Alexandro ſuppetias venerunt, contra patruum *Belaurum* c) ab eo inuitati, qui ſeditione concitata, parteque regni ad ſe auulſa, et reliqua diuexanda importunus erat. Exiſtimans autem, ſe iſta commoditate opportune vſurum, ſi eos fallacia quadam in imperatorem immitteret, patruum prope adeſſe dixit, et eum improuiſo aggrediendum: quem,
371. rei totius ignarum, acriter pugnaturum ſit veriſimile; ſed a multo pluribus facillime ſuperatum et interfectum iri: et ita ipſos a labore longi itineris adhuc emetiendi fore liberos. Iſto modo barbaris fucum fecit: nam ſi ſciſſent, propter foedus recenter cum imperatore initum, nunquam in eum ſe intuliſſent.

§. 440.

δ) Die igitur exoriente armis induti, anguſto calle in Romanos procedunt. Speculatores ibi collocati celeriter hoſtium aduentum in caſtra nunciant. Imperator arma expediri iubet, et cum ſedecim diſpoſitis phalangibus occurrit. Dextrum cornu protoſtrator, Zamplaco magnus papias ſiniſtrum tenebat, medio agmine imperator ipſe emicabat. S nae phalanges frontem totam implebant, poſt eas reliquae decem ſingulae cum ducibus ſuis erant diſpoſitae. Imperator vero deluſum ſe ideo dolebat, quod bonae parti militum propter ſpem foederis miſſionem conceſſerat. Verumtamen cum ſolis Moeſis ſibi pugnandum ratus, fidenter in eos gradiebatur.

Et ecce dum incedunt, tubam Scythicam exaudiunt, quae non inſtar aliarum tubarum, ſed horridum quiddam et abſonum ſonat, qua-

δ) NICEPHORVS: *Qui* [imperator] *quamuis inopinato hoſtium aduentu perculſus, tamen in media hoſtili terra, cum aliud conſilium rerum difficultas praeſens non pateretur, Romanas et ipſe copias, vt licet, educit, hoſtibus minime pares, vt quae vix trium millium numerum explerent: iisque in tres acies diſtributis, non procul a caſtello eſt progreſſus, quod ſubſidio ſibi et receptui eſſe volebat, ſi ceſſim recedendum foret.*

c) ἐπι Μπελαυρον τον θειον.

371. Id. ibid. p. 284. Niceph. Greg. T. I. p. 298.

quale barbaris ad Martem accendendum ſufficit. Quare quamuis procul audiatur illud tubae genus, ſtatim agnoſcitur. Putans tamen imperator, non eſſe Scythas d) (neque enim pacem ſecum pactam diſſoluiſſe); ſed trans Iſtrum *Getas* d), qui iisdem, quibus Scythae, armis vtentes, plerique omnes ſunt ſagittarii, Getas inquam, qui Moeſis ad auxilium adeſſent, et ad terrorem incutiendum Scythica tuba clangerent, quorum virtute nixus Alexander hilariter ad certamen prodiret: ipſe quoque bona ſpe plenus contra ingreditur. Poſtquam inter ſe conſpexerunt, et ſol altius ſupra finitorem elatus rerum diſcrimina clarius oſtenderet, tum liquido apparuit, aduentantium agmen Scythas eſſe: nam Moeſis non intermixti ſuos ordines obtinebant.

§. 441.

e) Cum iam facienda eſſet impreſſio, Scythae imperatorem cum iis, qui erant in fronte, paulum declinantes, ſuccenturiatos inuadere; quos parum reſiſtentes in fugam dederunt, et vsque Rhoſocaſtrum fugientibus inhaeſerunt. Ibi conuerſi Romani facto cuneo barbaros a muris abſtinuerunt. Imperator, licet poſteriores fugae ſe mandaſſent, cum

e) NICEPHORVS: *Cum vero hoſtes ingruentes videret, eorumque aciem ita inſtructam, vt dextram et ſiniſtrum cornu in longiſſimam ſeriem vtrimque porrigeretur, grauis armatura in medio eſſet; extremum autem agmen profundum, et firmi cuiusdam fundamenti inſtar foret: veritus ne circumueniretur, ſtatim conſilio mutato, Romanas copias in vnam ancipitem aciem contrahit, lunae corniculantis ſpeciem imitatus. Ipſe in medium progreſſus ſuos inclamat et confirmat. „ Cogitate, inquit, viri, nos in peregrina et hoſtili pugnare terra, et longe a patria excluſos, nec ſocias habere ciuitates, quae nobis ad improuiſum hoc proelium opem ferant, neque vnde mercenarium militem accerſamus. Quare ſic pugnemus hodie vt ſtatim morituri, et vna cum hoc ſole occubituri. Fortium et generoſorum laborum teſtes relinquamus hoſtilem hanc terram, in qua hodie de vita dimicamus, et hoſtium, qui ſupererunt, oculos. Quorum vos multitudo ne perturbet. Scimus enim multos magnos exercitus a paruis facillime eſſe caeſos —„.*

d) *Tataros* intelligere videtur. d) *Blachos* forte.

Imp. ANDRONICO Iun.

a. C. 1332.

cum ſex primis phalangibus nihilo magis ſe abducens, recta in Moeſos ibat, confligebantque pauci cum multo pluribus. Cum in longa et acerrima pugna Romani ſtrenue dimicaſſent, multaque virilia facinora edidiſſent, poſtremo Moeſorum multitudine vehementius inſtan-
372. te, et praeſenti periculo cogente, retroceſſerunt. Aſt imperator cum magno domeſtico et Manuele Aſane, fratre vxoris domeſtici (qui imperatoriam regebat aciem, et alios de nobilibus quinquaginta ſelectos ducebat) primum quidem in ſe irruentes fugauerunt. Poſt ingraueſcente certamine multis circumfuſis, cum teſtudinem ſeruare amplius nequirent, diſperſi, quisque vt potuit, fugerunt, imperatore et magno domeſtico ſimul relictis, qui paulum diſiuncti, rurſus et celerrime coierunt: vt domeſticus imperatorem ſic compellaret: Nunc tempus eſt audendi viriliter: nunc vtere dextra, imperator, et, quae tua perſona digna ſunt, perpetra. Qui virtutis ſuae nullum fore fructum reſpondit; quandoquidem caeteri omnes in fugam ſe dediſſent. Nihilominus et ipſe, et quotquot cum Moeſis manus contulerant, quamquam fugerent, non tamen ſine vlla conuerſione, terga ad vulnera inſequentibus praebebant: verum a fronte nihilo minus ſe tuentes

Hac oratione confirmati, omnes ſtrenue ac fortiter, quantum in ipſis erat, pugnam ineunt proiecta audacia, et hoſtibus manus incutiunt violentiſſimas, parcendi videlicet neſcias et in caedem effuſas: inprimis vero magnus domeſticus Cantacuzenus, qui multis telis hoſtium petitus atque impulſus, ipſe quidem plurimos hoſtes proſtrauit; ſed neque clypeo, neque gladio amiſſo, incolumis e proelio euaſit, velut agglutinatus equi dorſo et immobilis inſidens. Secundus illi ſtrenue dimicauit protoſebaſtus, Caeſaris filius, porphyrogeniti nepos—. Sed cum hoſtem cernerent in id totis viribus incumbere, vt prior tumulum occuparet, atque adeo hiſce circumdatis a tergo etiam inſtaret, effuſa fuga retro ſe in caſtellum receperunt. Qui vero in eo habitabant, cum et hos victos eſſe cernerent, et ſimul Alexandrum timerent, portas illis occluſerunt. Iis igitur vi effractis, et habitatoribus partim pulſis, partim hoſtium loco occiſis, caſtellum munierunt. In quo valde triſtes et anxii erant, propterea quod eorum oculis periculum praeſens obuerſabatur. Neque enim pabulum iumentis intus ſuppetebat, neque puteus, nec aquae vlla copia: et vulnerati milites atque equi negle-

372. Id. ibid. p. 285. Niceph. Greg. T. II. p. 298—300.

tes, Rhoſocaſtrumque peruenientes, coniuncti cum reliquis, ſimul contra Scythas atque Moeſos vsque ad horam tertiam proeliabantur alacriter. Barbari quia nihil agebant, (nec enim per vim Rhoſocaſtrum irrumpere poterant) palantes in ſua tentoria reuertuntur.

Ceciderunt captique ſunt de Romanis equites quidem ſeptem et triginta, et hi ex turma imperatoria: pedites quini et ſexageni, paucis occiſis, paene omnes a Scythis capti ſunt. E Moeſis paulo plures Romanis occubuerunt. Caeterum victoria ſine controuerſia penes Moeſos ſtetit, propterea quod Romani non reſiſtentes vage et ſparſim Rhoſocaſtrum fugerunt.

§. 442.

ζ) Circa meridiem Alexander Moeſorum rex de proceribus ſuae gentis Ibanem [ſeu Ioannem] ad imperatorem legat, et vt foedus pridie ſuſceptum valeat, atque ad amicitiam ſecuritatemque augendam fili-

lii, partim interibant, partim interitui proximi erant: et vix licebat portas aperire, multitudine hoſtium circumdatas: et procul Romanorum fines aberant: at ne ſpes quidem ſuberat, tentata fortuna, clam ad finitimam vrbem ſociam eamque maritimam euadendi. Nam Anchialus hoſtilis erat, et Meſembria, Romanorum clade audita, ſtatim defecerat, et praeſidiis Romanis caeſis, omnes eos, qui fuga ſalutem non quaeſierant, e moenibus deiecerat. Idem caetera ad Haemum caſtella fecerant omnia. Nec de libertate et redimendis captiuis legatos ad Alexandrum mittere audebant, cum ita ſe geſſiſſent, vt nulla veniae ſpes relinqueretur. Nam et eius legatos confidenter deriſerant, ac per ignominiam dimiſerant, et Bulgarorum agros cum ſegetibus incenderant, et captorum caſtellorum habitatores male tractarant.

ζ) NICEPHORVS: *Itaque ab omni parte inops conſilii aeſtuabat imperator. Tamen — et hoc ſummum diſcrimen, non minus quam caetera, mirabiliter euaſit, arcana Dei cuncta clementer gubernantis prouidentia. Nam Alexander poſtridie vltro illius miſertus, et humanitatis ſenſu quodam inſtinctus, pacem illi obtulit: et cum exercitu domum redire facta compoſitione paſſus eſt, hortatus, vt moderatior eſſet in poſterum. Vnius enim anni quatuor eſſe tempora, et paulo momento maximas incidere rerum mutationes. Interea illa quoque aeſtas exacta eſt.*

paucis admodum exceptis, vt Moeſos contra eum irruiſſe intellexerunt, — ad Auguſtam defecerunt —.

§. 455.

387. Alexander cum Adrianopolin obtinere nequiuiſſet, prope Didymotichum, Hebro nondum tranſito, caſtra locauit, delectamque de exercitu manum non modicam ad vrbes Thraciae depopulandas miſit. Tum qui ex agro Byzantino cum Angelo pincerna reuertebantur, plurimis eorum obuii, conflictu eos occidunt. Similiter circa maritima Thraciae loca Perſae, cum et ipſi populatum transmiſiſſent, reliquis Moeſis caſu occurrentes, aliquot interfectis, complures capiunt.

§. 456.

Alexander quamquam prius Cantacuzenum contemneret, quod, ſibi ne paulum quidem reſiſtere poſſe opinaretur, cum praeterquam quod vtrinque et a Romanis et a Perſis fuſus eſſet, audiſſet inſuper, ipſum Didymotichi habere magnum numerum ſtrenuorum militum; reliquiis ſuis timuit, ne forte ſecus eueniret audacia, miſſisque oratoribus de pace egit.

Quae imperatori militabat iuuentus, aetatis feruore animoſior, pacem diſſuadere, magisque ad proelium impellere. Ille repudiare conſilium, vt parum vtile: „ Si enim, inquiebat, cum ſolis Moeſis certamen nobis eſſet, non ſine aliqua ratione auderemus: nunc non magis quomodo horum, quam quomodo Byzantiorum a nobis vim prohibeamus, conſiderandum eſt. Siue enim Moeſos vicerimus, nihil conſequemur aliud, quam vt hinc abeant; quod quidem neceſſario iam facere debent: ſiue vincamur ipſi, velut de induſtria hoſtes contra noſmet, tamquam duces eorum, adducemus. Quid igitur illis iucundius atque fructuoſius, quam nos ipſos ſtultitia quadam committere, quod ipſi vt difficile votis expetendum cenſent? Ad haec cum Alexander iuſtam nobis pugnae occaſionem non obtulerit, iniuſti ſimus, niſi pacem cum eo coniungamus: non enim nos petiuit; ſed cum alia de cauſa huc veniſſet, nobis haud volens nocuit. Quare quia nec profutura nobis eſt dimicatio, nec idonea eius cauſa affer-

387. Id. ibid. p. 445, 446.

affertur, pax amplectenda eſt„. His dictis, legatos accerſit, de foedere reſpondet, et ad id promtos donis honorat, atque ad ſuos remittit: ipſeque per ſuos ad Alexandrum legatos foedus confirmat. Dum autem reges ad conſtabiliendam amicitiam pararent conuenire, hiemis interuenientis aſperitas rem diſtinuit: prae qua cum Moeſi in tabernaculis perdurare nequirent, militibus et equis aliquot enectis frigorum magnitudine, domum reuerterunt.

§. 457.

[AVGVSTA cum pacem a Cantacuzeno oblatam amplexura videretur, patriarcha vt eam ab hoc auerteret conſilio]„ Mens, inquit, omnibus vna eſt, et ſacramentum inter ſe dixerunt, vt, te cum liberis contrucidata, Byzantium occupent, et Cantacuzeno qua valuerint virtute reſiſtant. Si id minus poterunt, Alexandro Moeſorum regi vrbe tradita ſeruire malunt, quam aut Venetos, aut Genuenſes Latinos, aut Cantacuzenum dominos pati„. 388.

§. 458.

[CANTACVZENVS cum ſuis ad Seruios tranſiturus, cum Scopiam pergeret l)] Liberus [Seruius, imperatoris amicus] properato itinere, breui ſpatio Cralem loco quodam, *Moraba* ab indigenis nuncupato, *Helenam* vxorem ad fratrem eius Alexandrum, Moeſorum regem, deducentem offendit. 389.

§. 459.

a. C. 1343.

POTENTIA noſtra [Cantacuzenus inquit in bulla aurea, qua Ioannem Angelum Theſſaliae praefectum declarat] ſancit, iubet et decernit, — peramabilem maieſtatis noſtrae fratrem, dominum Ioannem Angelum, caput ſeu praefectum caſtellorum et regionis *Blachiae*, quamdiu vixerit. — Vt huiuſmodi Blachiae praefecturam vsque ad extremum vitae ſuae retineat. Non tamen libertatem ad filium transferen- 390.

388. Id. ibid. p. 460.
389. CANTACVZ. T. II. p. 491.

l) Vide *Seruica* §. 148.
390. Id. ibid. p. 526, 527.

a. C. 1343.

ferendi habeat, niſi id maieſtas noſtra de integro iuſſerit et approbarit. — Promulgetur vero et mentio fiat per totam Blachiae regionem etiam Dominae Annae Palaeologae, et imperatoris eius filii —. Seruentur autem confinia Blachiae et deſpotatus, vti prius, ne offenſio oriatur: vt cum in circuitu Blachiae caſtella acceperit, ea ad praefecturam ſuam, quomodo et reliquam Blachiam habeat, vt ſupra dictum eſt. — [Attamen] vt ſi quidam Blachiorum praeſidum officia a noſtra maieſtate conſequi velint, et ad illam adorandam venire, poſſint hoc ſecure, nec ab ipſo impediantur —.

§. 460.

391. QVI Didymotichi erant, vbi cognouerunt, imperatorem denuo ad Triballos rediiſſe, moleſte tulerunt, tumultus ac trepidationis pleni. — Decretum eſt [itaque] communi ſententia, Alexandrum regem Moeſorum per legatos appellandum, et cum eo foedus ita feriendum, vt ipſorum ſocius et amicus eſſet, arma coniungeret, et nullum amicitiae munus officiumque non praeſtaret: et vt Cantacuzenus imperator redux ipſe ei huius amicitiae ſocietatisque praemium perſolueret. Sin eum aut in pugna aut aliter ante reditum emori contigiſſet, ipſi vrbs Didymotichum ab imperio Romano ſegregata traderetur. Quod quidem reuera facere inter ſe non ſtatuerant: ſed eum ludificari duabus de cauſis attentabant; tum vt hac ſpe illectus, aliquo ipſis auxilio ſuccurreret, tum vt Anna Auguſta, et Romani, qui obſidebant, obſeſſos de vrbe tradenda cum Moeſis paciſci audientes, ſegnius inſtarent, induciasque concederent, timentes, ne ira ſtimulante ſeque et oppidum Moeſis dederent.

Hac illi mente foedus, libente Moeſorum rege et omnimodam opem pollicente, iciebant. Atqui contra opinionem cecidit. Alexander enim percuſſo foedere in eam conditionem, vt, ſi Cantacuzenus non rediret; ei ciuitas traderetur, ratus, ſi quo modo illum de medio ſuſtuliſſet, pro certo eam habiturum, nihil inauſum reliquit, quo reditionem eius impediret, aut etiam, ſi poſſet, illum interimeret, crebriſque legationibus Cralem et Helenam ſororem ſuam, illius coniugem, ſolicitabat, ne Cantacuzenum dimitterent; ſed vinctum

391. Id. ibid. p. 536.

ctum in carcere cuſtodirent, vel potius occiderent: ſic enim poſſe eos imperium Romanum citra laborem adipiſci. Crales cohortationes eius vt nefarias, vxore potiſſimum adnitente, et in eo fratri aduerſante, repudiauit,

§. 461.

Moeſus copiis, quantas vrbi obſidendae putabat ſufficere, miſſis, prope muros caſtris poſitis ſeruare iuſſit, perinde quaſi pro obſeſſis contra Romanos propugnaturos: re ipſa, vt oppidum ipſimet commodius obſiderent et oppugnarent. Factum. Nam Romanis ſaepe quidem incurſantibus, ſed feſtine recedentibus, Didymotichenſes licentiam nacti, Thraciae vrbes noctu diuque depopulantes, inde victum ſibi quaeritabant. Moeſis autem poſtea inuadentibus, aſſiduoque per dies plurimos incumbentibus, res eorum vehementer in anguſtum redactae ſunt, omnibus iam ob famem de vita periclitantibus: ſiquidem Moeſi peraeque et Romanos vrbem adoriri, et Romanos vrbe exire prohibebant. Quod ſi qui de more ad praedandum egrederentur: (haec enim erat ipſis maxime neceſſaria ad vitam ſuſtentandam excogitata ratio) occurrentes Moeſi (quorum in hoc prouidentiam et ſolicitudinem magnam fallere non poterant) equis et armis nudatos in vrbem regredi ſinebant. Si Didymotichenſes huiusmodi praedones apud duces exercitus deferrent, aſſeuerantiſſime reſpondebant, ſe facti inſcios: nec ſuos eſſe tam audaces, ſed Romanos, qui ipſi quoque praedatum circumirent, iubebantque caſtra perambulantes a raptoribus ſuis auferre, ſi quo ſigno eos cognoſcerent, et extrema ſupplicia minabantur, ſi quis talis repertus fuiſſet. Sed hi nulli cernebantur: nam duces huiusmodi praedatores cum praeda ſtatim in Moeſiam mittebant. Hoc igitur modo Didymotichenſes in maximas difficultates, reique cibariae penuriam adducti ſunt.

§. 462.

Tum, animaduerſo periculo, Irene imperatrix Moeſis praecepit, vti ab vrbe abſcederent, amplius eorum auxilio opus non eſſe, quod ſatis praeſtitiſſent, atque idcirco ſe non tantum ipſorum regi, verum etiam ipſismet multas gratias agere. Moeſi, neutiquam ſe receſſuros, ſed continenter ibidem pro imperio regis ad opem ipſis feren-

a. C. 1343.

393. ferendam manſuros, affirmare. Eo reſponſo Didymotichenſes nimiopere perturbati ac territi, nihil iam ſibi deeſſe ad exitium arbitrabantur. At epiſcopus vrbis — labantes erigit et confirmat —. Moeſſos quippe iſtos obſeſſores, et obtentu amicitiae praeſentis auctores inopiae ſeptem omnino diebus futuris fuga ſalutem petentes atque inter ſe conculcantes viſuros, et, quibus nunc circumdentur malis, fore liberos. Haec vt metropolita diſſeruit, omnes confeſtim, poſita triſtitia, ſpem fortunae melioris ingreſſi ſunt. — Cur vero Moeſi fugam facturi eſſent, de hoc ambigebant.

§. 463.

394. Moeſi, qui ad Didymotichum caſtra habebant, haud diu poſt intelligentes e ſuis exploratoribus, Perſas claſſem ad Hebri oſtia appuliſſe, prae tumultu trepidi, inuicem conculcantes (quod epiſcopus praedixerat) aufugiebant, nec, vbi terrarum ſe abſconderent, apparebat. Didymotichenſes, fugae cauſam ignorantes, mirari, quid ita turbarent Moeſi. Paruo temporis interuallo nunciatur, Amurium filium Aitinae, Cantacuzeni longe amantiſſimum — ad Hebri oſtia applicuiſſe.

§. 464.

a. C. 1344.

395. α) IMPERATORE [Cantacuzeno] Peritheorium obſidente — Sancta Pax et Pobiſdus, caſtella Meropes, ſe tradiderunt, quorum incolae

α) NICEPHORVS: *Vere — iam ineunte coactis copiis imperator in eos tractus, qui ſunt vltra montem Rhodopen, profectus eſt —, ac nonnihil ſolicitatis illius etiam regionis vrbibus, duas in deditionem accepit, alteram Comotenam, alteram Gratianopolin nuncupatam. Ibi res illa per Momitilam geſta accidit. Hic duplex quodammodo et obſcuris parentibus natus in Patriballorum* [ἐν μεθορίοις πατριβαλων. f. ἐν μεθ. τε Τριβαλων] *ac Myſiorum confinio, latrocinari iam inde ab adoleſcentia inſtituerat, ſocietate cum aequalibus inita do-*

393. Id. ibid. p. 538.
394. Id. ibid. p. 540.
395. CANTACVZENVS T. II. p. 574. Niceph. Greg. T. II. p. 440, 441.

colae venientes praefectum ſibi dari rogabant. Dediderunt ſe cum illis et alii quidam agreſtes, ad eundem montem vicos ſine muris habitantes, qui propter propenſionem erga imperatorem (ſub eo enim antea, viuo adhuc Andronico imperatore, militauerant) prae caeteris ad eum venerunt. Cui cogitanti quid eis negotii imponeret, et quem praeficeret, *Momitzilum* praeficere placuit, non ſolum quia propter communionem gentis ruſticani illi eum amplexuri eſſent, ſed quod etiam in proelio nullum a ſe magnanimitatis ac fortitudinis officium deſiderari pateretur, ad praedandum rapiendumque exercitatiſſimus.

Erat enim genere Moeſus, et propter eas, quas dixi, artes profligatus, ad Romanos ſe applicuerat. eumque Andronicus imperator in album militum retulerat. Qui cum praedis agundis ſemper delectaretur, et Moeſiae, vtpote locorum peritiſſimus, non parum incommodaret, ſaepe monebatur ab his, qui Moeſorum Romanorumque finibus tuendis praeerant, ne in foedere huiusmodi maleficia deſignaret, et bellum irritaret. Quorum vocibus ille non penitus expugnabatur, ſed, ad tempus quieſcens, intermiſſa repetebat. Iamque ſcelerum ſuorum pretium laturus, quoniam et Moeſis propter latrocinia inuiſus erat, et Romanis, eum comprehendere volentibus, non fidebat, in Triballos ſeceſſit, vbi diu vitam egit. Poſtea Cantacuzeno Peritheorium Berrhoea redeunte, nuper a Crale cum deſciuiſſet, ad eum ſe contulit. Sciens igitur illum huic praefecturae idoneum, et caſtel-

loſque et inſidias ſtruens, repentinum tranſeuntibus exitium attulerat. Deinde cum trigeſimum aetatis annum vix attigiſſet, a ferino illo more ad humanioris vitae genus transferre ſe decreuerat, et ad nobilem quendam Romanum cum acceſſiſſet, operam ei ſuam ad ſeruilia miniſteria locauerat. Idem breui tempore elapſo, et illam ſeruitutem abdicarat, et ad priſtinam latrocinandi conſuetudinem recurrerat, multamque ſenſim ac paulatim manum cum ſibi ſociauiſſet, animi ſui audaciam re declarauerat, modo Myſorum finibus [ἄκρους] *inſtar fulminis derepente incidendo, modo Cantacuzeni copias furtim appellendo, modo in Byzantinorum agros praedandi cauſa impetum faciendo. Veritus tamen, ne conuenirent ii quos afflictabat, ac vicinum hoc malum male perderent, admotis caſtris maluit imp. Cantacuzeni ſocius foede-*

caſtella, et vicos praeterea Meropes non paucos ei commendauit, e quibus non exigua praedonum manus colligebatur. Numerabantur etenim equites paulo amplius trecenti, pedites ſuper quina millia, quorum omnium praefecturam tunc illi commiſit, cum mandatis, vt vrbes, quae ſeſe Cantacuzeno dedere nollent, infeſtas haberet.

§. 465.

396. ANNA — imperatrix et patriarcha, item magnus dux reliquique principes legatos ad Alexandrum Moeſorum regem mittendos, eumque ad ſuppetias contra Cantacuzenum ferendas inuitandum indicarunt. Perſae m) ſiquidem etiam illorum n) fines incurſabant. Spopondit [quidem ille] ſi ſibi 'Stenimachi et Tzepaenae maiores minoresque vrbes nn) cum earum praeſidiis mercedem darent, erant autem nouem: Tzepaena, Crotzimus, Periſtitza, Sancta Iuſtina, Philippopolis (vrbs eximia et ampla), Stenimachos, Aetus, Beadnus, Coſni-

ratus ac miniſter voluntarius dici et eſſe; non ita tamen, vt comes ei aſſiduus foret, et quocunque ire volentem ſequeretur; ſed vt, liber et ſui iuris, furtim atque inſito more illius hoſtes inuaderet, lucri ſcilicet cauſa, tum ſui ipſius proprii, tum eorum qui praedonum ſtipendia accepturi ſecum ſponte militarent. Procedente tempore quotquot ex pauperibus ſanguinarii ac feroces erant, pauci ad multos, multique ad paucos aggregati, ad illum ex compacto confluxere, tam Triballi, quam Myſi, et quicunque alii praeterea barbaris commiſti viuebant; habebatque equites lectos ſupra bis mille, atque ii omnes ſpiritu Martio pleni, ſuam ipſorum vitam potius quam illum prodituros ſe aſſeuerabant; ita vt deinceps ſatis virium eſſet ad certandum aequo iam Marte, in illo ciuili Romanorum bello, cum vtracunque parte vellet. Quamobrem ei inſignia deſpoticae dignitatis Byzantii miſerunt, eumque clanculum in imp. Cantacuzenum armarunt. Ex eo autem Momitilas opportunum tempus perpetuo captabat, et inſidias ſub pectore intimo parturiebat, atque in animo volutabat.

396. CANTACVZENVS T. II. p. 576,

m) Quorum tunc 6000. duce Amurio cum Cantacuzeno Didymotichum venerant.

n) *ἐκεινε*, *illius*, Alexandri.

nn) *τας κατα Στενιμαχον και Τζεπαιναν πολεις, και μειζους και ελαττους.*

Coſnicus. Numerus militum per hoc diſpertitorum prius fuit mille quingenti: tum vero bello Romano plurimis deletis, paulo infra mille numerabantur, omnes viri fortiſſimi, qui nullis Romanis, quotquot militarent, animi magnitudine quidquam concederent.

Petitioni Alexandri promtiſſime ſatisfactum eſt: timebatur enim, ne et illis oppidis Cantacuzeno adhaerentibus, hoſtes pro adiutricibus et ſubiectis paterentur, et velut ex comparatione Alexandrum ſocium, quam bellantem aduerſus ſe Cantacuzenum imperatorem futurum malebant. — Poſtquam Alexander vrbes accepit, illi eum ex pactis conuentis opem poſcunt. 397. Rex affirmare, ſe non poſſe ſuccurrere, quamdiu Perſae in Thracia verſarentur, quos ſi quomodo ad Aſiam repetendam perpuliſſent, tum demum infeſtis ſignis in Cantacuzenum cupidiſſime iturum. Hoc porro aliam molitionem et non vulgare ſtudium poſtulabat. Verumtamen cum, quid aliud agerent, non viderent, eius voluntate conquieuerunt.

§. 466.

POST diſceſſum Amurii [quem Byzantii tandem variis artibus 398. obtinuerunt] — Moeſorum rex Alexander quidquid habebat copiarum Stilbnum adduxit, Palaeologo iuueni imperatori, id quod ſpoponderat, auxilio futurus. — [Apocauchus itaque magnus dux et reliqui proceres] adoleſcentem Ioannem imperatorem ſecum ducentes, Heracleam Thraciae venerunt, mittentesque etiam ad Momitzilum, caſtellorum Meropes et aliorum agreſtium a Cantacuzeno commiſſam praefecturam gerentem, multis promiſſis ad arma in eumdem capeſſenda pellexerunt. Iam enim ora hominum peruolabat, nec illi potentia deerat. —

§. 467.

Sic itaque Cantacuzenus bello ex omni parte petebatur, et metuere cogebatur. Nihilo minus pro perpetua conſuetudine ſua in periculis mentem excelſam retinens — ad Alexandrum Moeſorum regem legatos mittit, eum hortans, vti hoc negotio ſuperſedeat, quandoqui-

397. Id. ibid. p. 577.

398. CANTACVZ. T. II. p. 584, 585.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1344.

doquidem hoc aduerſus ſe comparatum bellum breui multas ei clades daturum ſit. — Alexander, Moeſorum rex, vt oratores Cantacu-
399. zeni quid veniſſent expoſuerunt, nihil reſpondit: cum exercitu autem Morrham ingreſſus eſt, oppidula illic imperatori ſubiecta, ſi poſſet, ſubacturus. Vnum porro de illis, Hyperpyracium nomine etiam ante Alexandri aduentum praefectum ab eo miſſum ſuſceperat, et erat quoque praeſidium ſuſcepturum.

§. 468.

Imperator vt hoc ex legatis didicit, quia et Perſicum ſubſidium habebat, et Cralem propter plagam acceptam in prouinciam reuerſum audierat, hilaratus, Matthaeo filio Gratianopolis aliarumque vrbium in Chalcitica ſibi parentium praefecto relicto, in Morrham contra Moeſos, quantum potuit, properauit. Eo intellecto Alexander, quoniam acie reſiſtere nequibat, mira feſtinatione et incompoſite atque confuſe Hebro tranſito, caſtra fecit, tanquam flumine imperatorem impedituro ſcilicet, ne illos ſecum conſerere manus compelleret. Summerſi ſunt in tranſitu milites aliquot et equi complures: ſarcinae item et impedimenta non in flumine modo, ſed hac etiam de cauſa amiſſa, quod in principiis ab imperatore locati Moeſos adhuc tranſeuntes, a tergo ipſis inſtantes, perurgebant. Hyperpyracium autem, praefecto, quem Alexander inſtituerat, ſimul ac imperatoris aduentum audiuit, fugae, quia poterat, ſe mandante, receptum eſt. Alexander porro legatos, mox reſponſo dato, dimittens, addensque nihil ſe per iniuriam commiſiſſe, quod imperator merito vlciſcatur, in regnum ſuum ſe recepit.

§. 469.

IMPERATOR cum et Alexandrum ſubmotum eſſe gauderet, He-
400. racleenſes, imperatoris adoleſcentis ſtudioſos inuadere parabat, cum Momitzilus a Byzantiis in eum irritatus, vt Didymotichum reueniſſe cognouit, Abderitas inuaſit, vbi quindecim naues ab Amurio ad imperatorem ſuppetias miſſae ſtabant in littore, quas ducenti quinquaginta Perſae cuſtodiebant, reliquis imperatorem ſequentibus. Ex his ille

399. Id. ibid. p. 588. 400. Id. ibid. p. 589.

illo impetu hoſtili tres incendit, nemo tamen Perſarum interiit. Tum reliquis, qui apud imperatorem erant, Perſis neſcio quis nunciauit, Momitzilum naues ad vnam exuſſiſſe et cuſtodes ad vnum obtruncaſſe, neminem effugere potuiſſe. Qui protinus arma capientes, eum adoriri geſtiebant, et imperatori contrauenienti, dicentique, poſt reditum ab Heraclea in eum, qua par eſſet cura et ſtudio, pugnari poſſe, et expeditionem Heracleenſem multis de cauſis magis videri neceſſariam oſtendenti, illi contra reſpondebant, nihil tam neceſſarium ſe putare, quam ſuorum ciuium necem vlciſci. Perſpiciens imperator, eos cohiberi non poſſe, vna manipulos Romanos mittit, ſimul vt regiunculam Momitzili, velut aperti deſertoris, depraedarentur, ſimul quia barbaris metuebat, ne ab illo, iuſtum iam habente exercitum, ducibus illius aetatis audacia et animi celſitudine nihil concedente, delerentur.

Momitzilus id, quod euenit, ſuſpicione praecipiens, eam nimirum iniuriam imperatorem inultam non paſſurum, ſed manum contra ſe miſſurum, ſparſos per regionem agreſtes in oppida et caſtella contraxit, ſeſeque ad proeliandum inſtruxit. Verum vbi animaduertit, ex Perſis et Romanis conſtantem exercitum validiorem eſſe, quam vt ei ſe deberet cum periculo obiicere, in praeſentia coeptis ſuperſedendum, eorumque direptioni indulgendum, recedentibus autem inhaerendum, et ſi quo poſſit damno mactandos duxit. Cum ſuis porro copiis Peritheorium, quae adhuc in fide imperatoris manebat, illic hoſtium diſceſſum exſpectaturus, conceſſit. — 401.

§. 470.

β) [Imperator Cantacuzens Meſenen vrbem antiquam iam olim dirutam, profectus] inter dormiendum hanc vocem audiit, „ Expergiſce-

β) NICEPHORVS: *Cum ibi* [ad Moſynopolin] *imperatorem commorari e ſpeculatoribus didiciſſet Momitilas, qui proxime et ipſe conſulto verſabatur, amicitiamque ſimulabat; decreuit, priusquam exercitus eſſet congregatus, imperatorem, nondum gnarum eius fabulae, quae agebatur, ac nihil tale metuentem adoriri. Cum illis itaque*

401. Id. ibid. p. 590. Niceph. Greg. T. II. p. 442.

giſcere qui dormis, et reſurge a mortuis, et illuminabit te Chriſtus.. Qua voce confuſus animi, repente ſurrexit, et rem praeſentibus indicauit. Adſunt item ſpeculatores, narrantes exercitum aduentare: nec certo noſcere potuiſſe, vndenam aduentet. Imperator — Manuelem Tarchaniotam ex praeſentibus paucos deligere, venientibus recta occurrere, vnde venirent ſpeculari iuſſit: ipſe interim arma cum ſociis induit. Sed necdum his plene armatis, Tarchaniota trepidus reuertitur, hoſtes aduenire ait. Vix finierat, et ecce adſunt. Ducebat autem Momitzilus ſelectos mille, per exploratores ſuos certior factus, imperatorem in praeſentia ad Meſenen ſedere, ſiquidem Peritheorio Meſene paruo interuallo aberat.

Collectis igitur ſuis, ordinatoque agmine via per Meſenen ducente Cumutzena redit imperator. Cernens Momitzilus non extemplo fugiſſe, ſed gradatim et ordinatim diſcedere, timensque, ne, quibusdam inter rudera et parietinas vrbis inſidioſe latentibus, denſataque caterua in ſuos nec ordinatos et ſparſos irruentibus, fuga fieret, eos etiam ipſe tripertito diſtributos lento paſſu incedere fecit. Aſt vbi inſidiarum ſuſpicio ceſſauit, impotenter ſe in recedentes intulerunt. Qui-

eo in ſtatu ſuae res eſſent, ſolis curſu iam meridiem praetergreſſo, nunciatur Momitilam cum exercitu venire, armis inſtructo, et laxis ad imperatoris caſtra habenis contendere. Id omnes derepente animos perculit et conturbauit, tum ipſius imperatoris, tum omnium illorum, qui cum eo forte aderant imparati et ipſi et perpauci; fortuna tam aperte res adigente et compellente in eam temporis anguſtiam, neque vllum quacunque ex parte effugium aut receptum praebente. Nam et equi per herbam diſperſi tum forte paſcebant, et ſimul ex militum numero alii quidem adhuc in vrbe Comotenorum ſecuri fora circumibant, ea quae vſui eſſent emtitantes; qui autem egreſſi erant, ab iis minime prouidebatur, vt iter ad imperatorem accelerarent, vt qui illud euentum praecognitum non haberent: ſed hi pedetentim ac lente incedebant. Attamen imperator, ſublatis ad coelum manibus, et ii, quos ſecum habebat, arreptis prout licuit armis, quae tum ſuppetebant, conſcenſo quisque temere equo, absque tuba nulloque ordine pugnarunt, mortem ob oculos poſitam intuentes. Et ſane videre erat valde inſtabilem ac non prouidentia aliqua conſtitutum ordinem pugnae, in eruptionibus excurſionibusue faciendis, ſed promiſcue alios cum

Quibus omnibus in fugam ſe effundentibus, cum, qui ex hoſtibus primi accurrebant, imperatori appropinquarent, (vltimum enim agmen claudebat) agglomeratus cum paucis ſe tuebatur. Cumque ſub eo equus confoſſus cecidiſſet, vnus e famulis, Lantzaretus vocabulo, ſuum praebuit, atque in eum ſuſtulit. Aſcendentem quidam aduolans enſe in caput ferit, ſed firmitate galeae ictus inanis fuit. Inde toto 402. itinere multis irruentibus, et caedens et caeſus Camutzena mirabiliter ſeruatus venit. Lantzaretum autem gladiis et haſtis occidendi cauſa ſauciatum (octodecim enim vulnera ei inflixerunt) ſpirantem adhuc reliquerunt. Imperator itaque e tanto diſcrimine praeter omnium exſpectationem emerſit, et Momitzilus ſine mora diſceſſit. — Ceciderunt autem quatuor, quorum vnus Michael Bryennius, cui, ante imperatoris pedes pugnantem occubiturum, multo ante Didymotichi epiſcopus praedixerat, totidem capti.

§. 471.

Momitzilus paulo poſt, quam manus illa praedatoria, de qua ſupra, diſceſſit, duos de captiuis, Apelmenem et Theodorum Caballarium, ad Annam imperatricem legat, ſocietatis et proelii cum eius hoſte commiſſi praemium petit. Quae, petitione libenter admiſſa, deſpotam illum creat. Ipſe quoque, miſſo ad imperatorem ora-

aliis confligentes; eoque fiebat, vt pauciſſimi ab numeroſiſſimis hinc atque inde circumcluſi, telis obruerentur et caderent. Atque ipſe imperator, lapſo ex vulneribus equo, pedes cum ingruentibus quibusque pro virili dimicabat, quoad prouectus armigerorum vnus equo deſcendit, ac imperatori quidem vt fuga ſaluti conſuleret dedit; ipſe autem multis toto corpore vulneribus exceptis, corruit ſemianimis ac paene exſpirans: ſic vt, ab hoſtibus contemtus, poſtea quaſi reuixerit. Interim fama, totam breui regionem peruagata, coegit et imperatoris milites alios ſuper alios cum clamore ac trepidatione diſperſos inordinatosque auxilio ſubire, et hoſtes ſimul retrocedere. Ab eo periculo et caſu imperator praeter ſpem omnem ſeruatus, motis non longo poſt caſtris, Didymotichum proficiſcitur.— atque in his ver effluxit.

402. CANTACVZ. T. II. p. 591. Niceph. Greg. T. II. p. 442, 443.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1344.

oratore, huius ſtoliditatis ſuae, et male benemerito ſuo relatae gratiae veniam petit, ac de caetero meliora promittit. Imperator intelligens, et vindicta punire Momitzilum quam eſſet difficile, et hoſtem habere, qui obeſſe grauiter poſſet, quam parum vtile: tempus idoneum exſpectans ſe reconciliari paſſus eſt, et ignouit, audiensque ab imperatrice renunciatum deſpotam, ſebaſtocratoris honore eius dignitatem cumulauit. Et viſus eſt huius, quam imperatricis, ſt dioſior, bonique conſulere, ſub imperatorem redactum eſſe, ſed non diu, vt mox dicetur.

§. 472.

403. γ) PER idem tempus — Moeſorum item rex, ſoluto foedere, auxilium ei [Ioanni Palaeologo] pollicitus, non multo poſt miſit. Imperator nihil horum neſciens, pro facultate ſe quoque ad hoſtem excipiendum praeparabat, relictoque in Chalcidice Matthaeo filio cum manu, quantam rebatur ſatis eſſe, Ioanne autem Aſane, vxoris fratre, oppidulis in Morrha dedititiis praefecto inſtituto cum praeſidiis, ipſe cum caeteris Didymotichum iniuit —.

DVM haec geruntur, Momitzilus dignitatem, qua ab imperatrice inſignitus fuerat, potiorem ducens, et deſpotam ſe nominans, inſtaurato aduerſus imperatorem bello, vrbes in Chalcidice vexat pro viribus o). — Collegerat autem equitum paulo minus quatuor millia, omnes fortiſſimos, ac propter animi robur et quos poſſidebat locos natura munitiſſimos, inſuperabilis habebatur.

§. 473.

γ) NICEPHORVS: [Ineunte aeſtate Apocaucus Didymotichum aggredi meditabatur, omni praecluſa Cantacuzeno auxiliorum ſpe]. *Nam et Myſorum princeps Alexander Byzantinis pridem ſocium ſe adiunxerat.*

403. CANTACVZ. T. II. p. 592. 594. Niceph. Greg. T. II. p. 443.

o) Haec poſteriori loco aliter Cantacuzenus: *Momitzilus ex inteſtino Romanorum bello opibus auctus, et clarum nomen famamque conſecutus, et arbitratus ad principatum ſeparatim condendum ſua ſibi ſufficere, a Cantacuzeno et Anna imperatrice (quamquam inſignia deſpotae, quibus illum donauerat, indutus incederet), pariter abhorrebat, et aeque vtriſque arma inferebat, vrbesque et vicos occupabat. Praecipue tamen Matthaeo, imperatoris filio, crebris excurſionibus et direptionibus importunus atque moleſtus erat. Collegerat* &c.

a. C. 1344.

§. 473.

Byzantii poſt magnum ducem ephori, cernentes aegram et in 404.
ſexcentas partes diuulſam diſtractamque Romanam rempublicam, vrbesque complures et magnas Moeſorum ac Triballorum ditionis eſſe factas — vltra non ferendum exiſtimabant. Ergo imperatrici pacis ac foederis cum Cantacuzeno iciendi auctores ſunt.

§. 474.

[IMPERATOR Cantacuzenus ad legationem Byzantiorum reſpondens, inter alia, Nonne inquit] vrbes, alias quidem Moeſis tradiderunt, alias libentes Triballis permiſerunt? — Quid ego ſimile? niſi quod Moeſos et Triballos inuadentes repello: cumque iſtas Romanorum reliquias eorum copiis non poſſim opponere, neceſſario barbaros, illorum imitatus exemplum, ſocios mihi adiungo. 405.

§. 475.

MOMITZILI milites abeuntibus [legatis a Cantacuzeno ad Cralem Pheras obſidentem miſſis *p*)] occurrentes, partem eorum ceperunt, ac rebus ablatis poſtea nudos dimiſerunt: pars altera, omnibus relictis impedimentis cum vix effugiſſet, ad imperatorem reuerſa eſt. Qui maiorem in modum iraſcens, quod vrbis [Pherarum] periculum videbat, quomodo iniuriam maximam a Momitzilo perſequeretur quaerebat. 406.

§. 476.

a. C. 1345.

[AMVRIVS, Ioniae ſatrapa, et Sarchanis, Lydiae ſatrapae filius] per Helleſpontum cum vicenis equitum millibus in Thraciam appulſi, Didy- 407.

404. CANTACVZ. T. II. p. 594, 595.

405. Id. ibid. p. 608, 609. it. p. 612. 614. 696. et p. 636. [Galatae cupientes de auctore belli et cauſis cognoſcere, cum legatos ad Cantacuzenum ſciſcitatum miſiſſent, hic inter alia ait] *illos* [Byzantios] *data pecunia et vrbibus propinatis — non Cralem duntaxat, Triballorum principem, ſed et Alexandrum Moeſorum regem, vtrumuis per ſe vniuerſis Romanis ſimul parem, permouiſſe, vt ſibi hoſtes fierent. Hinc ſe quoque coactum barbaricum* [Turcorum] *inuocare auxilium.*

406. Id. ibid. p. 615, 616.

p) Vide *Seruica §. 201.*

407. Id. ibid. p. 649.

Imp. IOANNE Pal.

a. C. 1345.

Didymotichum ad imperatorem adeunt, ei dona offerunt: quem Amurius rogat, vti Momitzilum citra procraſtinationem inuadat; oderat enim illum acerbe barbarus, ob ea, quae in imperatorem audaciſſime commiſerat.

Quia vero Romanus exercitus nondum paratus erat, Perſae in Moeſiam irrumpunt, promittentes exceſſuros, quamprimum ſe copiae imperatoris inſtruxiſſent: quem conantem prohibere, foedusque et ſocietatem cum Alexandro opponentem, audire noluerunt, cum dicerent, ſe Moeſorum eſſe hoſtes: et agros percurſantes, cum opima hominum pecorumque praeda reuerterunt.

§. 477.

408. *δ*) Poſt, Romanis iam inſtructis, Momitzilum petunt. Qui copias non ſpernendas habens, et principatum ſibi conſtituens, Xanthiam adortus ceperat, et oppidula Meropes tenebat omnia, atque ad Morrhae fines vsque peruaſerat. Audiens autem imperatorem Perſis adiuuantibus expeditioni contra ſe accingi, legatione miſſa, tentat eum, vt alias, ductare dolis, et a propoſito auertere. „ Cruciari ſe vehementer de maleuolo in ipſum animo, cum, tot affectus ab eo beneficiis, inimicum ſe immemoremque praebuerit. Si veniam ſibi det, nunquam de caetero aliquid ſceleris in eum attentaturum: ſed examuſſim ei pariturum „. Poſtquam irritis precibus certo intellexit, exercitum aduentare, contractis et ipſe quantis quantis valebat copiis, ad pugnam cum Romanis atque barbaris ſimul pugnandam proceſſit: eo namque vecordiae ſtulta illum confidentia deduxerat.

§. 478.

δ) NICEPHORVS: *Nondum dies quatuor* [ab aduentu Turcorum] *effluxerant, cum imperator caſtris motis profectus eſt cum Amurio, debellaturus Momitilam, qui ad magnam paulatim potentiam peruenerat, vrbesque et terras Romanas quotidie inuadebat. Atque inter haec ver abiit. Transgreſſis Rhodopen montem Romanis ſimul et Perſicis viribus, coepit bellum apparare Momitilas. Habebat enim tunc in ditione ſua vrbes Xanthiam ac Peritheorium, et quaecunque ſiue vtrinque adiacent, ſiue interiecta ſunt municipia ac loca; et equitum vltra quatuor millia.*

408. Id. ibid. p. 650—552. Niceph. Greg. T. II. p. 456, 457.

a. C. 1345.

§. 478.

Vbi ad Peritheorium fuit, et Perſicum agmen apparuit, cum et prius ad eam vrbem capiendam incubuiſſet, et tum vi ciuibus inſtaret, vt intro reciperetur, illi, portis occluſis, ſe recepturos negarunt, barbaros ei oſtentantes, et ad proelium cum iis conſerendum inuitantes: vtpote ciuitatem virtutis praemium habituris, qui viciſſent. Tamen, ne prorſus ipſum viderentur deſerere (metuebant quippe, ne, ſi ſaluus euaſiſſet, crudeles proditionis poenas ſumeret, quod erat iracundia implacabili, ſeſeque laedentes cum ſaeuitia et immanitate interficiebat, et in minora perinde vt in maiora delicta capitale ſupplicium ſtatuebat) ex fratre nepotem, *Raicum* vocabulo, quinquagenis duntaxat militibus ſtipatum, intromittunt: vt, ſi vinceret, nepotis ſuſceptio fieret veniae ab irato impetratio; ſin victus caderet, pauci illi nullo ſibi eſſent obſtaculo, quominus vtilitati ſuae ſeruirent. Itaque Momitzilus ad propugnaculum ante vrbem expugnandum aciem dirigit: ſperans, ſi illud occupaſſet, quia non parum adiuuaret, ſe poſſe reſiſtere q).

§. 439.

r) Perſae, cum primi impreſſionem feciſſent, repulſo Momitzili circa quatuor millium exercitu, propugnaculum diruerunt, et plures ad praedandum diſperſi, ipſo die omnia vsque Mygdoniam incurſarunt.

r) NICEPHORVS: *Media iam aeſtate, cum fruges maturae eſſent, imperator, copiis omnibus ſecum aſſumtis, caſtrametatus eſt iuxta Peritheorium, ſuosque acie directa inſtruxit et ordinauit. Iam autem Momitilas, cum in vrbe Peritheorio praeſidium ſibi firmum conſtituiſſet, magna ſtipatus hominum manu, et maioribus animis inflatus, prodierat. Nihil enim humile, nihil paruum de ſe ſperare ei ſuccurrebat; ſed quaſi victoriam iam, ante factum pugnae periculum, haberet prae manibus, medios in hoſtes ruit plenus audaciae. At imperator, aduerſus hoſtium frontem ſe et Romanas legiones cum collocaſſet, impetum atque incurſionem Momitilae ſuſtinebat. Perſicas autem vires, quae numeroſae erant, in orbem accurate vndique explicuit, vt in medio, tanquam carcere aut re-*

q) Μομιτζίλος δὲ πρὸς τὸ τείχισμα τὸ πρὸ τῆς πόλεως παρέταττε τὴν στρατιάν, οἰόμενος ἀντισχήσειν καὶ τὸ τείχισμα ἔχων, οὐκ ὀλίγα συναιρόμενον.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1345.

Imperator, cum Amurio et reliquo agmine ſequens, non eſſe victas, ſed via ſolum barbaris ceſſiſſe Momitzili copias, bene ordinatas et diſpoſitas animaduertebat. Quocirca adhuc conflictus reſtare videbatur. Hinc Romanos et barbaros tripartito diuidit: dextrum cornu Amurio cum Perſis committit, qui, quod ſagittarii eſſent, in hoſtes leuis armaturae irruentes, telis eos conficerent: ſiniſtrum Ioanni Aſani, vxoris fratri, cum Romanis grauis armaturae, qui contis pugnare conſueuerant: in medio ipſe, ſelectos Romanos atque Perſas ducens, curabat. Momitzilus ſimiliter contra directa acie progrediebatur. Vbi inter ſe propinquarunt, vtrinque concurſum eſt infeſtiſſime. Ad extremum Momitzilus ſuperatus, complures amiſit. Cumque ad muros vrbis reliqui pellerentur, quia ob exiguitatem ſpatii, inter hoſtes et moenia interiecti, equitatum conuertere non poterant, et Peritheorienſes illos accepturi non exſpectabantur, primus Momitzilus, deinde reliqui omnes ab equis deſcendunt, hoſtibus ſe obiectant, dimicantque alacriter, et reſiſtunt validiſſime: partim quod vrbis vicinitas eos circumdari et in medium concludi non ſinebat, caduntque multi admodum. Quamdiu igitur dux ſupererat, ipſi neque de ardore pugnandi remittebant, neque arma tradebant. Simul autem is concidit, reliqui, continuo deditis armis, Romanorum Perſarumque captiui fiunt, cum effugere nullus potuiſſet: quodque in magnis infortuniis prouerbio iactatur, neque ignifer euaſerit, hoc ipſum

tibus, Momitilas cum omni ſuo exercitu includeretur. Statim vero atque tubarum et tympanorum ſono miſta eſt illa barbaris Perſarum moribus familiaris in bello vociferatio, plurimus per omnem illum locum tumultus exſtitit, et Momitilam, antequam tentatum eſſet proelium, de improuiſo vehementer perculit, animumque illum elatum et inſolentem fregit. Atque vt eos caſus, qui medii interceſſere, et celeres alternantis pugnae conuerſiones omittamus, plerique Perſarum cum ab equis deſiluiſſent, circumſtetere in orbem vniuerſi cum arcubus. Hi vero in medio aeſtuantes, tanquam apri aliqui feroces, perrumpere et effugere Perſarum phalangem haud poterant. Inſtabant enim continuo imperatoris equites, modo a fronte occurrentes, modo denſis a tergo haſtis impellentes. Vbi omnem Momitilae equitatum breui tempore innumeris confixum telis Perſae deleuerunt, conflixere exinde pedites cum peditibus, fuitque in ipſis iam manibus tota belli for-

ipſum et Momitzili exercitui contigit. Alii enim in acie oppetierunt; alii in hoſtium poteſtatem venerunt. Qui vero Peritheorii erant in moenibus, neque Momitzilum tuebantur, neque certamini deſuper ſe immiſcebant; ſed tantummodo ſpectatores illic ſedebant.

§. 480.

Huic calamitati hoſtium illacrymauit imperator, non ſolum propter commutatam rerum ſortem, quod, qui paulo ante magnifice de ſe ſentiebat, et eximius atque inuictus dux apparebat, vno temporis momento deſpicabilis iacebat, hoſtium pedibus conculcabatur: ſed etiam quod, qui ceciderant tam multi, eum tanta fortitudine, Romani erant. — Momitzilus ad breue tempus ſic floruit, et viſus eſt fortunam ampliſſimam conſecutus, citiusque defloruit ac defluxit. Imperator ſecundum proelium Xanthiam, ſedem Momitzili, contendit, vbi vxor et Xanthienſes, quod nihil ſuper Momitzilo comperiſſent, primum quaerere, vbinam eſſet. Quem vt cum exercitu toto fuſum acceperunt, propinquorum ac neceſſariorum ſuorum interitum lamentantes, vrbem imperatori dedunt; qui in Momitzili coniugem mirifica vſus clementia, iuſſit ei relinqui omnia, et aut in ſolo Romano in poſterum quoque degere, ſi velit: aut in patriam (nam e Moeſia erat oriunda) reuerti; id quod etiam fecit, ſublatisque ſecum rebus ſuis diſceſſit.

§. 481.

ANNA imperatrix, quique apud ipſam erant adminiſtratores eius, postquam Moeſorum et aliorum auxilia nihil profuerunt —; Georgium Tagarin — ad Sarchanem Lydiae ſatrapam — mittunt, et opem aduerſus imperatorem [Ioannem Cantacuzenum] flagitant. 409.

§. 482.

[PERSAE, a Sarchane, Lydiae ſatrapa, imperatrici et Byzantiis 410.
auxi-

tuna. Vt paucis abſoluam, neminem ferunt ex Momitilae militibus ſuperſtitem in armis manſiſſe, neque eorum quemquam fuga clam euaſiſſe, ſed et ipſum trucidatum eſſe Momitilam, et omnem ſimul illius exercitum internecione eſſe deletum, pauciſſimis, qui viui capti fuerint, exceptis.

409. CANTACVZENVS T. II. p. 686.

410. Id. ibid. p. 688, 689.

Imp. IOANNE *Pal.*

a. C. 1346.

auxilio miſſi, cum ad imp. Cantacuzenum tranſiiſſent, hic eos domum redire iuſſit]. Qui non mediocre damnum interpretantes, vacuos diſcedere, in Moeſos irruptione facta, multos occidunt, multos captiuos cum pecudum gregibus abducunt, et Moeſiam, ſi vnquam alias, deformant. Rumor ſpargebatur, imperatorem ad gratiam pro ſocietate rependendam hanc illis impreſſionem permiſiſſe: ſed illi fabularum architecti meriſſimum mendacium garriebant. Imperator enim non modo tunc, ſed nec vnquam ante id tempus ſciens et volens barbaros Moeſis induxit: ſed cum eſſent plures, quam Romani opus haberent, per ſe emolumenti ſui cauſa irruperunt. — Barbari igitur onuſti praeda Moeſiaca in Aſiam renauigarunt.

§. 483.

411. [SVLTANVS Aegypti in litteris ad imp. Cantacuzenum datis] „Producat, inquit, Deus altiſſimus ſemper dies imperii magni — regis Graecorum, regis Bulgarorum; Aſaniorum, Blachorum, Rhoſſorum et Alanorum — domini Angeli Comneni Palaeologi Cantacuzeni„.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

§. 484.

a. C. 1347. r)

412. [PERSAE, Ioanni Cantacuzeno duce Sulimane contra Triballos, Theſſalonicam obſidentes, ab Orchane auxilio miſſi, ab eodem propter incurſionem vicinorum et potentiſſimorum inter Perſas dynaſtarum redire, cauſa reuerſionis celata, iubentur.] Quae praecepta patris ſui agitans Sulimanes, Hebro transmiſſo in Moeſiam populatum abiit, et cum pecorum hominumque magno numero in Aſiam renauigauit.

§. 485.

a. C. 1347 — 1350.

413. BYZANTIVM reuerſus [a bello Triballico] imperator, de Moeſorum rege Alexandro quaerit: ſingularum quippe ex eo moeſtitudinem

411. CANTACVZ. T. III. p. 756.
412. Id. ibid. p. 768.

r) Hoc anno captam eſſe a Cantacuzeno CPlin docent alii.

413. Id. ibid. p. 795.

Impp. IOANNE Pal. et IOANNE Cantac.

dinem capiebat, quod Perſae, in eius regnum inopinato irruentes, cladem ei grauiſſimam intulerant. Inceſſebat enim Alexandrum ſuſpicio, non ſuopte nutu, ſed miſſu imperatoris irrupiſſe barbaros: quae res vehementiſſime illum cruciabat, qui, cum ei nullam anſam hoſtilia machinandi praebuiſſet, tamen, contemto foedere, ab eo vexaretur.

Miſſa igitur legatione, primum quidem de incurſione barbarorum reſpondit, non eam ſua voluntate factam, ſed ipſos per ſe potentes cupiditatibus ſuis morem gerere. Nec tamen magis iſtud propter illorum potentiam euenire, quam quod ipſimet nolint auaritia et appetitione rerum alienarum deſiſtentes, pro virili iuuare mutuum, et coërcere barbaros, quod facile poſſent, ſi conſpirarent. Etenim ſi Crales ereptas vrbes reſtituere — voluiſſet, non ſibi ſocietatem barbarorum requirendam fuiſſe —. Aduerſus Cralem igitur ſe facturum, quod inprimis commodaturum videatur: ipſi autem ſe hoc dare conſilii, vti ad barbaros, in Thraciam nullo metu ac pro libidine traiicientes, prohibendos ſecum vires coniungat. Hoc fieri poſſe, ſi pecuniae ad apparatum triremium conſtitutae pendantur: ſibi nauales co- 414.
pias non deeſſe; deeſſe autem pretium, vnde alimenta prouideantur: quod ſi ille pro facultate eroget, triremes in Helleſpontum deducturum, quae, oras praeternauigando, barbaros traiicere ac nocere continenti non ſinant. Et hoc modo eorum vexationes licere effugere. Quod ſi Crales praeſtare ſe ambobus, qualem decet, noluerit, (conſtare enim ſibi, eum quoque laeſum ab illo grauiter) ſi praeſens eum copia ad officium cogere nequiuerit, tunc et barbarorum ope vſuros, traiecta eorum auctoritate tanta multitudine, quantam ducere quocunque voluerint: et ita in hoſtes paucos intrepide facto impetu, eis vitam ademturos. Haec fuit legationis ſententia.

§. 486.

Regi cohortatio imperatoris viſa eſt conducibilis, reique gerendae ſocietatem pactus eſt. Euenit autem quiddam, quod ei ad hoc operis animos addidit. Cum enim Trinobi, vbi ſedes illi, publica laeti-

414. Id. ibid. p. 796.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1347 — 1350.

laetitia dies feſtus ageretur, plurimique mortales aliunde concurriſſent, dum per eos tranſit, legatis imperatoris proſequentibus, omnes, ſua quique lingua, acclamarunt, Cantacuzeno gratificandum per omnia, et omnimodis pacem cum eo conficiendam: ne, ſi is ad bellum irritetur, ipſi barbarorum gladiis intereant: et orabant voti compotes fieri. Alexandro autem legatos interrogante, ecquid audita intelligerent; cum negaſſent, Graece illis interpretatus eſt, populique petitionem pro augurio maximo habuit, bene ipſis rem proceſſuram: quod etiam a nemine interrogatus, quae ſibi expedirent, ſuaſiſſet: ſtatimque et ipſe petitis ſuffragatus, legatos dimiſit.

Imperator, cognoſcens Alexandrum hortationi ſuae benignas aures commodaſſe, et velle pecuniam ad apparatum conferre, mirabiliter gauiſus eſt, ratus, ſe poſſe barbaros reprimere, ne Romanos et Moeſos incurſando vaſtarent, et accingi ad expeditionem naualem barbaris prohibendis conſtituit —.

§. 487.

Caeterum Moeſi promiſſa venti rapuerunt: non diu enim poſt per legatos de pecunia collatitia retractauit. Cralem quippe, re au-
415. dita, non leuiter reprehendiſſe, quod tributa Romanis vltro promiſiſſet, et, quae armis obtinere Cantacuzenus nequiret, haec ſibi dolo perſuaderi ſuſtinuiſſet. Quare ſe promiſſa, tantum dedecus ſibi ac generi ſuo inurentia, perſoluere non poſſe.

Hac de cauſa non parum indignatus imperator, docere aggreſſus eſt, ſuam, quam Cralis, admonitionem illi fructuoſiorem fore: qui, vt homo inuidus et ſeditioſus, ſemper ea diſturbare nitatur, quae ipſi Alexandro eiusque populo valde conductura ſint. Non enim Alexandrum tributa pendere, vt ille fraudulentus comminiſcatur; ſed in rebus imperio neceſſariis collocare pecuniam; niſi, quae ſuis ipſemet militibus ſtipendia ſoluit, tributa nominet. Verum nihil horum ad Alexandrum inducendum ſatis valebat. Imperator imminentem a barbaris cladem ei praedicens, et teſtificans, tunc propter iſtam amentiam poenitudine tactum iri, quando poenitere nihil prod-
erit,

415. Id. ibid. p. 797.

erit, hortatione deſtitit. Quae omnia poſtmodum ita acciderunt.

§. 488.

[IVNIORI imperatori, Ioanni Palaeologo, arma contra Matthaeum, 416.
Ioannis Cantacuzeni filium, capienti] Alexander item Moeſorum rex rogatus ſubſidium miſit: ſemper enim ei ſuſpectus erat Cantacuzenus, quaſi Perſas eius regnum incurſare non prohiberet. Cantacuzenum contra ſe Moeſos et Triballos adduci non fefellit, proinde et ipſe ex Aſia ab Orchane genero Perſicum auxilium popoſcit —.

§. 489.

Calliſtus patriarcha Conſtantinopolitanus — Didymotichum [pa- 417.
cis conciliandae cauſa] veniens, generum [Cantacuzeni, Ioannem Palaeologum] Aenum profectum inuenit, aderantque ex Triballis et Moeſis auxilia, quae Romani, ab imperatore iuniore miſſi, ducentes, iuxta Hebrum non ita procul diſtinctis caſtris (vt Moeſorum tamen eſſent vrbi propinquiſſima) tendebant. Statuerant autem poſtridie ſimul omnes Empythium, caſtellum, quod Cantacuzenus praeſidio firmauerat, inuadere, et damnum dare maximum. Eodem die contigit, Perſicum quoque auxilium, Cantacuzeno deſtinatum, transmiſſo Helleſponto ad Hebrum caſtrametari, ac neſcire, hoſtem prope tendere, et viciſſim ab eo neſciri. Erant equitum non minus dena millia, duce Sulimano, Orchanis filio ſeniore: qui et ipſi ſequenti lumine Adrianopolin ad imperatorem pergere cogitabant. Diluculo et illi caſtris digreſſi, ad imperatorem ire contendebant: et Triballi ac Moeſi cum Romanis, a quibus ducebantur, armati verſus caſtellum incedebant, cum repente mutuo ſe ambo exercitus conſpiciunt. Extemplo Moeſi, congreſſum cum hoſtibus extimeſcentes, Didymotichum trepidi petunt, magnas fugae habentes gratias, cuius beneficio euaſiſſent. [Triballi et Romani cum Perſis proelio congreſſi vincuntur]. Barbari ſecundum victoriam cum direptis hoſtium tentoriis, captiuis et armorum equorumque multitudine Adrianopolin ad impe-

416. CANTACVZENVS T. III. p. 843.

417. Id. ibid. p. 844, 845.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1347—1350.

ratorem veniunt, vbi poſitis aliquot diebus, in Moeſiam ſponte irrumpunt, nec mediocri vaſtatione agris illata, in Aſiam cum praeda reuertuntur.

§. 490.

418. [SVLIMANVS cum Tzympen, Thraciae vrbem, aliasque terrae motu concuſſas occupaſſet; etiam] Moeſis intolerabilis erat, dum, numeroſa manu impreſſionem faciens, captiuos ex vrbibus abduceret, totamque regionem deuaſtaret.

§. 491.

419. DVM haec fierent [monachi videlicet e ſacra Laura corpus patriarchae Caliſti, in Seruiorum regione mortui, in Atho tranſportandum et apud ipſos ſepeliendum, Cralaenam rogarent] imperator in vrbes ad pontum Moeſis ſubiectas duxit: fuit enim illi cum Alexandro Moeſorum rege lis. Et Anchialum quidem primo impetu cepit: Meſembriam vero, in continente aedificata turri ad anguſtias, per quas erat aditus, et ex mari nauibus oppugnabat, premebatque incolas non parum, aquae praeſertim penuria: non enim procul ab oppido ex fonte quodam aquabantur, tunc autem ab exercitu impediti, oppidanis aquis et modicis et putidis vtebantur. Alexander multis rationibus imperatorem ab oppugnatione reiicere conatus eſt. Nam et de ſuis copiis et de barbaris in Thracia, pecunia demulſis, vrbi ſubmiſit auxilium. Quo nullo effectu recedente, quod imperator, et qui intus erant, acriter oppugnaret, et, qui foris ſuccurrebant, fortiter repelleret, belli ſucceſſu prorſus deſperato, miſſis legatis, cum promiſſis, ſe facturum omnia, quae imperator poſtularet, commouit eum, vti pacem armis anteferret, et ſumtus ab eo factos refecit, et pecuniam inſuper non modicam adiecit. Imperator, turri euerſa, Byzantium ſe retulit.

§. 492.

a. C. 1350. s)

420. [AMVRATES poſt Sulaimanis fratris obitum imperio potitus], Turcos, qui eum lucrandi animo comitabantur mancipiis et iumentis

418. Id. ibid. p. 861, 862.
419. Id. ibid. p. 909, 910.
420. CHALCOCONDYLAS p. 16.
s) Annus margini adſcriptus.

tis Graecorum et Myſiorum, quae belli iure obuenerant, liberaliſſime donat.

§. 493.

Ferunt, Sulaimanem, poſtquam nunciatum erat, Trybalorum 421.
et Myſiorum copias aduerſum ſe pergere, collocutum cum Graecis, ſi numerarentur ſibi ſexaginta millia drachmarum, velle ſe reſtituere Graecis quaecunque in Thracia ipſorum cepiſſet oppida, et, relicta Europa, diſceſſurum in Aſiam —. Poſthaec bellum auertit in Myſios et Trybalos.

§. 494.

TRYBALOS autem gentem eſſe totius orbis antiquiſſimam et maximam, compertum habeo — t). Diſperſi hinc inde domicilia per totam habuere Europam, incolentibus quibusdam de illo grege Peloponneſi regionem Laconicam, qua patet ad montem Taugetum et ad Taenarum vbi etiam habitauit a Dacia ad Pindum vsque montem in Theſſaliam v) ſe proiicientem, alius quidam populus: vtrisque nomen fuit *Brachi* x). Nec tamen ſcio, vtrum in Epiros commigraſſe aſſeuerem. Haud me fugit, Trybalos, Myſios, Illyrios, Croatios, Polonos et Sarmatas eadem inter ſe lingua vti. Si igitur hinc coniecturam facere licet, exiſtimo omnes iſtos vnum hominum genus eſſe, nec diuerſum — y).

§. 495.

AT hic ſitam eſſe ſuperiorem et inferiorem Myſiam non eam 422.
regionem recte dici [veriſimile videtur], quae ſupra Iſtrum, verum quae vltra Iſtrum colitur: nec etiam inferior Myſia nuncupatur regio, quae Iſtro ſubiecta eſt. Ad iſtam regionem Iſtri, quae ad Italiam vſque ſe porrigit, Bulgaros, quos inferioris Myſiae incolas perhibent

421. Id. p. 17.

t) Hic omiſſa vide in *Seruicis* §. 256.

v) Quae regio et *Blachia* vocata eſt cfr. §. 281.

x) Βράχοι. margini adſcribitur: in ora Βλάχοι. interpres *Bacchi*.

y) Reliqna vide in *Seruicis* l. c. Chalcocond. p. 283.

422. CHALCONDYLAS. p. 18.

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1350.

bent z), et Graecam linguam callere aiunt, ſcio perueniſſe a Bydena a) vſque ad Euxinum pontum, Trinabum vrbem regni ſedem decernentes.

Hos quidem Alexander, quem Seruiae Trybalorumque dux Crales regno praefecit b), imperio rexit, donec moreretur, ſuperſtite filio SVSMANO, qui in paternum ſucceſſit regnum.

§. 496.

Hunc bello aggreſſus eſt Amurates, Orchanis ſoboles. [Trybalis enim victis] aduerſus Suſmanum Myſiae regem arma cepit. Tandem cum Myſiis manus conſeruit: quorum interfecit paucos, cum fuga euaſiſſent inuiolati ad loca Iſtro proxima. Suſmanus inde legatis miſſis ad Amuratem, qui pacem orarent, foedere icto in ſocietatem acceptus eſt, vt deinceps hoſpes et amicus Amurati foret. Hinc et affinis Amurati factus eſt, data in vxorem filia ſua forma excellente, ex Braide c), quam vxorem vulneratus duxerat, prognatam: alteram connubio iunxerat Graecorum regi, Andronico Ioannis filio d). Ioannes enim regno iam expulerat Cantacuzenum.

§. 497.

z) Ἐντεῦθεν μεν ὀυν καὶ την τε ἄνω Μυσιαν ὀυ την ἐς τα ἄνω τȣ Ἴϛρου ᾠκημενην χωραν, τηνδὲ κατω Μυσιαν, ὀυ την ἐς τα κατω τȣ Ἴϛρȣ, την ἐπι τȣτο τȣ Ἴϛρου χωραν, ἐς τε ἐπι Ἰταλιαν καθηκȣσαν. Τȣς μεντοι Ἰȣργαρȣς [alia lect. Ἰȣργανȣς], ὁυς κατω Μυσιαν καλȣσιν &c.

a) Βιδιγης.

b) Cf. ſupra §. 435.

c) ἀπο Εβραΐδος.

d) Horum aliis praeterea locis mentionem facit Chalcondylas et p. 19. quidem, *Ioannes*, inquit, *cum Amurate in Europam transgreſſo ſocietatem contraxit, filioque ſuo Andronico Myſiorum regis filiam vxorem dat, ex qua filios ſuſtulit.* et paulo inferius: *Amurates — maxima modeſtia et liberalitate tractabat duces Trybalorum et Myſiorum, Graecorumque, qui in ſuam poteſtatem conceſſerant.* p. 25. *in Amuratis poteſtatem deuenit rex Myſiorum*, conf. *Seruica* §. 279. not. p. 52. *Noui illos, qui cum Orchanis filio Amurate et cum Paiazete in Europam tranſierant — incredibili incremento breui ſumto, maximas acquiſiuiſſe opes, habitantes vndique per Europam, ab Scopiorum vrbe vsque ad Trybalorum Myſiorumque regionem — diſperſos.* paulo inferius: *Campus Zagore nuncupatus, iubente Amurate habitari coeptus eſt* [ὑπο Ἀμȣρατεω κατῳκιϑη]. *Etiam Philippopolis regio ab Amurate colonos accipit.*

Impp. IO. ANNE et EMANVELE Palaeol.

§. 497.

a. C. 1389.

ELEAZARVS [Seruiae deſpota] cum haberet filias, vna Suſmano *Odryſorum* [ſiue Moldauorum e)] regi in matrimonium collocata, eum ſibi generum parauit. 423.

§. 498.

a. C. 1402.

[MOSES Baiazetis filius cum in Dacia auxilia corrogaret, eius frater, Muſulmanus — Cineitem in Bulgariam miſit, eumque vicinis Achri..arum prouinciae partibus praefecit; ipſe Adrianopolin profectus, eam ingreditur. 424.

§. 499.

a. C. 1410.

MOSES vt Mechmetis conſilium impediret, ne facile in Europam tranſire, eamque ſui iuris facere poſſet, ducens ſecum vniuerſum Europae exercitum et Ianuae milites — in *Eryſorum* regione f) conſedit. Ibi Mechmetes in expeditionem egreſſus, caſtra locauit. 425.

Impp. EMANVELE et IO. EMANVELE Pal.

§. 500.

a. C. 1421.

MECHMETES [Muratis pater] — Adrianopole imperii ſede collocata ad coërcendos Romanos, Hunuos — et Bulgaros in armis ſemper erat, in eo laborans, vt ſubditi ſui per Aſiam et Thraciam ſecundis rebus paceque fruerentur. 426.

§. 501.

[BAIAZET poſt Mahometis obitum pro concione dicens, inter alia] — ab Othmano, inquit, genus ducentes principes — Thraciam vni- 427.

423. CHALCOCOND. p. 27. cf. *Seruica* §. 28r. *var. nar.*

e) Addit haec interpres, non bene: *Bulgarorum* enim, vt ex ſuperioribus patet, rex fuit, non *Moldauorum*, Suſmanus.

424. DVCAS p. 48, 49. cfr. *Valachica* §. 8.

425. CHALCOCOND. p. 97. cfr. *Valachica* §. 10.

f) Hic, credo, vt ſupra ſub *Odryſorum* regione *Bulgaria* intelligitur.

426. DVCAS p. 69. cfr. *Valachica* §. 14.

427. Id. p. 72. cfr. *Valachica* §. 15.

Impp. EMANVELE et IO. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1421.

vniuerſam armis ſuis ſubegerunt: Romanorumque imperium ac Seruios tributa ſibi pendere coëgerunt. hosque non ſolum, verum etiam Walachos vltra Danubium, Hunnos, populoſasque nationes Albanos et Bulgaros. —

§. 502.

428. INTER ipſos [Genitzeros] non Turcus aut Arabs reperitur; verum omnes Chriſtianorum filii, Romanorum ſcilicet, Seruiorum, Albanorum, Bulgarorum &c.

Imp. IO. EMANVELE *Pal.*

§. 503.

a. C. 1435.

429. GEORGIVS, Wlci filius [Seruiae deſpota] — admiſſos [Moratis, qui Seruiam ſibi tradi poſtulabat] legatos, vt decebat, honorifice ſuſcipit. Secumque cogitat draconis fraudes; qui, ſi comederit, et aliquatenus ſatiatus fuerit, quietus recumbet; alias, ſi nulla ei offa in os iniiciatur, Seruiam, Bulgariam paternasque ditiones ſuas omnes hiante ore deuoraturus.

§. 504.

a. C. 1443.

430. [HVNGARI, Choniate duce, irruptione in Muratis prouincias facta g)] vsque ad vicum quendam, quem Bulgari *Izlati*, id eſt aureum, vocant, proceſſere. Is inter Sophiam et Philippopolin, aequali ab vtraque diſtantia, ſitus erat.

§. 505.

a. C. 1444.

431. [VLADISLAVS, Hungarorum rex, bello contra Turcos ſuſcepto] Iſtrum traiecit, et ibi caſtrametatus eſt iuxta Euxini maritimam Do-

428. Id. p. 77.

429. Id. p. 114. cf. *Seruica* §. 307.

430. Id. p. 122. et p. 186. *Philippopoli — abeuntes* [de ſe et Lesbi principe, quem ad Mahometem venire iuſſum comitabatur, Ducas loquitur] *montibus arduis ac aſperis ſuperatis, tridui itinere ad vicum quendam Bulgarorum Izlati dictum, vbi tyrannus caſtra habebat, peruenimus.*

g) Vid. *T. IV. Vngrica* §. 134. in *var. narrat.*

431. CHALCOCOND. p. 172. cf. *Vngrica* §. 146.

a. C. 1444.

Dobroditiam, Bulgarorum regionem. Hinc caſtra mouentes, *Calliacren* et *Barnen* [ſiue Varnam] vrbes obſidere et oppugnare aggreſſi ſunt. Barne pactionibus in deditionem accepta eſt; Calliacre vero vi capta eſt.

Imp. IO. EMANVELE Pal.

§. 506.

Imp. CONSTANTINO. *Pal.*

Imp. CONSTANTINO Pal.

a. C. 1451.

[MECHMETE poſt obitum Muratis imperii potito] qui — ex Walachia venerant et Bulgaria legati: inſulares quoque Mitylenaei, Chii, Rhodii et Genuenſes, Galatam incolentes, vndequaque profecti donis allatis eum, daemonem reuera carniuorum, venerati ſunt, et accepta ab eo fide diſceſſerunt. 432.

§. 507.

a. C. 1453.

[MECHMETIS, CP. oppugnantis, Contoſtaulus] natione Bulgarus, nomine *Palda*, quodam inter ſuos principe viro ortus erat. Iamdiu ante mancipium factus a patria religione et pietate defecerat, Mechemetisque patri ſeruitutem ſeruierat. Is ante quatuor annos in Lesbum piraticam exercens excurrerat, multosque captiuos abduxerat: remigibus porro ac nautis inuiſus; vt qui praedam ipſis ſubtraheret ac ſurriperet. [Is tunc, cum Mechemeti, rei nauticae ignaro et abſurda iubenti, auſcultare nollet, centum a tyranno plagis affectus et ab aliis indigne tractatus eſt.] 433.

Imp. MVHAMMEDE II.

§. 508.

a. C. 1463.

DALMATAE, Myſii, Trybali, etiam Sarmatae, eadem fere vtuntur lingua, aut non multum diſſimili, vt non difficulter ſe mutuo intelligant. — b) 434.

§. 509.

432. DVCAS p. 131.
433. Id. P. 152.
434. CHALCOCOND. p. 283.

b) Locum integrum vid. in *Boſnicis* §. 10.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1463.

§. 509.

435. [ORDINE praeſidentiae metropolitarum Apoſtolico CPleos throno ſubiectorum, et epiſcoporum his inferiorum] thronus quadrageſimus eſt Adrianopolis Aemimontis, cui ſubiicitur — Bulgarophygi epiſcopus.

436. EX diſpoſitione imperatoris Andronici Palaeologi Senioris — Metropolis Berrhoeae ad epiſcopatum Theſſalonicae, vel, vt alii volunt, Achridis *i*) ſpectans, honore trigeſimi throni affecta eſt.

437. CAVCACI [epiſcopus] in gente Obydinae cum eſſet ſub epiſcopatu Bulgariae, ad metropolitae dignitatem aſcendit.

438. VARNA, vt quidam ſentiunt, eſt Tiberiopolis; propterea in expoſitione non comparet, neque inter metropoles neque inter archiepiſcopatus ſed antiſtes Varnenſis idem eſt Tiberiopolitanus.

439. FACTVS eſt etiam noſtra aetate metropolitanus antiſtes Bidynae.

§. 510.

440. QOMODO ſcribit patriarcha ad deſpotam, qui non fuerit imperatoris filius:

„Feliciſſime Domine, deſideratiſſime fili noſtrae mediocritatis„. Et ſi quidem Graeca ſtirpe ſit ortus, nomen eius non apponitur: ſin barbarus, qualis Tomprotitzes exſtitit, vel ſunt Valachiae vel Albanorum deſpotae, apponit nomen. Metropolitae quoque eodem pacto ſcribunt ad huiusmodi principes, addunt tamen alia nomina, excel-

435. CODINVS in Notitia Graec. Epiſcopatuum p. 395.
436. Id. ibid. p. 401.
i) Vbi archiepiſcopus Bulgariae ſedem habuit.
437. Id. ibid. p. 403.
k) In margine adſcribitur: deſunt haec duo verba [ἐν ἔθνει Οβυδινης] ſequitur ἡ Βιδυνη ἐπισκοπη ἀυτα της ἁγιωτατης ἀρχιεπισκοπης Βελγαριας ἐις μετροπολιν προηχθη.

438. Id. ibid. p. 407.
439. Id. ibid. p. 409.
His ſimilia leguntur in Expoſitione Noua Andronici imp. [Bandur. I. O. T. I. p. 235]. *Bidona, quae nunc etiam Bodena vocatur, cum ſubeſſet epiſcopatui Bulgariae honorem metropolitanum confecuta eſt ac obtinuit thronum LXXXIV.*
440. Id. in Salutationibus Epp. Pontiff. p. 412, 413.

excellentiam manifeſtantia, qualia ſunt, „ Omnino feliciſſime, nobiliſſime, glorioſiſſime, magnificentiſſime: non tamen, velut patriarcha, filios eos vocant.

Quomodo ſcribit [patriarcha CPlitanus] ad patriarcham Tornobi. 441.

Sanctiſſime patriarcha Tornobi et totius Bulgariae, in ſancto Spiritu dilecte frater noſtrae mediocritatis et comminiſter.

Ad archiepiſcopum Iuſtinianae.

Beatiſſime archiepiſcope primae Iuſtinianae, Achridum et totius Bulgariae, in ſancto Spiritu dilecte frater noſtrae mediocritatis.

ADDENDA.

ante §. 81.

a. C. 852.

Imp. MICHAELE III. a. II. imp.

I. BASILIVS Macedo cum Caeſaris Bardae machinaretur necem], erant — in conſilio Marianus eius frater — *Petrus* Bulgarus [et alii]. 442.

ante §. 89.

a. C. 867.

[BASILIVS cum coniuratis vbi ſacri cubiculi fores aperuit,] egreſſus tremebundus Ignatius, Baſilio obſiſtebat, ne ingrederetur. Petrus vero Bulgarus ſub Baſilii axilla ad imperatoris lectum delapſus, ab Ignatio tenebatur, ei obſiſtente. 443.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

ante §. 99.

a. C. 919.

RENTACIVS quidam vir Attica oriundus [poſt varia commiſſa ſcelera] in vrbem veniens, in magnam Dei eccleſiam profugit. Romanus 444.

441. Id. ibid. p. 419.

442. SYMEON LOGOTHETA p. 448. Georg. Monach. p. 538.

443. GEORG. MON. p. 542. Leo Gram. p. 469.

444. INCERTVS CONTINVATOR in Romano Lacap. p. 247. Symeon Logoth. p. 481. Georg. Monach. p. 575.

a. C. 919.

manus [Lecapenus,] vero imperator, cognita hominis petulantia, rapiniſque eius ac direptionibus, eccleſia eductum poenis mancipare decreuerat. Ille, confictis ad Bulgaros litteris, ad illos transfugere in animum cum induxiſſet, tentus conuictusque, bonorum luminumque amiſſione [ſcelerum poenas] luit.

Imp. BALDVINO

ante §. 258.

a. C. 1204.

445. [LATINI capta Conſtantinopoli] malleis equi [aenei, qui in Tauro ſtabat] calce reuulſa, humanam ſubtus imaginem reperiunt, quae maiori ex parte Bulgarum aliquem repraeſentabat, clauo transfixam, et plumbo vndique cinctam: non autem Latinum referebat, quemadmodum iam diu a multis ferebatur. —

Imp. MICHAELE *Pal.*

ante §. 319.

a. C. 1259 — 1261.

446. [IMPERATOR Michael Palaeologus, Conſtantinopoli fruſtra oppugnata, ſub autumni exitum Nymphaeum abit.] Me porro ad Conſtantinum Bulgarorum principem legatum mittit: abii et cum eo per aliquot dies verſatus ſum. Namque ea tempeſtate feſti dies Chriſti natalium ac baptiſmatis, quibus Bulgarorum principes magnificentiam oſtentant, celebrabantur: ideoque Bulgarorum princeps Conſtantinus, vt cum eis tunc oculatus eorum, quae fiebant, ſpectator adeſſem, cogebat. Mandata itaque mihi impoſita exſecutus, Trinobo ex eo, et ad imperatorem, tunc Nymphaei cunctantem, me confero.

VALA-

445. NICETAS CHONIATES p. 413, 414. Id. de Statuis CP. [in Bandurii I. O. T. I. p. 109]. *Quaedam vetus fama ad nos vsque delata in omnium ore verſabatur, in equi vngula ſiniſtra pedum anteriorum viri figuram occultam haberi, quam alii eſſe cuiusdam ex factione Veneta, alii alicuius ex occidentalibus populis, Romanorum non foederatis, aut ex Bulgaris eſſe dicebant. — equo autem et equite in minutas partes diſſectis, ac in ignem coniectis, repertum eſt ſignum aeneum in vngula equi ſepultum, indutum laena, qualis ex ouium vellere ſolet confici.*

446. ACROPOLITA p. 97.

VALACHICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE VALACHIS.

Valachorum Nomen, Genus, Sedes.

Qui Valachi aliis, *Vlachi* (Βλαχοι), *Daci* etiam, ab antiquo regionis, quam incolebant, nomine, Scriptoribus Byzantinis audiunt. Comprehenduntur vero Valachorum nomine *Moldaui*, quorum terram *Bogdaniam* et *Nigram Valachiam* iidem auctores appellant. Bulgari denique, poſt regnum a Petro et Aſano inſtauratum, *Bulgari* et *Vlachi* promiſcue vocantur.

Valachos ab Italis genus ducere, Cinnamus et Chalcocondylas autumant, quorum hic e linguae ſimilitudine, quam loquitur, coniecturam facit. Sed a vero forte non multum aberrauerit, ſi quis, plurium populorum, Gothorum, Hunnorum, Slauorum, Bulgarorum, Patzinacarum, Comanorum, et qui praeter illos terram iſtam diuerſis temporibus incoluerunt, reliquias Valachorum genti originem dediſſe exiſtimet. Id quod Chalcocondylas, cum gentes plures in iſtam regionem confluxiſſe ait, innuere videtur. Caeterum ad eandem Valachorum gentem Pindi montis accolas, quos *Vlaços* [Βλάχους] vocat, pertinuiſſe, idem Chalcocondylas auctor eſt.

Terra Valachorum ab occidente Ardelio regione Pannodaciae (Vngroulachiam etiam ſcriptores Byzantini, poſterioris aetatis homines Tranſiluaniam dicunt), ab oriente Ponto Euxino, a meridie Iſtro fluuio, a ſeptemtrionibus *Praſobo* monte, qui Valachiam proprie ſic dictam a *Bogdania* (alii Moldauiam Codinus *Nigram Blachiam* ſeu Μαυρόβλαχιαν vocat) diſtinguit, terminatur.

Valachorum Hiſtoria.

1 IMPERATOR Emanuel Comnenus cum a C. 1160. Vngris bellum inferre pararet, Valachos, quos ſibi ſocios adiunxerat, ex locis

Ponto

Ponto Euxino vicinis in terram eorum irruptionem facere iuſſit. Ducentis circiter et triginta annis poſt, a. C. 1394. Vngrorum in bello aduerſus Baiazetem, Turcorum Sultanum, partes Valachi ſecuti ſunt, MYRXA ſeu MYLTZA (vt ab aliis vocatur), quem DANO occiſo ſibi *Veiuodam* i. e. *ducem* praefecerant, principatum tenente. Hinc ſequenti anno bello, cui latum antea Vngris contra Turcos auxilium cauſam praetexuit, adortus eſt Baiazet; ſed iteratis a Valacho victus proeliis, exercitum reduxit. Orta deinde inter Baiazetis filios diſſidia cum Valachorum Veiuoda aliquamdiu aluiſſet, nunc hunc nunc illum iuuans auxiliis; Muhammedes, has Turcis factas vlturus iniurias, cum Valachis a. C. 1413. bellum ſuſcepit, ac victis tributum impoſuit. Mortuo tandem circa a. C. 1424. Myltza, nothorum eius filiorum, quos multos habuit, vnus rerum potitus eſt: quem non diu poſt DANVS, Myltzae ex fratre Dano nepos, de principatu deiecit. Sed iam a. C. 1430. alius e nothis Myltzae filiis, DRAGVLIVS vel DRACVLIVS nomine, rebellione facta, Danum proelio victum occidit, atque ita paternum obtinuit principatum. Miſſas deinde ab Amurate Sultano cum Dani fratre, quem ille Valachiae ducem appellauerat, copias deleuit. His ita geſtis Dragulius a. C. 1435. Pruſam ad Sultanum accedens, eum ſibi conciliauit, ac ſequenti anno ad bellum contra Vngros cum ſuis copiis ſecutus eſt. Tribus annis poſt a. C. 1439. Ioannes Huniades cum Vngris in Valachiam irrupit, et, Draculio ad Turcos confugiente, DANVM regioni ducem praefecit. Is a Turcis, qui terram eius infeſtabant, pacem hac lege obtinuit, vt Sultano quotannis tria ſagittarum et quatuor clypeorum millia tributi nomine daret. foedus quoque cum Bogdaniae principe, affinitate iuncta, percuſſit. Rebus hoc pacto optime conſtitutis, circa a. C. 1442. mortuus vel a DRACVLIO pulſus eſſe videtur. Hic certe rerum iterum potitus in bello cum Turcis a. C. 1443. geſto Vngros auxiliis iuuit. Quibus cum poſtero quoque anno ſuas iunxiſſet copias, Ioannem Huniadem, poſt infelix Varnenſe proelium per Valachiam iter facientem, ob veterem, quae inter illos intercedebat, inimicitiam, comprehenſum in carcerem coniecit. ſed breui poſt, Vngrorum minis territus, liberum dimiſit. Huniades huius memor iniuriae, poſtea expeditione contra Draculium ſuſcepta, eoque in proelio occiſo, DANVM *Maſarampis* filium Valachiae ducem conſtituit. Bello a. C. 1448. Turcos inter et Vngros renouato, Danus his auxilia duxit

duxit. Valachi inito in Coſobo campo proelio, cum victoriam Turcos iam in manibus habere viderent, ad illos tranſierunt. a quibus, doli ſuſpecti, ad vnum omnes occiſi ſunt.

Qui poſt Danum Valachis imperauit BLADVS, Draculis filius; a Muhammede Sultano in hac dignitate conſtitutus, cum principatum iam ſatis ſibi confirmaſſe videretur, defectionis a Turcis agitauit conſilia. Quo Sultanus cognito a. C. 1462. ianuarum ſcribam ad Bladum miſit, qui ipſum annuum tributum et adoleſcentes praeterea quingentos adducere iuberet; Chamutzi vero, Bidinae praefecto, vt Bladum, poſitis inſidiis comprehenſum, ad ſe perduceret, mandauit. Valachus haec tempeſtiue adhuc ſubodoratus, Scribam in cuſtodiam dedit, Chamutzem interea cum copiis accedentem, proelio inito, victum cepit, et cum reliquis captiuis palis affixit. Iſtrum deinde cum exercitu transgreſſus, Turcorum regionem igni ferroque late vaſtauit, et ita demum in Valachiam reuertit. His maxime irritatus Sultanus, ingentem contra Bladum duxit exercitum. Hic vero cum fortiſſime rem gereret, et Vngrorum iamiam aduentare dicerentur auxilia, Muhammedes praeda abducta ingente abiit, Dracule, Bladi fratre, in Valachia relicto, vt gentem ad defectionem ſolicitaret. DRACVLES, his ex voto confectis, Valachiam in Sultani ditionem redegit; Bladus vero ad Vngros profugus, ab illis ob veteres, quibus eos affecerat, iniurias in carcerem coniectus eſt.

GENEOLOGIA

DVCVM VALACHICORVM.

NN
NN

1) DANVS circa a. C. 1394. occiſus.

2) MYRXAS ſeu MYLTZAS. a. C. 1394 — 1402?

Danus

3) MYRDANVS ſeu TANVS. a. C. 1402 — 1424.

5) DRAGVLIVS ſeu DRACVLES: a. C. 1430 — 1439.
7) iterum a. C. 1442 — 1444.

4) DANVS a. C. 1424 — 1430.

6) DANVS. a. C. 1439.

Maſarampas

8) DANVS: a. C. 1444.

9) BLADVS, a. C. 1444? — 1462.

10) DRACVLES. a. C. 1462 —

NN a. C. 1444 vna cum patre occiſus.

Varia ſunt in hac geneaIogia incerta. Myrdanus enim num ſit Myrxae filius; a quo (6) Danus genus ducat; quis ſit Maſarampas, et num (8) Dani pater fuerit? non expedio.

Scriptores de Valachis.

Cinnamus et Nicetas Choniates Valachorum a. C. 1160, et ſemel tantum vterque, meminerunt. Poſt ducentorum et triginta annorum ſilentium a. C. 1394. eorum rurſus ſcriptores Byzantini mentionem faciunt. Et ab hoc inprimis tempore eorum incipit hiſtoria, quam Chalcocondylas et Ducas, iique ſoli, vsque ad a. C. 1462. quo Valachia in Turcorum ditionem venit, continuant. Metropolitarum in Vngroulachia et Vlachia nigra conſtitutorum Codinus meminit.

De *Pannodacis* ſeu *Vngroudlachis* quae a Scriptoribus Byzantinis narrantur, *Tomo III.* in *Vngricis* adfero.

INDEX

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT. I. *Antiquiſſima Valachorum memoria; et res ſub eorum ducibus Myrxa ſeu Myltza, et Myrdano geſtae; ab a. C.* 1160—1430.

§. 1. Valachi Emanuelis Comneni in bello contra Vngros ſocii.
§. 2. Andronicus e carcere elapſus, a Valachis capitur.
§. 3. Valachi Vngrorum aduerſus Baiazetem ſocii.
§. 4. Valachorum viuendi ratio, terra, lingua, genus, principatus.
§. 5. Myrxae ducis genus, ſucceſſio.
§. 6. Baiazetis contra Myrxam ſuſcepta expeditio, parum felix.
§. 7. Tatari e Valachia ad Baiazetem legatos mittunt.
§. 8. Moſes Baiazetis F. imperium ſibi vindicandi animo, Valachorum ſibi adiungit auxilia.
§. 9. Moſes, a Solimane victus, ad Valachiae principem Myrdanum confugit.
§, 10. Moſes, a ſuis deſertus, in Valachiam abit.
§. 11. Muhammedes Valachis bellum infert, tributum pollicitis pacem dat.
§. 12. Muſtapha auxilia rogatum in Valachiam venit; inde ad Romanos abit.
§. 13. Muhammedes Valachiam vaſtat.
§. 14. — Adrianopoli ſede fixa contra Valachos in armis eſt.
§. 15. Valachi Turcis tributarii.
§. 16. Valachorum filii inter Genitzeros recepti.
§. 17. Muſtapha Adrianopolin ingreſſus, immenſos theſauros, Valachiae ſpolia, conſequitur.
§. 18 Suis ab Amurate victis, theſauris collectis Valachiam verſus fugit.

§. 19. *Amurates ſe regem proclamatum Valachiae principi ſignificat, cum eo pacem facit.*
§. 20. *Danus victoriam de Cineite reportatam Amurati gratulatur, pacem confirmat.*
§. 21. *Turchanes ab Amurate miſſus Valachiam vaſtat.*

CAPVT. II. *Res Valachorum ſub ducibus Dano, Dragulio et Dano (Maſarampae F.) geſtae; ab a. C. 1430 -- 1461.*

§. 22. *Dragulius CP. excedit, in Valachiam veniens, ſibi proceres gentis conciliat*
§. 23. *Danus Valachiae princeps, quomodo rerum potitus ſit.*
§. 24. *Dragulius, Dano victo et occiſo, principatum obtinet; Dani fratrem, Turcorum auxilia adducentem, fundit.*
§. 25. *Amuratem Sultanum ſibi conciliat.*
§. 2 . *Se Amurati, in Vngros exercitum ducenti, adiungit; inſidiarum Turcis ſtructarum ſuſpectus.*
§. 27. *Ad Amuratem accedens, eius iuſſu in carcerem coniicitur; filiis obſidibus datis, libertatem impetrat.*
§. 28. *Vngri, Dragulio pulſo, Danum Valachiae ducem conſtituunt.*
§. 29. *Danus Vngrorum amicitiam colit; cum Turcis et Bogdaniae principe pacem iungit.*
§. 30. *Amurates Draculis filium principatui reſtituere meditatus, defectione Caramani expeditionem omittere cogitur.*
§. 31. *Dracules et Valachi Vngrorum contra Turcos ſocii; Turcis tributarii.*
§ 32. *Vlaci, Pindi accolae.*
§. 33. *Valachi cum Vngris in Bulgariam irrumpunt; proelio inito, ſe ab Vngrorum exercitu abiungunt, Sultani tentorium diripiunt.*
§ 34. *Io. Huniades in reditu a Dracule captus, Vngris legatos mittentibus dimittitur.*
§. 35. *Vngri, pulſo Dracule, Danum Valachiae ducem praeficiunt.*
§. 36—38. *Valachi Vngrorum ſocii; ad Turcos tranſeuntes occiduntur.*

§. 39.

§. 39. *Orbanus Valachus Muhammedis II. CP. oppugnantis bombardarius.*

§. 40. *Valachi expeditionis, quam Muhammedes a. 1461. parabat, fama territi.*

CAPVT. III. *Imperium Bladi, eius cum Turcis bellum, fuga; initium imperii Draculis Bladi fratris; a. C. 1462.*

§. 41. *Bladi frater iunior Dracules Muhammedis concubinus.*

§. 42. *Bladus Valachiae dux a Muhammede conſtitutus, magnam nobiliſſimorum Valachorum multitudinem occidit.*

§. 43. *Defectionis a Turcis agitat conſilia.*

§. 44. *Muhammedes Bladum ad ſe venire iubet; Bidinae praefecto, vt eum dolo capiat, iniungit.*

§. 45. *Bladus inſidiis cognitis, Bidinae praefectum proelio vincit, captum cum legato et reliquis captiuis palis affigit.*

§. 46. *Iſtrum transgreſſus Turcorum terram igni ferroque vaſtat.*

§. 47. *Muhammedes haec vlturus bellum totis viribus parat.*

§. 48. *Ingenti conſcripto exercitu Valachiam petit; Prailabum et Iſtro finitimo incendit.*

§. 49. *Valachi vxores et liberos in monte Praſobo et vrbe quadam munita collocant.*

§. 50. *Bladus copiarum partem contra Bogdaniae principem, Turcorum ſocium, mittit, alteram ipſe contra Muhammedem ducit.*

§. 51. *Muhammedes vrbem, in qua Valachi vxores et liberos depoſuerant, petit, Bladus hoſtilem exercitum laceſſit.*

§. 52. *Bladus Vngros, legatis miſſis, auxilia rogat.*

§. 53 *Turci vicos Valachorum incendunt; Bladus ſpeculator.*

§. 54. *Bladus cum ſuis noctu in Turcorum caſtra irrumpit, die illuceſcente iis egreditur.*

§. 56. *Muhammedes regiam Bladi petit; nemine in muris apparente, diſcedit.*

§. 57. *In locum, quo Turci antea a Blado capti patibulis affixi erant, venit. eius de Blado ſententia.*

§. 58. *Bladus Bogdaniae principem, Cellium obſidentem, petit, parte copiarum Muhammedem per querceta caute ſequi iuſſa.*

§. 59. Exercitus a Blado relictus Turcos adoritur, Turci iam victi in proelium reuerſi Valachos clade afficiunt.

§. 60. Muhammedes cum magna praeda, relicto ibi Dracule, Bladi fratre, e Valachia diſcedit.

§. 61. Valachi a Blado deficiunt ad Draculem, Bladus ad Vngros profugus, ab iis in carcerem coniicitur.

§. 62. Duo metropolitae, in Vngrovalachia, alius in Nigra Valachia, conſtituuntur.

VALA-

VALACHICORVM
CAPVT I.

Antiquiſſima Valachorum memoria, et res ſub eorum ducibus Myrxa ſeu Myltza et Dano geſtae;

ab a. C. 1160 — 1430.

§. 1.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1160. a)

[IMPERATOR Emanuel Comnenus expeditionem in Hungaros 1.
parans exercitum Alexio genero ſuo duce, verſus iſtrum mittit], Leonem Batatzem nomine, aliunde cum exercitu perinde magno, maxime vero Valachorum b) ingenti multitudine, qui *Italorum coloni quondam fuiſſe perhibentur*, ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere iubet, qua ex parte nemo adhuc a primis ſeculis eos inuaſerat c).

§. 2.

a. C. 1160. d)

[ANDRONICVS e carcere elapſus, Meſiboti equo conſcenſo, recta Anchialum contendit], ſumtoque a Pupace viatico et viae ducibus 2.

1. CINNAMVS p. 152.

a) Annum ex Tabula Chronol. Nicetae praefixa adſcribo.

b) Haec prima occurrit apud ſcriptores Byzantinos de Valachis, proprie ſic dictis, Iſtro ad Septemtriones obuerſis, memoria. Quae multa habent iidem Scriptores de Valachis in Auſtralibus Iſtri partibus habitantibus, vide in *Bulgaricis*.

c) Reliqua vide *Tom. III.* in *Vngricis* §. 85.

2. NICETAS CHONIATES p. 85, 86.

d) Hoc anno rediit Andronicus, cum imperator in eo eſſet, vt Hungaris bellum inferret.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

a. C. 1160.

bus, Galitzam e) proficiſcitur. cuius fines ingreſſus, quo tanquam in aſylum tutiſſimum properabat, etiam perſecutorum metu ſe liberatum putans, a Blachis, qui fugam eius ex fama cognorant, captus ad imperatorem reducitur —. [Sed cuſtodibus deceptis rurſum fugit] et alia via Galitzam venit.

Sub
Alexio Comneno II. et reliquis imperatoribus vsque ad Andronicum Palaeol. nulla fit Valachorum mentio.

§. 3.

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

a. C. 1394. f)

3. [CVM Paiazetes exercitum Peloponneſo admouere pararet, ipſi nunciatum eſt], Pannones duce Sigiſmundo Romanorum Caeſare et imperatore, et Gallos Germanosque non paucos in vnum collectos bellum ipſi inferre decreuiſſe; iamque Iſtrum tranſire parare, allectis et *Dacis* g), hominum genere non ignobili, qui viae ſint duces, exercitumque ducant in hoſtilem regionem. — h).

§. 4.

a. C. 1395. i)

4. Tempore autem aliquantulo interpoſito, bellum *Myrxas* (noſtri Marcum vocant k)), Daciae duci, intulit: crimini ei dans, quod prior adiungens ſe Pannonibus, contra ſe bellum geſſerit.

Daco-

e) Ruſſorum toparchia fuit ſecundum Nicetam Chon. p. 84. conf. *Ruſſica §. 89. in var. narrat.*

3. CHALCOCONDYLAS p. 36.

f) Hoc circiter anno expeditionem in Peloponneſum ſuſceptam eſſe a Baiazete, docet Leunclauius in Annal. Turc.

g) Valachos a veteri regionis, quam incolebant, nomine Dacos vocat Chalcocondylas.

h) Reliqua vid. in *Vngricis §. 115.*

4. Id. p. 40.

i) Annus p. 39. margini adſcriptus, eſt annus belli Hungarici, quo Sigiſmundus a Baiazete proelio victus eſt.

k) Addit haec interpres.

a. C. 1395.

Dacorum (ſiue Valachorum, in quibus et Moldaui *l*)) gens bello praeſtantiſſima eſt, nec tamen admodum bonis gubernatur legibus. Vicos plerumque incolunt, ſequentes paſcua. Extenditur horum regio ab Pannonum Ardelio, a Pannonum Dacia (quae et Tanſſyluania) initium ſumens *m*), vsque ad Pontum Euxinum. A dextra, qua vergit ad mare, Iſtro flumine alluitur: a ſiniſtra Bogdaniam appellatam regionem habet. Diſtinguit ipſorum regionem *n*) mons longe ſe porrigens, cui *Praſobo* (qui olim Haemus) nomen incolae dixerunt *o*). Huic regioni adiacent quidam de Scytharum genere non pauci, qui opibus plurimum poſſunt, ſubiecti Cazemiro Polonorum regi —.

Dacorum lingua ſimilis eſt Italorum linguae: adeo tamen cor- 5.
rupta et differens, vt difficulter Itali queant intelligere, quae iſtorum verbis pronnnciantur. Vnde autem lingua moribusque Romanis vſi, in iſtam regionem acceſſerint, ibique ſedes fixerint, a nullo mortalium accepi: nec aliquem audiui, qui iſta liquido commemoraret. Dicuntur tamen homines vndique confluentes in iſtam regionem penetraſſe: haud interim exſtante aliquo memorabili iſtius gentis exemplo, quod operae pretium ſit vt praeſenti hiſtoriae intexatur. Nihil differunt ab Italis caetera etiam victus ratione, armorumque et ſupellectilis apparatu etiamnum eodem vtentes.

Quamuis ea gens in duos diſcreta ſit principatus, *Bogdaniam* videlicet (quae et Moldauia *p*)) et *Iſtriam regionem q*): haud tamen aequo inter ſe iure viuunt. Conſueuerunt non ſemper eosdem habere duces: verum prout ipſis videtur commodum, principes mutant, nunc hunc nunc illum ſibi principem ordinantes.

§. 5.

l) In graeco non leguntur.

m) ἀπο Αρδελια της Παιονων Δακιας ἀρχομενη. Interpres in margine: *A monte Orbaſo ac Peucinis initium ſumens.* Chalcond. p. 37. *Pannonia incipit a Vienna Germanorum oppido, et verſus orientem, ſecundum Iſtrum procedens, attingit Dacos et Trybalos.* p. 38. *Quidam putant eos* [Pannones] *quondam Dacos fuiſſe.*

n) ἐπι Παιονοδακιας, omiſit interpres.

o) Πρασοβος [alia lect. Πρεσοβος] καλουμενον.

5) Id. p. 41.

p) Addit haec interpres.

q) και αυτην παρ Ιστρον χωραν.

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1395.

§. 5.

Myrxam iſtum, qui auito iſtorum ducum genere erat ortus, accitum ſibi ducem conſtituerunt, occiſo DANO r), qui antea rerum potiebatur. Myrxas hic concumbens ſaepius cum pellice, filios ſpurios ex ea tulit non paucos in Dacia. Hinc, mortuo Myrxa, naſcebantur frequenter alii Dacorum duces, qui vsque ad hoc tempus in regno durarunt.

§. 6.

Contra iſtum Myrxam Paiazetes, crimini dans quod prior incipiens bellum, ſocia arma iunxiſſet Sigiſmundo Romanorum imperatori, cum exercitu profectus eſt. Traiecto Iſtro porro progreſſus, praedam mancipiorum multam ex iſta regione rapiebat. Myrxas, collecta manu non modica ſuorum, quomodo obuiam procederet hoſti, proeliique poteſtatem facere poſſet, nullo modo conſultabat. Vxorem et liberos deponens in montem Praſobum; ſequebatur Paiazetis exercitum per glandiferas iſtius regionis ſiluas: quae cum plurimae ibi ſint, regionem ambiunt, adeo vt eam difficilem acceſſu hoſtibus praeſtent, captuque haud facilem. Myrxas ſequens Paiazetis exercitum, inſignia virtutis opera faciebat, impigre cum hoſtibus manus conſerens, ſicubi auulſi erant ab reliquo exercitu, aut ſicubi frumentatum, aut ad praedas pecoris agendas ſe conuertiſſent. Et in hunc modum ſequens hoſtilem exercitum, magna audacia fretus, ex aperto cum hoſte conflixit. Aiunt, Myrxam tranſeunti exercitui grauiter inſtitiſſe: cumque foret in loco admodum difficili, hoſtilis exercitus eum adortus eſt: nec ceſſauit hoſtem fortiter mactare. Ibi Brenezes regius miniſter cum bonum dediſſet conſilium, videlicet vt caſtra eo loci communirent, mali liberationem inuenerunt. Ex hoc
6. tempore longe gratiſſimus fuit regi Brenezes: electusque ab eo dux tandem maximam nactus eſt potentiam. Paiazetes, ſicuti conſuluerat Brenezes, eo loci caſtrametatus eſt, et quiete per eum diem exercitum quam potuit citiſſime transmiſſo Iſtro, in ſuam regionem reduxit. In hunc modum exercitus, quem contra Dacos duxerat, domum reuerſus eſt.

§. 7.

r) In margine: „*Daas* Bonfinio.„ C. III. p. 42.

a. C. 1395.

§. 7.

Imperante Paiazete fama eſt non modicam Scytharum manum 7
veniſſe in Daciam, et hinc legatos miſiſſe ad Paiazetem, qui peterent pecuniam et regionem; quibus freti tranſituri eſſent Iſtrum cum Paiazete, et bella Europae geſturi. [Qui cum veniſſent, omnes Paiazetes occidit s)].

§. 8.

a. C. 1402. t)

u) [MOSES Baiazetis filius a fratre ſuo Mechemete e Galatia] 8.
Sinopen aufugit ad Spentiarem, Turcomannum, eius vrbis principem. Cumque ab eo benigne ſuſceptus eſſet, rogauit, vt in obiectam continentem Valachiam verſus traiicere eius ope et auxilio poſſet. quod etiam facillime ab eo obtinuit, et in Valachiam v) traiecit. Ad *Vaiuodam* deinde Myltzem x) ſe confert, cui certis indiciis notum fecit, quisnam eſſet, vnde et quomodo illuc acceſſiſſet. quare Vaiuoda libertatem ei concedit ſecure per totam Valachiam eundi, et prout ei placuerit agendi facultatem. Cum vero Baſſi, qui occidentis prouincias ad Danubium ſitas regebant, Muſulmano rem totam ſcriptis litteris exponunt monentque, niſi celeriter in Thraciam tranſierit, limites imperii ſui intra Aſiam, in qua tempus terat, fixum iri; Moſen

u) CHALCOCONDYLAS: *Vt primum Muſulmanes regnare coepit, Moſes, qui dimiſſus erat a Temire rege, mari aduehebatur ad patriam regionem. Adueniens autem ad Homiris filios, Muſulmanis hoſtes — accedens quoque Sinopen et Caſtamonem, et hinc in Daciam, transmiſſo Euxino ponto perueniens, ad colloquium cum Myrxia Daciae* (*quae et Seruia*, addit hoc interpres) *praefecto venit. Inter caetera vero talis erat Moſis petitio: Si eius auxilio adiutus rex crearetur, ſe daturum ei reditus magnos in Europa, et aſſignaturum regionem non modicam. erat enim Graecorum hoſtis. Praeterea Byzantii filium Myrxae ſuſceperunt, promiſerunt-*

7. Id. p. 52.

s) Vide *Tom. III. Tatarica* §. 117.

8. DVCAS p. 48, 49. chalcocond. p. 91.

t) Annus apud Chalcond. margini adſcriptus.

v) Βλαχίαν.

x) τῷ Μυλτζῇ βοεβόδᾳ.

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1402.

ſen vero occiduas prouincias in ditionem ſuam redacturum: — Muſulmanus — Cinejtem in Bulgariam miſit, eumque vicinis Achridarum prouinciae partibus praefecit; ipſe Adrianopolin profectus, eam ingreditur. — *y)*

§. 9.

a. C 1402 — 1410.

9. [MOSES proelio a Muſulmano victus] venit in regionem Iſtro adiacentem, et conuerſatus cum *Myrdano* z) Daciae rectore, cum quo antea interuenerat familiaritas, moratus eſt iuxta Haemum, alium ex alio ſubinde locum mutans.

§. 10.

a. C. 1410. a)

10. [MECHMETES cum, adiuncto ſibi Trybalorum principe, fratrem proelio aggredi pararet], Moſes —, vt Mechmetis conſilium impediret, ne facile in Europam tranſire, eamque ſui iuris facere poſſet, ducens ſecum vniuerſum Europae exercitum, — in *Eryſorum* b) regione conſedit. [Sed breui poſt a ſuis deſeritur, et] copiis iam omnibus nudatus, cum nihil efficere poſſet, celeri fuga in Daciae regionem abire feſtinabat.

§. 11

que ſe huic et Muſulmani regnum tradituros (και ὑπεσχοντο την ἀρχην ἀυτῳ μετα Μεσελμανεω ἐπιτηδειας συγκατεργασεσθαι]. *Myrxas quidem Moſen benigne lubentique animo excipiebat, eique victum et neceſſaria promtiſſime ſuppeditabat: eidem quoque exercitum dedit. Cum autem vndique ad hunc confluerent ex Europa quotquot infenſi erant Muſulmani — expeditionem ſumſit contra fratrem, aſſumtis quotquot conuenerant. Habuit et Dacorum exercitum magnum cum prius Tainum* [Ταιν. al. lect. Τταιν] *eorum ducem ſibi conciliaſſet. His copiis inſtructus, Europam ſubegit.*

y) Chalcond. p. 52. *Moſes* [cum Muſulmane proelio congrediens] *habebat Dacos, Trybalos* &c.

9. CHALCOCOND. p. 93.

z) Interpres in marg. *Dano vel Danao, Taino, Myrxis filio.*

10. Id. p. 97.

a) Ad hunc annum Solimani [Muſulmanum Graeci vocant] caedem et initium imperii Muſae [Moſis] refert interpres Ducae, Leunclauius in Annalibus Turc. ad a. C. 1411.

b) Interpres in marg. *Myſorum*

§. 11.

a. C. 1413. c)

β) [MECHMETES cum fratre Moſe occiſo regnum eſſet adeptus], exercitibus miſſis Daciam euaſtabat. ad quem pacem petitum legatos miſit Daciae princeps, promittens ſe tributum regi penſurum, quamtumcunque imperaſſet. Pax ea conditione data eſt. 11.

§. 12.

a. C. 1415. d)

γ) MVSTAPHAS, vnus e numero filiorum Paiazetis, imitatus Moſen fratrem — cum legatos miſiſſet ad Daciae ducem, et amice ab eo foret acceptus, polliceretur que e) ſe ipſi ſuppetias laturum in regno quod aueret acquirendo, in Aſiam f) [Daciam] abire decreuit. Cum ibi g) longo tempore moratus eſſet, habens ſecum viros trecentos, haud ceſſabat ambire Turcorum optimates et ad defe- 12.

 ctio-

β) DVCAS: [Machumet imperii potitus] *legatos miſſos a Seruiis, Walachis, Bulgaris &c benigne ac clementer allocutus ad menſae ſuae ſacra admiſit, et inter compotandum ſingulis compellatis propinauit, demumque pacifice dimiſit: et reſponſum, quod referrent, tale dedit: Nunciate dominis veſtris, me pacem omnibus offerre, ab iisque oblatam amplecti. qui fraude pacem corruperit, ipſi Deus pacis infeſtus eſto.*

γ) DVCAS: [Mechmetes Caramano debellato, Adrianopoli dum moratur] *nuncios accipit, qui monent, fratrem ſuum natu minimum Muſtapham — in Walachia degere.* [Mechmetes itaque] *Thracia excedens Macedoniam intrat. Illic certior factus Muſtapham et Cineiten Iſtrum tranſiiſſe, inque Theſſaliam contendere cum Turcorum haud exiguo numero, auxiliaribusque Walachorum copiis, ipſe quoque contra illos cum toto exercitu iter dirigit* [eosque, proelio congreſſus, vincit].

11. CHALCOCOND. p. 98. Ducas p. 53.

c) Ita interpres Ducae. Leunclauius 1414.

12. CHALCOCOND. p. 108. Ducas p. 64.

d) Annus, quo ſecundum interpretem Ducae Caramanus victus eſt.

e) *Et hic polliceretur.*

f) In graeco: εἰς τὴν Δακίαν. in marg. „ al. *Europam* alii *Daciam* „.

g) Et hic interpres: *in Aſia*.

Imp. EMANVELE Pal.

a. C. 1415.

ctionem pellicere. — Muſtaphas cum coeptis parum ſuccederet, abiit ex Dacia: et res ſuas meliore ſtatu fore credebat, ſi ſe contuliſſet ad Graecos. Iracundo itaque animo relicta Dacia, per Thraciam contendebat Thermam *h*).

§. 13.

13. *δ*) Machumetes autem Walachis infenſus, eo quod aduerſum ſe in apertam rebellionem Muſtapha erupiſſet, in eos numeroſum exercitum duci iubet, qui depraedationibus et incendiis agros vaſtat, et quamplurima damna infert.

§. 14.

a. C. 1421. *i*)

14. [MECHMETES filium ſuum Muratem Amaſiae praeficere, belli que ducem aduerſus Perſas opponere neceſſarium duxit], ipſe Adrianopoli imperii ſede collocata ad coërcendos Romanos, Hunnos, Walachos, Seruios et Bulgaros in armis ſemper erat, in eo laborans vt ſubditi ſui per Aſiam et Thraciam ſecundis rebus paceque fruerentur.

§. 15.

15. [BAIAZET, Vezirus, poſt Muhammedis obitum orationem ad proceres et populum habens, inter alia], „ Audiuiſtis, inquit, nondum ſera-

δ) CHALCOCONDYLAS: [Mechmetes] *cum copias miſiſſet in Daciam, eam diripiebat, nec a Pannodacia manus abſtinuit.*

h) Horum etiam meminit Ducas p. 81, 82. [Baiazet reliquos duces contra Muſtapham excitans] *Impoſtor iſte, inquit, vt vidit, imperatorem iureiurando teneri, amicitiam — inter ipſum dominumque noſtrum ſtabilitam eſſe, aufugit in Walachiam, ibique cum Myltza, Myſorum tunc temporis duce, moratus eſt, ſeque filium Baiazetis Iltrim iactans, auxilium rogabat. quod vbi obtinuit, inops quidem et parui momenti, Theſſaliam inuadit, et latrocinia exercet —.*

13. DVCAS p. 67. Chalcocond. p. 115.

14. DVCAS p. 69.

i) Annus paulo ſuperius apud Ducam margini adſcriptus.

15. Id. p. 72, 73. et p. 76. — *Cum Romanorum regiones pacem ac tranquillitatem, vt videbatur, adeptura erant, luctus et clades Seruiis imminebant, deincepsque Bulgaris: poſtmodum Albanis finitimisque gentibus*

a. C. 1421.

exaginta annos elapſos eſſe, vel certe paulo amplius, ex quo ab Othmano genus ducentes principes, traiecto freto, Thraciam vniuerſam armis ſuis ſubegerunt: Romanorumque imperium ac Seruios tributa ſibi pendere coëgerunt. hosque non ſolum, verum etiam Walachos vltra Danubium, Hunnos, populoſasque nationes Albanos et Bulgaros. Omnes, vt verbo dicam, in ſeruitutem redactos tantis tributis oppreſſerunt, vt ipſum aerarium, ac ſtipendia non aequarent. Verum etiam ad id calamitatis compulſi ſunt, vt filias ſuas puerosque imperatoribus ſeruiliter mitterent, at qua de cauſa? clementiam ac commiſerationem erga ſe excitaturi, aerumnarumque inducias ac pacem a nobis petentes„.

§. 16.

INTER ipſos [Genitzeros] non Turcus aut Arabs reperitur; verum omnes Chriſtianorum filii, Romanorum ſcilicet, Seruiorum, Albanorum, Bulgarorum, Walachorum et Hunnorum; qui, abiurata pietate, vitae huius fruuntur deliciis, velut porci oleibus: ſimilesque canibus rabie contactis cum conſanguineis ſuis inimicitias capitales ſemper exercent. 16.

§. 17.

a. C. 1429. k)

[MVSTAPHAS, rebus imperii ſui conſtitutis,] Adrianopolin contendit. Palatium illic, quod habitauerat frater eius, Mechemetes, ingreſſus 17.

bus. — Non ſolum autem gentes innumeras, quae citra Iſtrum habitant, ſubegerunt: ſed et vltra quamplurimas, in quibus Walachi ſunt, penitus debellauere. In Hunnos, gentem numeroſiſſimam etiam penetrauerunt. Atqui in eas gentes irrumpunt non ſolum finitimi, qui nempe Thraciam, Atticam, Illyricum, Aemum montem incolunt, quique iuxta Seruiam accolunt: — ſed etiam Turci qui Phrygiam et Aſiam habitant. Quid inquam? Lycaones, — Amaſini, Cappadoces, Cares, Cilices et Lycii Danubium vsque pedes proficiſcuntur, vt latrociniis Chriſtianos deuaſtent. — His incurſionibus in Thracia vniuerſa ad Dalmatiae limites ſolitudinem fecerunt. Albanos gentem hominibus frequentiſſimam ad paucos redegerunt. Walachos pariter ac Seruios tandemque Romanos penitus deleuerunt.

16. DVCAS p. 77. Id. p. 78. haec habet: [Demetrius Leontarius cum Muſtapha filio Baiazetis Ilrim] *pactus eſt, vt Callipolin, quae in Cherſoneſo, regionesque ponto Euxino adiacentes vsque ad Walachiae limites imperatori traderent.*

17. Id. p. 87.

k) Annus margini adſcriptus.

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 1423.

greſſus, diuites ſupra modum theſauros conſequitur, aliamque immenſam ſupellectilem; veſtem, lapillos ac margaritas pretioſiſſimas: feminas quoque pulchras, pueros et iuuenes oris ac vultus decore praeſtantes, aliaque Walachiae ſpolia.

§. 18.

a. C. 1424. *l*)

18. MVSTAPHAS [ſuis a Murate proelio victis] Adrianopolin quam ociſſime contendit: ingreſſusque gazophylacium, in quo theſauri reconditi erant, pecunia ac ſupellectile, quantas auferre libuit, conuaſatis, viam Walachiam verſus, incitatis quam maxime equis, carpit.

Imp. IOANNE EMAN. *Pal.*

§. 19.

a. C. 1425—1430.

19. MVRATES — in Walachiam et Seruiam Akintzidas *m*) mittit, qui nunciarent ipſis, ſe regem proclamatum eſſe. Vndequaque igitur accedunt apocriſiarii, qui ipſi principatus initia congratularentur. Venerunt etiam a Deſpota Seruiae et Vaiuoda Walachiae *n*), cum quibus pacem firmauit.

§. 20.

20. [CINEITE a Murate debellato] Lazarus Seruiae deſpota, Danus Walachiae princeps [et alii] legatos miſerunt, de laetis fauſtisque rebus omnes ei congratulati. Fidem etiam obligauerunt, pacem amicitiamque ſe mutuo culturos.

§. 21.

a. C. 1430. *o*)

21. [TVRCHANES Muratis iuſſu] in regionem Brenezis et in Daciam iter intendit. Nec multo poſt iuſſus ire ab rege cum exercitibus

18. Id. p. 100.

l) p. 101. in margine: „Hegirae 827. Chriſti 1424. ineunte Muſtaphas necatus „.

19. Id. p. 105.

m) Ακιντζιδας, *curſores*, Turcis. Vid. Cangii Gloſſar. med. et infimae Graecitatis.

n) ἀπο Βαβοδαν Βλαχιας.

20. Id. p. 109.

21. CHALCOCONDYLAS p. 127.

o) Haec poſt Theſſalonicam a Turcis captam geſta ſunt.

bus regionem euaſtauit, et conſcriptum ibi exercitum haud paruum in fugam compulit: ex quo proelio redibat victoria memorabili illuſtris, plurimam tum mancipiorum, tum aliarum rerum vehens praedam.

CAPVT II.

Res Valachorum ſub ducibus Dano, Dracule et Dano, Maſarampae filio, geſtae;

ab a. C. 1430 — 1461.

§. 22.

a. C. 1430 [a])

PER id quoque tempus [quo Theſſalonica a Murate capta eſt [b])] Myltzae Walachiae Vaiuodae [c]) nothorum filiorum (quales multos Veneri admodum deditus ſuſceperat) vnus [d]) Conſtantinopoli exceſſit, vbi in palatio Ioannis imperatoris militari habitu degebat: et cum Walachis adoleſcentibus ad bellandum rebellandumque aptis, tunc temporis Conſtantinopoli commorantibus, familiariter verſabatur. Hunc illi in quandam arcem Walachiae abducunt: et ad eos illic congregatos multi quotidie confluunt, exercitusque potens colligitur. Leuis quippe Walachorum gens et ad ſtruendas principi ſuo inſidias inſtabili mobilique animo procliuis. 22.

§. 23.

22. DVCAS p. 112.

a) Interpres in margine.

b) Secundum Bonfinium, vt ait interpres, a. C. 1429. ſecundum alios 1430.

c) τȣ Βοεβοδα Βλαχιας Μυλτζα.

d) *Dragulius* vid. §. 24.

§. 23.

Walachis tunc imperabat DANVS, Myltzae ex fratre *Dano* etiam appellato nepos e). Ille comperto Myltzae morte, dum Murati Vrbem oppugnanti militabat f), vt qui ad manus conſerendas ſemper paratus eſſet, ad locum quendam inſidiis quaeſitum cum Turcis currit, et occaſionem hinc nactus occulte in vrbem ſe recipit. Apud imperatorem quisnam eſſet profeſſus, portis poſtea Romanis in
23. hoſtes erumpentibus ſe iungere, et aduerſus Turcos praeclara facinora edere. Soluta vrbis obſidione, ſpeque deluſo Murate, qui a ſcopo, quem intendebat, deerrauit; Danus ab imperatore miſſionem venerabundus petiit, viamque ſibi aperiri, qua ad ſuos rediret. Ipſum honorifice dimiſit imperator, et naui maxima vectum mari Pontico Aſprocaſtrum vsque transmiſit. Illic qui occurrerunt Walachiae magnates principem ſalutarunt, et occiſo Myltzae filio notho g), auito principatui eum reddiderunt. Poſtquam vero totius Walachiae dominationem adeptus eſt, ad Muratem placandum legatos mittit, qui exoratum eum habuerunt. Manſuetus quippe erat Murates, laudabilibusque moribus praeditus: cui vectigali annuo ſoluto, pace ac Walachiae imperio potiebatur Danus.

§. 24.

Sed ad DRAGVLIVM h) redeamus, eo etenim nomine, cui praui notio ineſt, cum improbus eſſet, appellabatur. Is itaque debellato Dano caput amputat, patrisque ſui principatum obtinet. Hoc facinus aegre tulit Murates: cumque Dani fratrem apud ſe haberet, ſucceſſorem principatui proclamat, et viribus inſtructum in Walachiam d mittit. Dragulius, bello adnerſus inuadentes fortiter geſto, eas in fugam vertit, omniuoque deleuit, et Dani fratre occiſo regnum obtinuit.

§. 25.

e) ἦν γὰρ Βαβοδὰς τοῦ τότε καιροῦ ὑπῆρχεν ἀνεψιὸς τοῦ Μυλτζα ὑιὸς τοῦ ἀδελφοῦ Νδανου ἐπωνομαζομένου.

f) Ad a. C. 1424. itaque, quo Amurath CP. oppugnauit, referenda ſunt, quae hic de Dano narrantur. 23. Id. p. 113.

g) An is, quem *Myrdanum* Chalcocondylas vocat? vid. ſupra §. 9.

h) DRACVLIVM ſcribit interpres, in gr. vbique Δραγκουλιος.

§. 25.

a. C. 1435. *i*)

DRAGVLIVS Walachiae Vaiuoda fretum etiam tranſuectus Pruſam ad Ameram Muratem acceſſit: veneratusque ſubditum ſe profeſſus eſt, fidemque dedit, ſe Murati, quandocunque in Hungariam mouere voluerit, tranſitum conceſſurum, et ad fines vsque Germaniae et Ruſſiae ei viam praeiturum. Tantis promiſſis motus Murates conuiuam compotoremque ad menſam ſuam admiſit: multisque donis illum ac comites plusquam trecentos honoratos amice complexus dimiſit. 24.

§. 26.

a. C. 1436. *k*)

INGRVENTE deinde [poſt pacem et affinitatem cum Seruiae deſpota Georgio iunctam] aeſtate in Hungariam Murates mouit, Danubioque ad Nicopolin traiecto, ei occurrit Dragulius, qui laetitia exſultans eum ſalutat: et coniunctis copiis, quas ducebat, Murati viae comitem ſe adiungit. Cumque quatridui itinere intra fines Hungariae eum duxiſſet, ſolitudinem inuenerunt —. [Ad Zipenum demum vrbem ab Hungaris caeſi] Turci retrocedunt, viae ſemper ductore Dragulio, a quo Murates inſidias ſibi ſtrui metuebat. Ad fluuii ripam vbi deuenerunt, iterum eum traiiciunt. — *l*) 25.

§. 27.

a. C. 1438. *m*)

DRAGVLIVS etiam per id tempus [quo Murates ambos Georgii Seruiae deſpotae filios, Amaſtrin transmiſſos, oculis priuauit] obſequium 26.

24. Id. p. 114.

i) Hoc anno bellum cum Caramano geſtum eſſe docet in marg. interpres. quae vero hic de Dragulio narrantur, paulo ante id bellum contigiſſe Ducas ait.

25. Id. p. 115.

k) In marg. „ Deſpotae filia Morati adducitur anno Hegirae 839. iuxta Annales Turcicos circa finem anni 1435. et initium 1436 „.

l) Locum integrum exhibeo *Tom. III.* in *Vngricis* §. *124*.

26. Id. p. 117.

m) Anno Hegirae 842. qui coepit a. 1438. Iunii 24. fer. 3. Seruiam ſibi ſubiecit Amurath.

Imp. 10. EMAN. Pal.

a. C. 1438.

quium ac venerationem exhibiturus Muratem adiit, qui vinctum Callipolin eum miſit, vbi turri incluſus ſub cuſtodia habetur. Ei obiiciebatur meditata proditio, dum in Hungariam expeditionis viae dux erat: alia item in eum confingebantur crimina, quorum Phadulachus [e proceribus Turcorum vnus] artifex erat. Cum vero per plures dies in illo carcere Dragulius manſiſſet, ambos filios obſides ab illo petierunt, quos adhuc impuberes ad ſe per nuncium accerſitos tradidit. Eos Nymphaeum imperator Murates transmittit, ſitum in Aſia caſtrum, mandatque vt arcte cuſtodiantur. At Dragulium, poſtquam ſacramento adactus cauit, ſe in fide nunc et in poſterum manſurum, in Walachiam dimiſit.

§. 28.

a. C. 1439. n)

27. PANNONES duce Choniate o) profecti ſunt in Daciam, et decem DANVM nomine regioni praefecerunt, Dacosque ei obtemperare iuſſerunt. Danus igitur, expulſo duce Dracule, qui ad Ianuas regis [Muratis] confugerat, Daciam obtinuit, omnesque Draculis propinquos et neceſſarios, vbicunque aliquem ſuperſtitem accipiebat, peremit. Hi duces traduntur fuiſſe filii nothi, qui Myrxae nati ſunt et quidam horum cum putarentur eſſe Myrxae filii, ab regionis incolis genere opibusque plurimum pollentibus in Daciae ducatum ſubuecti ſunt: quaſi Dacis plurimum conduceret, ſi iſti in ea regione praeeſſent, rerumque ſumma potirentur. Quorum vnum atque alterum percunctando cognoui genus et parentes: verum nomina eorum non omnibus ſignificabo p).

§. 29.

Danus ea tempeſtate a Pannonibus in Dacorum principatu collocatus, Daciam tenuit, et deinceps Pannones artiſſime coluit. Cum autem

27. CHALCOCONDYLAS p. 138.

n) Haec noſtra iis, quae de Vladiſlao Polonorum rege ab Alberti Hung. regis vidua euocato [quod a. C. 1439. factum alii docent] narrauit, ſubiungit Chalcocondylas.

o) Ita Graeci *Ioannem Huniadem* vocant.

p) ὧν δη ἕνα τε καὶ δυο ἀνακρινομενος ἑυρον, και ἐξεμαθον τε το γενος ἀυτων, και τες πατερας, ἀλλ' ὀυκ ἐξοισω ἐς τες πολλες τὄνομα ἀπογραφων.

a. C. 1439.

autem inquietaretur, ſubinde ab regis [Turcorum] ducibus prope Iſtrum collocatis, qui clam ipſius regionem populationibus diuexabant; miſſis legatis ad regem pacem orauit, quam hayd grauatim conſecutus eſt: hac tamen conditione, vt quotannis regi tributi nomine daret tria millia ſagittarum et clypeorum quatuor millia. Daciae res ita ordinans, quemadmodum ſibi commodiſſime fore rebatur, eam pulchre imperio rexit. Legatum ire iuſſit ad *Pogdaniae nigrae* q) principem, cum quo pacem fecit: cui etiam affinitas iuncta eſt, qua excitus eum enixe adiuuit in bello quod cum Dracule geſſit.

Daciae principatus in hunc modum ab nouo principe reformatus et inſtructus eſt.

§. 30.

a. C. 1442.

AMVRATES Mechmetis filius poſt expeditionem r), quam contra Caramanum ſumſerat, bellum Dacis intulit, volens Draculis filium ſuo reſtituere principatui. Egreſſus autem regia copiis inſtructus, accepit Caramanum nouarum rerum cupidum defectionem animo agitare. — Mutato [itaque] conſilio coeptam expeditionem omiſit, et bellum omne in Caramanum auertit. 28.

§. 31.

a. C. 1443. s)

[BELLO a rege Hungarorum Vladiſlao contra Turcos decreto, Ioannes Huniades] comparauit — exercitum quam potuit maximum: 29.

 et

q) Interpres in margine, *Podoſiae.*

28. Id. p. 149.

r) Eam puto, cuius ſub, a. C. 1442. meminit Leunclauius in Annal. Turc. p. 327.

29. CHALCOCONDYLAS p. 162. 167. Ducas p. 122. qui haec tantum habet: [Pace facta Amurates] *filios etiam excaecatos ei* [Seruiae deſpotae] *remiſit. Dragulio etiam ſuos, quos carcere clauſos tenebat, reddidit.* Loca integra in *Vngricis* adfero.

s) In margine: „ Iuxta Annales Turc. Anno Hegirae 847. qui coepit a. C. 1443. Kal. Maii fer. IV „

Imp. 10.
EMAN. *Pal.*

a. C. 1443.

et in belli ſocietatem adhibuit DRACVLEM, Dacorum principem, at Trybalorum principem Georgium, qui itineris dux erat —. [Pace poſtea, Georgio Seruiae deſpota intercedente, facta] Dacis imperatur, vt ſint regis [Turcorum] tributarii, quemadmodum regio foedere, quod iam ante interceſſerat, continebatur. ʻPraeterea vt pertinerent, quemadmodum hactenus, ad Pannones [ss].

§. 32.

30. CONSTANTINVS cognomento Dragaſis, propemodum vniuerſam Peloponneſum — obtinuit —. Pindum quoque, (quem hodie Mezzono appellant [t]) occupauit. Hunc montem *Blaci* [v] incolunt, quibus eadem cum Dacis eſt lingua: nec quicquam ab Dacis, qui Iſtrum accolunt, differre cognoſcuntur. Aduenientes igitur ad iſtum ducem, ſemetipſos ei dediderunt, et deinceps bellum gerebant cum Turcis in Theſſalia habitantibus, accipientes ducem ab Peloponneſiaco principe.

§. 33.

a. C. 1444. [x]

31. [a]) [HVNGARI bello contra Turcos renouato] adhibuerunt in belli ſocietatem Dacos et Draculem [y], Myrxis (ſiue Marci [z]) filium, qui ipſe aderat promtus et auxiliaris, ad bellum offerens decem

a) DVCAS: *Appetente deinde vere ab Hungariae finibus ſpeculatores venerunt, qui nouo imperatori* [Mechemeti] — *nunciant, Hungarorum et Walachorum ingens agmen ad Danubii ripas conuenire.* Hic nihil praeterea de Walachis.

ss) και ες τες Παιονας τελᾶν, ᾗ το προσθεν ἐχοντες διετελεν.

30. Id. p. 168. Conſtantinus Dragaſis ſi idem eſt, quem Chalcocondylas alio loco (vid. *Seruica* §. *279.*) *Dragaſem Zarci F.* vocat, haec noſtra diu ante contigerunt.

t) Addit haec interpres.

v) Βλαχοι. cf. *Bulgarica* §. *272. not.* et §. *281.*

31. CHALCOCOND. p. 171, 172. 176. 178. Duc. p. 123. cf. *Vngrica* §. *145*, *146. 150, 151.*

x) Interpres Ducae in margine.

y) Quando et cuius auxilio Dracules in principatum reſtitutus ſit, Scriptores Byz. non dicunt.

z) In graeco non legitur.

cum millia equitum. — Vladiſlaus — Iſtrum traiecit, et ibi caſtrametatus eſt iuxta Euxini maritimam *Dobroditiam*, Bulgarorum regionem. [Acie ad Varnam inſtructa] Pannones in dextro, Daci in ſiniſtro curabant cornu. [Proelio ibi inito] Daci inter pugnae tumultum cum cernerent Albanos in fugam effuſos, nec ſibi temperarunt: verum in regios theſauros conuerſi, eos et regni opes diripuerunt, nec non regium cubiculum, interfectis camelis, cum ſeſe ad iſtam rem mutuo vsque cohortarentur. Occupati iſto opere cum eſſent, praedandique iam obrepſiſſet ſatietas, haud in proelium redibant, nec vlli parere volebant, ſed in caſtra ſua reuertebantur. [Vladiſlao vero rege a Turcis occiſo] non ad caſtra properabant, verum recta ad Iſtrum contendebant Choniates et Daci. — Daci etiam aliquot [in hoc proelio] deſiderati ſunt [a].

§. 34.

Ioannes (Huniades [b]) cum ad Iſtrum veniſſet, exercitusque traduxiſſet, diſperſi ſunt milites. Cum ipſe ſtipatus paucis incederet, captus eſt ab ſuo hoſte Dracule Dacorum principe. Nam Choniates antea huic inter Pannones aduerſatus erat, in conſpectu regis Vladiſlai: et iter faciens ex Dacia et Iſtrum tranſiens cum copiis, vrbes eius diripiebat. Praeterea detulit eum apud regem Vladiſlaum, quaſi faueret Turcis, et res Amuratis ſedulo adiuuaret, ſubinde Pannonum conſilia iis ſignificando. Verum Dracules in eum irruit ira percitus, 32.
quaſi eum interfecturus. Sed pecunia tantum effecit, vt incolumis dimitteretur, et inuiolatus. Quum autem iret per Daciam, captus eſt a Dracule, a quo in carcerem coniectus eſt, eum vlciſci in animum cum induxiſſet.

Pannones in patriam reuerſi, cum accepiſſent, Ioannem eſſe captum, id graue et intolerandum iudicabant. Haud enim ferendum cenſebant, vt vir Pannonius et in dignitate collocatus ab Dracule caperetur. Quapropter miſerunt legatos, qui iuberent vt dimitteret Ioannem. Sin minus, ſciret, ſe eum pro hoſte habituros, et cum vniuerſis copiis ſuis contra ipſum profecturos. Haec cum nunciarentur a Pannonibus, ſibi ſuisque metuens Dracules, 'ne quid furioſius conſulta-

a) p. 179. additur: *In diſceſſu etiam plurimi Daci amiſſi ſunt.* 32. CHALCOCOND. p. 179.

b) Interpres hanc vocem addit, vt et infra aliquoties *Choniates*, vbi nomen in Gr. plane omittitur.

Imp. IO. EMAN. *Pal.*

a. C. 1444.

ſultarent, et hoſtiliter accedentes virum vi eriperent c), Choniatem dimittere decreuit. 'enigneque eum tractans, haud ceſſauit eum comitari per Praſobum Ardelium d) vsque ad Pannones.

§. 35.

Draculem autem haud multo poſt Choniates, cum expeditionem pro Dano Daciae principe ſuſcepit, vna cum filio peremit. 'Nam conſcripto exercitu, DANVM *Maſarempis* filium in Daciam reducere parabat. At Dacules vna cum filio repugnare hoſtibus ſtatuebat, et praeparabantur ambo ad proelium. Et iam ille deſcenderat in aciem e). Cumque acies vtrinque inſtructae conſtitiſſent et poſcerent proelium, Daci relicto Myrxae filio ad Danum ex acie transfugerant. Qui vbi vidit, ſe relicto Dacos tranſire ad Danum, fugam inibat; quem fuga ſibi conſulentem Danus quam fortiſſime perſecutus eſt, comprehendensque Draculem vna cum filio, vtrumque trucidauit. In hunc modum rebus geſtis redibat domum.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

§. 36.

a. C. 1448. f)

33 [HVNGARI cum rurſum contra Turcos mouerent arma,] in caſtris Choniatis erant quadraginta millia peditum, tam ab Pannonibus, quam ab Dacis allecti. — [Acie in Coſobo campo inſtructa] dextrum cornu tenuere Pannonum praefecti, — ſiniſtro cornu praefuit Danus Choniatis amicus, quem in Daciae principatum produxit odio Draculis, quem Daciae principatu deturbauit, et in eius locum ſubſtituit Danum

c) μη νεωτερον τι βεληθεντες περι τον ἀνδρα, ἐξελωσιν ἀυτον ἐπιοντες οἱ Παιόνες.

d) i. e. *Tranſſyluaniam*, De hac Chalcocondylas p. 134. *Pannodacia Ardelium nominatur* —. *Lingua vtuntur* [Ardelii incolae] *partim Dacorum et partim Pannonum*. Plura vide in *Vngricis*.

e) ὡς γαρ ςρατευμα συναγαρων, κατηγαγεν ἐς Δακιαν τον Δανον [al. Δανε] τον Μυσαρμπα [al. τε Σαρμπα] παιδα Εκτεπιε και Αμυρξε. ὄντες παις συν τῳ παιδι ἀυτε, και παρεταισσετο ὡς ἐς μαχην. In margine adſcribitur: „ Locus ſuſpectus et Latina verſio aliquantum quoque diſcrepat „. Caeterum hic Danus idem eſſe videtur, cuius ſupra §. 28, 29. mentio eſt facta.

33. CHALCOCOND. p. 188, 189.

f) Annus in margine appoſitus p. 191.

Danum, cui Dacos parere iuſſit. Hunc in id bellum ſecuta erant octo millia Dacorum. — [Proelio inito] Daci cum vidiſſent, 34.
Turcos impigre praeter ſpem rem gerere, et ſibi hinc plurimum periculi imminere, huiusmodi conſilium ceperunt. Nam nullam mali liberationem videbant, etiamſi incolumes ex eo proelio euaſiſſent. Nec etiam in iurisiurandi religione aliquam ſpem ponebant, quominus regi poenas luerent iniuriarum, quibus ipſum affeciſſent, quod in ea expeditione ſocia arma iunxiſſent Pannonibus. Videbatur igitur in praeſenti tumultu conſultiſſimum fore, nuncium mittere ad regem Amuratem, et cum eo in gratiam redire. Traditis namque armis, teſtabantur ſe in poſterum regi hoſpites et amicos fore.

§. 37.

In hanc ſententiam cum omnes conceſſiſſent, nuncius ad regem 35.
miſſus eſt. Hic cum veniſſet ad Ianuas, huiusmodi orationem habuit: „O rex, Daci miſerunt me in conſpectum tuum, vt pacem veniamque delictorum, quae in te et in regnum tuum commiſere, orem. Teſtantur quoque, ſe nunquam quid nouarum rerum ſua ſponte molitos fuiſſe in te et regnum tuum, niſi Pannones eam neceſſitatem iniecíſſent, iubentes imo cógentes, vt coniunctis copiis expeditionem iſtam ſuſciperent. Nunc igitur ſupplices petunt, velis eos exaudire et pacem dare; promittunt, ſe tibi bellum praeſens ex animi tui ſententia confecturos, et profecturos tecum in militiam deinceps, vbicumque tibi vſui eſſe poterunt „.

Haec cum expoſuiſſet nuncius. Chaliles, regiae domus princeps [h]) in hunc modum reſpondit: „ Sed vos, o Daci, ſcitis profecto, quanta ſit fueritque iam ab initio, potentia regis: et quoniam nunc in neceſſitatis articulo adeſtis, foedusque nobiscum iuitis citra dolum et fraudem, amici eritis in poſterum. Si quid eorum, quae promittitis, feceritis, gratiam referentes regi, ſcitote, quod eum beneficiis nunquam vincere poteritis. Arma autem, ite, et confeſtim huc tradite

g) Conf. *Vngrica §. 153—159.*
34. Id. p. 193.
35. Id. p. 194.

h) Χαλιλης [interpres hic et infra *Chatites*] ὁ Πρυτανις τȣ οἰκȣ τȣ βασιλεως.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

a. C. 1448.

dite,. Chalіles haec locutus eſt, dicens, ſe ea dicere ex ſententia regis, eumque dimiſit.

§. 38.

Daci, cum reuerſus eſſet nuncius, et quae mandata accepiſſet a Chalile ex mandato regis, enarraſſet: continuo defecerunt a Pannonibus, et, ab iis ſeparati, venerunt quam proxime ad Ianuas regis. Hic cum otioſi ſtarent, putabant, ſe gratiam hanc referre regi, quod eum in praeſenti neceſſitate adiuuarent. Sperabant quoque, ſe munera et veſtes ab rege accepturos propter id beneficium. Rex autem, cum in proximo conſiſterent Daci, putans ne id facerent ex compoſito, pacti prius cum Pannonibus vt ſibi aliquid mali inferrent [i], accerſit Europae ducem (quem Baſſam Romaniae vocant [k]) habentem milites circiter viginti mille. Qui vt aduenit, quemadmodum praeceptum erat, iuſſus eſt circumdare corona Dacos, omnesque trucidare, nulli parcens. Daci quoque arma tenentes, ad reſiſtendum accingebantur. Nolebat enim rex, vt, traditis armis, inermes interficerentur: verum, armatos poenas delictorum dare eos, volebat. In hunc modum miſerabiliter, vt quorum nulla ratio haberetur, peribant.

Pannones cum conſpicati eſſent Dacorum tranſitionem, primo mirabantur, quid haec ſibi vellent. Vt compererunt, Dacos in hunc modum reconciliatos eſſe regi, grauiter ſuccenſuere, quod turpiter

36. admodum deſtituiſſent amicos ſuos. Verum haud multo poſt, vbi animaduerterunt, vniuerſos, nullo eorum reſpectu habito, crudeliter interire admiratione figebantur, cogitantes regis ſententiam, videlicet quod non deſideraret huiusmodi ſocios et auxiliares. Proinde plurimi faciebant, ſi quamprimum abſced re poſſent. -- Caeſi ſunt in iſto proelio — Pannonum et Dacorum decem et ſeptem millia [l].

§. 39.

a. C. 1453.

37. BOMBARDARIVS regis [Mechmetis, cum CP. oppugnaret] nomine

i) νομισας μητινι δολῳ ταυτα συνθεμενοι, προιςχομενοι ἀυτῳ κακον τι διανοοιντο ἐργαζεσθαι, συνθεμενοι τοις Παιοσι.

k) Interpres addit.

36. Id. p. 195.

l) Interpres in margine reponit 800. Reliqua vide in *Vngricis* §. 159. ſeqq.

37. CHALCOCOND. p. 204.

Imp. CONSTATINO Pal.

a. C. 1453.

mine *Orbanus* genere Dacus erat, et antea conuerſatus erat cum Graecis. Deinde relinquens Graecos inopia rei familiaris acceſſerat Ianuas regis. Hic, ab rege conductus magno pretio, bombardas comparabat.

Imp. MVHAMMEDE II. a. M. 6969.

§. 40.

a. C. 1461.

ANNO 6969. claſſem biremium triremiumque circiter ducentarum nauiumque decem apparauit [Mechmetes] —. Huius expeditionis fama non ſolum qui Lycoſtomium incolunt Walachi, ſed et Caphatini, Trapezuntii — territi erant. 38.

CAPVT III.

Imperium Bladi, eius cum Turcis bellum; fuga; initium imperii Draculis fratris Bladi;

a. C. 1462.

§. 41.

a. C. 1462. [a]

EA autem, quae ſequebatur, [poſtquam Trapezuntem cepere Turci] hieme in regni ſede manens [Mechmetes], 'vocabat BLADVM, Draculis filium, ducem Daciae [b]. Nam huius fratrem iuniorem apud ſe habebat, eoque per amorem turpiter abutebatur, et in ſuum conuictum adhibebat. Diſcordia autem vehemens inter regem et 39.

38. DVCAS p. 192, 193.

39. CHALCOCOND. p. 265.

a) Hoc quidem anno [a. M. 6970.] Bladum ad ſe venire iuſſit Muhammedes, vt Ducas docet, vid. infra §. 44.

b) μετεπεμπετο Βλαδον, τον Δρακυλεω παιδα, Δακιας ἡγεμονα.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

et puerum iſtum exorta eſt, cum primo eum ſibi turpi amore flagranti obnoxium eſſe vellet. Nam cum primum veniſſet in regiam, ablegatus eſt ad Caramanum, quia regem propemodum interfecerat. Cum enim amore ardens puerum vocaret ad coitum, eumque illecebris et praebibendo delinire ſatageret, poſtremo in cubiculum accerſitus eſt. Puer, cum putaret, ſe nihil huiusmodi ab rege paſſurum, praeter ſpem cernit, regem in turpe hoc facinus velle prorumpere. Verum puer reluctabatur, nec regem admittebat. Rex vero oſcula figebat repugnanti et inuito puero. Puer igitur vagina gladium extrahit: regis femur grauiter vulnerat: et celeri fuga continuo ſibi conſuluit. Chirurgi autem vulnus regis curabant. Puer vero, conſcenſa arbore, ibidem occultabatur. Vt autem rex, collectis omnibus, diſceſſerat, etiam puer deſcendens ex arbore, et iter faciens, non multo poſt rediit in Ianuas regis, eiusque concubinus factus eſt. —

§. 42.

Verum haud multo poſt pueri huius fratri, quem Bladum nominant, Daciae principatum rex permiſit. Opera igitur regis adiutus accedens Bladus, Draculis filius, principatum Daciae occupauit. Vbi primum in principatum promotus eſt, haſtatos delegit, quos in con-
40. uictum adhibens, corporis ſui cuſtodes deſignauit. Deinde vocans ſingulos, qui in ea regione dignitate excellere videbantur, quosque putabat, ſi dux mutandus eſſet, proditionis conſilia agitaturos: hos, inquam, omnes cum tota familia leto dedit et palis affixit, nec liberis, vxoribus famulisque eorum parcens. Adeo vir ille maximam omnium quos nouimus, caedem et ſtragem hominum fecit. Nam vt ſibi conſtabiliret Daciae principatum, fertur occidiſſe breui tempore circiter viginti millia virorum, et mulierum puerorumque.

§. 43.

Cum autem pulchros et egregios quosdam delegiſſet milites et ſatellites, eos donabat opibus et diuitiis, nec non reliqua felicitate, quam ex caede illorum acquiſiuiſſet. Itaque breui tempore vir ille innouationem et mutationem Daciae rebus induxit maximam. Praeterea Pannones non paucos, quorum intereſſe putabat, vt res Daciae quoquo

40. Id. p. 266.

quoque modo bene haberent, nulli parcens, tributo maximo onerabat c). Cum crederet, Daciae principatum iam ſatis firmum et tutum eſſe, conſilium capiebat, quomodo ab rege deſciſceret. ‘Sententia autem Dacorum grauiter Bladum angebat. Timebat enim, ſi ipſe, confirmato nunc Daciae principatu, quid contra regem molitus fuiſſet, vt negotia ſibi faceſſerent Daci d), adducentes Pannones ſocios et auxiliares. Haec quidem in hunc modum acta ſunt.

§. 44.

a) Ea autem hieme vt nunciatum eſt regi, Bladum nouarum 41.
rerum eſſe cupidum, et deliberare, qua ratione a ſe deficeret, et conuerſum ad Pannones, cum iis foedere interpoſito ſocietatem coiuiſſe; haec, inquam, accipiens, valde viro indignatus eſt. Miſit itaque virum ſatis ſpectatum Ianuarum ſcribam, virum Graecum, ad Bladum, qui hunc moneret, vt ad Ianuas accederet. ‘Quod ſi veniret, fore, vt maximam gratiam iniret apud regem. Praeterea bona plurima ferens nunquam beneficiis regem ſuperare poſſet, ſi rebus regis fauere pergeret. Cum huiusmodi mandatis Catabolinum ſcribam Ianu-

DVCAS: *Anno 6970. Walachiae Vaiuodae per apocriſiarium iniungit* [Mechemetes], *vt ad ſe venerandum promte ac diligenter accedat, adoleſcentes quingentos adducat, annuumque tributum aureorum nummorum decem millia afferat. Reſpondet Walachus, ſe nummos aureos ſoluendo paratos habere, adoleſcentes vero tradere non poſſe: impoſſibili porro propius eſſe, vt ipſe ad adorandum abeat. His auditis, tyrannus exaſperatus illuſtrium procerum quendam comite adiuncto ſecretario deſtinat, mandatque vt tributum afferant, caeteris ſe proſpecturum eſſe. Iſti cum in Walachiam perueniſſent, quae in mandatis habebant Vaiuodae nunciant. At ille comprehenſos mortis inhumano acerboque genere, palo per anum transfixos affecit.*

c) καὶ Παίονας τε οὐκ ὀλίγους, οἷς μετανοίᾳ ἔδοξε ὅτῳ οὖν τῶν πραγμάτων, καὶ τούτου οὐδενὸς φειδόμενος, φόρον [in vno ſuperſcriptum φόνον] δὲ μέγιστον ἀργάζετο.

d) ἐτιμωρεῖτο μέντοι τοὺς ἄνδρας τοὺς γνώμῃ τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν αὐτῷ κρατήνοι τὴν ἀρχήν, καὶ μὴ μεταστάντων αὖθις τῶν τῆς Δακίας ἀνδρῶν πρωτευόντων, πράγματα ἔχοι.

41. CHALCOCOND. p. 266, 467. Ducas p. 194.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

nuarum ad Bladum proficiſci iubet. Chamuzae vero, quem Hieracophorum nominabant, qui apud ſtrum latuit, vt adminiſtraret ſuo imperio regionem non modicam, et Bidinae praeeſſet, praecepit, vt clam, ſi dolo poſſet, Bladum ad ſe perduceret. Addebat, ſe ei gratificaturum quam maxime, ſeu dolo, ſeu alio quouis modo iſtum virum cepiſſet.

§. 45.

Chamuzes igitur vna cum ſcriba conſilia tractabat, qua ratione imperata opportune ad rem conferrent. Viſum igitur eſt hoc eſſe conſultiſſimum, vt comitanti Blado ſcribam in ſua regione inſidias ponerent, eumque hoc modo per inſidias exciperent. Sed conuenit, vt ſcriba, quando vellet redire ad regem, ſignificaret. Scriba, quemadmodum decretum erat, fecit: et horam, qua abiturus eſſet ad regem, comitante Blado, indicauit. Quapropter inſidias eo loci, quo profecturus erat, Blado ſtruxit Chamuzes. Bladus itaque armatus cum ſuis proſequens ſcribam et Ianuarum ducem, in inſidias praecipitatus eſt. Quas vbi cognouit, ſuos illico exhortatione firmauit, et miniſtros capit Chamuzes f) autem accedens, pugnauit perquam fortiter. Tandem Chamuzem in fugam verſum capit: et reliquis fugientibus, euenit, vt non multi perirent. Hos igitur omnes, quos viuos comprehenderat, abduxit, et palis affixit. caeterum antequam capitali ſupplicio ſubderentur, mutilati ſunt, extremis corporis partibus praeciſis. Chamuzem altiori, quam reliquos, cruci affixit. Hoc autem ideo factum eſt a Blado, vt ſuis exemplum proponeret, ne quando ſimilia tentarent, quaſi ſimilia paſſuri.

§. 46.

β) His ita geſtis, exercitum conſcripſit quam potuit maximum, et illico ad Iſtrum raptim agmen duxit: quem traiiciens, venit in loca

β) DVCAS: *Superato deinde Danubio copiis ſecum ductis in Dyſtrae regionem excurrit, turbamque infimae plebis captiuam in Wala-*

e) ἀχαρι μεν ὀυδεν προς βασιλεα πασεται, ἀγαθα δε και ἐυνοιαν ἀνακτωμενος, ὀυχ ὑπερβαλεται ἀυτον βασιλεα, ἐυνοων ἐς τα τȣ βασιλεως πραγματα.

f) Idem eſſe videtur, quem Ducas Chamzam vocat. qui praeterea haec alio ordine narrat.

loca Iſtro finitima, et in regionem regis: quam vno impetu, caeſis liberis et mulieribus, miſere euaſtauit. Domos villasque incendit, vbi umque potuit, ignem iniiciens. Cum autem caedem feciſſet maximam, tandem reuerſus eſt in Daciam.

§. 47.

Haec vt allata ſunt ad regem Mechmetem, nempe legatos ſuos foede a Blado Daciae duce peremtos, et Chamuzem, virum inter Ianuas primarium, adeo contemtim et ignominioſe periiſſe, dolorem et moerorem regi mouerunt, quemadmodum veriſimile eſt. Illud autem longe grauiſſimum ducebat, ſi deſpiceret viros tantos talesque, quos amiſiſſet, nec vltionem exigeret, praeſertim cum eo iniuriarum et contumeliae proceſſiſſet Bladus, vt nec ab legatis violandis abſtinuerit. Dolebat praeterea regi, Bladum Iſtro transmiſſo magna manu ſuam regionem incendiſſe, et magna ſuorum caede edita, in Daciam rediiſſe. Verum, quod tanta crudelitate legatos ſuos tractaſſet, reliquis maius et atrocius iudicabat. Itaque edixit, annuncians optimatibus ſuis et aliis, vt, quam pulcherrime armis inſtructi, cum exercitibus adueniant, atque vna ſecum in militiam proficiſcantur. Et quidem hoc pacto expeditionem contra Dacos ſuſcepit rex.

Ferunt praeterea, Machumutem ducem, antequam caedes legatorum et Chamuzis praefecti, et regionis incendium nunciarentur, iudicaſſe regi, quae feciſſent Daci viris regiis. Quibus auditis, grauiter indignatus eſt: etiam viro, qui haec expoſuerat, verbera inflixit — 42.

§. 48.

chiam traiecit: quos omnes eodem mortis genere, pali trans fixione, plecti iuſſit. Finibus illis a tyranno quidam dux praefectusque conſtitutus, egregio aliquo facinore fortem ſe ac bellicoſum approbare cupiens, ductis Turcorum decem millibus in Walachiam traiecit: cum iſtis Walachus manus conſerit ac pugnat, et inter pugnandum partim internecione delet, partim viuos capit; quos omnes eorumque ducem Chamzam acerba pali poena damnatos necauit.

42. CHALCOCOND. p. 268. DUC. p. 194.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1462.

§. 48.

γ) Rex igitur per vniuerſum regnum dimittens praecones, edixit, vt exercitus bene inſtructi et armati ad ſe adueniant, equites praeterea omnes ad hanc expeditionem exciuit — g).

Copiae vniuerſae regis cum inſtructae conueniſſent, primo vere profectus eſt contra Daciam. Tradunt, hunc exercitum regis fuiſſe maximum, et ſecundum magnitudine ei, quem contra Byzantium duxtarat iſte rex. Verum conſtat, illum exercitum fuiſſe reliquis pulchriorem, et plurimum momenti tum in armis, tum in reliquo belli apparatu habuiſſe. Eo autem tempore in armis habuit rex circiter viginti quinque myriades hominum. Huius numeri facile iniri poteſt ratio ex Iſtri traiectu. nam publicani Iſtri traiectum emerant a rege, numerantes triginta myriadas aureorum ſtaterum: interim tamen conſtat, eos opes maximas eſſe lucratos. Per continentem deinde exercitus profectus ab Philippopoli. Implens vero triremes circiter viginti quinque et naues circiter centum et quinquaginta, mari recta ſubuectus eſt ad Iſtrum, quaſi iter facturus per Bidenam. Iuſſit tamen, vt iſtae naues per Euxinum pontum ad Iſtrum contenderent. Et quidem [claſſis gg)] iſta, quemadmodum praeceperat rex, per Pontum ferebatur in Iſtri oſtium. Vbi Iſtri oram attigit, aduerſo flumine nauigauit Bidenam: vbicumque egrediebatur nauibus, incendebant aedificia, et comburebant. Prailabum vrbem Dacorum, quae totius Daciae forum erat celeberrimum, iniecto igne concremarunt. Pleraque autem iſtius regionis aedificia lignea ſunt, hinc fit, vt facile ignem admittant. 43.

2§. 49.

γ) DVCAS: *His compertis animi vertigine et aeſtu circumactus tyrannus, copias vndequaque ad centum quinquaginta militum millia contrahit: per tempus vernum Adrianopoli profectus ad Danubii ripam venit: ibique caſtris poſitis, donec vniuerſae copiae ſe coniunxiſſent, ſubſtitit.*

43. CHALCOCOND. p. 269. Duc. p. 195.

g) Sequuntur quaedam de nunciis regiis, quos Turci *Vlacidas* [Οὐλακίδας] vocant.

gg) ὁ στόλος. omiſit interpres.

a. C. 1462.

§. 49.

g) Daci vbi acceperunt, regem cum copiis aduerſum ſe pergere, liberos et vxores collocarunt quasdam in montem Praſobum, quasdam in oppidulum nomine ***, quod circulo velut circumiens muniebat et cuſtodiebat. Etiam palus ſiue locus paluſtris id oppidulum vel inprimis et tutiſſimum et munitiſſimum praeſtabat. Quasdam praeterea abdidere in querceta regionis, quae tranſire difficile eſt viro peregrino, qui non ſit indigena. Denſiſſima enim ſunt, et arboribus conſita denſis plerumque inacceſſa et inuia ſunt. Mulieres quidem et liberos, quemadmodum dixi, in loca tuta contraxere.

§. 50.

Viri vero in vnum collecti ſequebantur Bladum ducem: qui ſecernens vniuerſum exercitum in duas partes, alteram quidem ipſe detinuit, alteram vero ire iuſſit contra Nigrae Pogdaniae principem: vt, ſi is conaretur in Daciam irruere, fortiter reſiſterent, nec omitterent in eius regionem hoſtilem incurſionem facere. Nam inimicitiae interceſſerant inter Nigrae Pogdaniae *h*) principem et Bladum. Quapropter bellum inter ipſos ardebat. Cuius haec cauſa perhibetur. Princeps Nigrae Pogdaniae, miſſis legatis, hortabatur regem Mechmetem ad bellum inferendum Blado: quem quo magis moueret, pollicebatur, ſe ſuas copias eius copiis iuncturum. Regi grata erant, quae princeps iſte afferebat Proinde iuſſit, vt promiſſa ad rem conferret, et exercitum ſuum adderet nauarcho prope flumen, et iuncto Marte obſiderent *Celium* *i*), vrbem Bladi ſic dictam, et in ora flumi-

g) Id.: *Walachus interea omnes ſubditos ſuos in arcta loca ſiluisque obſita migrare iuſſit. Agrisque vaſtatis pecudes caeteraque animalia ad partes interiores Alanorum Hunnorumque fines abegit: ſe vero ac exercitum intra ſiluas denſas, tutis locis occupatis, continuit.* reliqua vide ad §. 57.

h) μελαινης Πογδανιας, interpres in margine, *Pogdoliae.* in marg. *Lycoſtomos olim* [cfr. ſupra §. 38.] *hodie Kilia.*

i) Κελιον, in vno Κελλ. interpres

fluminis ſitam. At princeps ille, vbi animum regis intellexit, conſcripto exercitu de regione ſua, pergebat ad claſſem regis, vt prope Celium vrbem adiungeretur regio nauarcho. Quo facto, vterque vrbem eam oppugnabant. Cumque eam capere annisi eſſent diebus ſane plurimis, tandem repulſi ſunt inde, amiſſis paucis. Cumque vrbis oppugnatio parum procederet, vterque abiit. Niger Pogdanus *k*) proficiſcebatur quaſi populaturus Dacorum regionem; verum inhibitus eſt ab ea exercitus parte, quae oppoſita ei fuerat, vt defenderet regionem, ne hoſtilia ab Pogdano pateretur.

§. 51.

Bladus cum maiore exercitus parte iter faciebat per ſiluas glandiferas, exploraturus, quanam contenderet regis exercitus.

Rex cum traieciſſet copias Iſtrum, Dacorum regionem ingreſſus eſt: nec tamen eam populationibus vrebat: nam, ne id fieret, prohibuerat. Caeterum inſtructo et compoſito agmine ibat ad eam vrbem, in quam Daci exponentes liberos et vxores, ſequebantur re-
44 gem per querceta. Si qui longius ab agmine regis fuerant progreſſi, ab Dacis excipiebantur, et extemplo peribant. Rex, cum nunciaretur, neminem accedere, qui proelii poteſtatem faceret, praeterea nec a Pannonibus Blado auxilii quicquam eſſe, hoſtem contemnebat, et vallo communire caſtra negligebat, quamuis ea in patente campo locaſſet.

§. 52.

Bladus, vbi accepit ex nunciis, hoſtes accedere infeſto agmine, nuncium miſit ad Pannones, talia dicentem: „ O viri Pannones, vos, non dubito, ſcitis, regionem noſtram veſtrae eſſe finitimam, et vtrique habitamus affuſi Iſtro. Nunc autem, ni fallor, accepiſtis, Turcorum regem magna manu accedere, vt arma nobis inferat. Si nunc Daciam vaſtarit, ſibique ſubegerit, ſcitote, haud ceſſabit tanto cardine rerum: verum continuo arma hoſtilia ad vos circumferet.

Nec

k) ὁ μέλας Πογδάνος. In vno Μαγδάνος.

44. CHALCOCOND. p. 270.

Imp. MV-HAMMEDI II.

Nec dubito, quin maxima hinc pericula veſtram regionem incolentibus immineant. Tempus igitur nunc poſtulat, vt nobis auxilio ſitis, vt exercitum hoſtilem quamprimum e regione propulſemus. Nec exſpectandum cenſeo, donec regionem noſtram contuderit, et penitus euaſtarit, et gentem noſtram ſibi ſubiugarit. 'Etiam ducis noſtri fratrem minorem rex habet: hunc principem Valachiae conſtituit. At opera danda eſt, ne ei ſingula ex ſententia ſuccedant l). Nam Bladi fratrem iuniorem, cum arma contra Daciam vibraret, rex maximis ſtudiis coluit, magnisque honoribus affecit: opibus et veſtitu pretioſo multo eum virum donauit, hunc iuſſit ſermones ſerere cum Dacorum proceribus, vt ipſe tandem potiretur rerum ſumma. Quapropter cum breui in magnam dignitatem ſit promotus, vt pareret regi, imperata fecit, et Daciae proceres tentauit. Nec tamen quicquam adhuc efficere potuit: verum repulſus eſt „.

Pannones cum haec audirent ex nuncio, dictis obtemperarunt, et promti erant omnes, vt Dacis ſuppetias ferrent, et hoſti quam fortiſſime reſiſterent. Delectu igitur habito, conſcripſerunt exercitum. His quidem Pannones erant occupati.

§. 53.

Rex autem hoſtili animo cum exercitu procedens, quacumque proficiſcebatur, vicos incendebat, pecora diripiebat, quaecumque caſus obtuliſſet. Equites regii mancipia pauca in caſtra ducebant: verum magis ipſi interibant, ſi quando ab agmine incautius auulſi fuerant. Ferunt, Bladum ipſum in regis caſtra ſpeculatorem veniſſe, et ſingula praeſentem conſideraſſe. Non tamen mihi veriſimile videtur, Bladum voluiſſe tanto ſe committere periculo, cum plurimis potuerit, qui praeſto erant, vti ſpeculatoribus. 'Sed forſitan id confictum eſt m), vt viri audacia inſignior oſtentaretur. Verum tamen 45. Bla-

l) εἶχε δὲ καὶ τοῦ ἡγεμόνος τοῦ ἡμετέρου ἀδελφὸν νεανίαν, ὡς τε καθιστάντα αὐτὸν ἡγεμόνα ἐς τὴν Βλαχίαν, ἣν τι μὴ προχωροίη αὐτῷ ἑκάστῳ [f. ἕκαστα] κατὰ νοῦν.

m) Supplet haec, quae ad ſenſum in graeco deeſſe videbantur, interpres.

45. Id. p. 271.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1462.

Bladus interdiu accedebat quam proxime ad hoſtilia caſtra, et tentoria militum regisque, nec non forum contemplabatur.

§. 54.

Bladus habebat equites pauciores quam decem mille. Sunt tamen, qui tradunt, eum non plures quam ſeptem mille equites duxiſſe. His confiſus, ſub primam noctis vigiliam aduenit, et in regia caſtra impetum dedit. Primo terror ingens in caſtris obortus eſt. Nam regii milites putabant, exercitum magnum et alienigenum peregrinumque ſibi incumbere. Idem credebat et rex. Proinde praeſentem intentabant viris omnia mortem: adeo magnum inopina illa et improuiſa oppreſſio incuſſerat terrorem. 'Lampades enim et cornua irruptionem ſignificabant n). Verum regia caſtra non alio translata ſunt, ſed in eo loco, quem occuparant primo, immota manſerunt. Turcis enim conſuetudo eſt, vt nocturno tempore caſtra nequaquam moueant; verum in eo loco, quem caſtris muniendis ceperunt, perſiſtant, ſiue fur ingreſſus ſit in caſtra, ſiue aliquid aliud ingruerit noui. Eo tempore Turci in maximum terrorem coniecti, in ſuis tentoriis quieti manſerunt. Regii praecones per vniuerſa caſtra incedentes, clamabant, ne quis loco, quem tenuiſſet, moueretur; Bladum mox, qui irruptionem fecerit in caſtra, regis marte caſurum. Praecones quidem, vt territis animum adderent, iuſſerunt ſingulos in eo loco manere, in quem collocati fuiſſent, dicentes: Viri Muſulmani, durate breue tempus. cernetis enim, hoſtem regis admodum cito in caſtris obiturum mortem, dantem poenas ſcelerum, quae in regem perpetrare auſus fuit. Alia plura his ſimilia expromebant, etiam hoc addentes: quod ſi exercitus immobilis ſteterit, proelium cito deſinet; ſin loco motus fuerit, omnes peribitis: 'rex enim vos omnes necabit, priusquam ille fugere poſſit o).

Blado irruenti in regia caſtra primo occurrit exercitus Aſiaticus, et proelium non admodum longum ibi commiſſum eſt. Nam Aſiani in

n) ἐστρατευετο γαρ ὑπο λαμπαδων και κερατος, ὑποσημαινον αὐτῳ την ἐσβολην.

o) βασιλευς γαρ πρωτας ὑμας διαφθερει, πριν [πριν ἢ] αὐτον ἐσχισθαι φευγοντα.

in fugam conjecti, paulatim in cohortes conglobati, recedebant, vt ſeruarentur. Bladus autem habens lampades ardentes et ignes, agmine ſtipato pergens contra regis copias, primo Ianuas regis affectabat. Caeterum Bladi milites aberrarunt a praetorio regis, et inciderunt in praetoria regiorum ducum, Machumetis videlicet et Iſaaci: et ibi fortiter pugnabant, trucidantes camelos, mulos et alia iumenta. Cum autem pugnam facerent, in ordines collecti et conſtipati, nihil ſane memoratu dignum paſſi ſunt. Verum ſi qui paulo longius ab ordinibus erant euecti, extemplo Turcorum manibus cadebant. Pedites qui apud Machumetem erant, cum eſſent viri fortes, proeliabantur admodum memorabiliter. Tandem omnes, quotquot erant de exercitu regio, praeter Ianuae milites aſcenderunt in equos. proelium eo loci diu feruebat. Hinc conuerſi Daci, maturabant iter ad regis Ianuarum milites. Cum autem inſtructos et armatos inuenirent, breui tempore pugnarunt. Deinde omiſſo proelio, vertuntur in forum caſtrorum: quod diripientes, et, ſi quem forte ibi inuenerant, occidentes, tandem cum aurora appropinquaret, er luceſceret, egreſſi ſunt caſtris, amiſſis paucis admodum ea nocte. Etiam pauci, vt fertur, de regio exercitu deſiderati ſunt. 46.

§. 55.

Vbi primum dies illuxit, rex eligens optimos quosque, qui ſub tribunis degebant p), et Haliem Michaelis filium ducem iſtis praeponens, iuſſit, vt citato agmine Dacos cedentes inſequerentur. Halies aſſumto exercitu, profectus eſt, ſumma celeritate adhibita, contra Bladum: et ſummis viribus abeuntis veſtigia ſecutus, Bladi exercitum aſſecutus eſt. Subito autem in exercitum hoſtilem irruens, interfecit plurimos: captosque Dacos circiter mille in regia caſtra abduxit. quos interfici omnes rex curauit.

Etiam noctu quendam comprehenderunt de Bladi militibus Turci, hunc deduxerunt ad Machumutem, qui eum interrogauit, quisnam et cuias ſit, et vnde veniat? Qui vbi ad ſingula, quemadmodum interrogatus erat, reſpondit, tandem iuſſus eſt dicere, ſi ſciret,

46. III. p. 272.

p) τῶν ὑπαρχῶν τῆς λογάδος.

Imp. MV-
HAMMEDE
II.

a. C. 1462.

vbinam Bladus, Daciae princeps, nunc moraretur? is reſpondit, ſe quidem, quae ſcire expetant, exacte noſſe; verum ſe nunquam enunciaturum horum quicquam, adeo metuere ſe dicebat virum illum. Illi autem minantes dixerunt, niſi, quae ſciſcitarentur, continuo expromeret, periturum. Qui reſpondit, ſe quidem mortem perpeti paratum eſſe, ſe vero non audere quicquam eorum, quae ſcire cuperent, profari. Machumutes admiratus viri reſponſum, eum continuo necauit, dicens, quod ſi vir ille exercitum haberet memorabilem, non dubito, quin breui ad magnam claritatem euaderet. Haec quidem hactenus facta ſunt.

§. 56.

Rex hinc decedens, recta contendebat ad vrbem r), in qua regiam ſedem Bladus habebat. Singulis noctibus, vbicumque manebat, per circuitum caſtra vallo circumdabat, et munitionibus admodum diligenter caſtra muniebat: vigilias praeterea ſolito maiores deducebat: exercitumque diu noctuque in armis tenebat.

47. Agmine autem compoſito proficiſcens, in Daciam s) peruenit [Mechmetes], et acceſſit ad eam vrbem, in qua Blado regia ſedes erat. Daci quidem ſe non parabant, quaſi ab rege obſidendi. Portas itaque aperuerunt, et parati erant ſuſcipere regem cum exercitu aduenientem. Rex praeter vrbem vectus, cum virum nullum in muris conſpicaretur, nec etiam bombardarios, qui in exercitum iacularentur, nec caſtrametatus, nec vrbem obſidere aggreſſus eſt.

§. 57.

s) Progreſſi igitur, vt ſuos patibulis et palis affixos viderunt, iter promouerunt ad ſtadia circiter viginti ſeptem. Exercitus quidem regis

s) DVCAS: *At* [continuantur ea, quae ad *§.* 49. attuli] *tyranno Danubium transuecto, ſeptemque dierum itinere emenſo, nec homines nec pecora occurrerunt, nulla cibaria, ne potus quidem, inuenta. Cum vero in locum irriguum et opportune ſitum perueniſſet, pa-*

r) Interpres in margine, *Praylabum forte.*

47. CHALCOCOND. p. 273. Duc. p. 195.

s) *ἐς το χωρον της Δακιας.*

regis incidit in patibula et palos, occupantes locum: eius longitudo extendit ſe ad ſtadia decem et ſeptem, latitudo vero continet ſtadia ſeptem. Patibula et pali apparebant maximi, quibus affixi conſpiciebantur viri, mulieres et pueri. Horum miſere peremtorum numerus complectebatur viginti millia hominum. Profecto horrendum et miſerabile ſpectaculum cum Turcis, tum regi. Rex, admiratione defixus, dicebat: Haud poſſibile eſt, eum virum, qui adeo magna fecerit, regione ſua ſpoliari poſſe, praeſertim cum adeo mirabiliter tum principatu, tum ſubditis vti norit. Verum tamen addebat, eum virum, qui tanta patrauerit, haud magni faciendum eſſe. Reliqui Turci aſpicientes multitudinem hominum, in patibulis et palis haerentium, ſtupebant. Erant namque patibulis et palis affixi infantes e matrum gremio rapti. volucres nidos fecerant in inferioribus eorum.

§. 58.

Cum autem rex proficiſceretur, Bladus agmen regium vsque carpebat, interficiens equites et Azapides, ſi quando imprudentius ab exercitu regio fuerant euagati.

Bladus animum intendebat in Nigrae Pogdaniae principem, qui, quemadmodum nunciatum erat, obſidione circumuenerat Cellium, vrbem Bladi. Relinquens autem exercitum, qui continebat circiter ſex millia hominum, eos iuſſit per querceta ſequi regem: et ſi quis paulum modo digreſſus fuerit ab regio agmine, eum truncare iuſſit conti-

los innumeros erectos depactosque conſpicit, fructuum vice cadaueribus graues: in omnium medio Chamzam, byſſinis ac coccineis veſtitum paloque transfixum. Hoc portento tyrannus obſtupefactus ac territus, nocte ipſa, qua caſtra metatus eſt, foſſis circumductis intra ſe continuit. Walachus ſummo mane copias in aciem diſpoſitas ante diluculum deduxit: et cum ad caſtrorum dextrum cornu caſu delatus fuiſſet, ſubito in ea irrupit, et donec dies appeteret, Turcorum ingentem ſtragem, caeſis innumeris, edidit. Turci in tenebrarum caligine trepidi, nec hoſtem dignoſcentes, mutuis vulneribus ſe confodere. Vbi illuxit, intra caſtra ſua Walachi recepti iis ſe continuere. Tyrannus, caſtris tum motis turpiter recedens et Danubium transuectus Adrianopolin regreditur.

Imp. MV-HAMMEDE II.

a. C. 1462.

continuo accurentes. Ipſe vero recta ducebat contra Nigrae Pogdaniae principem.

§. 59.

Exercitus autem Bladi, cum ipſe abiiſſet, abitu principis admodum gaudebat: et recta pergens in hoſtem, putabant ſe magnam gloriam inuenturos, ſi hoſtem ſubito oppreſſiſſent. Cum nuncius veniſſet ad vigilum ſtationem, quae ibi erat, indicabat, hoſtes aduentare. ſinguli igitur, praeter regis Ianuas, ad arma proſiliebant. Machumutes praecepit Ioſepho, vt praecedens hoſtem ad proelium eliciat. Machumutes quidem cum vniuerſo exercitu in armis erat.
48.

Ioſephus vbi venit ad hoſtem, continuo victus eſt: et fugiens feſtinabat in caſtra regis. Omares, Turchanis filius, qui et ipſe ordinatus erat ab Machumute, vt cominus pugnaretur cum hoſte, ad pugnam proficiſcens, occurrit Ioſepho fugienti, eumque blaſphemando et maledicendo ſic alloquitur: „ O miſer, quo abis? an ignoras regem, quomodo te fugientem ſit excepturus? Annon ignominioſiſſimae morti te tradet, vbi te fugam iniiſſe ſenſerit? His dictis hominem commouit, vt conuerſus vna cum Omare Turchanis filio rediret in proelium, et pugnaret fortiſſime. Nec multo poſt Dacos in fugam effuſos perſequentes, occiderunt plurimos, nulli parcentes. Caeſi ſunt circiter bis mille. Praefigentes autem Turci haſtis capita Dacorum, reuerſi ſunt ad regem. Omarem rex donauit Theſſaliae principatu. Mazules autem adhuc ſupererat, et ſequebatur regem, ducens viros fortiſſimos. Dacorum audacia, qui ſecundam in regia caſtra irruptionem fecerant, hunc euentum ſortita eſt.

§. 60.

Rex ex Dacorum regione mancipiorum praedas agebat non modicas. Nam immiſſo equitatu, regionis partem percurrebat non modicam. Equites capientes mancipia plurima, maximas ſibi peperere opes; etiam iumenta plurima nacti ſunt. Exercitus regis, agens vltra viginti myriades equorum et boum, venit ad Iſtrum. Caſtra regia terrebant Dacos, quamuis magnam audaciam oſtentantes. Turci au-

48. CHALCOCOND. p. 274.

autem, ſumma celeritate adhibita, transgreſſi ſunt Iſtrum. Rex Haliem Michaelis filium a tergo ſubſequi iuſſit, cum caſtra ad Iſtrum poſuiſſet. *Draculem*, fratrem Bladi principis, ibidem in regione reliquit, praecipiens, vt colloqueretur cum Dacis, et regionem eam ſubigeret: praeterea ſtrenue adiuuaret iſtorum locorum praefectum. His ita geſtis, ipſe recta in regni ſedem abiit.

§. 61.

Dracules quidem, quemadmodum praeceperat rex, vnumquemque vocabat, dicens: „ Viri Daci, quid putatis deinceps de vobis futurum? neſcitis, quantas copias rex habet? praeterea ignoratis, quod regiae copiae exſpectantur? quae vbi primum acceſſerint, regionem veſtram populabuntur: et, ſi quid reſidui fuerit, auferent. qui fit, quod recuſatis regis amicitiam? Efficiamini amici regis, et finis erit malorum. quantum ad regionem et ad aedificia attinet. Scitis enim vobis in praeſentiarum neque pecus neque iumentum vllum relictum eſſe. Haec omnia paſſi eſtis, auctore fratre meo, cui morem geſſiſtis, viro impiiſſimo, qui Daciam affecit clade maxima. Huiuscemodi 49.
cladem nec per vniuerſum terrarum orbem factam eſſe audiuimus „.

Haec cum nunciaret Dacis per eos, qui ad mancipia redimenda conuenerant, eos facile in ſuam ſententiam pertraxit. Reliquis dici iuſſit, vt confidentes, nec quicquam mali metuentes, ad ſe transirent. Hi igitur in vnum congregati, decreuerunt, vtilius eſſe et conſultius, obtemperare Draculi potius, quam Blado principi. Euntes igitur paulatim ad Draculem, iuniorem Bladi fratrem, colligebantur. Quod vbi acceperunt reliqui, et ipſi ad fratrem eius Draculem tranſitionem fecere. Exinde contracto exercitu haud contemnendo, et adducto ſimul regio exercitu, ducatum et regionem in ditionem regis redigebat. Bladus cognito Dacos ad fratrem confugiſſe, cum ſciret, omnia fruſtra tentari, quod tantam antea ſuorum feciſſet caedem, in Pannoniam abiit t). — Pannones, quorum propinquos et 50.
con-

49. Id. p. 275.
50. Id. p. 276. Vbi, his praemiſſis, *Expeditio regis in Dacos hunc finem habuit. Bladus, fratre Dracule accedente, et Daciam ſubigente, ad Pannones ſe recepit*, pergit, *Pannones, quorum* &c.

t) Chalcocondylas nonnullis prae-

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

conſanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram ſuo rege [Mathia], Choniatis filio, anquiſiuerunt. Cum ſententiam contra ipſum protuliſſent grauiſſimam, vt qui praeter ius et fas homines occidiſſet, Belgradum ductus, vbi in carcerem impactus eſt.

§. 62.

51. POSTERIS temporibus conſtituti ſunt in *Vngroualachia* duo metropolitae, 'quorum alter tenet locum Nicomedienſis v), et dicitur exarchus totius *Vngariae* et *Plagenarum*. Alter dicitur metropolita partis Vngroualachiae x), geritque vices Amaſeni. — Et alius in [Moldauia ſeu y)] *Nigra Valachia* z).

RVSSICA.

terea locis belli huius Valachici meminit, et quidem p. 279. *Rex — quum dimiſiſſet exercitus, rediens ab Dacia, continuo bellum mouebat contra iſtam inſulam* [Lesbum]. Id quod a. M. 6971. factum Ducas docet p. 195. p. 282. *Iſto anno rex bis in militiam profectus eſt: ſemel contra Dacos, iterum contra Lesbum, et vtraque bella confecit eodem anno.* p. 284. *Et* [Mechmeti] *bellum fuit cum Daciae principe, qui iniuriam maximam regiae familiae fecerat, legatis eius violatis et interfectis. Caeterum ſub idem tempus, quo Dacos bello laceſſebat, Illyrici* [Boſſinae] *regem vlciſci nequiuit.* p. 295. *Turcus — Daciae ducem dedit.*

51. CODINVS in Notitia Graec. Epiſcopatuum p. 409.

v) In margine adſcribitur: „ Praua lectio ex Cod. Reg. corrigenda, και ὁ μεν ὡς λεγεται ἐξαρχος πασης Ουγγριας „.

x) In margine: της κατα την Σεβερινον, reliqua deſunt.

y) Interpres addit.

z) Μαυροβλαχια.

RVSSICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

Imp. MVHAMMEDE II.

a. C. 1462.

conſanguineos in Dacia crudeliter peremerat, capitis eum coram ſuo rege [Mathia], Choniatis filio, anquiſiuerunt. Cum ſententiam contra ipſum protuliſſent grauiſſimam, vt qui praeter ius et fas homines occidiſſet, Belgradum ductus, vbi in carcerem impactus eſt.

§. 62.

51. POSTERIS temporibus conſtituti ſunt in *Vngroualachia* duo metropolitae, quorum alter tenet locum Nicomedienſis v), et dicitur exarchus totius *Vngariae* et *Plagenarum*. Alter dicitur metropolita partis Vngroualachiae x), geritque vices Amaſeni. — Et alius in [Moldauia ſeu y)] *Nigra Valachia* z).

RVSSICA

terea locis belli huius Valachici meminit, et quidem p. 279. *Rex — quum dimiſiſſet exercitus, rediens ab Dacia, continuo bellum mouebat contra iſtam inſulam* [Lesbum]. Id quod a. M. 6971. factum Ducas docet p. 195. p. 282. *Iſto anno rex bis in militiam profectus eſt: ſemel contra Dacos, iterum contra Lesbum, et vtraque bella confecit eodem anno.* p. 284. *Et* [Mechmeti] *bellum fuit cum Daciae principe, qui iniuriam maximam regiae familiae fecerat, legatis eius violatis et interfectis. Caeterum ſub idem tempus, quo Dacos bello laceſſebat, Illyrici* [Boſſinae] *regem vlciſci nequiuit.* p. 295. *Turcus — Daciae ducem dedit.*

51. CODINVS in Notitia Graec. Epiſcopatuum p. 409.

v) In margine adſcribitur: „Praua lectio ex Cod. Reg. corrigenda, και ὁ μεν ὡς λεγεται ἐξαρχος πασης Ουγγριας„.

x) In margine: της κατα την Σεβερινον, reliqua deſunt.

y) Interpres addit.

z) Μαυροβλαχια.

RVSSICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

SVMMARIVM DE RVSSIS.

Ruſſorum Nomen et Genus.

RVSSOS (Graece plerumque Ρῶς , interdum Ρῶσοι vocantur) a *Ros* quodam, viro forti, qui gentem a tyrannorum iugo liberarit, nomen accepiſſe, referunt. *Sarmatarum* etiam, *Scytharum, Tauroſcytharum* vel *Scytharum Tauri montis accolarum*, ſemel quoque *Scytharum Hyperboreorum*, *Dromitarum* denique nominibus inſigniuntur.

Seruios, *Bulgaros*, *Boſnios*, *Croatios*, *Polonos* et *Ruſſos* vnum conſtituere hominum genus, ex linguae eorum ſimilitudine Chalcocondylas ſuſpicatur. idemque alio loco Ruſſos et Permios eadem lingua vſos eſſe ait. Alii vero a *Scythis* eos, nonnulli etiam a *Francis* genus ducere produnt. Slauos autem, quod mireris, Conſtantinus Porphyrogenneta a Ruſſis diſtinguit. et inter Slauos Ruſſis tributarios *Kribetaenos* vel *Kribitzos*, *Lenzanenos*, *Berbianos*, *Drungubitas*, *Serbios*, *Vltinos* et *Derbleninos* numerat.

Hiſtoria Ruſſorum.

IAM Conſtantini M. aetate, ſi Nicephoro Gregorae fides, Ruſſi Romanis innotuerunt; eorumque princeps ab imperatore iſto dapiferi dignitatem obtinuit.

Certior vero ſub imperatore Michaele Theophili filio a. C. 863, 864. occurrit Ruſſorum memoria. quo tempore cum claſſe ducenterum nauium ad Conſtantinopolin appulerunt. Tunc regionem Boſporo adiacentem igni ferroque depopulati, orta ſubito tempeſtate totam fere claſſem amiſerunt, ita vt pauci tantum diſcrimen effugerint. Non diu poſt, Baſilio Macedone imperante, Ruſſorum princeps viros quatuor e ſua gente conſpicuos religionis Chriſtianae cognoſcendae

gratia Romam primum, deinde etiam Conſtantinopolin ablegauit. Qui domum reuerſi cum de omnibus, quae viderant et audierant, ad principem ſuum retuliſſent: hic ſtatim ad Baſilium Macedonem, qui ab eo epiſcopum peterent, legatos miſit. Lubentiſſime eius concedens precibus Baſilius, epiſcopum cum viris duobus aliis eruditione ac prudentia inſignibus, Cyrillo et Athanaſio, in Ruſſiam deſtinauit. qui gentem in religione Chriſtiana inſtitutam ſacro fonte initiarunt. legendi quoque ac ſcribendi artem eos docuerunt, nouis a ſe inuentis litterarum characteribus.

Leone Sapiente CPli imperante, Ruſſi primum in exercitu Romano, quod poſteris temporibus ſaepius accidit, ſtipendia meruerunt. Sub imperatoribus vero Conſtantino Porphyrogenneta et Romano Lacapeno, a. C. 941. IGOR (Ιγγωρ) cum decem (vel, vt alii volunt, quindecim) nauium millibus infeſtus CPlin petiit. Steni regionem (i. e. regionem ad fauces Boſpori Thracii ſitam) igni ferroque vaſtauit: ſed terra marique a Romanis victus, multis ſuorum amiſſis, domum remeauit. Poſt Igoris obitum vidua ipſius OLGA (Ελγα) circa a. C. 955. CPlin venit. ibique a Conſtantino Porph. ſplendide excepta, et, vt quidam referunt, ſacro fonte initiata, in patriam reuertit.

Et his quidem temporibus Ruſſi frequentes, mercaturae gratia, Conſtantinopolin commearunt; multi etiam ex hac gente non mercatores ſolum, ſed alii quoque, qui apud Romanos ſtipendia faciebant, in illa vrbe habitarunt.

Huius itaque amicitiae fiducia imperator Nicephorus Phocas, factam ſibi a Petro Bulgarorum rege, qui auxilium ipſi aduerſus Hungaros denegauerat, vlturus iniuriam, ad SWJATOSLAVVM (Σφενδοθλάβον) Ruſſorum principem a. C. 967. legatum miſit, eumque in Bulgaros concitauit. Qui hac legatione et annui tributi promiſſione inductus in Bulgariam irrupit, eamque late vaſtatam, tandem, Petri (qui interim fatis conceſſerat) filiis captis, in prouinciae formulam redegit. Quod poſterius a Ruſſis contra fidem pactorum, cum Nicephoro initorum, factum cum Ioannes Tzimiſces, qui tunc ſummam rerum CPli tenebat, indigniſſime ferret; legatos ad Swjatoſlauum miſit, et, vt iis, quae Nicephorus promiſerat, contentus, Bulgaria decederet, poſtulauit. At Swjatoſlauus, pactorum iſtorum ſecurus, Bulgariam, armis acquiſitam, retinere cogitabat. ad id etiam

Ca-

Calocyri Cherſonii principis filii conſilio inductus. Is enim, ſi Ruſſorum ope imperium Romanum obtineret, ſe Bulgaria ipſis ceſſurum, annuum tributum aucturum et per totam vitam ſocium et amicum Ruſſorum fore, promiſerat. Hoc ſtatu rerum imperator Ioannes Tzimiſces bellum magno ſtudio parauit. Quo cognito Swjatoſlauus, Ruſſis et Bulgaris armatis, et numeroſis praeterea collectis Patzinacarum et Hungarorum auxiliis, cum trecentorum et octo millium exercitu per Haemum in Thraciam irrupit. Iteratis tunc Ruſſi ſuperati proeliis, multis ſuorum amiſſis, in Bulgariam redierunt. Poſtero anno Ioannes Tzimiſces claſſe in Danubium immiſſa, ipſe cum pedeſtribus copiis Haemum, hoſte non aduertente, transgreſſus, ad Magnam Perſthlauam, quae regia erat Bulgarorum, caſtra locauit. Qua inopinata re Ruſſi territi, trepidabant: Swjatoſlauus vero ſtatim, vrbi timens, copias ſubmiſit. Quibus a Romanis proelio victis, imperator vrbem nullo labore cepit. arcem quoque, quam Ruſſorum octo millia occupauerant, igne iniecto incenſam expugnauit. Hoc ſimul ac reſciuit Swjatoſlauus, omnibus copiis collectis Doroſtolum ingreſſus eſt. Hic cum aliquamdiu ab imperatore obſeſſus, ſubinde leuioribus proeliis cum hoſte conflixiſſet; tandem de ſumma rerum dimicaturus cum vniuerſis copiis egreſſus eſt. Sed tunc quoque Ruſſi ſuperati et reditu in vrbem intercluſi, amiſſo exercitus flore, fugam fecerunt. His ita infeliciter geſtis Swjatoſlauus cum de bello deſperaret, pacem rogatum ad imperatorem legatos miſit. Qua impetrata dum domum verſus iter agit, ad Danapris catarractas a Patzinacis, qui pacem cum Romanis factam indignabantur, oppreſſus et occiſus eſt.

Pacem tunc temporis iunctam VLADIMIRVS [Swjatoſlaui filius] quoque ſeruauit. et Anna, Baſilii et Conſtantini, qui tunc CPli imperabant, ſorore in matrimonium ducta, ſaepius Romanis contra gentes finitimas auxilia ſubmiſit.

Sub Michaele Paphlagone NOSISTHLAVI, HIEROSTHLAVI et ZENISTHLAVI [ii forte, qui Mſtiſlauus, Iaroſlauus et Staniſlauus in annalibus Ruſſicis vocantur], principum Ruſſiae quaſi in tranſitu Cedrenus meminit.

Pax, quam ad imperatorem Conſtantinum Monomachum vsque Ruſſi cum Romanis egerunt, circa a. C. 1043. orta inter Ruſſorum mercatores, qui CPli degebant, et Romanos rixa, vno e Ruſſis nobili-

bilioribus occiſo, diſturbata eſt. VLADIMIRVS [*Monomachus*] enim, qui tunc Ruſſis imperabat, ob id ira incenſus, ingentem, quem CPlin duceret, comparauit exercitum. Quo Conſtantinus Monomachus intellecto, ad Vladimirum legatos miſit, qui, ſe quidquid peccatum ſit, compenſare paratum eſſe, ſignificarent. Quos cum imperator legationis irritos recepiſſet, et ipſe claſſem ad fauces Ponti Euxini miſit. Quae ibi cum Ruſſis congreſſa, duobus proeliis ſuperior diſceſſit. viginti et quatuor vero Romanae triremes cum Ruſſos incautius perſequerentur, ab illis circumuentae, earumque aliae ſubmerſae, aliae captae ſunt. His ita geſtis, Ruſſi terra marique domum verſus iter inſtituerunt. Qui terra iter agebant, cum ad Varnam acceſiſſent, a Catacalone, eius regionis praefecto, ex improuiſo oppreſſi cladem acceperunt.

Poſt id tempus Ruſſi aliquoties in Romanorum exercitibus ſtipendia meruiſſe memorantur. Emanuele Comneno vero imperante, a. C. 1154. Hungarorum rex Geiza aduerſus VLADIMIRVM Galitzae principem bellum geſſit, et ex illo victor domum remeauit. Et hoc inter alia cauſa fuit, cur tunc imperator Hungaro bellum intulerit. Fuit enim Vladimirus Romanis foedere coniunctus. Non diu poſt a. C. 1160. cum Emanuel Comnenus aduerſus Hungaros eorumque regem Stephanum bellum pararet, ad Ruſſorum principes auxilia rogatum legatos miſit. Fuere vero illi Galitzae princeps HIEROSTHLAVVS [*Iaroſlauus*, qui alio quoque nomine *Primiſthlauus* vocatus eſſe videtur] Stephani regis ſocer, et ROSISTHLAVVS. Qui vna cum Kiouiae principe imperatori auxilia promiſerunt. Nihilo tamen minus Ruſſos eo ipſo tempore Hungaris quoque militaſſe legimus. VLADISTHLAVVS, alius Ruſſorum princeps, tunc cum familia ſua ad Romanos confugit, et regione quadam ad Iſtrum ſita ab imperatore donatus eſt.

Quadraginta circiter elapſis annis a. C. 1200. Alexio III. Comneno imperante, cum Valachi et Comani Romanas infeſtarent prouincias, ROMANVS Galitzae princeps, irruptione in terram Comanorum facta, eorum incurſiones repreſſit. Non diu vero poſt hunc inter et Kiouiae principem RVRICAM ciuiles ortae ſunt diſcordiae, quibus Romanus praeualuit, caeſis Comanorum, quos Ruricas ſibi adiunxerat, auxiliis.

Qui

Qui circa haec tempora Europam inundarunt Tatari, Ruſſis quoque irruptionibus ſuis moleſti fuerunt, eosque adeo tributum pendere coëgerunt. Et ex hac tempeſtate Ruſſorum cum Romanis intercidiſſe videtur commercium.

GENEOLOGIA
PRINCIPVM RVSSICORVM.

INGOR; a. C. 941.
vxor *Elga.* a. C. 955.

SPHENDOSTHLAVVS, a. C. 955—971.

VLADIMIRVS, a. C. 986—1016.
vxor, Anna, ſoror Baſilii et Conſtantini Porphh.

Sphengo, dux auxiliorum a Vladimiro Graecis ſubmiſſorum, a. C. 1016.

NOSISTHLAVVS. HIEROSTHLAVVS. ZENISTHLAVVS.
a. C. 1036.

VLADIMIRVS; a. C. 1043.

ROSISTHLAVVS, a. C. 1160.

VLADISTHLAVVS; a. C. 1160.

RVRICAS; Kiouiae princeps, a. C. 1200.

Galitzae principes.

VLADIMIRVS; a. C. 1154.

IEROSTHLAVVS l. PRIMISTHLAVVS a. C. 1160.

filia, vxor Hung. regis Stephani.

ROMANVS; a. C. 1200.

Viri inter Ruſſos illuſtres.

Ros. [Ρως] a quo gentem dictam eſſe ferunt.

Sphagellus (Σφαγελλος), in exercitu Ruſſorum a Sphendiſthlauo primus, proelio ad Doroſtolum a. C. 971. a Romanis occiſus

Icmor, (Ικμορ) a Sphageſlo inter Ruſſos primus, ad Doroſtolum a. C. 971. occiſus.

Chryſochir (Χρυσοχειρ) Vladimeri (Magni) cognatus. Cum Ruſſorum manu ſtipendiorum faciendorum ſpecie intra a. C. 1023. et 1026. CPlin venit; a Romanis cum ſuis ad Lemnum inſulam occiditur.

Ibanes Ruſſus (Ιβανης ὁ Ρως) dux exercitus Bulgarici, Philippopoli praefectus; a. C. 1322—1328.

Iſidorus, genere Romanus, Ruſſiae Archiepiſcopus, poſtea Poloniae Cardinalis; a. C. 1439.—1452.

Vrbes et regiones Ruſſiae.

Nemogarda (Νεμογαρδα), *Milinifca* (Μιλινισκα), *Teliutza* (Τελιουτζα), *Tzernigoga* (Τζερνιγωγα), *Buſegrade* (Βουσεγραδε), vrbes vlterioris Ruſſiae, e quibus monoxyla Conſtantinopolin mercaturae gratia proficiſcebantur.

Kiouia (Κιοαβα, Κιοβα, Κιεβος,) *Sambatas* dicta, vrbs ad Danaprin ſita.

Bitetzebe (Βιτετζεβη) vrbs ad Danaprin ſita, ad quam monoxyla CPlin profectura congregantur.

Moſchouium (Μοχοβιον), *Kiouia*, *Tophari* (Τοφαρι), *Chorobium* (Χοροβιον), vrbes *Nigrae Ruſſiae*. *Ruſſia Alba* dicitur ea, quae ſub Septemtrione colitur.

Vncratis (Ουγκρατις) vrbs verſus Oceanum ſita, totius Ruſſiae opulentiſſima.

Inflaſte (Ινφλαστη), regio ad Oceanum ſita, in quam merces Gallicae et Britannicae a Dania et Germania aduehuntur.

Catalogum vrbium epiſcopalium vide §. 127.

Scriptores de Ruſſis.

DE rebus Ruſſorum memoriae prodiderunt Leo Grammaticus, Anonymus Bandurii, Conſtantinus Porphyrogenneta, Incertus Conſtantini Continuator, Cedrenus, Georgius Monachus, Ioannes Scylitzes, Zonaras;

naras, Symeon Logotheta, Cinnamus, Georgius Acropolita, Nicetas Choniates, Georgius Pachymeres, Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Glycas, Codinus, Ducas et Chalcocondylas.

Principis Ruſſorum iam ſub Conſtantino M. Nicephorus Gregoras meminit. Certa occurrit in expeditione a. C. 863, 864. aduerſus Conſtantinopolin ſuſcepta apud Leonem Grammaticum, Conſtantini Continuatorem, Symeonem Logothetam, Georgium Monachum, Cedrenum et Zonaram Ruſſorum memoria. De Ruſſis tempore Baſilii Macedonis ad fidem Chriſtianam perductis fuſa, ſed ab initio mutila, narratio eſt apud Anonymum Bandurii. eorum quoque, ſed breuius multo Conſtantinus Porphyrogenneta, Cedrenus, Zonaras et Glycas meminerunt.

De altera Ruſſorum Igore duce aduerſus CP. ſuſcepta expeditione Leo Grammaticus et omnes, qui prioris meminerunt, memoriae produnt.

De Ruſſis in exercitu Romanorum ſtipendia meritis varia apud Conſtantinum Porph., Incertum eius continuatorem, Cedrenum et Scylitzen leguntur.

Olgae, Igoris viduae CPlin profectae, ſolemnem receptionem Conſtantinus Porph. multis perſequitur, ſed ibi etiam baptizatam eſſe Cedrenus et Zonaras referunt.

De Geographia Ruſſiae, nexu, qui tunc temporis Ruſſos inter et Patzinacas interceſſit, commercio cum CPlitanis, et gentibus Ruſſis tributariis multa memoratu digna Conſtantinus Porph. habet.

Res Swjatoſlaui in Bulgaria geſtas, et quae inde vsque ad a. C. 1043. occurrunt, Cedrenus et Zonaras perſequuntur, bellum, Vladimero Ruſſis, Conſtantino Monomacho Romanis imperante inter vtramque gentem geſtum Glycas quoque breuiſſime attingit.

Res Ruſſorum, inprimis vero Galitzae principum, temporibus Emanuelis, Andronici et Alexii III. Comnenorum geſtas Cinnamus et Nicetas Choniates tradunt. Semel quoque eorum ſub Ioanne Duca meminit Georgius Acropolita. De Tataris et Ruſſis pauca quaedam

Nicephorus Gregoras et Pachymeres habent. Ibanis Ruſſi, ducis exercitus Bulgarorum Ioannes Cantacuzenus memoriam conſeruauit, idemque ſe ab Aegypti Sultano regis Ruſſorum titulo donatum eſſe refert.

Ruſſorum et gentium illis cognatarum et finitimarum deſcriptionem dat Chalcocondylas. Pauca quaedem de Ruſſis ſub Emanuele Pal. eiusque filio Ioanne Ducas memoriae prodit.

Epiſcopatuum Ruſſiae notitiam Codinus et Anonymus Banduri exhibent. iidemque de CPli a Ruſſis euertenda vaticinium adferunt.

INDEX

INDEX

Capitum et Paragraphorum.

CAPVT. I. *Incerta Ruſſorum memoria; prima eorum aduerſus Conſtantinopolin ſuſcepta expeditio; a. C. 306 -- 863.*

§. 1. *Ruſſiae princeps a Conſtantino M. dapiferi dignitate ornatus.*
§. 2. *Conſtantinus Copron. aduerſus Roſſorum [punicea potius] nauigia in Danubium contendit.*
§. 3. *Expeditio ab imperatore Michaele Porph. contra Saracenos ſuſcepta ob aduentum Ruſſorum omittitur.*
§. 4. *Ruſſi loca CPli vicina igni ferroque vaſtant; claſſe tempeſtate perdita, abeunt.*

CAPVT. II. *Ruſſorum ad fidem Chriſtianam conuerſio, opera Baſilii Macedonis, imperatoris Romani, peracta; a. C. 867 – 886.*

§. 5. *Legati a Ruſſorum principe Romam religionis cognoſcendae cauſa miſſi, inde reuerſi, ei, vt illam amplectatur, auctores ſunt.*
§. 6. *Proceres, vt iidem prius etiam CPlin eodem conſilio mittantur, ſuadent; mittuntur.*
§. 7. *Legati CP. a Baſilio Mac. humaniter excepti, in aede S. Sophiae ſacris interſunt, omnia edocti et viſo quodam obſtupefacti, dimittuntur.*
§. 8. *In patriam reuerſi, de omnibus his ad principem referunt.*
§. 9. *Princeps Baſilium, vt epiſcopum mittat, rogat; epiſcopus vnaque Methodius et Cyrillus eo profecti Ruſſos in religione Chriſtiana inſtituunt, et litterarum characteres a ſe inuentos iis tradunt.*

§. 42. *Conſtantinus Porph. Ruſſis et reliquis gentibus borealibus veſtes imperatorias, coronas, ignem Graecum &c. mittere et connubia cum iis iungere vetat.*
§. 43. *Geographica quaedam.*

CAPVT. VII. *Bulgaria a Ruſſis, Sphendoſthlauo duce, ſubacta; iisdem a Ioanne Tzimiſce erepta; Sphendoſthlaui caedes; a. C. 967 – 971.*

§. 44. *Imperator Nicephorus Phocas Petrum Bulgarum ad ſocietatem contra Hungaros ineundam fruſtra cohortatus, Sphendoſthlauum Ruſſ. principem in eum concitat.*
§. 45. *Ruſſi Bulgariam ſemel iterumque vaſtant.*
§. 46. *Ea ſubacta, inde diſcedere nolunt, in hac ſententia a Calocyro magis confirmati.*
§. 47. *Ioannes Tzimiſces bellum parat; Ruſſi in Thraciam irrumpunt, eamque, Adrianopolin vsque progreſſi, vaſtant.*
§. 48. *Bardas Sclerus ſupremus exercitus Romani dux, hoſtibus numero ſuperioribus, dolum meditatur; Ioannem cum parte copiarum in eos immittit.*
§. 49. *Ioannes in Patzinacas incidens, fugam ſimulatam facit; Patzinacae hoc pacto in inſidias pertracti et a Barda ſubito irruente oppreſſi, caeduntur.*
§. 50. *Bardas integrum Ruſſorum exercitum adortus, acri commiſſo proelio, vincit.*
§. 51. *Ioannes Tzimiſces Ruſſos terra marique adoriri parat.*
§. 52. *Ineunte vere exercitum educit; duos exploratores ſub legationis ſpecie miſſos, per tota caſtra duci et ita dimitti iubet.*
§. 53. *Imperator ſubito in Bulgariam irrumpit, ad Perſthlauam vsque penetrat; Ruſſos ad hanc vrbem acri vincit proelio.*
§. 54. *Perſthlauam, Ruſſos fruſtra ad deditionem hortatus, vi capit; Boriſem et Bulgaros benigne tractat.*
§. 55. *Ruſſi arcem occupant, quam tandem Romani, igne pluribus locis iniecto, expugnant; vrbe refecta et praeſidio munita, imperator Doroſtolum redit.*
§. 56. *Sphendoſthlauus copiis coactis Romanos petit; imperator vrbes et caſtella plurima capit.*

§. 57. *Theodorus a Miſtheia ab imperatore contra Ruſſos miſſus, eos adortus in fugam vertit.*
§. 58. *Ruſſi Sphendoſthlauo, vt Doroſtolum petat auctores ſunt, Romani pugnae cupidi.*
§. 59. *Proelium committitur; Ruſſi, duodecies renouato impetu; tandem victi, Doroſtolum fugiunt.*
§. 60. *Imperator ad Doroſtolum accedit; Sphendoſthlauus, Bulgaris in vincula coniectis, ſe ad obſidionem tolerandam parat.*
§. 61. *Imperator oppugnationem inchoat; Ruſſi eruptionem faciunt, caeduntur.*
§. 62. *Ruſſi e vicinis caſtellis euocati Doroſtolum conueniunt; imperator eos fruſtra ad pugnam prouocat; caſtella tranſiſtriana imperatori deditionem faciunt.*
§. 63. *Ruſſi iterum eruptionem faciunt; cadit eorum dux Sphagellus; vrbe excluſi caeduntur.*
§. 64. *Sphendoſthlauus, 2000. ſuorum lintribus impoſitis, furtim vrbe egreſſus; commeatu collecto redit incolumis; claſſis Rom. duces Iſtri ripas diligentius cuſtodiunt, et Ruſſos commeatu penitus intercludunt.*
§. 65. *Ruſſi eruptionem faciunt, repelluntur.*
§. 66. *Icmore duce iterum vniuerſi erumpunt; eo cum multis aliis occiſo in vrbem redeunt.*
§. 67. *Ruſſi fame preſſi, quid faciendum ſit deliberant; Sphendoſthlauus ſemel adhuc proelio decernendum cenſet; quae ſententia placet.*
§. 68. *Ruſſi vniuerſi erumpunt; acre committitur proelium, quod tandem dirimitur incerta victoria.*
§. 69. *Imperator Sphendoſthlauum ad ſingulare certamen prouocat, quod hic declinat.*
§. 70. *Romani Ruſſos reditu in vrbem intercluſos acri vincunt proelio; latum tunc Romanis diuinitus auxilium.*
§. 71. *Sphendoſthlauus, legatis miſſis, pacem impetrat; cum imperatore in colloquium venit; imperator Patzinacas, vt Ruſſis per terram ſuam tranſitum concedant, rogat, fruſtra.*
§. 72. *Ruſſorum diſceſſus, triumphus Ioannis Tzimiſcae.*
§. 73. *Sphendoſthlauus, per Patzinacarum terram rediens, occiditur.*

CAPVT. VIII. *Ruſſi Romanorum ſocii ; expeditio ab iisdem aduerſus Conſtantinopolin imperante Conſtantino Monomacho ſuſcepta ; a. C. 986 – 1043.*

§. 74. *Baſilius auxilia Ruſſica, ab affine ſuo Vladimiro ſubmiſſa, contra Delphinam, rebellionis Bardae Phocae ſocium, mittit.*
§. 75. *Sphengi, eiusdem Vladimiri fratris, ope Chazariam ſubigit.*
§. 76 *Ruſſi Baſilii in bello Bulgarico ſocii.*
§. 77. *Chryſochir Vladimiri cognatus ſtipendiorum ſpecie CPlin venit ; Romanos ad Abydum pugna nauali vincit ; ad Lemnum dolo oppreſſi Ruſſi caeduntur.*
§. 78. *Ruſſicus exercitus cum Romanis Percrin, caſtellum Babyloni proximum, obſidet.*
§. 79. *Noſiſthlauus, Hieroſthlauus, Zeniſthlauus principes Ruſſorum.*
§. 80. *Orta CPli inter Romanos et Ruſſicos mercatores rixa, quidam de Ruſſis nobilioribus occiditur ; haec vlturus Vladimirus cum maximo exercitu CPlin petit.*
§. 81. *Conſtantinus, fruſtra miſſis de pace legatis, Ruſſis ad fauces Ponti Euxini ſtationem habentibus occurrit.*
§. 82. *Iterum de pace legatos mittit imperator ; Vladimirus ſuperbe reſpondet ; Ruſſi duobus proeliis naualibus victi.*
§. 83. *Imperator CPin redit, parte claſſis ad Pharum relicta ; 24. Rom. triremes a reliqua claſſe auulſae, a Ruſſis deletae.*
§. 84. *Ruſſi domum verſus iter agentes, a Catacalone Beſta Ambuſto ad Varnam clade afficiuntur.*

CAPVT. IX. *Ruſſi nunc Hungarorum contra Romanos, nunc Romanorum contra Hungaros ſocii, et alia quaedam Ruſſorum geſta ; ab a. C. 1152 – 1357.*

§. 85. *Mons Tenihormus Ruſſiae finibus adiacet.*
§. 86, 87. *Rex Hungarorum Geiza cum Vladimiro Galitzae principe bellum gerit.*
§. 88. *Emanuel Comnenus Ruſſos ſibi adiungit belli contra Hungaros ſocios.*

§. 89.

§. 89. *Legatis ad Hieroſlauum Galitzae principem miſſis, eum, cum Andronicum profugum ſuſceperit, foedus violaſſe queritur.*

§. 90. *Emanuel Comn. ad Roſiſthlauum de ineunda belli ſocietate legatos mittens, voti compos fit, Hieroſthlauum contra Stephanum Hung. regem generumque ipſius concitat.*

§. 91. *Kiouiae princeps imperatori contra Stephanum auxilia promittit.*

§. 92. *Vladiſthlauus princeps Ruſſicus cum ſuis ad Romanos tranſiens, ab imperatore regione ad Iſtrum donatur.*

§. 93. *Ruſſorum auxilia Hungaros ad bellum contra Romanos ſequuntur; Emanuel Comn. contra Hungaros Ruſſiae vicinos exercitum mittit.*

§. 94. *Henricus Auſtriae dux Stephano Hung. regi, vt vxore, Galitzae principis filia, repudiata filiam ipſius ducat, perſuadet.*

§. 95. *Andronicus inter Ruſſos moratus, eorum mores induit.*

§. 96. *Zumprus, fera, quae in Ruſſia potiſſimum naſcitur.*

§. 97. *Andronicus, rerum potiente Iſaacio Angelo, ad Ruſſos confugere parans comprehenditur.*

§. 98. *Galitzae princeps Romanus, irruptione in terram Comanorum facta, eorum in prouincias Romanas excurſiones reprimit.*

§. 99. *Idem bello aduerſus Kiouiae principem Ruricam ſuſcepto, eum et ſocios eius Comanos vincit.*

§. 100. *Aſanis Bulgarorum regis filius Ioannes ad Ruſſos profugus, ab iis adiutus partem Bulgariae obtinet.*

§. 101. *Telepugas, Tatarorum princeps, Tanai ſuperato, Ruſſos armis adoritur.*

§. 102. *Alani, Zicchi, Ruſſi &c. moribus, vitae rationi, linguae, Tatarorum aſſueti, in exercitibus eorum militant.*

§. 103. *Ibanes Ruſſus praeſidio Philippopoli a Tertere Bulg. rege impoſito praefectus; a Michaele Bulg. rege reuocatus.*

§. 104. *Idem orto inter Andronicos ciuili bello, cum 3000. Bulgarorum a Michaele Andronico Sen. auxilio ſubmittitur, reuocatur.*

§. 105. *Ioannes Cantacuzenus a Sultano Aegypti in litteris Bulgarorum, Ruſſorum &c. regis titulo donatur.*

CAPVT. VIII. *Ruſſi Romanorum ſocii; expeditio ab iisdem aduerſus Conſtantinopolin imperante Conſtantino Monomacho ſuſcepta; a. C. 986 – 1043.*

§. 74. *Baſilius auxilia Ruſſica, ab affine ſuo Vladimiro ſubmiſſa, contra Delphinam, rebellionis Bardae Phocae ſocium, mittit.*
§. 75. *Sphengi, eiusdem Vladimiri fratris, ope Chazariam ſubigit.*
§. 76. *Ruſſi Baſilii in bello Bulgarico ſocii.*
§. 77. *Chryſochir Vladimiri cognatus ſtipendiorum ſpecie CPlin venit; Romanos ad Abydum pugna nauali vincit; ad Lemnum dolo oppreſſi Ruſſi caeduntur.*
§. 78. *Ruſſicus exercitus cum Romanis Percrin, caſtellum Babyloni proximum, obſidet.*
§. 79. *Noſiſthlauus, Hieroſthlauus, Zeniſthlauus principes Ruſſorum.*
§. 80. *Orta CPli inter Romanos et Ruſſicos mercatores rixa, quidam de Ruſſis nobilioribus occiditur; haec vlturus Vladimirus cum maximo exercitu CPlin petit.*
§. 81. *Conſtantinus, fruſtra miſſis de pace legatis, Ruſſis ad fauces Ponti Euxini ſtationem habentibus occurrit.*
§. 82. *Iterum de pace legatos mittit imperator; Vladimirus ſuperbe reſpondet; Ruſſi duobus proeliis naualibus victi.*
§. 83. *Imperator CPin redit, parte claſſis ad Pharum relicta;*
24. Rom. triremes a reliqua claſſe auulſae, a Ruſſis deletae.
§. 84. *Ruſſi domum verſus iter agentes, a Catacalone Beſta Ambuſto ad Varnam clade afficiuntur.*

CAPVT. IX. *Ruſſi nunc Hungarorum contra Romanos, nunc Romanorum contra Hungaros ſocii, et alia quaedam Ruſſorum geſta; ab a. C. 1152 – 1357.*

§. 85. *Mons Tenihormus Ruſſiae finibus adiacet.*
§. 86, 87. *Rex Hungarorum Geiza cum Vladimiro Galitzae principe bellum gerit.*
§. 88. *Emanuel Comnenus Ruſſos ſibi adiungit belli contra Hungaros ſocios.*

§. 89.

§. 126. Lithada vicina magnae Ruſſiae; eius metropolita ex decreto Andronici Sen. ordine 82dus.
§. 127. Epiſcopatus Kiouiae ſubiecti; epiſcopatus in Ruſſia minore.
§. 1.8. Antiſtes Galitzae metropolitanus factus.
§. 129. Ad metropolitam Ruſſiae a patriarcha CPlitano datae litterae ſigillum plumbeum habent, ad ceteros cereum.
§. 130. Vaticinium de Ruſſis.
§. 131. Geographica quaedam.

CAPVT. X. *Ruſſi Tataris tributarii; Ruſſiae et vicinarum regionum breuis deſcriptio.*

§. 106. *Ruſſi Temyri, Chano Tatarorum, militant.*

§. 107. *Ruſſiae pars Tataris Europaeis tributaria.*

§. 108. *Ruſſiae ſitus; Ruſſorum mores, religio, viuendi ratio, lingua.*

§. 109. *Ruſſorum verſus Pontum Eux. habitantium imperii ratio; vrbes Ruſſiae nigrae tributariae; Ruſſia alba quae?*

§. 110. *Vncratis vrbis et Inflaſtae regionis ſitus, commercium.*

§. 111. *Longitudo itineris a Tanai vsque ad Oceanum Britannicum; regionem a Ruſſia inde vsque ad Aſſyrios Tatari colunt.*

§. 112. *Permiorum ſitus, lingua, viuendi ratio.*

§. 113. *Ruſſia ad Pruſſiam vsque extenditur, Nazaraei Pruſſiam incolunt, eorum genus, mores, lingua, leges &c.*

§. 114. *Samotarum ſitus, viuendi ratio, religio, lingua, ſupellectilis apparatus.*

§. 115. *Boemorum ſitus &c.*

§. 116. *Polonorum ſitus &c.*

§. 117. *Lituanorum ſitus &c.*

§. 118. *Ruſſorum lingua, migratio.*

§. 119. *Ruſſi, Mincrelii, Tzarcaſii Tatarorum irruptionibus expoſiti.*

§. 120. *Ioannes imperatoris Emanuelis Pal. filius Ruſſorum regis filiam in matrimonium ducit.*

§. 121. *Dragulius, Valachorum princeps, ſe Amurati, in Hungariam, Germaniam et Ruſſiam arma moturo, viae ducem promittit.*

§. 122. *Iſidorus Ruſſiae metropolita concilio Florentino intereſt.*

§. 123. *Poloniae Cardinalis a pontifice Romano renunciatus, CPlin miſſus; a Turcis CPli captus, in Peloponneſum fuga elabitur.*

CAPVT. XI. *Epiſcopatus Ruſſiae; ab a. C. 886—1453.*

§. 124. *Metropolita Ruſſiae ex diſpoſitione Leonis Sap. ordine ſexageſimus.*

§. 125. *Ex decreto Andronici ſen. ſeptuageſimus primus.*

§. 126.

§. 2.

Imp. CONSTANTINO Copronymo.

a. C. 774.

Imp. CONSTANTINO Copron. a. 33. indict. 12.

MENSE Maio indictione duodecima Conſtantinus claſſem chelandiorum bis mille in Bulgariam inſtruxit; ipſe aduerſus Ruſſorum chelandia c) in Daubium aditum ſibi paraturus mouit. — d) 2.

§. 3.

Imp. MICHAELE III. Porphyrogenneta.

Imp. MICHAELE III. Porph. a. 9. imp.

a. C. 863.

α) IMPERATOR [Michael Theophili F.] Oorypha praefecto, vt eam cuſtodiret, in vrbe [Conſtantinopoli] relicto, aduerſus Agarenos expeditionem ſuſcepit. Ooryphas imperatori nondum longe poſito, neque eorum, quae meditabatur et in mente habebat, quidquam exſecuto, 'impiorum Ruſſorum ad Nigrum fluuium profectorum 3.

α) GEORGIVS MONACHVS; omnia vt Leo Grammaticus. CONSTANTINI CONTINVATOR: *Exinde* [cum, Ignatio eiecto, Photius CP. patriarcha creatus eſſet] *factum eſt, vt Roſſi, Scythica illa gens immitis ac fera Romanos agros vaſtaret* (ἐντευθεν γαρ τα μεν των Ρωμαιων ἡ των Ρως ἐκακε ἐπιδρομη. ἐθνος δε ἀτοι Σκυθικον ἀνημερον τε και ἀγροικον); *ipſumque Pontum, haud ſane etiam Euxinum igni deſolarent, ac quaſi indagine regiam ipſam vrbem, Michaele in expeditione aduerſus Iſmaelitas occupato, cingerent. Verum hi quidem abunde Dei ira exſaturati, Photio, qui ad eccleſiae gubernacula ſedebat, Deum exorante, vrbique propitium reddente, domum rediere; nec*

2. THEOPHANES p. 376. Anaſtaſius p. 154.

c) ἐς τα ῥασια χελανδια ἀπεκινησε. Anaſt. *et ingreſſus ipſe in rubea chelandia motus eſt* &c recte. ῥασιος, nusquam *Ruſſicus*, reddendum eſt, ſed *ruber, puniceus.* Inſigniter itaque falluntur, qui hic ſibi iam Ruſſorum nomen inueniſſe videntur.

d) Locum integrum in *Bulgaricis*, §. 41. attuli.

3. LEO GRAMMATICVS p. 463 464. Conſtantini Continuator (Sriptt. poſt Theophanem p. 121, 122.). Symeon Logoth. (Scr. p. Th. p. 445, 446). Georg. Monach. (Scr. p. Th. p. 535, 536.) Cedren. T. II. p. 551, 552. Zonar. T. II. p. 162.

RVSSICORVM

CAPVT I.

Incerta Ruſſorum memoria; prima eorum aduerſus Conſtantinopolin ſuſcepta expeditio;

a. C. 306 — 951.

Imp. CONSTANTINO *M.*

§. 1.

Imp. CONSTANTINO *Magno.*

a. C 306—337. a)

1. MAGNI — Conſtantini temporibus Roſſicus [princeps] locum et dignitatem dapiferi [obtinuit b).]

§. 2

1. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 146.

a) Sunt anni imperii Conſtantini M.

b) ὁ δε Ρωσικος την τε στασιν και το ἀξιωμα τε ἐπι της τραπεζης παρα τε μεγαλε κεκληρωται Κωνσταντινε. Nicephorus cum nuptiarum inter Theodorum Andronici Sen. filium et Spinulae Marchionis filiam contrahendarum meminiſſet, ad priſcum Romani imperii ſplendorem enarrandum digreditur, et inter alia *Tum igitur,* inquit, *confluentibus vndecunque principibus Parthicis, Perſicis, et caeteris omnibus, alii alias appellationes primitus ſortiti ſunt. Magni autem Conſt. — dapiferi: Peloponneſi rector Principis; Atticae et Athenarum Magni Ducis &c. titulos obtinuerunt.* Du Cange in Notis ad h. l. T. II. p. 735, „Quae hic, inquit, de Ruſſiae ſeu Moſcouiae, Principi ἐπι τραπεζης, ſeu *Dapiferi*, Moreae ſ. Peloponneſi domino *Principis* &c. datis dignitatibus commentatur Gregoras, merae ſunt ac aniles omnino fabulae, quas refellere, operam eſſet ludere. Nam vt de Ruſſica taceam, quae nullibi occurrit; caeterae non a Graecis, ſed a Latinis manarunt —.„

Imp. CONSTANTINO Copron. a. 33. indict. 12.

§. 2.

Imp. CONSTANTINO Copronymo.

a. C. 774.

MENSE Maio indictione duodecima Conſtantinus claſſem chelandiorum bis mille in Bulgariam inſtruxit; ipſe aduerſus Ruſſorum chelandia c) in Daubium aditum ſibi paraturus mouit. — d) 2.

Imp. MICHAELE III. Porph. a. 9. imp.

§. 3.

Imp. MICHAELE III. Porphyrogenneta.

a. C. 863.

α) IMPERATOR [Michael Theophili F.] Oorypha praefecto, vt eam cuſtodiret, in vrbe [Conſtantinopoli] relicto, aduerſus Agarenos expeditionem ſuſcepit. Ooryphas imperatori nondum longe poſito, neque eorum, quae meditabatur et in mente habebat, quidquam exſecuto, 'impiorum Ruſſorum ad Nigrum fluuium profectorum 3.

α) GEORGIVS MONACHVS; omnia vt Leo Grammaticus. CONSTANTINI CONTINVATOR: *Exinde* [cum, Ignatio eiecto, Photius CP. patriarcha creatus eſſet] *factum eſt, vt Roſſi, Scythica illa gens immitis ac fera Romanos agros vaſtaret* (ἐντευθεν γαν τα μεν των Ρωμαιων ἡ των Ρὼς ἐκακα ἐπιδρομη. ἐθνος δε ἄτοι Σκυθικον ἀνημερον τε καὶ ἀγροῖκον); *ipſumque Pontum, haud ſane etiam Euxinum igni deſolarent, ac quaſi indagine regiam ipſam vrbem, Michaele in expeditione aduerſus Iſmaelitas occupato, cingerent. Verum hi quidem abunde Dei ira exſaturati, Photio, qui ad eccleſiae gubernacula ſedebat, Deum exorante, vrbique propitium reddente, domum rediere; nec*

2. THEOPHANES p. 376. Anaſtaſius p. 154.

c) ὡς τα ῥυσια χελανδια ἀπεκινησε. Anaſt. *et ingreſſus ipſe in rubea chelandia motus eſt* &c recte. ῥυσιος, nusquam *Ruſſicus*, reddendum eſt, ſed *ruber, puniceus*. Inſigniter itaque falluntur, qui hic ſibi iam Ruſſorum nomen inueniſſe videntur.

d) Locum integrum in *Bulgaricis*, §. *41.* attuli.

3. LEO GRAMMATICVS p. 463 464. Conſtantini Continuator (Sriptt. poſt Theophanem p. 121, 122.). Symeon Logoth. (Scr. p. Th. p. 445, 446). Georg. Monach. (Scr. p. Th. p. 535, 536.) Cedren. T. II. p. 551, 552. Zonar. T. II. p. 162.

Imp. MI-CHAELE III. *Porph.* a. 9. imperii.

a. C. 863.

rum aduentum nunciat e). Imperator arreptae viae poenitens, expeditionem remittit, nihil regium vel generoſum exſecutus.

§. 4.

a. 10. imp.

a. C. 864.

Ruſſi f) Hierum vsque penetrantes plurimam Chriſtianorum caedem ediderunt, et innoxium effuderunt ſanguinem. Erant illis nauigia ducenta

multo poſt, legatis in vrbem miſſis, diuinum efflagitantes baptiſmum, etiam impetrauere. Partim itaque haec Roſſorum (γενεα) *vaſtabat incurſio; partim Cretenſium aduecta claſſis.* — SYMEON LOGOTHETA: *Anno imperii nono imperator Michael expeditione ſuſcepta aduerſus Agarenos proficiſcitur, Orypha praefecto in Vrbe relicto. Iamque ad Mauropotamum caſtra poſuerat, cum ille Ruſſos* (Ρως) *ducentarum nauium claſſe aduentare nunciat. Quo audito imperator re prorſus infecta, confeſtim reuertitur. Anno imperii Michaelis decimo Ruſſi, cum in Hierum penetraſſent, multas caedes fecerunt. Vrbem itaque vallo cingunt* (περιεκυκλωσαν την πολιν)*, ac cum vix imperator traiicere potuiſſet, ſtatim cum Photio patriarcha* —. reliqua vt Leo Grammaticus. CEDRENVS: *Interim* [dum Photius patriarcha creatus eſt] *quidquid eſt intra Euxinum pontum maritimarum regionum, Roſſica incurſionibus vexabat atque vaſtabat claſſis. Roſſi gens eſt Scythica, ad ſeptemtrionalem incolens Taurum, fera atque immanis* (ἐθνος δε οι Ρως Σκυθικον, περι τον ἀρκτῳον Ταυρον κατῳκημενον, ἀνημερον τε και ἀγριον)*. Hi cum ipſam Conſtantinopolin in graue conieciſſent periculum, paulo poſt Dei iram experti, domum reuerſi ſunt: legatiſque in Vrbem miſſis, diuinum baptiſmum efflagitarunt, impetraruntque.* ZONARAS: *Gens autem Scythica, Ruſſi, Tauri montis accola* (το δ' ἐθνος των Ρως, Σκυθικον ὀν, των περι τον Ταυρον ἐθνων g)) *claſſe Euxinum pontum aggreſſa* (στολῳ τα του Ευξεινου ποντου κατετρεχε)*, ipſi Byzantio agro minabatur. Sed conſilium ei non ſucceſſit, diuina prouidentia impeditum, quae effecit, vt inuita, vel potius iram numinis experta, rebus infectis diſcedere cogeretur.*

e) την των ἀθεων Ρως ἐμηνυσεν ἀφιξιν γεγενημενην (in marg. γενομενην) ἠδη κατα τον μαυρον ποταμον. Non eundem fluuium intelligere videntur Leo Gr. et Symeon Logotheta.

f) Locus eſt ad os Boſpori Thracii boreale ſitus, qui a templo in eo littore exſtructo nomen accepit.

g) Du Cange in Notis ad h. l. p. 99, 100. haec habet: „Leo Diaconus lib. IV. Hiſt. Mſ. ἐς τας Ταυ-

ſenta, quibus Vrbem circumdederunt, et ciuibus terrorem incuſſerunt ingentem.

Vrbem verſus appellens imperator, vix potuit pertranſire et ingredi. et exinde cum patriarcha Photio ad ſanctae Dei Genitricis templum Blachernenſe acceſſit, vbi diuinum numen placare contendunt. Deinde cum hymnorum cantibus, ſacram Deiparae veſtem efferentes, extremo maris littori eam admouerunt: magnaque prius data aëris tranquillitate, confeſtim ventorum impetus vehemens excitatus, et in mari prius pacatiſſimo fluctuum inſultus ad inuicem facti ſunt ingentes, adeo vt impiorum Ruſſorum nauigia confringerentur, paucis eorum periculo ereptis.

CAPVT II.

Ruſſorum ad fidem Chriſtianam conuerſio, opera Baſilii Macedonis, imperatoris, peracta;

a. C. 867—886.

§. 5.

Imp. BASILIO *Macedone.*

a. C. 867—886. a.)

Imp. BASI-
LIO *Maced.*

De Ruſſorum ad fidem Chriſtianam conuerſione libet hic proferre hiſtoriam, quae a principio mutila eſt; quam quidem reperi

ῥωσκυθας ἐξεπεμψεν, ἃς ἡ κοινη διαλεκτος Ρως ἀωθεν ὀνομαζαν. Hanc porro Ruſſorum in agrum CPlitanum irruptionem et vrbis confinium vaſtationem attigit prae caeteris Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. CPl. *καὶ ἱκανὸν γαρ τον καιρον το μιαιφονωτατον των Σκυθων ἐθνος, οἱ λεγομενοι Ρως, δια τȣ Ευξινȣ ποντȣ προσκεχωρηκοτες τῳ Στενῳ, και παντα μεν χωρια, παντα δε μοναϛηρια διηρπασαντες, ἐτι δη και των τȣ Βυζαντιȣ περιοικιδων κατεδραμον νησιων, σκευη παντα ληιζομενοι και χρηματα, ἀνθρωπȣς τȣς ἁλοντας παντας ἀποκταναντες* &c.

a.) Sunt anni imperii Baſilii Macedonis.

peri in Codice Mſ. Colbertino, recenti manu conſcripto N. 4432. et Latinum fecimus. Sic igitur habet: b)

* * * Et quae ad religionem eorum pertinent, accurate ediſcerent. 4. Illi vero ſciſcitandi ſtudio cupidi, Romam ſe conferunt: iſticque omnia perſcrutantur, et exquirunt, ac curioſiſſime diſpiciunt cum ſanctorum templorum decorem, tum ſacerdotum et pontificum ordinem. Imo etiam patriarcham eorum, quem Papam vocant, inuiſunt; a quo verbis et doctrina ad vtilitatem ſuam ſpectante inſtituti reuertuntur ac regionem ſuam repetunt, hinc ſeſe magno regi c) ſiſtunt, ipſique omnia, quae viderant, et audierant, ſedulo recenſent. Adfirmabant porro, magna illa et veriſſima exiſtere, nec vlteriori perquiſitione et perſcrutatione opus eſſe. Quod ſi velis, inquiunt, illuſtriſſime et glorioſiſſime domine princepsque noſter d), ipſorum fidem amplecti, id ipſis ſignificato, atque eorum myſteriis rite initiare.

§. 6.

Quibus auditis, proceres, qui cum rege erant, maximeque ii, qui ipſi talis propoſiti auctores fuerant, rurſus ipſum ita compellant: Non videtur nobis id agendum eſſe, niſi prius iidem ipſi Conſtantinopolitanos ritus explorent et ediſcant. Fama quippe eſt eam vrbem magnam, imo praeſtantiorem eſſe. Demumque e re fuerit, vt iidem huius quoque religionem et cultum examinent ac experiantur; et ſic poſtea ex his duabus meliorem deligemus.

Tum rex ille prudens et conſpicuus e), hoc conſilium admiſit et amplexus eſt. Quamobrem quatuor illos ſaepe memoratos viros Conſtantinopolin mittit f), vt omnia, quae ad religionem ſpectabant explorarent ac experirentur.

§. 7.

4. ANONYMVS Bandurii imp. Orient. T. II. Animaduerſſ. in librum Conſtant. Porph. de adm. imp. p. 112—116.

b) Verba ſunt Bandurii.

c) τον μεγαν ῥηγαν.

d) λαμπροτατε και ἐνδοξοτατε ἡμων αὐθεντα και ἀρχον.

e) ὁ ἐχεφρων και περιβοητος ῥηγας.

f) παλιν ἐκπεμπει και προς την Κωνσταντινουπολιν.

§. 7.

In hanc vero illi vrbem nec ſine magno labore concedunt, atque Baſilio Macedoni, tunc Romanorum ſceptra moderanti ſe ſiſtunt, ipſique tanti ſuſcepti itineris cauſam renunciant. Is vero ingenti gaudio hos excipiens, mox viros illis eruditos et praeclaros g) adiungit, qui omnia in vrbe pulcherrima monſtrarent, quique rogata eorum recte intelligere poſſent, iisque ſatisfacere.

Hi autem cum multa ipſis in vrbe ſpectaculo digna oſtendiſſent, in celebratiſſimum illud magnumque ſanctae Sophiae templum cum ipſis ingreſſi ſunt. Atque, vt vulgo fertur, tum magna ſolemnitas celebrabatur, ſiue S. Chryſoſtomi, ſiue Dormitionis ſanctiſſimae Matris Domini mei; id vero non certo dicere valeo: verum tamen eſt, tunc fuiſſe mirabilem magnamque celebritatem. Quatuor porro viri, qui cum proceribus noſtris erant, totum templum circumſpexerunt, nec non quae ad celebritatem ſpectabant: luminaque cernentes, ac canticorum melodiam audientes, ſtupebant attoniti Cum iſtic autem veſpertini et matutini hymni tempore veniſſent, multaque dixiſſent audiuiſſentque, accedit ſacrae et diuinae liturgiae tempus: rurſusque laudati viri cum proceribus illis ab imperatore miſſis in venerandum maximum templum ingrediuntur, vt incruenti et diuini myſterii ſpectatores eſſent.

Huc deducto ſermone, Dei erga homines amorem, qui vult omnes ſaluos fieri et ad cognitionem veritatis venire, ſtupens conſidero. Nam cum ethnici et barbari illi in termaximum, vt diximus, templum intraſſent; ſtantesque omnia, quae ibi tum gerebantur, conſiderarent, curioſeque ſciſcitarentur, cur primum, quem paruum vocant, ingreſſus, deinde vero magnus fieret: quare ſubdiaconi et diaconi ex ſacro bemate cum lucernis et flabellis egrederentur; imo etiam ſacerdotes et pontifices, pro aſſueto more cum tremendis ac diuinis myſteriis, nec non patriarcha, qui tunc ſedem obtinebat: ac turba in pauimento procideret, preces effunderet, clamaretque, *Domine miſerere.* Illi vero quatuor gentiles ſoli, intentis oculis ſine re-

g) ἄρχοντας τινας — των ἐλλογίμων.

uerentia haec reſpiciebant: omnesque ſacros ritus conſiderabant. Quare miſericors ille et miſerator Deus noſter iisdem viris oculos aperuit, vt quaedam tremenda et mirabilia viderent, ac poſtea ſciſcitantes rei veritatem ediſcerent. Abſoluto quippe diuino illo et magno ingreſſu, cum ſigno vocati omnes ſurrexiſſent; quamprimum viri illi, qui ſtupendam viſionem conſpexerant, imperatoris proceres ſecum adſtantes, manibus arreptos ſic alloquuntur: „Tremenda et magna eſſe, quae hactenus videramus, non diffitemur: quod autem nunc vidimus, humanam naturam exſuperat; iuuenes quippe quosdam conſpeximus alatos, ſpecioſo, nec aſſueto amictu, qui pauimentum minime contingebant, ſed per aërea ferebantur pſallentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Quod ſane nos omnes plus, quam caetera, in ſtuporem magnamque admirationem coniecit„.

Quibus auditis, imperatoris proceres ita reſponderunt: „Et fortaſſe omnia Chriſtianorum myſteria ignorantes, neſcitis, ipſos angelos de coelo deſcendere, et cum ſacerdotibus noſtris miniſterium obire„. Tum illi, „Veriſſimum ſane et manifeſtum eſt, quod vos dicitis: nec alio argumento opus habet; omnia quippe ipſis oculis vidimus. Demum nos remittite, vt eo redeamus, vnde legati fuimus, quo principem noſtrum de iis, quae vidimus et probe didicimus, certiorem faciamus„. Quos illi tunc cum gaudio et laetitia magna dimiſerunt.

§. 8.

Reuerſi autem illi in regionem ſuam, clariſſimo et magno regi ſe ſiſtentes, poſt ſolitum exhibitum obſequium, omnia, quae viderant et audierant, ipſi renunciarunt, talia loquentes: „Magna et ſplendida quaedam nos Romae nuper vidiſſe non negamus, at quae Conſtantinopoli viſa nobis ſunt, humanam omnem mentem obſtupefaciunt„: quae illi minutatim recenſuerunt.

§. 9.

5. *a*) Magnus vero princeps *b*), rei veritatem ab ipſis edoctus, de-

a) CONSTANTINVS: *Baſilius genti Ruſſorum neſcienti manſueſcere, vllius cedere, atque a Dei ſenſu ac pietate remotiſſimae* (το των

b) ὁ μεγας ἀρχων.

5. ANONYMVS p. 114.—116. Conſtantinus in vita Baſilii p. 211, 212. Cedren. T. II. p. 589, 590. Zonaras T. II. 173, 174. Glycas p. 298.

de eaque certior factus, nulla interpoſita mora, Conſtantinopolin ad piiſſimum imperatorem legatos mittit, qui epiſcopum peterent, vt innumeram ibi populi multitudinem doctrina imbueret, et baptizaret.

Tunc porro Baſilius Macedo Romanorum ſceptra moderabatur; qui, exceptis cum gaudio magno huiusmodi legatis, epiſcopum eo miſit pietate et virtute clarum, cum comitibus duobus, Cyrillo et Athanaſio: qui et ipſi virtute, eruditione et prudentia ornatiſſimi erant: neque ſolum diuinae ſcripturae notitia repleti; ſed etiam in humanioribus litteris probe exercitati, vt eorum ſcripta teſtificantur. Eo profecti illi, omnes edocuerunt et baptizarunt; et Chriſtianae pietatis rudimentis inſtituerunt. Cum autem gentem eam omnino barbaram et rudem cernerent, ac nullo modo poſſent doctiſſimi viri viginti quatuor Graecorum litteras ipſos edocere; ne rurſus a pia religione deflecterent [i]), triginta quinque litteras ab ſe inuentas et exaratas iis-

 dem

και ἐθνος δυσμαχωτατον τε και ἀθεωτατον), *auri argentique ac ſericarum veſtium affluenti largitione in foedus pertractae, initisque cum ea induciis, ac pace firmata, diuini quoque baptiſmatis participes fieri perſuaſit; ac archiepiſcopum ab Ignatio patriarcha ordinatum vt ſuſciperent effecit. Is, ad dictae gentis prouinciam cum veniſſet, ex tali euentu illuſtrique facinore illius ſibi animos faciles reddidit. Gentis enim princeps, ſubditae plebis coacto coetu, cum ſenatoribus ſuis ac proceribus praeſidebat; qui et falſae religioni, ob longam conſuetudinem procliuius reliquis adhaerebant. Deque ſua ac Chriſtianorum fide deliberantibus, in conuentum vocatur, qui ad eos recens epiſcopus venerat; ac, Quaenam ipſe profiteretur, eosque docturus eſſet, ex illo ſciſcitabantur. Eo ſacrum diuini Euangelii librum protendente, ac quaedam Saluatoris noſtri miracula, Deique in veteri Teſtamento prodigia exponente; ſtatim Ruſſi ſubdiderunt. Niſi nos etiam huiusmodi aliquid viderimus, ac potiſſimum quale in Trium puerorum camino accidiſſe dicis, nullam prorſus tibi fidem habebimus, nec tuis verbis animum aureſque noſtras vltra accommodabimus. Praeſul vero de illius promiſſionis veritate fretus, qui ait, Si quid petieritis in no-*

i) οὐκ ἀχον οἱ ῥηθεντες λογιωτατοι ἀνδρες, ὁπως και τα των Ελληνων ακοσι τεσσαρα γραμματα ἀυτοις διδαξαι, μηποτε παλιν της ευσεβειας παρεκκλινωσι. διο &c.

dem tradiderunt, quarum nomina haec ſunt; *As*, *Mpuci*, *Betd*, *Glaod*, *Dopro*, *Geeſti*, *Zibit*, *Zelo*, *Zeplea*, *I*, *Sei*, *Caco*, *Ludia*, *Mil*, *Nas*, *On*, *Pocoi*, *Ritzii*, *Sthlobo*, *Nteberdo*, *Ic*, *Pherot*, *Cher*, *Ot*, *Tzi*, *Tzerbi*, *Sqa*, *Sthia*, *Geor*, *Geri*, *Ger*, *Geat*, *Giu*, *Geus*, *Gea*. Hae ſunt triginta quinque Ruſſorum k) litterae, quas hactenus omnes ediſcunt, atque rectam piae religionis notitiam obtinent.

§. 10.

Narrant autem quidam miraculum huiusmodi iſtis in partibus contigiſſe. Cum enim princeps ille, optimatesque, imo tota natio eorum, priſtina adhuc ſuperſtitione teneretur: ac nuper inuectum cultum, Chriſti-

mine meo, accipietis. Et, Qui credit in me, opera quae ego facio, et ille faciet, et maiora his faciet; tum nimirum, cum non oſtentationis cauſa, ſed ad ſalutem animarum, haec quae fiunt, ſunt futura, ait ad eos; Etſi non licet Dominum Deum tentare; ſi tamen ex animo ſtatuiſtis ad Deum accedere, quod libuerit, hoc et petite; omninoque praeſtabit Deus propter fidem veſtram, etſi nos deſpicabiles et minimi ſumus. Petiere ipſum — remanente, vt ne fimbriae quidem librum claudentes, vllam aut corruptionem, aut labem ſenſerint. — CEDRENUS: *Roſſos* (Ῥῶς) *pactis compoſitis ad ſalutaris baptiſmi communitatem pertraxit* [Baſilius], *iisque pontificum principem miſit. Operae pretium eſt, hoc loco miraculum referre, quod eo miſſus pontifex edidit. Princeps eius gentis, ac proceres, et vniuerſus populus* — reliqua vt Anonymus omnia. ZONARAS: Baſilius *pace cum gente Ruſſica* (τῷ ἔθνει τῶν Ῥῶς) *facta, effecit, vt illa in cognitionem arcanorum noſtrorum perueniret: et cum ſe baptizari velle promiſiſſent, pontificem eis miſit. Caeterum a ſua religione ad noſtram tranſituri, tergiuerſabantur et dubitabant: ac, Niſi miraculum viderimus, inquiunt pontifici, qualia tu multa a Chriſto facta eſſe doces: nunquam doctrinam tuam amplectemur. Tum is, Petite, inquit, quod vultis. At illi dixerunt: Liber, qui de Chriſto docet, eſt in ignem coniiciendus: qui ſi inuiolatus manſerit* — reliqua ſupra allatis ſimilia. GLYCAS: *Sub hoc imperatore* [Baſilio Mac.] *Roſſi* (οἱ Ῥῶσοι) *ad religionem Chriſtianam acceſſerunt, et pontificem acceperunt, quum diuinum quoddam prodigium anteceſſiſſet. Nam ſacroſanctum Euangelium in ignem coniectum cremari non potuit.*

k) τῶν Ῥώσων.

Chriſtianorumque fidem conſiderarent, epiſcopum, qui non diu ad-uenerat, euocant: quem princeps ille interrogauit, quid contra religionem ſuam dicendum haberet, et quaenam ipſe docturus eſſet. Illo autem ſacrum diuini Euangelii librum protendente, narranteque miracula quaedam, a Deo in humano aduentu ſuo patrata: „ Niſi quid ſimile, inquit Ruſſorum turba, nos quoque videamus; maxime vero quale narras in camino trium puerorum factum eſſe, nullo modo iis, quae dicturus es, credemus „. Ille vero fidem habens huic veriſſimo dicto: *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis;* et *Qui credit in me, opera quae ego facio, et ipſe faciet, imo maiora eorum faciet;* reſpondit illis: „ Etſi non liceat tentare Dominum Deum, attamen ſi ex animo ad Deum accedere decreuiſtis, petite quidquid volueritis: idque Deus petitioni veſtrae obtemperans exſequetur, etiamſi nos quam minimi et indigni ſimus „. Illi vero ſtatim petierunt, vt liber Euangeliorum in rogum ab ſe accenſum mitteretur, et ſi hic illaeſus ſeruaretur, ſe ad Dei, quem praedicabant, cultum acceſſuros. Accepta conditio fuit. Sacerdoteque ad Deum oculos et manus erigente, ac dicente, Spiritum ſanctum tuum glorifica Ieſu Chriſte Deus noſter: in conſpectu totius gentis liber S. Euangelii in caminum coniectus eſt. Cumque horis non paucis arſiſſet caminus, hinc igne penitus exſtincto, ſanctus ille liber illaeſus integerque repertus eſt, nulla ignis nota vel damno remanente.

Quod conſpicati barbari, ac magnitudine miraculi perculſi, ſine mora vel dubitatione ad ſanctum baptiſma ſponte acceſſerunt, ac mente purgati Saluatorem Dominum laudibus celebrarunt: cui gloria et imperium nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum. Amen [l].

§. II.

[l]) His ex Anonymo allatis, addit Bandurius: „ Libet aliqua hic monere ad praefatam Anonymi hiſtoriam de Ruſſorum ad fidem Chriſti conuerſione. Et primo, quod ait hic ſcriptor anonymus, Ruſſos adhaeſiſſe ritui Graecorum, propterea quod legati Romam et Conſtantinopolin miſſi ad vtrumque ritum contemplandum, ritum Graecum Romano praetulerint, eadem ferme narrantur a ſcriptoribus de conuerſione Wlodomiri Ruſſorum ducis, qui fidem Chriſti ſuſcepit, imperantibus Baſilio et Conſtantino, qui eidem Duci ſororem Annam in matrimonium dederunt; nam et ille ritui Graeco adhaeſit, propterea quod legati, quos

Imp. BASILIO *Maced.*

§. II.

a. C. 884.

6. RVSSI. qui et congruo rei nomine *Dromitas* nuncupantur m),

ea cauſa Conſtantinopolin miſerat, homines nimirum militares et adhuc ſemibarbari, eos vehementer commendaſſent, Latinorum vero ritus vel farinae eiusdem alii nuntii, haud ſatis religioſe peragi, ac templa parum eſſe ornata retuliſſent; niſi id poſtea Graeci ſchiſmatis propugnatores confinxerint, cum Wlodomirum ac filios pleroſque conſtet catholicae fidei cumprimis ſtudioſos extitiſſe, quorum duo Dauid ac Romanus, ſiue Boriſes ac Glebus in catalogo Sanctorum a Ruſſis, etiam Romanae eccleſiae vnitis recenſentur. Quod autem ait de Cyrillo, is ille eſt epiſcopus et apoſtolus Slauorum, ſancti Methodii Olomucii in Morauia epiſcopi, et Slauorum item apoſtoli frater; quorum quidem memoria colitur die IX. Martii. Sanctus Cyrillus vero Theſſalonicae natus eſt, et prius dictus fuit Gonſtantinus, qui propter mirabile eius ingenium dictus fuit Philoſophus; poſtmodum vero de conſenſu pontificis Cyrillus nuncupatus fuit, vt patet ex vita eorumdem Sanctorum Cyrilli et Methodii ex MS. Blauduranо, edita in Actis Sanctorum die IX. Martii; quae ſic habet: *Tempore Michaelis imperatoris fuit quidam vir genere nobilis, ciuitate Theſſalonica ortus, nomine Conſtantinus, qui propter mirabile eius ingenium dictus fuit Philoſophus. Hic quinquageſimo die ante obitum ſuum ex licentia ſummi pontificis impoſuit ſibi nomen Cyrillus*, &c. Eadem habentur et in alia eiusdem vita ibidem edita: nec non in hiſtoria Regni Slauorum Presbyteri Diocleatis. Perperam autem in Breuiario, quo hodie Bohemi, Moraui et Poloni vtuntur, Lect. I. dicitur Cyrilli et Methodii pater fuiſſe Conſtantinus cognomento Philoſophus; erat quippe hoc ipſius Cyrilli nomen, vt ex ſupra dictis patet, et ex aſſertione Anaſtaſii oculati teſtis in epiſtola ad Carolum Caluum Francorum regem anno DCCCLXXV. data, qua nuntiat, corpus ſancti Clementis papae a Conſtantino Philoſopho Romam allatum; atqui conſtat, a Cyrillo id factum, Methodii fratre; quorum quidem pater fuit Leo patricius, vt ſcribit Diocleates p. 288. ex edit. Io. Lucii: ſed quae ibi monet idem Lucius de Conſtantino Philoſopho, Cyrillo et Methodio, futilia omnino ſunt. Eadem quoque dicenda ſunt de epiſtola Ioannis VIII. papae Suetoplucho comiti, eiusdem Cyrilli coaeuo, ſcripta, in qua ait, Conſtantinum Philoſophum fuiſſe inuentorem litterarum Slauonicarum: Litteras, inquit, Slauonicas a Conſtantino quodam Philoſopho repertas, quibus Deo laudes debitae reſonant, iure laudamus. Annoymus quippe hic noſter, Diocleates, Acta ſancti Cyrilli ac reliqui ſcriptores Cyrillo, qui

et

Imp. BASI-
LIO Maced.

a. C. 884.

a *Ros* quodam viro forti, cum ſiue monitu ac conſilio, ſiue diuino quodam afflatu ac oraculo, pro poteſtate illis vtentium eiusque ſuperiorum, iniurias noxamque euaſiſſent, dicti ſunt. Dromitae vero vt appellarentur, *curſus celeritas* cauſam dedit: *genus autem ex Francis ducunt.*

CAPVT III.

Ruſſorum altera aduerſus Conſtantinopolin ſuſcepta expeditio;

a. C. 941.

§. 12.

Impp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta* et ROMANO *Lecapeno.*

a. C. 941.

Impp. CON-
STANTINO
Porph. et
ROMANO
Lecap. In-
dict. 14.

a) IVNII menſis die vndecimo, indictione decima quarta Ruſſi, ad millia decem, aduerſus Conſtantinopolin claſſem parauerunt 7.

a) INCERTVS CONTINVATOR: *Iunii — Ruſſi inſtructa claſſe ad decem nauium millia adu. Byz. nauigarunt. Hos Dromitas vocant* (ve-

et Conſtantinus dictus fuit, vti ſupra demonſtrauimus, hoc adtribuunt; quin et perpetua apud noſtrates traditio habetur, vnum ex duobus Alphabetis Slauonicis Kiurilizam dictum ipſius Cyrilli eſſe, a Kiurul nomine Slauo, quod Cyrillum Latine ſonat, denominatum: alterum vero Bukuizam appellatum diui Hieronymi. —

6. SYMEON LOGOTHETA (Scriptt. poſt Theoph. p. 465). vbi quidem occaſione expeditionis Saracenorum duce Tripolita a. 18. imperii Baſilii Maced. aduerſus Byzantium ſuſceptae, in Tripolis aliorumque locorum denominationem inquirens haec de Ruſſis refert.

m) Ρως δε οι και Δρομιται φερωνυμοι.

7. LEO GRAMMATICVS p. 506, 507. Incert. Contin. p. 263, 264. Sym. Logoth. p. 490, 491. Georg. Monach. p. 588, 589. Cedren. T. II. p. 629, 630. Zon. T. I. p. 190, 191.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* ROMANO *Lecap.*

a. C. 941.

runt. Cum triremibus autem et celocibus protoueſtiarius Theophanes miſſus, claſſem diſpoſuit, et apte muniuit, adeo vt Ruſſos proelio paratus eſſet excipere.

§. 13.

β) Vt appulerunt illi et Pharo vicini apparuerunt, primus ille ad Euxini Ponti fauces ſtationem poſuit, loco cui Hierum nomen, omniumque primus celoce nauigio vectus, Ruſſicarum nauium diſſoluit ordinem, et praeparato igne nautico ſuccendit, reliquas vero in fugam vertit; quem pone ſequentes reliquae naues in aduerſarios irruentes

lut palantes dicas et curſu veloces addit haec interpres), *atque e Francis genus ducunt. Cum — Theophanes patricius* [in gr. nomen deeſt] *miſſus. Inſtructaque ac parata claſſe, ieiunii ac lacrymarum apprime praeſidio communitus* —. SYMEON LOGOTHETA: *Eodem anno* [quo Romanus Lecap. filio ſuo Conſtantino Theophanonem deſpondit] *Ruſſi — Theophanes protoueſtiarius* — reliqua vt Incertus Continuator. GEORGIVS MONACHVS. — *Ind. decima quinta — nauigarunt. Miſſus vero eſt — Theophanes patricius ſubadiuua* (ὁ παραδυναστευων) *et protoueſt.* — reliqua vt Inc. Cont. CEDRENVS: *Decima quarta indict. menſe Iunio Roſſica claſſis hoſtilis ad vrbem appulit, nauibus conſtans X. M.* [in marg. ια ἑ. Scylitz.]. *Contra* &c. ZONARAS: *Tryphon — eccleſia eiicitur, et imperatoris filius patriarcha deſignatur. Poſthaec claſſis Ruſſica non mille, ſed decies et quinquies mille nauium vrbem aggreſſa eſſe dicitur.*

β) INCERTVS CONT.: *Quod vero illi iam iunxerant, ac prope Pharum venerant* (*vocatur vero Pharus, turris quaedam et ſubſtructio, cui fax accenſa imponitur, ad eorum, qui noctu applicant, iter dirigendum*) *ipſe ad Euxini fauces — comprehenſis.* omnia vt Leo Gr. SYM. LOG.: *Quod vero ad Ponti Eux. Pharum iam venerant —, ipſe repente in illos irruens, nauigia alia igne combuſſit, alia in fugam egit. Quocirca fuſis omnino fugatisque hoſtibus* cet. GEORG. MON.: *Cumque illi iam veniſſent, ac Pharo propinquaſſent, ipſe ad Eux. Ponti fauces* —. vt Leo Gr. omnia. CEDR.: *Contra eam profectus cum claſſe Theophanes patricius protoueſt. ad Hierum appellit, hoſtium nauibus ad Pharum eique vicinum littus ſubductis. Opportunum autem tempus ſpeculatus, confertim in eos irruit: ordinibusque diſſipatis, multas naues artificioſo igne

ruentes, perfectam hoſtium ediderunt ſtragem, nauibus vna cum militibus plurimis ſubmerſis, aliis multa parte caeſis, viuis etiam quampluribus comprehenſis a).

§. 14.

γ) Illuc pariter Ioannes domeſticus Curcuas cum toto orientis exercitu appulit, et huc illucque palantes deprehendens, cunctos ceu malorum plurimorum auctores internecione deleuit. Stenum enim ita dictum igne vaſtauerunt, et quos cepere captiuos, partim cruci- bus

comburit, reliquas profligat. ZON.: *Contra eam Romana claſſis iuxta Pharum in procinctu ſtetit, ac ſubito inuecta barbaros profligauit, multis eorum nauibus igne Graeco* (τῳ ὑγρῳ πυρι) *crematis.*

γ) INC. CONT.: *Superſtites cladi reliquiae ad orientalem plagam, ad locum Sgora dictum traiecerunt. Ibi Bardas patricius Phocas exdux* (ἀπο Στρατηγων) *miſſus, cum equitum peditumque delecta manu, ad Bithyniae partes miſſam, incidit, ingentique eam ſtrage fudit et profligauit, atque internecione deleuit. Sed et ſapientiſſimus ſolertiſſimusque Ioannes Curcuas ſcholarum domeſticus, cum Aſiatico omni exercitu praeſto fuit, multosque Ruſſorum* (τουτων) *a reliquo agmine aliis aliisque locis diuulſos offendens, ſuſtulit, ita ſane vt eius metu aggreſſionis perculſi, in ſuis ſe nauibus adunata claſſe continerent, nec vsquam excurrere auderent. Hi porro ingentia maximaque mala perpetrauerant, cum necdum illis Romanae copiae praeſto eſſent. Nam Stenum — tradiderunt.* Vt Leo Gr. omnia. SYM. LOG.: *Qui reſidui erant, — ad locum, quem Rhogas vocant, nauigauerunt. Quodque manipulum, neceſſarii pabuli et annonarum cauſa in Bithyniam miſerunt, Bardas Phocas in eam rem cum lectorum equitum manu miſſus, an-*

a) Adnotat ad cit. Zonarae locum Du Cange p. 100. „ Luithprandus lib. V. cap. VI. hanc Ruſſorum cladem pluribus narrat. Qui autem fuerint Ruſſi, ita mox docet: „ *Gens quaedam eſt ſub Aquilonis parte conſtituta, quam a qualitate corporis Graeci vocant Ruſſos, nos vero a poſitione loci vocamus Nordmannos. Lingua quippe Theutonum Nord, Aquilo, man autem, mas ſeu vir dicitur.* et paulo inferius, *Graeci vero victoria potiti, viuos ſecum multos ducentes, CP ingreſſi ſunt laeti: quos omnes in praeſentia regis Hugonis nuntii, vitrici ſc. mei, decollari praecepit.*

Impp. CONSTANTINO *Porph.* ROMANO *Lecap.*

a. C. 941.

bus, partim palis affixerunt: alios etiam in metam conſtitutos ſagittis confoderunt. Quotquot autem ſacerdotalis ordinis deprehendere, manibus retro vinctis ferreos clauos per medium caput immiſerunt, ſanctasque aedes plurimas igne conſumendas tradiderunt.

§. 15.

δ) Ingruente porro hieme, et annona deficiente, domos repetere conſiliabantur: regiae tamen claſſi diſceſſum occultare ſtudebant. Septembri autem menſe, indictionis decimae quintae in Thraciae partes transfretare aggreſſi, praefatum Theophanem habuerunt obuiam: vigilan-

reuertens illorum iter — deleuit. Sed et Curcuas cum Aſiaticis copiis cunctis deſcendens, fuſique exercitus reliquias offendens, illorum ſtragem dedit. Ii porro multa loca ac templa incenderant, quosque ex Romanis comprehenderant — immiſerunt. GEORG. MON.: *Superſtites — Bardas quoque patricius miſſus cum equit. del. m. — deleuit. Sed et Ioannes magiſter Crocoas — tradiderunt.* CEDRENVS: *Roſſi ſuperſtites in orientem traiiciunt, (et ad loca, quae Sgora dicuntur, claſſem appellunt,* in marg. e Scylitze adſcribuntur). *Ibi Bardas patricius, Phocae filius, cum equitatu et delectis militibus littus peruagans, in cohortem ſatis numeroſam ad alimenta colligenda emiſſam incidit, eamque fundit et trucidat. Domeſticus etiam ſcholarum Curcuas celeriter cum ſuis cohortibus ſuperuenit Roſſis, auulſosque a ſe inuicem et hinc inde vagantes male mulctat. Omni tragoedia atrociora ſunt, quae Roſſi antequam fuere debellati, perpetrarunt flagitia. Etenim captiuorum alios — tradiderunt. Verum ubi proelio nauali, uti docuimus, victi, et haud paruis cladibus in terra affecti fuerunt, intra ſuas ſe naues abdidere, atque ibi continuere.* ZON.: *Reliquae* [Ruſſ. naues] *verſus orientem profectae, in Bardam Phocam petricium, qui exercitui praeerat, inciderunt, qui multos ad conquirenda neceſſaria nauibus egreſſos ſuſtulit. Idem et Curcuas domeſticus fecit, multis occiſis et captis.*

δ) INC. CONT.: *Ingruente vero hieme, cum eos iam neceſſarius commeatus deficeret, dum ſcilicet ſcholarum domeſtici Curcuae copiarum inſultus, virique prudentiam ac ſagacitatem timent, nec non Theophanis naualia proelia, exque inſidiis aſtuque aggredientis impetum reformidant, domum redire conſtituerunt. Ac vero hoc adnitentes, vt Rom. claſſem laterent — decoratus eſt.* SYM. LOG.:

a. C. 941.

Impp. CONSTANTINO Porph. ROMANO Lecap.

gilantiſſimum enim eius animum latere non poterant. Confeſtim igitur conflictus in mari ſecundus habitus, quo nauigia plurima ſubmerſa ſunt: pauci vero cum nauibus ad Coeles b) littora ſeruati incolumes, nocte ingruente fugerunt. Theophanes autem victoria clarus reuertens cum honore ſuſceptus, et accubitoris dignitate decoratus eſt.

Iam vero appetente hieme, cum domum redire pararent, Romanam claſſem latere ſtudebant. Cum itaque noctu ſoluiſſent facto eis obuiam Theophane patricio, altera ſtatim naualis commiſſa pugna — dec. eſt. GEORG. MON.: *Ingruente* — omnia vt Leo Gr. CEDR.: *Deinde alimentis abſumtis, cum domum vellent redire, et ſibi a Romana claſſe metuerent, quae ipſos in vicinia obſeruabat, capta opportunitate, ſignoque dato ſoluerunt. Neque tamen Theophanem fefellerunt: ſed is, cognito eorum diſceſſu, ſtatim aduerſum ſe tulit. Hoc ſecundo nauali proelio rurſum Roſſi victi ſunt: eorum naues aliae ferro et igni peſſundatae, quaedam cum ipſis vectoribus in Romanorum poteſtatem venerunt: perpaucae e bello ſaluae domum redierunt. Theophanes* —. ZON.: *Sic terra marique male accepti* [Ruſſi], *ſe in nauibus continebant, donec commeatu deſtituti, ad ſua redire decreuerunt. Sed quum ſoluiſſent, denuo Romanae triremes eos aggreſſae, duobus naualibus proeliis deuicerunt. Paucae igitur barbaricae naues interitu vitato ad ſuos redierunt, nunciae malorum et acceptae cladis. Ruſſi igitur pluribus malis acceptis, quam, vt ſperarant, datis, a laceſſendis Romanis abſtinuerunt.*

b) *τας κοιλας.* Incertus Continuator Κυλας.

CAPVT IV.

Ruſſi milites imperatorum CPlitanorum mercenarii;

a. C. 902 — 1077.

Imp. LEONE *Sap.*

§. 16.

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 902.

8. [QVo tempore expeditio aduerſus Cretam ſub Leone ſap. duce Himerio patricio et logotheta ſuſcepta eſt], imperialis claſſis conſtabat duodecim millibus et Ruſſis ſeptingentis.

9. Ruſſorum ſeptingentorum roga in vniuerſum eſt centenarium vnum. Facit roga claſſis et Ruſſorum ſimul centenaria 17. litras 59. numiſmata 42. a)

Impp. CONSANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.* Indict. 8.

§. 17.

Imp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 935.

10. CVM protoſpathario Epiphanio appellens [in Longobardiam] indictione octaua claſſis regia conſtabat chelandiis, aut lenunculis, vndecim

8. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. L. II. c. 44. p. 376. et p. 377. ita: *Claſſis imperialis — pamphylis — conſtabat quadraginta; quorum — viginti vehebant viros centenos et trigenos, et Ruſſos in vniuerſum ſeptingentos.* it. p. 378. *Tota ergo naualis militia e claſſe imperiali et e claſſe prouinciali compoſita conſtabat dromonibus 112. et pamphylis 75; remigibus trigeſies et quater mille, militibus 7340. Ruſſis 700. Mardaitis 5087.*

a) Id. ibid. paulo inferius: *Tota ſumma rogarum pro imperiali claſſico, pro Ruſſis, pro claſſico prouinciali, et pro Mardaitis occidentalibus eſt cent. 29. litr. 13. numiſm. 66.*

9. Id. ibid. p. 378.

10. Id. ibid. p. 381.

Impp. CONSTANTINO Porph. et ROMANO Lacap.

a. C. 935.

decim, quae autem praeceſſerat, et iam ſeptima indictione ſub ducatu patricii Coſmae appulerat claſſis, totidem chelandiis conſtabat, et ſeptem Carabiis, Ruſſos 415. vehentibus b).

§. 18.

a. C. 949.

Indict. 8.

[TEMPORE expeditionis indictione ſeptima aduerſus Cretam ſuſceptae] regia claſſis conſtabat vſiis [nauium id genus eſt] centum quinquaginta — in quibus numerabantur vſiae ſeptem Ruſſorum, per Dyrrhachium et Dalmatiam ſtationem agentes c). 11.

§. 19.

In Cretam excurſura armis affligendam pamphyli 7. vſiaca chelandia 33. in vniuerſum ſunt chelandia 40. dromones 20. quorum quum ſinguli binas haberent ſuas vſias, efficiebantur vſiae 40. Ruſſorum erant viri 584. quibus ſi accenſentur 45. pueri ſeu ſerui in caſtris ſeruientes, erunt Ruſſi vniuerſi 629. Tulmatzi 368. captiui 700. 12.

§. 20.

Pro quatuor tagmatibus regiae claſſis, connumeratis tam rectoribus, quam gregariis, item regiis mandatoribus, et medicis, et captiuorum tam rectoribus, quam gregariis, Tulmatzis et Ruſſis puta d), necnon illis, quos eccleſiae contribuerant, item machinarum bellicarum operis, expenſa fuit roga, in parato grandi aere haec: Litrae ſcilicet 1691. cum numiſmatibus 53. et in miliareſibus, ſeu minuto aere, litrae 73. numiſmata 62. miliareſia 4. 13.

§. 21.

A libra [id eſt a tribunali, quod pendit ſtatera redeuntes in fiſcum imperialem numos et expenſas pariter appendit e)] ſuſceptae fue- 14.

b) Ῥως καραβια ζ' ἐχοντα ἀνδρας υιε.

11. Id. ibid. p. 383.

c) ἐξ αὐτων των Ρωσιων ἐν τε Δυῤῥαχιῳ και ἐν Δαλματιᾳ οὐσιαι ζ'. forte hic quoque (vid. ſupra §. a.) punicea non Ruſſica nauigia intelligenda ſunt.

12. Id. ibid. p. 384.

13. Id. ibid. p. 385.

d) Τελματζιων και των Ῥως.

14. Id. ibid. p. 389.

e) Addit haec interpres.

Impp. CONSTANTINO *Porph.* et ROMANO *Lacap.*

a. C. 949.

fuerunt auri litrae 24. quo emerentur variae res ad expeditionem Cretenſem vtiles, et ad armanda nouem Ruſſica carabia *f*), et duas vniremes captiuorum, aliaque, quae ſecundum ſacrum mandatum ſupernumeraria comparari et diſtribui debuerunt in claſſem regiam. —

Pro emendis pannis craſſis, quo exinde fierent vela nouem, ſingula tricenarum vlnarum, 'in vſum nouem carabiorum, Ruſſos vehentium *g*), et alia vela duo; de vicenis octonis vlnis, in vſum moneriorum ſeu vniremium, captiuos vehentium, expenſa ſunt numiſmata 1154. ſimul computatis illuc pannis illis craſſioris fili, qui per abundantiam et ſuper numerum in Ruſſos diditi fuerunt.

Imp. ROMANO *Porph.* Ind. 5.

§. 22.

Imp. ROMANO *Porphyrogenneta.*

a. C. 962.

15. [NICEPHORVS Phocas, domeſticus ſcholarum, cum menſe Iulio indictione quinta in Cretam deſcendiſſet] admotis — ad vrbem [Chantacem] caſtris, 'intelligens — eos, qui vrbe excluſi erant, in anguſta et cluſuras, alueolosque et ſaltus et montes confugiſſe, diſtributo exercitu, 'peditum atque equitum ſelectam manum, Ruſſosque et Aſiaticos *h*) — in eos miſit.

§. 23.

Indict. 6.

a. C. 963.

16. [Romani] cum menſes fere octodecim et amplius vrbem obſediſſent, — tandem — menſe Martio, ſexta indictione ſcholarum domeſticus — ex legionariis, et Armeniis et, Ruſſis, et Sclabinis *i*), et Thracibus lectos in vrbem immiſit. — Breuique conſerto proelio vrbem ceperunt.

§. 24.

f) συν ἐξοπλισει των θ' ῥεσικων καραβιων.

g) των θ' καραβιων των Ρως.

15. INCERTVS CONTINVATOR (Scriptt. p. Theoph.) p. 297, 298.

h) και ἱπποτοξοτας, και Ρως, και Ανατολικας ἀρχοντας.

16. Id. p. 300.

i) Σθλαβησιανων.

CAPVT IV.

Imp. MICHAELE Strat.

§. 24.

Imp. MICHAELE *Stratiotico.*

a. C. 1057. *k*)

[QVO tempore Iſaacius Comnenus imperator ſalutatus, contra 17.
Michaelem rebellauit] erant iis locis [in oriente] in hibernis 'duae Francicae legiones, ac vna Roſſica *l*): de quibus magna eum [Ambuſtum „vnum e coniuratis] tenebat ſolicitudo, ne iis coniuratio ſuboleret, ab iisque comprehenſus imperatori mitteretur.

Imp. MICHAELE Duca.

§. 25.

Imp. MICHAELE *Duca.*

a. C. 1077.

[NICEPHORO Bryennio contra Michaelem Ducam rebellante, 18.
Ruſelius et Alexius Comn. contra ipſum mittuntur] ſimul per mare miſſis — 'Roxolanorum nauigiis *m*), ipſisque peditibus ad Athyram feſtinantibus.

CAPVT.

k) Imperator ſalutatus eſt Iſaacius Comn. d. 8. Iunii indict. 10. a. M. 6565.

17. CEDRENVS T. II. p. 799.

l) δυο ταγματα Φραγγικα, και Ρωσικον ἑν.

18. SCYLITZES (Cedr. T. II. p. 860).

m) Ρωσικων πλοιων.

CAPVT V.

Receptio Olgae CPli imperante Conſtantino Porph. facta;

a. C. 956.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

§. 26.

Imp. CONSTANTINO *Porphyrogenneta:* a. C. 956. a)

19. α) Menſis Septembris die nono, feria quarta, fiebat receptio ob aduentum ʼΕλγαe, Archontiſſae vel principiſſae Roſiae, vel Ruſſiae b).

Ipſa intrabat Archontiſſa, cum agnatis ſuis, feminis principalis ſanguinis et conditionis, et famulabus honeſtioribus. Prima ducebat chorum ipſa Archontiſſa; reliquae ſequebantur in ordine, vna poſt alteram.

Sta-

α) CEDRENVS: *Elga Roſſorum principis vxor, qui claſſem in Romanos duxerat* (και ἡ τȣ ποτε κατα Ρωμαιων ἐκπλευσαντος ἀρχοντος τῶν Ρων γαμετη Ελγα τὄυνομα) *marito defuncto Conſtantinopolin venit: et baptizata, cum magnum verae pietatis ſtudium demonſtraſſet, dignis ſuo inſtituto honoribus affecta, domum rediit.* ZONARAS: omnia vt Cedrenus.

19. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. L. II. c. 15. p. 343—345. Cedren. T. II. p. 636. Zonar. T. II. p. 194.

a) Circa hunc annum quae de Olga narrantur, geſta eſſe videntur. Apud Cedrenum certe p. 635. res indict. 6. i. e. a. C. 948. p. 638. vero res a. 12. imperii Conſtantini, quo nimirum, eiecto a. C. 945. Romano Lac., ſolus imperauit, a. M. 6464. ind. 14. i. e. a. C. 956. geſtae occurrunt. Zonaras autem ſuae de Olga narrationi res a. 12. imperii Conſtantini geſtas immediate ſubiungit.

b) Ελγας της Αρχοντισσης Ρωσιας

a. C. 956.

Stabat Elga in eo loco, e quo logotheta ſolet nomine imperatoris legatos, quibus admiſſio indulgetur, interrogare *c*).

Pone eam intrabant principum Ruſſiae apocriſiarii, et negotiatores [CPli habitare ſoliti *d*)]. Hi reſtabant inferius apud vela. Caetera fiebant ſecundum modum praedictarum receptionum.

Egreſſa rurſus e conſpectu Domini *e*), tranſibat Archontiſſa viridarium, triclinium candidatorum, triclinium illud, in quo camelaucium ſtat, et magiſtri creantur; per Onopodem porro et Auream Manum, ſeu porticum Auguſteonis, vbi conſidebat.

§. 27.

Imperator in palatium [magnum e Magnaura *f*)] pro more conſueto reuerſo, fiebat ſecunda receptio in hunc modum. In triclinio Iuſtiniani ſtabat pulpitum, purpureis blatteis diuiſis inſtratum. Super eo ſtabat magnus thronus Theophili imperatoris, et a latere aurea ſella imperialis. Inferius intra duo vela ſtabant argentea duo factionum organa; nam flatilia organa extra vela ſtabant.

In dicto itaque throno conſidebat imperatrix; ad quam arceſſita Archontiſſa ex Auguſteone, facto per Apſidem et circum et interiores porticus eiusdem Auguſteonis tranſitu, deponebatur in Skylis.

Interea introducebantur a praepoſito et oſtiariis vela ad imperatricem in praedicto throno reſidentem, cui nurus eius in appoſita laterali ſella aſſidebat, adſtante toto cubiculo. Velorum, quae introducebantur, primum efficiebant Zoſtae; ſecundum magiſtriſſae, ſeu magiſtrorum vxores; tertium patriciae; quartum officiales protoſpathariae; quintum ſpatharocandidatiſſae; ſextum ſpathariae, ſtratariſſae et candidatiſſae.

His congregatis, tandem intrabat Archontiſſa Ruſſica, introducta a praepoſito et oſtiariis. Ipſa praeibat, ſequebatur, vt praedictum, reli-

c) τας ἐρωτησεις ποιεισθαι.

d) Addit haec interpres.

e.f) Addit interpres.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 956.

reliquus comitatus muliebris Archontiſſae, agnatae ipſius, et ſelectiores famulae.

Praepoſitus tum nunciabat aliquid Archontiſſae [clam in aurem dicens g)] nomine imperatricis, et Archontiſſa protinus exibat, atque conſidebat in Skylis. Imperatrix autem ſurgens de throno, tranſibat per Lauſiacum et Tripetonem in Kaenurgium, [ſeu nouas aedes h)] et illinc in ſuum koetonem.

Eo facto intrabat Archontiſſa quoque per Iuſtiniani triclinium, Lauſiacum et Tripetonem in Kaenurgium, ibique reſpirabat aliquantulum ſiſtens gradum. Interea veniebat imperator in Koetonem, et conſidebat ibi cum Auguſta liberisque ſuis Porphyrogennetis, et tum arceſſebatur Archontiſſa e Kaenurgio, iuſſuque imperatoris conſidebat et colloquebatur ipſi, quae tandem volebat.

§. 28.

Eodem die fiebat cletorium, ſeu ſacrum conuiuium, in triclinio Iuſtiniani. Reſidebat ibi imperatrix in throno, de quo ſupra diximus; eius nurus ipſi aſſidebat. Archontiſſa primum adſtabat ex obliquo, donec per magiſtrum menſae introductae reliquae principalis ſanguinis feminae adoraſſent imperatricem: ipſa deinceps Archontiſſa, capitis aliquali inclinatione ſuam ipſi ſubmiſſionem teſtata, conſidebat in eo loco, vbi ſtabat, ad menſam ad aliqualem ab imperiali diſtantiam poſitam h), vna cum zoſtis, prout mos eſt.

Illi conuiuio aderant pſaltae apoſtolitae et hagioſophitae, canentes carmina in laudes regiae familiae i). Ludebant quoque ludiones thymelici generis omnis.

§. 29.

Fiebat eodem tempore in Chryſotriclinio aliud conuiuium, quo excipiebantur omnes apocriſiarii principum Ruſſiae, et homines et agnati Archontiſſae, et negotiatores eius. Poſt epulas accipiebant illi mune-

g. h) Addit interpres.

i) ᾄδοντες τα βασιλικια.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 956.

munera; triginta quidem miliareſia auunculus Archontiſſae *k*); octo autem eius amici priuati et confidentes *l*) accipiebant ſinguli vicena miliareſia; viginti eius apocriſiarii duodena; quadraginta tres negotiatores duodena pariter; papas Gregorius *m*) accipiebat octo; ambo interpretes duodena; homines SPHENDOSTHLABI [is Elgae filius Ruſſis tum imperabat *n*)] quina; ſex homines apocriſiariorum terna; interpres Archontiſſae tandem quindecim accipiebat miliareſia.

Vt ſurrexerat imperator a conuiuio, fiebat dulcium, [id eſt apponebantur placentae et bellaria in pranſorio *o*)] ſuper ibi poſita parua aurea menſa, quae in Pentapyrgio ſtare ſolet, in ſcutellis gemmatis et ſmaltitis. Ibi conſidebat imperator [Conſtantinus *p*)], et Romanus Porphyrogennetus imperator, et amborum liberi Porphyrogenneti, et nurus imperatoris, et Archontiſſa. Huic pro munere dabantur in aurea gemmata ſcutella miliareſia quingenta. Sex eius intimis amicabus dabantur vicena miliareſia, et octodecim eius famulabus octona.

§. 30.

Menſis Octobris die decimo et octauo, eodemque dominico, fiebat aliud conuiuium in Chryſotriclinio, in quo imperatori Ruſſi conuiuabantur, et rurſus aliud in pentacubiclio S. Pauli, in quo deſpoena [vel imperatrix *q*)], cum Porphyrogennetis ſuis liberis et nuru ſua, et Archontiſſa conuiuabatur. Accipiebat Archontiſſa tum in munus ducenta miliareſia, eius auunculus viginti, papas [vel confeſſionarius *r*)] Gregorius octo; ſedecim eius intimae familiares duodena; octodecim eius famulae ſena; viginti duo apocriſiarii duodena; quadraginta quatuor negotiatores ſena, et dena bina ambo interpretes.

§. 31.

a. C. 946.

RECEPTIONE facta in illuſtri et magno triclinio Magnaurae tempore Conſtantini et Romani Porphyrogennetorum — ob praeſentiam lega- 20.

k) ὁ μεν ἀνεψιος ἀυτης.

l) ὁι ἰδιοι ἀυτης.

m) ὁ παπας Γρηγοριος.

n) o p. q. *r*) Addit haec interpres.

20. CONSTANTINVS de Cerim. Aul. Byz. L. II. c. 15. p. 329.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 946.

legatorum Amerumnae, qui Tarſo aduenerant, negotiandae permutationis captiuorum et pacis cauſa — die 31. menſis Maii, feria 1. In-
21. dict. 4. — extra cancellum chalces [vel aeneae p rtae] ſtabat Pachoma [i. e. turba miſcella, vt videtur] — item Roſſi baptizati, cum flamullis geſtantes ſcuta et ſpathas.

§. 32.

22. AD Archontem Roſiae [vel Ruſſiae] mittitur bulla aurea biſoldia cum hoc titulo: Litterae Conſtantini et Romani, Chriſtum amantium imperatorum Romanorum ad Archontem Roſiae.

CAPVT VI.

Miſcellanea quaedam de rebus Ruſſorum tempore Conſtantini Porphyrogennetae.

§. 33.

a. C. 949. a)

23. RVSSIS Patzinacitae vicini ſunt, et contermini: quare niſi pacem inuicem colant, Ruſſiam ſaepe depraedantur, ingentique damno afficiunt b). Ideo Ruſſi operam dant, vt pacem cum Patzinacitis habeant. Ab ipſis enim boues, equos et oues comparant, atque horum ope facilius ſuauiusque vitam agunt: nullum quippe horum animalium in Ruſſia naſcitur.

§. 34.

21. Id. ibid. p. 335. [ ] incluſa interpres addit.

22. Id. ibid. c. 48. p. 399.

23. CONSTANTINVS de Adm. imp. c. 2. p. 55, 56.

a) Hoc circiter anno hiſtoriam ſuam concinnauit Conſtantinus coll. c. 29. p. 91, 92.

b) παραβλάπτουσι καὶ λυμαίνονται.

a. C. 949.

§. 34.

Sed neque ad bella, quae extra fines geruntur, ire omnino Ruſſi poſſunt, niſi cum Patzinacitis pacem ſeruent: quoniam dum illi extra fines abſcedunt, ipſi irrumpentes poſſunt terram eorum peſſumdare et deuaſtare. Ideoque Ruſſi ſummopere ſatagunt, ne damnum ab iſta gente ſibi importetur: et quia ſtrenua illa et admodum bellicoſa eſt, eam ſibi ad belli conſortium et auxilium pellicere curant, vti ſimul et eius inimicitiam deuitent, et auxilio fruantur.

Neque poſſunt item Ruſſi imperatricem hanc Romanorum vrbem, ſiue belli, ſiue commercii cauſa petere, niſi pacem cum Patzinacitis colant: nam vbi cum nauibus Ruſſi ad loca fluminis praerupta c) deuenerint, cum non vltra procedere queant, niſi nauiculas ſuas flumine eductas humeris impoſitas transferant, tunc temporis illos Patzinacitae inuadunt, et facile, quia duplici labori ferendo pares non ſint, in fugam vertunt et interficiunt.

§. 35.

PATZINACITARVM gens altera Cherſonis parti contermina eſt, 24.
quae etiam cum Cherſonitis negotiationem exercet, et tam ipſis, quam imperatori miniſterium praebet in Ruſſia, Chazaria, Zichia &c pro pacta mercede merces inde exportans.

§. 36.

SIC vero imperatori Rom. cum Patzinacitis ineunda foedera, 25.
vt ex pacto teneantur operam praebere vbicunque vſus poſtulauerit, ſiue aduerſus Ruſſos, ſiue contra Bulgaros vel Turcas. Siquidem hos omnes bello adoriri poſſunt, ac ſaepe contra illos profecti, iam ipſis ſunt perquam formidabiles. —

§. 37.

c) εἰς τȣς φραγμȣς τȣ ποταμȣ, ad Danapris, puta, catarhactas. cf. infra §. 39. His ſimilia ſunt, quae cap IV. de Patzinacis, Ruſſis et Turcis Conſtantinus refert. locum ipſum vide *Tom. III.* in *Patzinacicis §.* 10.

24. Id. ibid. c. 6. p. 57. cf. *Patzinacica §. 12.*

25. Id. ibid. c. 8. p. 58.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

§. 37.

26. LINTRES d) ab vlteriore Ruſſia e) Conſtantinopolin appellentes, a *Nemogarda* f) proficiſcuntur, vbi Sphendoſthlabus, INGOR Ruſſiae principis filius g) habitabat. Sunt etiam a caſtro *Miliniſca*, *Teliutza*, *Tzernigoga* et *Buſegrade* h). Haec itaque omnia ſecundo Danapri flumine deſcendunt, coëuntque ad caſtrum *Cioaba*, cui cognomen *Sambatas* i).

§. 38.

Sclabi autem ipſorum tributarii, *Cribetaeni* dicti et *Lenzaueni*, nec non caeteri *Sclabinii* k), in montibus ſuis monoxyla, ſiue lintres, hiemis tempore caedunt, ipſosque in aptam formam concinnatos, poſtquam ſudo et ſereno aëre ſoluta glacies eſt, in proximas paludes deducunt. Poſtquam autem illos in Danaprim fluuium immiſerunt, inde eodem flumine Cioba ſe conferunt, deinde monoxyla extrahunt atque ſuſpendunt, Ruſſisque venundant. Ruſſi vero has tantum ſcaphulas emunt, ex veteribusque ſolutis remos, ſcalmos et reliquum apparatum conficiunt, easque omnibus ad vſum inſtruunt.

§. 39.

Tum menſe Iunio per flumen Danaprim nauigantes ad *Bitetzeba* caſtrum ſibi tributarium l) deſcendunt. Illic per duos tresue dies congregati, poſtquam omnia monoxyla conuenerunt, poſtea mouent, ac per memoratum fluuium Danaprim deſcendunt.

Ac primo quidem ad primum locum fluminis praeruptum veniunt, qui *Eſſupe* cognominatur m), quod Ruſſorum Sclaborumque lin-

26. CONSTANT. de Adm. Imp. c. 9. p. 59 — 61.

d) μονοξυλα.

e) ἀπο της ἔξω Ρωσιας.

f) ἀπο της Νεμογαρδας. an quae infra §. 110. Ο'υγκρατις, §. 127. Νεβογορδων

g) Σφενδοσθλαβος ὁ ὑιος Ιγγωρ —.

h) ἀσιν δε και ἀπο το καςρον την Μιλινισκαν, και ἀπο Τελιετζαν, και Τζερνιγωγαν. και ἀπο τ. Βυσεγραδε.

i) ἐπι το καςρον το Κιοαβα, το ἐπονομαζομενον Σαμβατας. paulo inferius Κιοβα.

k) ὁι δε Σκλαβοι ὁι πακτιωται αὐτων, ὁι Κριβηταιηνοι λεγομενοι και ὁι λοιποι Σκλαβινιοι.

l) ἐις το Βιτετζεβη, ὅπερ ἐςι πακτιωτικον κάςρον των Ρως.

m) ἐις τον πρωτον Φραγμον τον ἐπονομαζομενον ἐσσεπη.

lingua valet, *non dormire*. Ita vero locus praedictus anguſtus eſt, vt Tzycaniſterii n) latitudinem non ſuperet; in medio autem praerupta ſaxa ſunt, quae eminus inſularum ſpeciem praeferant. Ad haec igitur allidens et intumeſcens aqua, deindeque cum magno ſtrepitu praeceps acta, metum incutit. Quapropter illac tranſire Ruſſi non audent, ſed haud procul exſcenſu facto, eductis hominibus, rebusque caeteris in lintre relictis, pedibus nudis vadum tentant, ne ad ſaxum aliquod offendant. Dum autem id faciunt, alii proram, alii medium nauiculae, caeteri puppim contis impellunt: atque cum hac ſumma cautela et ſollicitudine hanc primam munitionem per angulum et ripam fluminis transgrediuntur.

Superato hoc loco fluminis praerupto, reductis iis, quos expoſuerant, curſum nauigationis repetunt, et ad alium locum praeruptum deſcendunt, qui Ruſſis *Vlborſi* o), Sclabis *Oſtrobuniprach* p) dicitur, ſignificatque *inſulam loci praerupti* q). Hic porro priori ſimilis eſt, et haud facile tranſitum permittit. Rurſus itaque eductis hominibus, monoxyla, vt ante dictum eſt, traducunt.

Parique modo tertium locum praeruptum transmittunt, nuncupatum *Gelandri*, quem Sclabice *ſonum loci praerupti* r) interpretantur. Similique ratione quartam munitionem maiorem, quam Ruſſi *Aiphar*, Sclabi *Neaſet* s) nuncupant: quoniam in ſaxis munitionis *pelicani nidificant*.

Ad has itaque fauces rectis proris appellunt: virique ad hoc deſtinati ad excubias ſeruandas cum ipſis exſcendunt, abeuntque. Excubias autem peruigiles hi agunt propter Patzinacitas: caeteri vero, eductis ex lintre rebus ſuis, mancipia catenis conſtricta per terram ducunt, ad ſex millia paſſuum, donec locum praeruptum pertranſierint

n) Tzycaniſterium ille vocabatur locus CPli, in quo imperatores, eorum filii et proceres in equis pila ludere ſolebant.

o) Ουλβορσι.

p) Οςροβȣνιπραχ.

q) το νησιον τȣ φραγμȣ.

r) Γελανδρι — ἠχος φραγμȣ.

s) Αειφαρ — Νεασητ.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

rint: deinde lintres hi quidem trahentes, alii geſtantes humeris, vltra locum praeruptum deportant, coniectisque in flumen monoxylis, impedimenta et ſarcinas reponunt, ipſique demum ingrediuntur, et nauigare pergunt.

At vbi ad quintum locum fluminis praeruptum deuenerunt; quem Ruſſi *Baruphorum*, Sclabi *Bulneprach* t), *quod paludem magnam efficiat*, denominant, rurſum pro more ad fluminis angulos nauigia traducunt, vt in primo et ſecundo loco praerupto fecerant, et ad ſextum perueniunt, a Ruſſis *Leanti*, a Sclabis *Berutze* v) nominatum, quaſi dicas *aquae ſcaturigo*: quo etiam loco praerupto pari ratione ſuperato, ad ſeptimum nauigant, qui Ruſſorum lingua *Strubun*, Sclaborum autem *Napreſi* vocatur, id eſt, *exiguus locus praeruptus*.

§. 40.

Tranſeuntque ad traiectum *Crarii* y), vbi e Ruſſia Cherſonitae, et in Cherſonem Patzinacitae traiiciunt: qui traiectus hippodromi latitudinem habet; altitudinem vero ab inferiori parte quantum oculi perſpicere poſſunt, quantumque iactus ſagittae pertingere poteſt. Quamobrem eum in locum deſcendunt Patzinacitae, ac cum Ruſſis manus conſerunt.

Hoc autem transmiſſo loco, ad *S. Gregorii inſulam* appellunt, vbi propter ingentem quercum ſacrificia obeunt, viuentesque aues immolant. Circum autem ſagittas defigunt, alii vero panes et carnes, aut alia prout cuique ſuppetit, id enim in more habent. Sortes item mittunt de auibus; num edere, an occidere, an viuas illas dimittere debeant. Ab hac vero inſula Patzinacitam Ruſſi nullo modo metuunt, donec ad fluuium *Selinam* deuenerint.

Iſtinc porro mouentes, quatuor diebus nauigant, donec ad paludem, fluminis oſtium perueniant, vbi *S. Aetherii inſula* cernitur: quam in inſulam poſtquam appulerint, ibi duos tresue dies in quiete tranſigunt; ac rurſus monoxyla neceſſariis, ſi qua deſunt, inſtruunt; puta

t) Βαρουφόρος — Βουλνηπραχ.

v) Λέαντι — Βερουτζη.

x) Ναπρεζη — Στρουβουν.

y) πέραμα τὰ κραρια.

puta, velis, malis, clauis, quae ſecum deferunt. At quandoquidem fluminis huius oſtium haec palus eſt, vt diximus, et porrigit ſe vsque ad mare, ad quod etiam inſula S. Aetherii ſita eſt, inde ad Danaprim fluuium concedunt, quo cum ſalui peruenerint, quieſcere ſolent.

Inde, exſcenſu facto, profecti, ſi tempus faueat, Album fluuium petunt: et illic ſimiliter refecti rurſum mouentes, Selinam ſe conferunt, ad Danubii fluminis, vt vocant, Paracladium. Donec vero Selinam fluuium traiecerint, a latere currunt Patzinacitae: et ſi, vt ſaepe euenit, mare monoxyla ad terram proiecerit, omnes exſcendunt, vt coniunctim Patzinacitis obſiſtere valeant.

Selinam fluuium praetergreſſi, neminem formidant: ſed vbi Bulgariam attigerunt, in Danubii oſtium ingrediuntur. A Danubio *Conopam* traiiciunt, inde Conſtantiam ad flumen *Varnas*, a Varnis ad flumen *Ditzinam* proficiſcuntur, quae omnia ad Bulgariam regionem pertinent. A Ditzina fluuio *Meſembriae* terram petunt. Atque hunc in modum hucusque difficilis illa, aerumnarum ac metus plena nauigatio abſoluitur.

§. 41.

HIBERNA vero et aſpera Ruſſorum viuendi ratio haec eſt. Ineunte Nouembri menſe, quamprimum eorum principes cum vniuerſa Ruſſorum gente egrediuntur Ciabo, et in oppida proficiſcuntur, quae *Gyra* appellantur [z]) aut in Sclabica loca *Berbianorum*, *Drungubitarum*, *Cribitzarum*, *Serbiorum* reliquorumque *Sclaborum*, qui Ruſſis tributarii ſunt [a]). Illic vero peracta tota hieme, rurſum Aprili menſe ſoluta glacie Danapris fluuii, Ciabum deſcendunt. Deinde receptis, vti ſupra dictum eſt, monoxylis, iisdemque probe inſtructis, Romaniam deſcendunt, quoniam Vzi Patzinacitas bello infeſtare poſſunt.

z) ἀπερχονται εἰς τα πολυδια, ἁ λεγεται Γυρα.

a) εἰς τας Σκλαβινιας των τε Βερβιανων και των Δρουγεβιτων, και Κριβιτζων, και των Σερβιων, και λοιπων Σκλαβων, ὁιτινες εἰσι πακτιωται των Ρως.

Imp. CONSTANTINO *Porph.*

a. C. 949.

§. 42.

27. SCITO, o fili [b], borealibus omnibus populis quaſi a natura inſitam eſſe diuitiarum cupidinem inſatiabilem, quam ob rem omnia quaerunt, omnia expetunt, neque concupiſcentiam termino vllo circumſcriptam habent, ſed plura ſemper cupiunt, ac pro exigua opera maximam mercedem referri poſtulant. Ideoque importunas illorum petitiones ac impudentes poſtulationes ſuaſione ac prudenti excuſatione ſubuertere atque inhibere oportet: quae quidem quantum vſu et experimento percepi, vt compendio dicam, huiusmodi futurae ſunt. Si quando ſiue Chazari, ſiue Turci, ſiue Ruſſi, ſiue aliae quaepiam boreales et Scythicae gentes, vt plerumque accidit, imperiales veſtes, coronas aut ſtolas, cuiusdam praebiti miniſterii cauſa, transmitti poſtulant, ita te excuſatum oportet: Huiusmodi ſtolae et coronae, quae nos camelaucia vocamus, neque hominum opera confecta, neque humana induſtria excogitata ſunt; 'ſed a Deo per angelum Conſtantino M. miſſa in magna ſancta Dei eccleſia, quae de nomine ſapientiae Dei enhypoſtatae Sancta Sophia appellatur, deponenda, eorum vſu tantum in publico et magno Ieſu Chriſti feſto conceſſo; ita vt nemini eorum aliquid donare liceat. Eadem quoque de ſiphonibus et igni Graeco valent; neque denique connubia cum hiſce borealibus gentibus iungere fas eſt.'—

§. 43.

28. CHAROBÖE thema [Patzinaciae] Ruſſiae adiacet: Iabdiertim vero thema 'conterminum eſt tributariis pagis Ruſſiae regionis, puta *Vltinis*, *Derbleninis*, *Lenzeninis*, reliquisque *Sclabis* [c]. Diſtat autem Patzinacia — a *Mordia* dierum decem itinere, a Ruſſia vnius diei. —

29. Superiores Danapreos fluminis partes Ruſſi accolunt, per quod nauigantes ad Romanos proficiſcuntur. Patzinacia autem Ruſſiam vniuerſam

27. Id. ibid. c. 13. p. 63—67.

b) Filio ſuo Romano, quem hic quoque alloquitur, librum hunc de Adm. Imp. dedicauit Conſtantinus Porph.

28. CONSTANT. de adm. imp. c. 37. p. 106.

c) πλησιαζει τοις ὑποφοροις χωριοις χωρας της Ρωσιας, τοις τε Ουλτινοις, και Δερβλενινοις, και Λενζενινοις, και τοις λοιποις Σκλαβοις.

29. Id. ibid. c. 42. p. 112, 113.

a. C. 949.

Imp. CONSTANTINO Porph.

uerſam et Boſporum complectitur, vsque Cherſonem, et vsque Sarat, Burat et triginta partes. — Ad ſeptentrionem habet Danaprim fluuium, ex quo Ruſſi proficiſcuntur in nigram Bulgariam, Chazariun et Syriam.

CAPVT VII.

Bulgaria a Ruſſis, Swjatoſlauo duce, ſubacta, iisdem a Ioanne Tzimiſce erepta; Swjatoſlaui caedes;

a. C. 967 — 971.

§. 44.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 967.

Imp. NICEPHORO Phoca. a. 4. imp. indict. 10.

α) ANNO imperii ſui quarto, indictione decima, menſe Iunio 30. exiit [Nicephorus] Thraciae vrbes contemplatum cumque vsque ad magnam Sudam a) perueniſſet, Petrum Bulgariae principem hortatus eſt, per litteras, ne ſineret Turcos Iſtrum traiicere et Romanorum ditionem infeſtare. Bulgaro non obtemperante, ſed

 omnia

α) ZONARAS: *Turcis, — Vngris ſcilicet, Thraciam vaſtantibus, Bulgariae principi* [Nicephorus] *ſcripſit, ne — infeſtare.* — (cf. *Bulgarica* §. 135.) *Ibi — repulſam paſſus Calocyrum — filium ad Sph. — ablegauit. Ruſſicus igitur exercitus* (ἐπιςρατευα τοινυν κατα Βελ-

30. CEDRENVS T. II. p. 660. Zonaras T. II. p. 205, 206.

a) ἀχρι της λεγομενης μεγαλης Σαδας. in marg. ταφρα Scylitz. et Goar in Notis poſter. p. 54. „ Ad magnum vsque *vallum* ſiue *foſſam* „.

Imp. NICEPHORO *Phoca.*

a. C. 949.

omnis generis adhibitis praetextibus recuſante, Nicephorus Calocyrum Cherſonii principis filium b), patricia dignitate exornatum, ad SPHENDOSTHLAVM, Roſſorum c) principem, mittit, eumque munerum ac officiorum pollicitationibus ad inferendum Bulgaris bellum ſollicitat.

a. 5. Indict. II.

§. 45.

a. C. 968.

Roſſi obſecuti, indictione vndecima Auguſto menſe, anno imperii Nicephori quinto, in Bulgariam impreſſione facta, multas vrbes ac caſtella Bulgarorum ſolo aequauerunt, praedaque potiti ingenti domum redierunt.

a. C. 969.

Eodem modo, atque etiam aliquanto durius, anno proxime inſecuto Bulgaros tractauerunt.

Imp. IOANNE *Tzim.*

§. 46.

Imp. IOANNE *Tzimiſce.*

a. C. 970.

31. β) EO tempore [quo Ioannes Tzim. imperio potitus eſt,] — Roſſica aduerſum Bulgaros non recte excogitata prius concitatio magnum in periculum rem Romanam coniiciebat. Roſſis [enim], cum

ii

γαρων, omiſit interpres) *Bulgariae agros longe lateque populatus, praedam pene innumerabilem abegit, idque ſequenti anno atque factum* (και τῳ επιοντι δ' ενιαυτῳ ὀυχ ἡττον των προτερων οι Ρως τα Βουλγαρων εκακωσαν).

β) ZONARAS: *Ruſſi, Bulgarorum natione et prouincia ſubacta, vna cum ducibus Boriſe et Romano, obliti patriae, illic imperii ſedem conſtituere voluerunt, Calocyri potiſſimum impulſu, qui ſe — multiplicaturum eſt pollicitus. Illi et prouinciarum bonitate illecti, et Calocyri verbis inflati — reiecerunt.*

b) τον τε εκ Χερσωνος (Zon εν Χερσωνι) πρωτευοντος ὑιον του Καλοκυρου. Du Cange in Nott. ad Zonaram p. 105. „ Is eſt, niſi fallor, Calocyrus patricius, cuius meminit Lupus protoſpatha ſub a. DCCCCLXXXII."

c) Ρωσιας.

31. CEDREN. T. II. 665, 666. Zonar. T. II. p. 209, 210.

ii Bulgariam quo retulimus modo ſubegiſſent, captis etiam duobus Petri filiis, Boriſe et Romano, domum reuerti nequaquam placuit: ſed locorum commoditatem admirati, longum vale dicentes pactis cum Nicephoro imperatore initis, ibi commorari ditionemque iſtam poſſidere ſtatuerunt.

Hanc eorum ſententiam magis etiam confirmauit Calocyrus, qui, ſe, ſi ab ipſis Romanorum deſignaretur imperator, Bulgaria eis ceſſurum, foedus perpetuum icturum, tributum ipſis promiſſum multiplicaturum, ſociosque et amicos eos per omnem vitam habiturum, pollicebatur. His Roſſi vocibus inflati, et Bulgariam, vt bello a ſe ſubactam, ſibi vindicarunt, et legatos imperatoris, omnia eis a Nicephoro pacta ſe perſoluturum, pollicentis, barbaricae arrogantiae plenis reſponſis datis reiecerunt.

§. 47.

γ) Proinde imperator armis eam rem diſceptare coactus; miſſis litteris celeriter exercitus ab oriente in occidentem transfert, eisque ducem a ſe nominatum praefecit d)) Bardam magiſtrum, cognomento Sclerum, id eſt Durum, cuius ſororem Mariam priuatus adhuc legitimo ſibi matrimonio coniunxerat: ſtatuitque veris initio ipſe quoque in bellum proficiſci.

Sed Roſſi eorumque ductor e) Sphendoſthlabus, audito Romanas copias traieciſſe, coniunctis, quos iam in ſua habebant poteſtate, Bulgaris, adſcitis etiam ad belli conſortium Patzinacis, et, qui in Pannonia verſus occaſum habitabant, Turcis, exercitu bellicoſo congregato ad CCCVIII. virorum millia, Aemum egreſſi, vniuerſam Thraciam incendiis ac praedationibus vaſtarunt: caſtrisque prope muros Adrianopolis f) factis, proelii occaſionem praeſtolati ſunt.

§. 48.

γ) Id.: *Qua de cauſa — coactus, Romanas legiones Barda Sclero magiſtro duce, fratre vxoris nuper defunctae, contra Ruſſos miſit.* (και ταις Ρωμ. δυναμεσιν ἐπιστησας στρατα ρχην, ὁν Στρατηλατην ὠνομασε — ἑρμησαι ὁι κατα των Ρως ἐνεταλατο. και ὁ μεν ὠκησε) *Quo barbaro-*

d) ἀρχοντα τε ἀυταις ἐπιστησας ὁν ὠνομασε Στρατηλατην.

e) ἀρχηγος.

f) Αρκαδιαπολεως.

Imp. IOANNE Tzim.

a. C. 970.

§. 48.

32. δ) At Bardas g), qui ſe numero hoſtibus multo inferiorem ſentiret, quippe duodecim omnino millium exercitu inſtructus, artibus imperatoriis ſtatuit barbaros circumuenire, aſtuque et machinis tantam opprimere multitudinem. Neque eum is conatus fruſtratus fuit. Quippe ſe cum ſuis intra muros continens, barbarisque crebro prouocantibus ad certamen de ſumma rerum ineundum non obtemperans, metumque ſimulans, quantumuis ſuorum res ab hoſte agi ferrique cerneret, tamen ſuum tenebat propoſitum. Hoc pacto magnum ſui contemtum apud Bulgaros excitauit: ii enim rati, omnino formidine ductum Bardam ſuos moenibus incluſos detinere, neque audere egredi, libere porro vagari, caſtra negligenter metarii, et excubias debitas poſthabere, noctes potando per ebrietatem inter fiſtulas et cymbala et ſaltationes barbaricas ducere, denique nihil eorum, quae attinebat, curare. Ergo Bardas occaſionem nactus, et quomodo hoſtes adoriretur accurate meditatus, die horaque ad hoc deſignatis, diſpoſitis h) per opportuniſſima loca inſidiis, Ioannem patricium Alacaſenſem cum modica manu emittit, qui ſpeculatum hoſtes excurreret, vbique ii eſſent, illico ſibi renunciaret, hoſtibus appropinquantibus manum contereret, ſubitoque terga dans ſpeciem fugae exhiberet. non quidem vt effuſe laxatis equorum habenis fugerent, ſed paulatim et compoſito agmine recederent: nonnunquam etiam aequo loco conuerſi cum hoſte pugnarent, donec eum in inſidias pertraherent, tum vero effuſe et nullo ordine fugam facerent.

§. 49.

rum dux (ἔξαρχοι) *Sphendoſthlauus intellecto, Bulgaris armatis, et Patzinacis Scythis* (Σκυθας, οἱ Πατζινακαι κεκλησκονται), *nec non Turcis, qui Pannoniam tenent, ad belli ſocietatem aſcitis, circiter ccc. millium coacto, Thraciam omnem populatur.*

δ) Id.: *Sclerus, qui cum tanta multitudine acie congredi non auderet, quippe copiis longe inferior, militari ſolertia barbaros deuicit. Nam primum Patzinacas ſolos callide in inſidias pellectos partim viuos cepit.*

32. CEDR. T. II. p. 667.

g) ὁ δε μαγιστρος Βαρδας ὁ Σκληρος.

h) νυκτος omiſit interpres.

a. C. 970.

§. 49.

Erant barbari in tres diuiſi partes. in prima erant cum Roſſis Bulgari, ſeorſim Turci, ſeorſim etiam Patzinacae. Fors ita tulit, vt Ioannes primo omnium in Patzinacas incideret. Cumque, vti mandatum ei fuiſſe demonſtrauimus, oblique recedens fugam ſimularet i), Patzinacae turbatis ſuis ordinibus inſtabant, ſpe fugientes ſubito omnes delendi, Romani modo agmine compoſito fugientes, modo hoſtibus ſeſe obuertentes ac proeliantes, ad inſidias curſum tenebant; in quas medias vbi venerunt, laxatis habenis effuſe fugerunt, ac Patzinacae diſſipatis ordinibus promiſcue eos ſunt inſecuti. Sed vbi Bardas ſubito cum toto exercitu apparuit, re improuiſa con- 33.
ſternati, omiſſa perſecutione, non quidem fugae, ſed defenſioni ſeſe pararunt. Vehementi autem cum impetu Bardae exercitu irruente, atque altera quoque a tergo phalange compoſitis ordinibus ingruente, ſtatim fortiſſimi quique Scytharum ceciderunt: et eorum phalange alte diſſipata, cornibus Romanorum coëuntibus in medio deprehenſi Patzinacae, atque in orbem circumuenti, non diu vim ſuſtinuerunt, ſed inclinata acie prope vniuerſi ſunt occiſi.

§. 50.

r) His hoc modo victis, Bardas, cum ex captiuis intellexiſſet reliquos adhuc integros inſtructa acie pugnam exſpectare, recta in eos ducit. Ii vero tametſi recens acceptus de Patzinacarum clade nuncius animos eorum inſperata calamitate fractos deiecerat, tamen mutuo ſeſe cohortati, adſcitis etiam qui ex fuga confluebant, Romanis occur-

r) ZONARAS: *Deinde cum caeteris aliquamdiu aequo Marte pugnauit. Sed cum quidam ex Scythis — concitato equo enſem capiti viri impegit, qui et duritie et lacuore galeae repulſus non penetrauit. Sclerus viciſſim tanta vehementia gladium in caput hoſtis illiſit, vt barbarus in duas partes diſſecaretur, mediaeque partes eius vtrinque de equo laberentur. Quo facinore barbari perterriti, fugae*

i) σχολαιαν την ἀναχωρησιν ποιουμενος.

33. Id. ibid. p. 668, 669.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 970.

occurrunt, praemiſſis equitibus, ac ſubſequentibus eos peditibus. Primo congreſſu equites a Romanis, quorum vis ſubſiſti non poſſe videbatur, reiecti, inque peditatum compulſi ſunt. Ibi ſe recollegerunt, et Romanorum impetum ſuſtinuerunt.

Aliquamdiu dubio Marte pugnatum eſt, donec Scytha quidam mole corporis et robore animi elatus, ante alios progreſſus, in ipſum fertur Bardam, qui eques ordines obibat, atque dictis animabat. Huius caſſidi Scytha cum gladium inflixiſſet, ictu delabente conatus irritus fuit. Bardas vero enſe galeam Scythae feriit et ob vim manus ac ferri praeſtantem tincturam ictui tanta fuit efficacitas, vt medium Scytham diſſecuerit. Sed et Conſtantinus patricius, Bardae frater, alium Scytham, qui vna cum priore ingruebat, ac ſe ferocius gerebat, vt fratri opitularetur, caput ferire dum vult, declinante ictum barbaro, huius equi ceruicem gladio tangit, caputque amputat: collapſumque Scytham, ab equo deſcendens, manu mento eius arrepto iugulat. Hoc facinus Romanis animos auxit, Scythas autem metu impleuit: itaque obliti mox virtutis terga dederunt, turpemque nullo ordine fugam fecerunt, quos inſecuti Romani, campum cadaueribus oppleuerunt. Plures interfectis capti ſunt. et ſuperſtites, paucis demtis, omnes fuerunt ſaucii. Quod niſi nox ingruens Romanos a perſequendo hoſte reuocaſſet, nemo ſane euaſiſſet. De tot millibus barbarorum perpauci ſuperfuerunt: de Romanis in acie ceciderunt viri xxv. vulnerati ſunt vniuerſi *k*).

§. 51.

a. C. 971.

34. *l*) Tzimiſces anno ſecundo imperii ſui in Roſſos expeditionem ſuſce-

ſe mandarunt, quos Romani a tergo inſecuti, multos occiderunt, multos ceperunt. Perſequendi reliquias barbarorum, quae quidem vulneribus affectae erant, finem noctis interuentus attulit.

k) Subiungit his Cedrenus: *Nondum confecto Scythico bello, cum quidem nondum cruorem iſtius proelii abluere Romanis licuiſſet, litteris imperatoris Bardas Durus* (in gr. τον μαγιςρον) *ad imp. euocatur,* vt Bardae Phocae rebellionem comprimeret.

l) ZONARAS: *Anno ſecundo imperii verno tempore cum multis exerci-*

34. CEDREN. T. II. p. 671. ZONAR. T. II. p. 211.

ſuſcepturus, cum animos militum liberalitate ſua refeciſſet, duces iis praefecit prudentia et artium imperatoriarum peritia nobiles: et reliquis omnibus apparandis eam impendit curam, ne quid rerum neceſſariarum exercitibus deeſſet. Claſſem quoque curauit opera Leonis eius, qui tunc rei naualis drungarius, poſtea eſt protoueſtiarius factus: et cum veteres naues refecit, tum nouas fabricatus eſt, et claſſem iuſtam conſtituit.

§. 52.

Omnibus probe adornatis, ineunte vere ſacris Deo pro felici exitu operatus, et relictis ad ciues mandatis, Conſtantinopoli exit. Cum ad Raedeſtum veniſſet, duo illi occurrunt, a Scythis miſſi ſub legationis praetextu exploratum res Romanas. quos expoſtulantes et de iniuriis Scythicae genti factis querentes, cum non ignoraret cauſam eorum aduentus, per tota caſtra circuire, et omnes ordines contemplari, eoque facto domum redire, ſuoque principi dicere iubet, Romanum imperatorem ſic ornato et dictis obſequente exercitu ad bellum contra ipſum gerendum venire.

§. 53.

η) Hoc modo dimiſſis exploratoribus, ipſe cum expeditis circiter V. M. peditibus et quatuor equitum millibus, mandato reliquis, vt duce Baſilio cubiculario citra feſtinationem ſubſequerentur, ſuperato Aemo in hoſticum, nemine exſpectante, irrumpit: et prope vr-

tibus et claſſe illuſtri bellum Ruſſis infert. cui inter abeundum Scytharum ſpeculatores, Romanorum vires exploraturi, per ſpeciem legationis occurrerunt: quos imperator, cur adeſſent non ignarus, per omnia caſtra circumduci iuſſit, iisque perluſtratis abire. Dum haec contra Ruſſos geruntur, Bardas Phocas Leonis F. — Caeſaream Cappadociae occupauit.

η) ZONARAS: — *millibus ſecutus, ad magnam Perſthlabam accedit, et vallum communit: quae res Tauroſcythis terrorem attulit. Calocyrus autem — degebat, cognito imperatoris aduentu, in Ruſſorum caſtra confugit, praeſentiae illius nuncium afferens: quo etſi*

35. CEDR. T. II. p. 672. Zonar. l. c.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 971.

bem Magnam Perſthlabam, vbi regia erat Bulgarorum, caſtra ponit. Ea ſubita res Scythis terrorem ſtuporemque incuſſit: et Calocyrus, praeſentium malorum auctor, qui tum ea in vrbe degebat, ne ſonitum quidem tubae exaudire ſuſtinens, cognito ipſum imperatorem ad rem gerendam adeſſe, furtim vrbe elapſus, in caſtra Ruſſorum venit.

Eo viſo Roſſis, et de aduentu imperatoris certioribus redditis, haud mediocris incidit trepidatio. tamen Sphendoſthlabo multis eos cohortato, et quae praeſens rerum ſtatus requirebat concionato, animis receptis ad vrbem accedunt, et caſtra Romanorum caſtris opponunt. Interim exercitus imperatoris, in planitiem, quae erat ante vrbem, ſe conferens, in hoſtes, nihil prorſus tale ſperantes, ſubito incidit: ii erant octo virorum millia et quingenti, extra vrbem in armis ſeſe exercentes Qui cum aliquantulum reſtitiſſent, mox defatigati fugam fecerunt, partim ingloriam oppetierunt mortem, partim in vrbem euaſerunt.

Dum haec geruntur, Scythae, qui intra moenia erant, ſentientes, Romanos ex improuiſo irruiſſe, et cum ſuis manum contuliſſe, ſubito, vt cuique caſus armorum aliquid offerebat, inſtructi, vrbe ſe ad ferendum ſuis auxilium effundunt: quibus, incompoſito venientibus agmine, occurrentes Romani, magnam edunt caedem: et barbari, ne aliquantulum quidem reſiſtere valentes, dant terga. Sed quia Romani equites citatis equis viam in vrbem ducentem occuparant, atque inſederant, fuga per campos palantes atque deprehenſi occiduntur. itaque et cadaueribus tota planities conſtrata eſt, et innumeri capti. Proinde *Sphagellus* 1), cuius poſt Sphendoſthlabum ſumma

perturbati ſunt, tamen iuxta Romanos caſtra poſuerunt. Imperator vero Perſthlabam profectus, extra vrbem circiter octo millia hominum ſeſe exercentium deprehendit, qui impetu eius pauliſper tolerato terga dederunt. Oppidani arripientes arma, vt res ferebat, ad opem ferendam popularibus, incompoſito agmine egreſſi, a Romanis partim occiduntur, partim in vrbem ſe recepturi, obſepto equitibus itinere, in campo diſſipati ſunt, aliis caeſis aliis captis. Qui intra vrbem erant, clauſis portis ſunt obſeſſi.

1) Σφαγελλος.

ma erat inter Scythas auctoritas m), Perſthlabani exercitus praefectus, iam de ipſa vrbe retinenda anxius, portas claudit, ac vectibus obiectis munit, et de muro omnis generis miſſilibus ac ſaxis ſubeuntes Romanos arcet. Nox oborta obſidionem ſoluit. 36.

§. 54.

9) Poſtridie prima luce praeſes Baſilius cum reliquis copiis adfuit, cuius aduentus magnum gaudium imperatori attulit: et collem quendam conſcendit, vt Scythis eſſet conſpicuus. interim copiae inter ſe coniunctae vrbem cingunt. Multis hortato barbaros imperatore, vt ab incoepto deſiſterent, neque ſibi ipſis exitii cauſa eſſent, 'cum nihil proficeretur n), Romani, iuſta incenſi ira oppugnationem aggreſſi, ſagittis murorum defenſores abigunt, ſcalas muris opponunt: et quidam animoſus miles, dextra gladium tenens, laeuaque ſcutum ad capitis defenſionem elatum geſtans, primus per ſcalam in murum euadit, ſcuto ictus amoliens, et enſe obſtantes arcens, itaque per propugnacula adſcendens, diſſipatis, qui ibi erant, hoſtibus, ſuis o) tutum muri conſcendendi locum praebet. Hunc alii poſt alios imitantur. cumque hoc modo complures murum iam tenerent, cuneo facto Scythas pellunt, iique ſe de muris agunt praecipites. aliis quoque diuerſis locis multi priores imitati, per ſcalas in murum ſuccedunt. et Scythis trepidantibus, quidam Romani, hoſte non animaduertente, ad portas nullo negotio perueniunt, iisque apertis, totum immittunt exercitum.

9) ZONARAS: *Poſtridie cum Baſilius cubiculi praepoſitus cum toto exercitu aduenijſet; imperatore oppugnationem vehementius vrgente, quidam ſcalis conſcenſo muro barbaros aliquot deprehenſos ibi ceciderunt, apertisque portis exercitui facilem ingreſſum patefecerunt. Perſthlaua ſic expugnata, Boriſes quoque Bulg. rex captus eſt, quem cum omnibus Bulgaris imperator humaniter tractatum dimiſit. Negabat enim, ſe Bulgaris intuliſſe bellum, ſed Ruſſis.*

m) ἐτάττετο δὲ δεύτερος μετὰ τὸν Σφενδ. ἐν Σκύθαις.

36. CFDR. T. II. p. 673. Zonar. T. II. p. 211, 212.

n) οὐκ ἐκαθοῖτο κατιόντες τὰ τάχει.

o) τοῖς κατοσιν.

Hoc modo vrbe capta, Scythae per angiporta diffugientes deprehenſi interimuntur, mulieres et pueri captiui ducuntur. Capitur et cum coniuge et liberis Boriſes, Bulgarorum rex, regni inſignia adhuc geſtans, et ad imperatorem adducitur. Cui ſe imperator admodum exhibuit humanum, regem Bulgarorum appellans, omnesque captiuos Bulgaros libere quo quisque abire vellet permittens: non ad ſubigendos, ſed ad liberandos Bulgaros, bellum ſe mouiſſe dicens, ſolosque Roſſos ſe hoſtium habere numero.

§. 55.

o) Interim Scytharum animoſiores ad octo millia, locum 'in regia p) munitum occupant, ibique aliquamdiu latent: ac multos, qui loci contemplandi aut ſpoliorum cauſa eo accederent, occulte arreptos interficiunt. Imperator, re cognita, exercitum aduerſus eos mittit. Qui cum animo langueret, et oppugnationem tentare non auderet, 'non hoſtium id metu q), ſed quod locus is munitus atque
37. inexpugnabilis videbatur: imperator facile remedium adhibuit, ipſe ſumtis armis primus omnium 'pedes r) ad illum locum contendens. Id enim cum viderent milites, confertim arma capiunt, et quiuis imperatorem praeuertere cupientes, 'ſublato clamore Roſſos oppugnare aggrediuntur s): fortiter iis oppugnationem tolerantibus, multis locis ignem ſuccendunt, itaque eos expugnant. nam vim ignis non ferentes Roſſi, neque Romanorum robori pares, per praecipitia ſeſe deiicientes, quisque aufugiunt: multi eorum igni abſumti, multi praecipiti caſu extincti, reliqui ferro occiſi aut capti. 'Hoc modo intra biduum tota vrbs capta t). Refecit eam imperator, et a ſuo nomine

o) ZON.: *Cum autem multi Scythae in munitionem quandam confugiſſent, imperator eam quoque exſcindi iuſſit. Quia vero milites a difficili ob ſitum loci oppugnatione abhorrere videbat, ipſe — contendens effecit, vt milites ex verecundia ſecuti, capto caſtello, alios caederent, alios caperent.*

p) ἐντος των της πολεως βασιλειων.

q) οὐχ ἐπειδη τους Ρως ἐφοβουντο.

r) πεζος. Scyl. πρωτος.

37. CEDREN. T. II. p. 674. Zonar. T. II. p. 212.

s) και μετα βοης και ἀλαλαγμου τῳ φρουριῳ προσβαλλουσιν.

t) και ἡ μεν πολις τουτον ἑαλω τον τροπον, ἐν δυσιν ὁλαις ἡμεραις μη ἀντισχουσα.

ne Ioannopolin denominauit: impoſitoque valido praeſidio, rebus ad vitam neceſſariis abunde inſtruxit. Inde feſto Dominicae reſurrectionis die acto, poſtridie ad Doroſtolum, cui et Driſtrae nomen, iter ingreditur.

§. 56.

x) At vero Sphendoſtlabus, tametſi audita Perſthlabae expugnatione perturbatus haud iniuria eſſet, infracto tamen animo ſuos cohortatus, vt porro iam tanto ſe fortius gerant, conſtitutis etiam, vt res ferebat, reliquis, et, quos ſuſpectos habebat, Bulgaris omnibus, erant autem trecenti circiter, interfectis, aduerſum Romanos proficiſcitur.

Imperator inſtitutum iter perſequens, vrbes in eo ſitas itinere capit, iisque praefectos conſtituit, et multis caſtellis atque oppidis euaſtatis, ac praeda militi conceſſa, pergit.

§. 57.

Vbi exploratores nunciauerunt, Scythas v) aduentare, delectum exercitum praemittit, duce Theodoro a Miſtheia x), iubetque hoſtium multitudinem exquirere, et ſibi indicare, et, ſi ita videatur commodum, leui proelio eorum vires tentare. ipſe cum inſtructo exercitu pone ſequitur. Theodorus cum ſuis vbi ad hoſtes peruenit, dat in eos impetum. Roſſi, inſidias ſubeſſe veriti, progreſſu abſtinent: multisque ſuorum ictis, quibusdam etiam deiectis, fuga in vicinos montes denſosque et amplos ſaltus ſe diſpergunt, ac per montana ad Driſtram xx) perfugiunt. Roſſi fuere numero ſeptem millia: Romani vero, qui eos fuderunt, trecenti.

§. 58.

x) ZON.: *Perſthlabae valido praeſidio impoſito, Doroſt.—petit, vbi Sphendoſthlabus Ruſſ. dux caſtra habebat, atque obiter quasdam vrbes capit et caſtella vaſtat.*

v) Σκυθας τινας. Auctor Chronici Paſch p. 297. *Doroſtolum Scythicae Thraciae* oppidum vocat.

x) Θεοδωρον τον ἐκ Μισθειας.

xx) Δριςραν, quae alias *Doroſtolum* (hod. *Siliſtria*) vocatur.

a. C. 971.

§. 58.

Scythae autem Sphendoſthlabo coniuncti, auctores ei fuerunt, vt cum omnibus copiis, numerabantur autem trecenta triginta virorum millia, duodecim ante Doroſtolum milliaribus caſtra poneret;
38. ibique imperatoris aduentum intrepide exſpectarunt. At Romanos, recentibus victoriis elatos, et iam iam de ſumma rerum proelio decertatum iri ſperantes, ſcientes inſuper, Deum ſe habere adiutorem, qui non inferentibus, ſed paſſis iniuriam, opitulari ſoleret, non eos modo, qui fortitudine aliis anteibant, ſed iam et timidiores alacritas et audacia inceſſebat, ardentique pugnae deſiderio agitabantur.

§. 59.

λ) Vbi in conſpectum mutuo venere exercitus, vtroque imperatore y) ſuos dictis, qualia praeſenti rei accommodata erant, animante atque inſtigante, vt claſſicum cecinit, magna cum vi parique alacritate concurſum eſt. Primo conflictu Romani, vehementi facto impetu, multis deiectis hoſtium ordines labefactant. neque tamen cedunt hoſtes: neque Romanis eos perſequendi datur facultas, Scythis ſeſe confirmantibus, rurſumque ſublato clamore in Romanos irruentibus. Pugnatur aliquantiſper aequo marte. iam autem ad veſperam inclinante die, Romani ſeſe cohortantes, et veluti acuentes mutuis exhortationibus, ſiniſtrum Scytharum cornu premunt, et, intolerabili vi ingruentes, multos proſternunt. cumque ad afflictam partem Scythae z) coirent, ſuorum quosdam Romanus imperator ſuis auxilio mittit, ipſeque ſubſequitur, apertis cum imperii ſignis, equo calcaribus incitato, et haſtam infenſam ferens, ſuosque verbis exſtimulat. Acerrime tunc pugnatum, et variis vicibus proelio mutato, duodecies

λ) ZON.: *Vt in hoſtium conſpectum ventum eſt, ambo exercitus ſtatim congreſſi, magnam diei partem aequo Marte pugnauerunt, donec ſub crepuſculum Ruſſi defatigati in fugam inclinarunt: Romanisque perſequentibus, multi caeſi ſunt, nec pauciores capti: caeteri Doroſtolum ſe receperunt.*

38. CEDR. T. II. p. 675. Zonar. l. c.

y) τȣτε βασιλεως και τȣ Σφενδοθλαβȣ.

z) των Ρως.

cies enim ferunt inclinatas acies, vix tandem Roſſi, deſperata ſalute, inordinata fuga in campum ſe effundunt: eosque inſecuti Romani, multos perimunt [a]. De Roſſis [b] cecidere multi, capti etiam plures, reliqui [c] Doroſtolum fuga euaſerunt.

§. 60.

μ) Imperator ob impetratam victoriam ſacrificio veneratus glorioſum martyrem Georgium, nam die huius memoriae conſecrato cum hoſte conflictum fuit, poſtridie ad Doroſtolum ducit, ibique caſtris communitis claſſem Romanam operitur. nam ante huius aduentum oppugnationem aggredi nolebat, ne, amne cuſtodiae vacuo, nauibus effugere Roſſis liceret. Interim Sphendoſthlabus Bulgaros, quos captiuos habebat, ad viginti millia numeratos, compedibus ac vinculis conſtringit, metuens, ne ii ſeditionem concitarent: et ſe ad tolerandam obſidionem parat.

§. 61.

ν) Imperator, vbi claſſis appulit, oppugnare vrbem incipit, et 39.
ſaepe erumpentes vrbe barbaros [d] profligat. Quadam die ſub veſperam, Romanis ad coenam diſſipatis, barbari bipartito agmine equites et pedites, tum primum ii equites viſi ſunt, hactenus pedites tantum pugnauerant, duabus ſe vrbis portis effundunt: quarum vna verſus orientem, quam cuſtodire iuſſus erat Petrus caſtrorum praefectus cum

μ) ZON.: *Imperator vero vallo ante vrbem excitato, triremes, quae Iſtrum tuerentur, exſpectabat, ne Ruſſi aufugerent. Sphendoſthl. autem Bulgaros — concitarent, vel ad Romanos deficerent.*

ν) ZON.: *Imperator — incipit, ad quem Conſtantia et ex aliis caſtellis legati venerunt, veniam — (vid. §. 62.) dedentes. Quibus Romani acceptis, in Doroſtoli obſidione dies compiures ſunt commorati, barbaris fortiter ſeſe defendentibus.*

a) τας καταλαμβανομενας ἀνηλισκον.

b) Supplet haec interpres.

c) ὁσοι δε διαδραναι τον κινδυνον ἰσχυσαν.

39. CEDR. T. II. p. 676. Zonar. l. c.

d) τας Σκυθας.

cum Thracibus et Macedonibus: altera occidentalis, ad quam in excubiis locatus erat Bardas Sclerus cum orientalibus copiis. Acriter dimicatum eſt, Romanis fortiter eos ſubſiſtentibus et tametſi aliquamdiu dubia ſtetit victoria, tamen ad extremum Romani ſua virtute barbaros fundunt: multisque occiſis, maxime de equitatu, in vrbem reliquos compellunt. Romanorum ſauciatus eſt nemo, neque niſi tres equi quicquam periit.

Hoc pacto fracti barbari, et intra muros coacti, noctem iſtam inſomnem exegerunt: et eos, qui in pugna ceciderant, feris atque terribilibus eiulatibus deplorauerunt: vt, quicunque audirent, non hominum lamenta, ſed ferarum rugitus et mugitus putarent ſe percipere.

§. 62.

Sub auroram omnes, qui hinc inde per caſtella praeſidii cauſſa erant, ad ſe Doroſtolum euocant, iique praeſto fuerunt. Imperator quoque totum exercitum in campum, qui eſt ante vrbem, eduxit: et barbaros cum fruſtra ad pugnam prouocaſſet, in caſtra reduxit, ac quieuit.

Ea die ad ipſum veniunt legati a Conſtantia, et aliis trans Iſtrum ſitis caſtellis, veniam petentes, et ſe ac munitiones dedentes. quibus benigne acceptis, mittit, qui caſtella recipiant, ſimulque praeſidia, quibus ea aſſeruari quirent.

§. 63.

Veſpere iam facto, Ruſſi, omnibus vrbis portis apertis, numero admodum aucti, in Romanos, ob noctem nihil tale ſuſpicantes, irruunt. et quidem primo conflictu victores videbantur, paulatim tamen Romani ſuperiores ſunt facti. nam vbi Sphagellus fortiſſime pugnans cecidit, eo amiſſo animi barbarorum languere coeperunt, et remiſit impetus. Per totam tamen noctem ſubſiſtunt, atque adeo ad meridiem vsque: tum demum animaduertentes, ab imperatore eſſe miſſam exercitus partem, quae Roſſos aditu in vrbem excluderet, fugae ſe dant: cumque vias in vrbem ducentes inuenirent obſeſſas, per campum fuga diſperſi, ab inſequentibus multi occiduntur. Ea

quae

quae ſubſecuta proxime eſt, nocte Sphendoſthlabus vrbis muros foſſa profunda circumdabat, ne facile Romani cum impetu poſſent eos oppugnatum accedere, atque hoc modo vrbe communita, ſtatuit obſidionem fortiſſime perferre. 40.

§. 64.

ξ) Quia autem plerique militum eius ob vulnera male habebant, et iam conſumtis alimentis penuria imminebat, cum importari aliunde quicquam Romani non ſinerent; obſeruata nocte tenebroſa ac illuni, in quam imbres magni, grando terribilis fulguraque et tonitrua horrenda inciderant, cum duobus virorum millibus lintres e) conſcendit, et ad quaerenda victui neceſſaria nauigat. Cum collegiſſent, prout quisque nanciſci poterat, frumentum, milium f) et alias ad vitam ſuſtentandam facientes res, rurſum aduerſo flumine Doroſtolum vehuntur. atque inter reuehendum cum in ripa fluminis viderent calones haud paucos, quorum alii equos potabant, alii herbam aut ligna colligebant, nauibus egreſſi, et per ſiluam absque ſtrepitu incedentes, eos, nihil tale cogitantes, ſubito adoriuntur: multisque interfectis, reliquos palatim in proxima nemora ſe abdere cogunt. ipſi, ſuis lintribus rurſum conſcenſis, ſecundo vento Doroſtolum redeunt.

Imperator vt hoc percepit, moleſtiſſime tulit, et praefectos claſſis grauiſſime culpauit, quod barbaros Doroſtolo auehi non ſenſiſſent; mi- 41.

ξ) ZON.: *Quum autem crebris proeliis multi vulnerarentur, et iam annona deſtituerentur, coeperunt frangi animis: cum Sphendoſthlabus nocte illuni et tempeſtuoſa cum — nauigat, et rebus neceſſariis conquiſitis, Doroſtolum rediit: Romanorum aliquot miniſtris, qui in ripa fluminis, aliis atque aliis de cauſis vagabantur, exſcenſu facto interfectis. Ea res adeo moleſta fuit imperatori, vt claſſis praefectis iratus mortem minitaretur, ſi — fieret: cumque vrbem integris LX. diebus — ſtatuit domare, coronaque circumdata, accurate obſeruauit, ne alicunde commeatus importaretur.*

40. CEDR. T. II. p. 677. Zonar. T. II. p. 212, 213.

e) μονοξύλοις.

f) κεγχρον.

41. CEDR. T. II. p. 678.

minatus etiam mortem, ſi quid praeterea tale ipſis non obſeruantibus fieret. quo factum, vt ii vtramque fluminis ripam diligentiſſime poſthac cuſtodirent. Enimuero imperator cum LXV. continuos dies vrbem oppugnaſſet, eam poſthac obſidione et fame ſtatuit tentare. Ideo vias omnes, foſſis actis et praeſidiis additis munit, ne quis alimentorum petendorum cauſa exire vrbe poſſet: ipſeque in obſidione interim otio fruitur.

§. 65.

Interim Scythae intus fame preſſi, ſimul a machinis oppugnatoriis hoſtium non leuiter laedebantur, praecipue eo loco, qui Ioanni magiſtro, Romani Curcuae g) filio, demandatus fuerat: nam ſaxa torquens inſtrumentum ibi collocatum obſeſſis multa damna dabat. Itaque grauis armaturae delectos milites velitibus permiſtos emittunt, ſi qua ii ratione eam machinam peſſundare poſſent. Id vbi intellexit Curcuas, robuſtiſſimis ſuorum aſſumtis, celeriter ad eam defendendam ſe confert: inuectusque in medios Scythas, ab equo miſſili icto eiicitur, atque a Scythis dilaniatus ferro interit, reliqui Romani concurſu facto, et machinam integram conſeruant, et Roſſos in vrbem compellunt h).

§. 66.

Die Iulii menſis vigeſima Roſſi vniuerſi ad pugnam aduerſus Romanos exiuerunt. Exhortabatur eos, et ad fortitudinem excitabat *Icmor*, vir poſt Sphagellum apud Scythas primo loco i): non quod vel familia eius praecipua eſſet, vel fauorem aliorum ſibi aliunde conciliaſſet, ſed ſolius virtutis ergo ab vniuerſis in honore habitus. Hunc commiſſa pugna Anemas, Cretenſium Amerae Baſilii Curupae filius k) vnus imperatoris ſtipatorum, cernens fortiter pugnam obire ac reliquos excitare, et Romanorum ordines conturbare,
42. nihil vel vaſtitate corporis eius vel robore deterritus, ſanguine circa cor efferueſcente, equum hac illac torquens, ſtricto, qui ad femur pen-

g) Κερκαλατε. Scylitz.

h) και τες Σκυθας ὠσαμενοι, συνεκλεισαν εἰς την πολιν.

i) ἀνδρα τινα παρα Σκυθαις ἐπισημοτατον Ικμορα τὀυνομα, μετα Σφαγελλον τον ἀναιρεθεντα τιμωμενον.

k) ὁ των Κρητων τε βασιλεε υἱος Κερεπε. in marg. ὁ τε βασιλεως των Κρητων υἱως. Scyl.

42. Id. ibid. p. 679.

pendebat, gladio, impetum in eum dat vehementiſſimum: tantumque in ſiniſtrum humerum iuxta claviculam imponit vulnus, vt et collum abſcinderet, et cum dextra manu amputatum caput in ſolum decideret l) ipſe illaeſus ad ſuos rediit. Exclamatum ad hoc facinus promiſcue, Romanis ob victoriam laetum clamorem attollentibus, Scythis autem confuſum eiulantibus, et vigorem ſuum dimittentibus. Tandem Romanis prementibus 'Roſſi m) fugam faciunt, eaque cum dedecore in vrbem euadunt. Multi eo die perierunt, partim ob locorum anguſtiam a ſe inuicem conculcati, partim a Romanis, aſſecutis eos, in fuga caeſi. quod niſi nox ingruens Sphendoſthlabum eripuiſſet, vtique et ipſe viuus in Romanorum veniſſet poteſtatem. Superſtites a clade cum intra moenia veniſſent, magno cum luctu ac planctu mortem Icmoris deplorauerunt. Et Romani cum barbaris occiſis ſpolia detraherent, inter cadauera etiam mulieres inuenerunt virili habitu tectas, quae inter maritos in Romanos pugnauerant.

§. 67.

o) Iam barbaris bello omnia erant aduerſa. Nam neque ſuppetiarum ſpes erat, cum et ipſorum gentiles procul abeſſent, et finitimae barbarae gentes, a Romanis ſibi metuentes, auxilia denegarent, et commeatus ipſos deficeret, quod, Romana claſſe ripas accuratiſſime cuſtodiente, nihil eis poterat importari, eademque res obſtaret, quominus 'lembis n) ſuis aufugere poſſent. cum interim Romanis quotidie veluti ex perenni fonte omnia affluerent bona, et ſubinde equeſtres terreſtresque copiae accederent.

Itaque concilium cogunt. Ibi alii noctu furtim aufugiendum cenſebant, alii Romanorum fidem pacemque implorandam, atque ita (aliter enim non licere) domum redeundum: aliis aliud pro re nata

 vide-

o) ZONARAS: *At barbari multis eruptionibus victi, vrgenteque fame ſpe et commeatus et auxiliorum deſtituti: partim noctu fugiendum, partim deditione Romanis facta, domum — videbatur. Sphendoſthlabus autem — praeferre.*

l) και ὁ μεν Σκυθης ἐκειτο πεσων, omiſit interpres.

m) Supplet interpres.

n) τοις κελητιοις.

videbatur. omnium tamen eo tendebant ſententiae, belli finem eſſe faciendum. At Sphendoſthlabus hortari, vt adhuc ſemel cum Romanis congredi vellent, et vel fortiter pugnando eos deuincere, vel, ſi victoria potiri non daretur, glorioſam atque felicem mortem turpiſſimae atque infami vitae praeferre. Qui enim vitam toleraturi eſſent fuga ſeruatam, contemnentibus ipſos porro vicinis populis, qui-
43. bus antea terrori fuiſſent? Ea ſententia placuit, aſſenſique ſunt omnes, et polliciti, extremum ſe pro vita ſua certamen ſumma vi obituros.

§. 68.

π). Poſtridie ergo vniuerſi vrbe exeunt, portasque claudunt, ne quis in vrbem e fuga peruenire poſſit. Commiſſo proelio acriter pugnatur. Iam barbaris animoſe pugnantibus, Romani et grauis ſuae armaturae pondere, et ſolis ſereno meridie ardore ac ſiti languere incipiebant: cum imperator re animaduerſa ſuccurrit cum ſuis, et hoſtium vehementiae ſe obiicit, vtresque interim aqua et vino plenos adferri iubet: inde, quos aeſtus ac ſitis afflixerat, recreati, violento impetu in Scythas irruunt: iisque audacter ſubſiſtentibus, aliquamdiu aequo Marte pugnatum eſt. Tandem imperator ſentiens loci anguſtiam virtuti ſuorum obſtare, ac Scythis eo animos augeri, mandat ducibus, vt retro in planitiem procul ab vrbe abducant, fugientiumque ſpeciem, non effuſe, ſed ſenſim cedendo, praebeant: atque vbi hoſtem longe ab vrbe auocarint, ſubito equis conuerſis aggrediantur. Iuſſa exſequuntur duces. et Roſſi, cedentes Romanos fugere opinati, mutuo ſeſe exhortati, magno cum fremitu eos inſequuntur: Romani, vt ad praeſcriptum locum eſt peruentum, conuerſi, fortiter hoſtem inuadunt. Ibi proelio feruente, ductor Theodorus a Miſtheia, equo ſuo

π) ZON.: *Ea ſententia populo probata, poſtridie mori non recuſantes cum Romanis congrediuntur, ac diu nunc his, nunc illis vincentibus, imperator, qui loci anguſtias hoſtibus ſubſidio eſſe animaduerterat, in quibus ſui conſerti irruere non poſſent, duces monuit, vt cohortes paulatim recedendo in planitiem ſubducerent. Quod cum fieret, barbari opinati — feruente, Bardam Sclerum magiſtrum* (vid. §. 70.) *cum ſuis cohortibus ad intercludendum bar-*

43. CEDR. T. II. p. 680. Zon. T. II. p. 213.

ſuo lancea confoſſo, in terram cadit; et circa eum acre oritur certamen, Roſſis interficere, Romanis ſeruare ſatagentibus. ipſe ab equo collapſus, Scytham quendam cingulo arreptum, hac illac peltae inſtar obuerſans, eo coniectas in ſe haſtas excutit, ſenſimque retro abiens ad ſuos reuertitur, donec Romani, Scythis vi repulſis, eum periculo eripiunt. Id proelium diremtum eſt, incerta etiamnum victoria.

§. 69.

At imperator animoſius, quam ante, proeliari Scythas videns, tempusque teri aegre ferens, ſuorumque aerumnas eius belli miſerans, ſingulari pugna decernendum cenſet. Itaque Sphendoſthlabum per legatos prouocat, oſtendit, praeſtare vnius hominis interitu rem decidi, quam paulatim totas gentes perimi, vt victori in omnes pa- 44
retur imperium. Barbarus conditionem oblatam repudiat, ſuperbeque reſpondet: „ Melius, quid ſibi ex re ſit, ſe, quam hoſtem intelligere. Si Romano imperatori non vacet viuere, infinitas eſſe mortis vias, deligeret, quam vellet „. ipſe ad bellum omni ſtudio ſe parat [o]).

§. 70.

Singularis pugnae ſpe dimiſſa, imperator omni modo id molitur, vt ingreſſu vrbis barbaros arceat. ad id negotii emittit Bardam Scle-

ſaris aditum vrbis, amandauit. Cum diu victoria anceps eſſet, Romani diuinitus adiuti eſſe perhibentur. Nam et procellam Scytharum facies verberaſſe, et quendam in equo a multis viſum; qui Romanos defenderet, et barbarorum phalanges conturbaret. Eo porro die memoria S. Theodori magiſtri militum (τȣ Στρατηλατȣ) inſignis martyris celebrabatur. Scythae igitur in fugam compulſi vrbem verſus fugiebant — vulnerati pene omnes. Theodorum porro magiſtrum militum Romanis contra barbaros auxilio fuiſſe, ex eo cognitum eſt. Muliercula quaedam Byzantia, religioſa et modeſta, pridie illius pugnae in ſomnis S. Deiparam procedere cum magno comitatu videre viſa eſt, ac dicere: Domine — narrauerat, qui die notato comppererunt, id pridie poſtremae pugnae contigiſſe. Imperator vero vt martyri — nominauit.

44. CEDR. T. II. p. 681.

o) ταυτα φρυαξαμενος της πολεμικης ἔχετο παρασκευης προθυμοτερον.

Sclerum magiſtrum cum ſuis cohortibus. Romanum vero patricium, Conſtantini Caeſaris filium, Romani ſenioris nepotem, et Petrum, exercitus praefectum, cum ſuis copiis hoſtem inuadere iuſſit: eſtque acerrime vtrinque pugnatum, et varie nunc ad hos, nunc ad alteros inclinata victoria diu anceps fuit. Ibi rurſum Amerae Cretenſis filius Anemas equo hac illac obuerſo, et vehementer calcaribus incitato, audacter in ipſum fertur Sphendoſthlabum, hoſtilique phalange diuulſa gladium ei in medium caput infligit, eoque ictu equo deiicit, ne tamen interficeret, arma, quibus tectus erat barbarus, obſtiterunt. ipſe circumuentus et multorum telis petitus fortiſſime pugnans, ipſorum etiam cum hoſtium admiratione, interficitur.

Ferunt ea pugna diuinitus quoque Romanis latum auxilium. nam ab auſtro obortam procellam in facies Scytharum ingruiſſe, eosque impediuiſſe, ne ſuo arbitratu rem gererent. Et ab omni Romanorum exercitu conſpectum fuiſſe virum albo equo vehentem, qui princeps pugnam obierit, hoſtiumque ordines conturbauerit, nemini neque ante neque poſtmodo cognitum: eum aiebant fuiſſe Theodorum, vnum de pulcherrimas conſecutis victorias martyribus. Sane his ſemper auſpicibus atque anteſignanis aduerſum hoſtes vti ſolebat imperator hic: et quo die haec pugna eſt pugnata, is feſtus fuit memoriae illius Theodori exercituum ductoris p). Sed et veneranda quaedam mulier Conſtantinopoli fidem fecit, id viſum fuiſſe diuinum. Ea enim pridie iſtius diei in ſomnis viſa ſibi fuerat adſtare Deiparae, et audire eam dicentem cuidam militi: „ Domine Theodore, meus ille et tuus Ioannes in periculo verſatur, feſtina ad opem ei ferendam „, idque inſomnium prima luce vicinis narrauerat q). Enimuero Scythae eo proelio funduntur, cumque ſe portis interclu-
45. ſos a Barda ſentirent, in campum fuga diſperguntur, pereuntque innumerabiles, partim a Romanis obtruncati, vulnerati pene omnes. Martyri Theodoro gratiam pro ope lata referens imperator, fanum, in quo is humatus erat, ad fundamenta vsque demolitus, aliud magnifi-

p) In gr. tantum: την μνημην τȣ ϛρατηλατȣ.

q) και τα μεν οραθεντα ταυτα, omiſit interpres.

45. CEDR. T. II. p. 682, 683. Zonar. T. II. p. 213, 214.

gnificentiſſimum exſtruxit, ac praediis amplos habentibus reditus donauit: vrbem, in qua id erat, pro Euchaneia Theodoropolin nominauit.

§. 71.

q) Sphendoſthlabus cum omnibus tentatis nihil ſucceſſiſſet, nullam ſpem reliquam ſibi videns, ad pacificationem animum adiicit: miſſisque legatis poſtulat ab imperatore, ſe fide publica in numerum amicorum et ſociorum Romani imperii recipi, ſibique cum ſuis reditum tutum concedi in patriam, et Scythis libere negotiandi cauſa in Romanorum ditionem venire permitti r). Poſtulata haec omnia imperator confirmauit, fatus illud decantatum: Romani moris eſſe, hoſtem beneficio magis, quam armis, vincere.

Pactis initis, Sphendoſthlabus etiam colloquium imperatoris petiit. eſtque admiſſus: et collocutus de quibus volebat, receſſit. Eius rogatu etiam imperator per legatos a Patzinacis petit, vt ſocii amicique Romanorum fiant, neque Iſtrum populandae Bulgariae cauſa tranſeant, vtque Roſſis per ſuam ditionem in patriam redeundi facultatem concedant. obiit eam legationem Euchaitorum ſummus pontifex Theophilus. Patzinacae reliqua pacti omnia, tantum Roſſis per ſua tranſitum denegarunt.

§. 72.

s) Cum Roſſi nauibus ſuis auecti domum verſus eſſent, imperator caſtellis et vrbibus, quae ad ripas fluminis ſunt, communitis, Con-

q) ZON.: *At barbarus Sphendoſthlabus — videns, per legatos veniam ab imperatore petiit, ac domum redeundi facultatem, et locum inter Romanorum foederatos et liberum Tauroſcythis in Rom. prouinciis commercium. Quae cum imperator omnia conceſſiſſet, Sphendoſthlabus ipſe eum adiit, orans; vt cum Patzinacis ageret, vt Ruſſis — concederent. Imperator cum et hoc et belli ſocietatem, atque illud etiam ab eis petiiſſet, ne Iſtro traiecto Bulgariam vaſtarent: Patzinacae — negarunt.*

s) Id.: *Bello Ruſſico ad hunc modum confecto, imperator Byzantium reuerſus, ab omnibus ordinibus ſplendide excipitur Nam et pa-*

r) ἀδεως τε τον βυλομενον Σκυθην ἐμπορειας χαριν φοιταν.

Imp. IOANNE *Tzim.*

a. C. 971.

Conſtantinopolin rediit. Excepit eum vrbis patriarcha et pontificum ordo ac ſenatus, cum paeanibus et laetis victoriae gratulationibus coronatum: et adduxerant quadrigas magnifice adornatas, quas quatuor albi equi traherent, iisque inuehi eum ac triumphare volebant. Sed imperator nihil inſolens aut ſuperbum admittens, moderate ſe geſſit: ſertisque, quae offerebantur, acceptis, albo equo triumphum duxit, quadrigis Bulgaricas regum veſtes impoſuit, ſupraque hos imaginem Deiparae, vt quae tutelam vrbis gereret, eamque ſe praecedere iuſſit. Vt in forum venit, gratulatoriarum iam ſatur acclamationum, actis pro parta victoria Deiparae et eius filio gratiis, in conſpectu populi inſignibus Bulgarici regni Boriſen exuit, (ea erant corona aurea, taenia byſſina, et calcei rubei) indeque ad magnum progreſſus templum coronam Bulgaricam Deo donarii loco ſuſpendit, Boriſen ad magiſtri dignationem euehit, atque ita in palatium reuertitur.

§. 73.

r) Caeterum Sphendoſthlabus patriam repetens, dum per Patzinacas tranſit, inſidiis iam ante paratis et ipſum exſpectantibus illapſus, cum ſuis ad internecionem caeditur. ſuccenſebant enim ei Patzinacae ob ictum cum Romanis foedus.

CAPVT

triarcha — Deiparae, currum anteceſſit. Cum in forum Platotum perueniſſet, Boriſen Bulgaricis inſignibus depoſitis dignitate magiſtri ornauit.

r) Id.: *At Sphendoſthlabus cum Ruſſis, in reditu Patzinacarum inſidiis exceptus, ad internecionem caeſus eſt.*

CAPVT VIII.

Ruſſi Romanorum ſocii; expeditio ab iisdem aduerſus Conſtantinopolin imperante Conſtantino Monomacho ſuſcepta;

a. C. 986—1043.

§. 74.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO } *Porphyrogennetis.*

a. C. 98$^{6}_{5}$. *a)*

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

α) [BARDAS Phocas rebellione facta] partem exercitus Calocyro Delphinae patricio tradit, et ad Chryſopolin, quae ab altera freti parte contra CP. ſita ca... mittit; ipſe cum reliquo Abydum petit, ſperans, hoc modo anguſtiis occupatis ſe Conſtantinopolitanos rerum neceſſariarum inopia ſubacturum. Imperator multis fruſtra hortatus Delphinam, vt a Chryſopoli decederet, neque caſtra e regione vrbis haberet: noctu nauibus adornatis Roſſos imponit, (nam ab iis ſuppetias impetrauerat, quod ſororem ſuam *Annam* BLADIMERO eorum principi matrimonio coniunxiſſet) *b)* cumque his, non ſentiente hoſte, freto traiecto, eos adortus nullo negotio oppri- 46.

Mmmmmm 2 mit

α) ZONARAS: — *Abydum petit. Imperator vero Delphinam ad Chryſopolin caſtrametatum ſubito cum Ruſſico exercitu adortus, (nam cum Vladimero, duce eorum, ſorore Anna ducta, affinitatem iunxerat, atque auxilia inde accerſierat,)* (ἐπηλθεν ὁ βασιλευς μετα

46. CEDRENVS T. II. p. 699. Zonar. T. II. p. 221.

a) a. M. 6494. indict. 15. habet Cedrenus p. 696. et a. M. 6497. indict. 2. p. 761.

b) ἐτυχε γαρ συμμαχιαν προσκαλεσαμενος ἐξ αὐτων, και κηδεστην ποιησαμενος τον ἀρχοντα τετων Βλαδιμηρον ἐπι τῃ ἑαυτε ἀδελφῃ Ἀννῃ.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO *Porphh.*

a. C. 1015.

mit: Delphinam in palo ſuffigit eo ipſo loco, vbi tabernaculum is defixerat.

a. M. 6524.

§. 75.

a. C. 1016.

47. IMPERATOR [Baſilius, ab expeditione in Bulgariam ſuſcepta] Conſtantinopolin reuerſus Ianuario menſe, anno mundi 6524. claſſem in Chazariam mittit, duce Mongo Andronici ducis Lydi filio. Is adiuuante ʻSphengo, fratre Bladimeri, eius, qui Baſilii imperatoris ſororem in matrimonio habebat c) regionem eam ſubegit, principe eius Georgio Tzulo in primo conflictu capto.

Indict. 14.

§. 76.

48. EODEM anno indictione XIV. imperator [irruptione in Bulgariam facta, caſtellum Longum expugnauit; quo incenſo] captiuos in tres partes diſtribuit, quarum vnam Roſſis auxiliariis, alteram Romanis, tertiam ſibi aſſignat.

§. 77.

a. C. 1025. d)

49. MORTVA ANNA, imperatoris ſorore, in Roſſia, defuncto iam ante Bladimero marito, ʻ*Chryſochir* quidam, Bladimeri cognatus e), DCCC viros adſciuit, iisque in naues impoſitis Conſtantinopolin venit, ʻſtipendia ſe facere velle ſimulans f). Cum autem imperator eum poſitis armis petere, ſi quid vellet, iuberet, non obtemperans, Propontidem traiecit: cumque ad Abydum veniſſet, conſerta nauali pugna cum eo, qui oram maritimam tuebatur, nullo negotio vicit, ac Le-

λαϛ Ρωσικϛ, κηδος γαρ προς Βλαδιμηρον τον ἀρχοντα τϛτων ἐτι Αννῃ τῃ ἀδελφῃ ἀυτϛ θεμενος συμμαχικον ἐκειθεν ἐδεξατο) *hoſtibus facile ſuperatis, ipſum Delphinam captum palo affixit.*

47. CEDREN. T. II. p. 710.

c) Σφεγγϛ τϛ ἀδελφϛ Βλαδιμηρϛ, τϛ ἀδελφϛ του Βασιλεως (in marg. γαμβρϛ τϛ βασιλεως, Scylitz.).

48. Id. ibid. p. 711. cf. *Bulgarica §. 163.*

49. Id. ibid. p. 719.

d) Praemittuntur p. 718. res a. M. 6531. ind. 6. ſubiunguntur p. 719. res ind. 9. a. M. 6534. geſtae.

e) Χρυσοχειρ συγγενης τις ὀν τϛ τελευτησαντος.

f) ὡς τηχα μισθοφορησων.

Impp. BASILIO et CONSTANTINO Porphh.

a. C. 102⁵.

Lemnum peruenit. Ibi Roſſi a claſſe Cibyrraeotarum, et Dauido Achridenſi Sami praefecto, ac Nicephoro Cabaſila duce Theſſalonicae per fraudem omnes ſunt interfecti *g*).

§. 78.

Imp. ROMANO Argyro.

Imp. ROMANO *Argyro.*

a. C. 103½. *h*)

[CASTELLVM Percrin, Babyloni proximum, cum praefecti Nicolai Chryſelii Bulgari incuria, in Alimi, qui id antea Romanis tradiderat, rurſus poteſtatem veniſſet,] eo praetor [ab imperatore] miſſus patricius Niceta Pegonites 'cum Ruſſico et Romano exercitu *i*), caſtellum illud obſidione cinxit, conſtanterque oppugnando cepit, Alimumque et eius filium necauit. 50.

§. 79.

Imp. MICHAELE Paphl. a. M. 6544. Indict. 4.

Imp. MICHAELE *Paphlagone.*

a. C. 1036.

ANNO ab origine mundi 6544. indictione quarta — mortui ſunt 51. etiam Roſſorum principes 'NOSISTHLABVS et HIEROSTHLABVS *k*). 'et qui Roſſis imperaret, electus eſt ZENISTHLABVS defunctis cognatione coniunctus *l*).

Sub Michaele Calaphate nulla fit Ruſſorum mentio.

g) παρασπονδηθεντες ἅπαντες κατεσφαγησαν. Ad Ruſſos quoque ea pertinere arbitror, quae Conſtantinus Manaſſes in Chronico Compend. p. 121. habet, vbi *Ab eo*, inquit, *tempore* [quo Bardas ſe imperatori ſubmiſit, et omnes clam regnum affectantes ſemet repreſſerunt] *mox imperator* [Baſilius] *Phaſidi vicinam terram Phoenicem praeſteris in morem inuaſit: quo factum, vt Iberi atque Tauroſcythae vehementer expaueſcerent.*

50. CEDREN. T. II. p. 732.

h) Narrantur p. 730. res a. M. 6540. p. 732. res a. 6542. geſtae.

i) μετα Ρως και λοιπης ἀλλης Ρωμαϊκης δυναμεως.

51. Id. ibid. p. 739.

k) Νοσιϑλαβος και Ιεροϑλαβος.

l) Haec in marg. e Scylitze graece adſcribuntur: και ἀρχαν προεκριθη των Ρως συγγενης των τελευτησαντων Ζηνιϑλαβος.

Imp. CONSTANTINO *Mon.* a. M. 6551. Indict. II.

§. 80.

Imp. CONSTANTINO *Monomacho.*

a. C. 1043.

52. β) HAC ipſa indictione [vndecima m)] menſe Iunio, Roſſica gens contra Romanum imperium inſurrexit n). Hactenus pacem amicitiamque cum Romanis Roſſi coluerant, liberaque inuicem fuerant commercia, et mercatores vltro citroque commearant. Tunc vero in vrbe o) [Conſtantinopoli] orta rixa cum quibusdam Scythicis negotiatoribus, res ad manus venit, et eſt quidam de nobilioribus Scythis interfectus. Proinde eius gentis regulus BLADIMERVS, homo iracundus atque animo inquieto p), caſum hunc ſibi annunciatum aegerrime ferens, nulla interpoſita mora ad arma vocatis ſubditis, qui quot habiles erant bello, copiisque auxiliaribus adſcitis haud exiguis *a nationibus, quae oceani inſulas ſeptemtrionales inhabitabant* q), collecta ad hominum, vt ferunt, centies mille multitudine, eam vſitatis apud ipſos nauigiis (lintres nos vocamus, vnica arbore cauata factos) imponit, et aduerſus vrbem tendit.

§. 81.

β) ZONARAS: *Hactenus inteſtina bella* [Georgii Maniacae, Tornicii &c] *commemorauimus. Nunc ad externa ſe conuertat oratio, ac Ruſſorum inprimis expeditio narretur. Quae gens cum alias quoque ſaepiſſime Romanos aggreſſa eſſet, victa fuit. Tandem foedere icto, et affinitate iuncta, vtrumque populum deuincire ſtuduerunt, et commercia inuicem agitarunt. Quum autem tunc multi Tauroſcythae Conſtantinopoli merces ſuas venderent, et noſtrates commercarentur: accidit, vt, inter eos et Romanos quosdam contentione orta, a pugnis ad vulnera, a vulneribus ad caedes fieret progreſſio, et inter caeteros illuſtris quidam Scytha caderet. Ex eo Ruſſorum princeps occaſione ſumta, ſtatim plurimis nauigiis compactis, quae apud eos monoxyla vocantur, multitudine, quae omnem prope numerum excedit, iis impoſita, Propontidem penetrat, bellumque Romanis non ante indictum infert.*

52. CEDREN. T. II. p. 758, 759. Zonar. T. II. p. 253, 254.

m) a. M. 6551. coll. p. 754.

n) ἐγένετο — ἡ τοῦ ἔθνους τῶν Ῥῶς κίνησις κατὰ τῆς βασιλίδος.

o) ἐν Βυζαντίῳ.

p) ἀνὴρ ὁρμητίας καὶ τὰ πολλὰ τῷ θυμῷ χαριζόμενος.

q) ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐν ταῖς προσαρκτίοις τοῦ Ὠκεανοῦ νήσοις ἐθνῶν.

Imp. CONSTANTINO Monom.

a. C. 1043.

§. 81.

γ) Imperator, eius conatu intellecto, legatis miſſis petit, vt ab armis diſcedat, pollicitus, ſe, quidquid peccatum ſit, compenſaturum, modo ne ipſe leui de cauſa tot iam per annos coalitam pacem rumperet, gentesque bello committeret. Cum autem barbarus litteris acceptis legatos ignominioſe proturbaret, reſponſis ſuperbis datis, imperator, deſperata pace, ipſe quoque ſe pro viribus bello parat Scythicos negotiatores in vrbe degentes, necnon qui vt ſocii aderant, per prouincias in cuſtodiam diuidit, ne quae ab ipſis domi eſſent metuendae inſidiae r). Tum adornatis, quantum eius praeceps occaſio rei ferebat, imperatoriis triremibus aliisque leuibus nauigiis, et impoſitis in eas, qui e militibus ea tempeſtate Byzantii agentibus legi poterant, claſſiariis, ipſe quoque conſcenſa celoce ſua, barbaris s) occurrit in faucibus maris ad Pharum ſtationem habentibus t), iuxta per continentem comitante equitatu haud exiguo. Inſtructa vtrinque ad pugnam claſſe, neutra pars proelium incipiebat, Scythis intra occupatum portum ſe continentibus, et Romanis eorum motum exſpectantibus.

§. 82.

δ) Cum tempus tereretur, et ad veſperam dies inclinaret, rurſum legatos de pace mittit imperator: eosque rurſum contumelioſe bar-

γ) ZON.: *Quos vbi imperator aduentare cognouit — compenſaturum. At barbarus legatos ſuperbe excepit, eosque inſolentibus et moleſtis verbis eructatis, cum ignominia dimiſit. Imperator — parat: et quia claſſis longiſſime aberat, tutandis prouinciis occupata; triremes alias et onerarias naues, plurimo Graeco igni impoſito, aduerſus hoſtilem claſſem mittit, atque ipſe in ſummo portu conſidet* (και αυτος ὁ Αυτοκρατωρ παρων, και ανω πε τε λιμενος καθημενος).

δ) ZON.: *Vt autem magna diei parte elapſa, barbari quieſcebant, nec tamen aciem ſoluebant: Theodorocanum iubet — Graeco igni*

r) ἐτι δε και τες κατα συμμαχιαν παροντας διασκορπισας ἐν τοις θεμασι, και ἀσφαλισαμενος, ἱνα μη και ἀπο των ἐνδον ἐπιβελη τις ἀνεγερθῃ.

s) τοις Σκυθαις.

t) κατα το τε Ποντε σομα ἐν τῳ λεγομενῳ ναυλοχεσι Φαρῳ.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1043.

barbarus reiicit, non aliter ſe arma depoſiturum ſignificans, quam acceptis in ſingula ſuorum claſſiariorum capita tribus auri libris. Quod reſponſum cum videret ſumme abſurdum imperator, pugna decernendum ſtatuit. Barbariſque etiamnum quieſcentibus, vocato ad ſe magiſtro Baſilio Theodorocano mandat, vt cum tribus velocibus triremibus leui pugna Scythas tentet, atque ad proelium prouocet v). Baſilius acceptis triremibus, non leui proelio eorum animos explorat; ſed in medios hoſtes inuectus, ſeptem naues artificioſo igne cremat, tres cum ipſis vectoribus demergit, vnaque potitus, in eam inſiliens, et claſſiarios partim caedens, partim audacia ipſius perterritos fugans.

Scythae cum vniuerſa claſſe accedere imperatorem videntes, atque id quod res erat cogitantes, cum ne trium quidem triremium ſuſtinuiſſent impetum, quid euenturum eſſet, ſi cum tota claſſe confligendum foret; fugam faciunt, et ſe in locum immittentes, ſaxa ac ſcopulos ſub mari deliteſcentes habentem, pleraſque naues perdunt. Sed

aliquot naues barbaricas cremauit, alias —. Tribus triremibus feliciter iſta auſis, ſigno ab imperatore dato, plures onerariae ſoluunt: quibus barbari conſpectis, pugnae immemores, ſoluta acie in fugam conuerſi, paulatim receſſerunt, Romanis in ea pugna diuinitus etiam adiutis. Nam ſubito ventus orientalis coortus, fluctibus verſus occidentem ingentibus in barbarorum naues deuolutis, multas ſubmerſit, multas petris et occultis ſcopulis illiſas comminuit: vectores porro partim vndae abſorpſerunt, partim fluctu in terram eiectos milites obſeſſis littoribus trucidarunt. Barbarorum multitudine ad hunc modum debellata, imperator victoria illuſtris in regiam reuerſus eſt. Expoſito vno barbarico bello (Tauroſcytharum, addit interpres), *ad alterius gentis, Turcorum videlicet, motum eſt tranſeundum —.* GLYCAS: *Sub eodem imperatore* (Conſtantino Monom.) *Scythae quoque, qui Roſſi ſunt* (τοῦτ' ἔστιν οἱ Ῥῶσοι) *de perexigua ſane occaſione magna claſſe vrbem imperatoriam adorti ſunt. Eis imperator in foro* (ἐν γε τῷ Φόρῳ leg. Φάρῳ) *quum occurriſſet, in fugam coniecti* (*Roſſi*), *ſuam in patriam reuerterunt. Etenim in conflictu eorum cum Romanis naues fractas*

v) ἀποπειρασάσθαι τῶν Σκυθῶν εἴπερ δυνηθείη ἀκροβολιζόμενος πρὸς πόλεμον αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1043.

Sed et milites e continenti eos inuadunt, magnamque ſtragem edunt. Sane cadauerum hoſtilium in littore inuenta ſunt poſtmodo quindecim circiter millia.

§. 83.

Superatis hoc pacto Scythis, imperator totum biduum ibi locorum commoratus, tertio die Byzantium rediit, duabus legionibus et quas vocant ſodalitates relictis: ducibus Nicolao cubiculario et magiſtro Baſilio Theodorocano, mandato, vt oram maritimam cuſtodirent, neque exſcenſionem facere barbaros paterentur, vtque tota claſſis apud Pharum in ſtatione eſſet [x]. 'Hi [y] littora, vt iuſſi erant, circumeuntes, qua cadauera barbarorum aeſtus eiecerat, ingenti praeda ac ſpoliis potiti ſunt. 53.

Verum viginti quatuor triremes Romanae, auulſae a reliqua claſſe, fugientes barbaros inſecutae, eosque praeteruectae ſunt, cum ii in quendam portum naues ſubduxiſſent. Scythae ergo, paucitate hoſtilium nauium cognita, compertoque non plures eſſe, quam viſae erant, a promontoriis ab vtraque parte ſitis cornua extenderunt, et contenta vſi remigatione, circumuenire eas coeperunt. Romani, priore labore remigandi inſequendique defatigati [z], et multitudine hoſtilium nauium perterriti, ad fugam inclinarunt. 'Cum autem barbaricae naues fauces ſinus circumdediſſent [a], et in altum exire non daretur, Conſtantinus patricius Caballurius, Cibyrraeotarum dux, cum ſua

haud paucas, vna cum quindecim fere millibus hominum amiſerant. Idem tamen incommodi Romanis etiam triremibus, numero viginti quatuor, in ſinu quodam maris accidit, dum nauigia Roſſorum incautius, perſequerentur (ἃ καὶ κατὰ τινα κολπον, τριηρεις Ῥωμαϊκαὶ διωκουσαι τα αὐτα πεπονθασι τον ἀριθμον κ' και δ' οὐσαι).

53. CEDREN. T. II. p. 760, 761. Zonar. T. II. p. 254. Glycas, p. 319.

x) και ὁ μεν βασιλευς ταυτα διαπραξαμενος ἀπηλθεν εἰς το Βυζαντιον, omiſit haec interpres.

y) οἱ περι τον παρακοιμωμενον δε, και το [f. τον] Θεοδωροκανον.

z) κατασκοποι ὀντες, leg. κατακοποι.

a) ἐπει δε ἐφθασαν τα των βαρβαρων σκαφη στεφανωσαντα το στομα κατεχειν τε κολπε.

Imp. CONSTANTINO *Monom.*

a. C. 1043.

ſua et aliis decem triremibus fortiter in hoſtem pugnans conciſus eſt captae a barbaris quatuor triremes cum ipſis vectoribus, ipſaque etiam praetoria nauis. homines in iis omnes interfecti, reliquae Romanorum naues in breuia, littora incommoda et ſaxa eiectae ac contritae ſunt. claſſiarii alii in aqua perierunt, alii a barbaris vel trucidati, vel captiui abducti ſunt. Superſtites nudi peditesque ad ſuorum ſtationem redierunt.

§. 84.

Scythae, cum praeter ſpem ipſis inſtitutum cecidiſſet [b]), domum verſus iter inſtituerunt. Cum non mari modo, ſed terra etiam redirent, (neque enim tantae multitudini ſatis erat nauium, cum proelio [c]) multae eſſent demerſae, multae captae, multae naufragio periſſent) in Catacalonem Beſtam Ambuſtum, tunc Iſtro vicinae regioni praefectum, inciderunt, in ora maris, apud Barnam [d]), fuſique ſunt. et magna clade affecti octingentos eorum viuos in compedibus ad imperatorem miſit.

Is Ambuſtus, et cum primum Scythae ad Conſtantinopolin tenderent, inque ipſius prouinciam egreſſi pabularentur, militibus ſuis collectis fortiter inuaſerat, pulſosque ad ſua confugere nauigia coëgerat, et tunc iterum, oram ſuae prouinciae maritimam cuſtodiens, exituique intentus, hoc facinus edidit [e]).

* * *

Sub imp. Michaele Stratiotico quae de Ruſſis habet Cedrenus, vide ſupra §. 24. Sub Iſaacio Comneno, Conſtantino Duca, Romano Diogene nulla fit Ruſſorum mentio. Sub Michaele Duca eorum ſemel meminit Scylitzes vide ſupra §. 25. Sub Nicephoro Botaniate, Alexio [f]) et Ioanne Comnenis nullam eorum mentionem faciunt Scriptores Byzantini.

CAPVT

b) ὡς οὐκ εἰς ἔργον ἐχώρει αὐτοις τα των ἐλπιδων.

c) ὑπο της προηγησαμενης ναυαρχιας leg. ναυμαχιας.

d) κατα τον αἰγιαλον της λεγομενης Βαρνας.

e) εἰργασατο τα εἰρημενα. his Scylitzes, vt in margine adnotatur, praemittit: ὑποστρεφοντας δεξαμενος καρτερως ὑποστας.

f) Quae de Sarmatis Romanorum tunc temporis ſociis Anna Comnena refert, ea *Tom. IV.* in *Sarmaticis* adfero.

CAPVT IX.

Ruſſi nunc Hungarorum contra Romanos, nunc Romanorum contra Hungaros ſocii; et alia quaedam Ruſſorum geſta;

ab a. C. 1152 — 1357.

§. 85.

Imp. EMANVELE Comn.

Imp. EMANVELE Comneno.

a. C. 1152.

[EMANVEL Comnenus Patzinacis bellûm illaturus] Iſtrum ſuperauit: cumque vltra vellet procedere, in duos alios nauigabiles fluuios incidit. [His traiectis et] loco deinde ſpatioſo transmiſſo, ad montem vsque *Tenihormum*, qui Tauroſcythiae finibus adiacet, peruenere [a]. 54.

§. 86.

a. C. 1154.

[QVO tempore Emanuel Comnenus contra Hungaros, ab illis 55.
miſſa Seruiis auxilia cauſatus, expeditionem ſuſcepit]. 'Hungarorum — rex peregre aberat, cum finitimis Roſſis depugnans [b].

 §. 87.

54. CINNAMVS p. 54. cf. *Tom. III. Patzinacica §. 142.*

a) ἄχρι καὶ ἐπὶ ὄρος Τενυχορμον ἦλθον, ὅπερ ἄγχι Ταυροσκυθικῆς ὁρίων ἀνέχει.

55. NICETAS CHONIATES p. 62. Annum ex tabula Chronol. Nicetae praefixa adſcribo. Locum integrum vide *Tom. III.* in *Vngricis §. 48.* in var. narrat.

b) ὁ γὰρ τῶν Οὐγγρων ῥὴξ οὐκ ἦν κατὰ χώραν, τοῖς γείτοσι Ῥῶς συμπλεκόμενος.

Imp. EMANVELE Comn.

a. C. 1154.

§. 87.

56. Sed necdum flumen [Sauum] tranſierant [Romani], cum nunciatur, Pannonum regem cum ingentibus iſtic adeſſe copiis, ſummo animi ardore cum Romanis pugnare geſtientem., rebus iam in *Galitza* c), regione Tauroſcythicae, praeclare feliciterque geſtis. Huius quippe rei potiſſimum cauſa imperator bellum iſtud aggreſſus erat, quod ſe inuito BLADIMERVM (id nomen erat Galitzae principi) viſum Romanis foederatum inuaſiſſet.

§. 88.

a. C. 1160.

57. [EMANVEL Comnenus cum Hungaris, Belam in terras ipſi a Stephano fratre ereptas vt reſtitueret, bellum inferre meditaretur]; auxiliares copias ex Alemannis et Taurum accolentibus Scythis conflatas adduxit. Tzechorum praeterea ſibi adiunxit nationem.

§. 89.

56. CINNAMVS p. 66. cf. *Vngrica* §. 50.

c) Du Cange in Notis ad h. l. „Galitia, inquit, pars dicitur Ruſſiae Minoris, μερος της μικρας Ρωσιας, in Notitia Andronici [vid. infra §. 128.] — *Galitzs* hodie vocatur, eſtque Ducatus Magno Moſcouiae Duci obnoxius, qui ex Moſcouia in orientem per Caſtromowgorod euntibus occurrit. Huic imperabat eo aeuo Vladimerus, ſeu Lodomerus, vt habent Annales Hungarici, qui Chunorum fretus auxilio, Minoſlaum Ruſſorum regem ſeu principem regno proturbare tyrannidemque ſibi aſſerere auſus, a Geiza tandem Hungariae rege, qui Minoſlai filiam vxorem duxerat, inito proelio fuſus ac deletus eſt, vt pluribus narrant Thwroczius in Geiza cap. 66. et Bonfinius Decad. 2. lib. 6. Nec alium vel diuerſum Vladimerum hunc cenſuerim ab Vladimero Wſzeuolodi filio, Iaroſlai Ruſſiae principis nepote, qui Kiouiae ad Boryſthenem vrbe auita conſedit, et poſt varias cum agnatis concertationes, cum omnes eorum expugnaſſet prouincias, *Μονομαχος* dictus eſt. Vtcumque ſit, Vladimeri ſucceſſorem Iaroſlaum infra nominat Cinnamus [vid. §. 89.]; de Vladimeri vero parentibus agit Ditmarus lib. 7."

57. Id. p. 125—127. cf. *Vngrica* §. 69.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1160.

§. 89.

a) [HVNGARORVM rex, Sirmio capto, cum vrbi Zeugmino 58.
immineret; imperator] ad bellum illi inferendum totus incubuit, et, quod prius noluerat, Stephanum patruum iterum in regnum reſtituere decreuit. Sed et Manuel quidem, qui a Comnenis genus referebat, ad Tauroſcytharum gentem perrexit, vt pactorum, quae ſacramentis cum imperatore ſanciuerat, memoriam illi princeps reuocaret d); inſuper etiam ad *Hieroſlaum* e), Galitzae principem, amicitiam ipſi exprobraturus. Hieroſlaus enim, cum et alia multa praeter foederis leges feciſſet, tum et Andronicum — e carcere palatii, 59.
in quo iam nouem, vt credo, detentus annos fuerat, profugum, et ad ſe venientem comiter exceperat. — Propter haec igitur, quae dixi:

a) NICETAS: *Zeugminum Hunnis deditionem fecit.* [cf. *Vngrica* §. 160. in var. narrat.] — *Sub idem tempus Andronicus denuo carcere elapſus, Galitzam confugit. Sed non diu ibi manſit. Eſt autem Galitza toparchia Roſſorum, qui et Scythae Hyperborei appellantur.* — *Tum vero Andronicus obuiis, quod aiunt, vlnis a Galitzae praefecto* (προς τα της Γαλιτζης ἐπιτροπευοντος) *ſuſceptus eſt. quem, etſi non diu ibi manſit, ita tamen ſui deſiderio deuinxit, vt ei et in venatu adeſſet, et in ſenatu aſſideret, eodemque tecto et cibo uteretur* (ὡς και συνθηρευειν ἐκαστῳ, ὁμεστιος τε ἀνω και συσσιτος). *Caeterum patruelis fugam et exſilium ignominiae ſibi eſſe ratus*

58. Id. p. 134. Nicetas Chon. p. 84. 86. 87. cf. *Vngrica* §. 74. Andronici fugam ita deſcribit Nicetas p. 85, 86. Opera ſerui e carcere elapſus Andronicus *Anchialum contendit. Quo cum veniſſet, Pupaci — ſe agnoſcendum praebuit: ſumtoque ab eo viatico, et viae ducibus, Galitzam proficiſcitur. cuius fines ingreſſus, quo tanquam in aſylum tutiſſimum properabat, et iam perſecutorum metu ſe liberatum putans, a Blachis, qui fugam eius ex fama cognouerant, captus, ad imperatorem reducitur.* e quorum manibus dolo elapſus, *alia via Galitzam venit.* Andronici e Tauroſcythis reducis meminit Cinnamus p. 143. 146. vid. *Vngrica* §. 79.

d) ὁμολογιων τον ἀρχοντα σφαν ἀναμνησων.

e) Ιεροσθλαβον, ita et infra hoc nomen ſcribitur.

59. CINNAMVS p. 136. qui modo, quo Andronicus e carcere elapſus ſit, expoſito, pergit *Sic quidem euadens e carcere Andronicus ad Tauroſcythas peruenit. Nunc autem ad ea, quae ſupra retulimus, reducatur oratio. Propter haec* &c.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1160.

diximus, Manuel ad Primiſlaum f) venit, et vt auxiliares copias ibi pro Romanis contraheret.

§. 90.

Sed et miſſus eſt ad Roſiſlaum g), qui et ipſe Tauroſcythicis imperitabat, de ineunda armorum ſocietate cum eo acturus. Resque illi ex voto ſucceſſit. Maxime enim gauiſi, quod tam illuſtri eos dignatus eſſet legato, omnia, quae vellet princeps, ſe facturos, vltro polliciti ſunt.

Neque ideo tamen Hieroſlaum deſpexit imperator, ſed arte alia aduerſus Stephanum concitauit, miſſis huiusmodi ad ipſum litteris: „Non imitabimur tuam ingratitudinem, quam nulla ad id impellente neceſſitate erga nos exhibuiſti, neglectis promiſſis pactisque iis, quae nuper ſanciueras: ſed tibi, vltima nos iniuria afficere paranti, ob oculos eam proponimus. Scias igitur, dum filiam tuam Hungariae regi vxorem tradis, illam te iungere viro maligno, animoque valde inſtabili. Quando enim iuſtitiae ſeu veritatis vllum reſpectum habuit? hominem autem, qui nec naturam, nec leges reueretur, ſuoque prorſus fertur arbitrio, omnia exſequi poſſe, haud aegre exiſtimo. Proinde neque filiam tuam ducet Stephanus, neque aliud quidpiam legibus conſentaneum, quantum ad illum ſpectat, exſequetur. Quod ſi eam ducat, vulgaris cuiusdam, et velut e triuio adductae feminae loco

imperator, ac longiorem eius abſentiam ſuſpectam habens (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, vt Romanorum fines incurſaret) ante omnia reuocandam Andronicum cenſuit. Fide igitur data acceptaque, hominem inde arceſſit.

f) Πριμισθλαβον. Du Cange in Notis ad h. l. „ Varios, inquit, Ruſſiae, ſeu Moſcouiae, quam Tauroſcytharum regionem vocat, principes recenſet Cinnamus, atque in his Vladimerum et Iaroſlaum Galitzae, quae prouincia eſt Ruſſiae minoris, toparchas: praeterea Primiſlaum, Roſilaum, Iaroſlaum, Georgium Baſilicae filium, et Vladiſlaum, qui cum vxore et liberis ad Manuelem tranſiit, a quo regione ad Iſtrum ſita donatus eſt [vide infra §. 92.]. Atque hi quidem omnes Iaroſlai, qui ſolus Ruſſiae principatum obtinuit, filii videntur fuiſſe, aut ex filiis nepotes, qui ditionibus ſuis non contenti, dum alii alios inuadunt, mutuis ſeſe confecere vulneribus „.

g) Ρωστισθλαβῳ.

a. C. 1160.

loco habebit. Qui enim maieſtatem noſtram tantopere offendit, et ſacramenta nuper data pro ludo habere non erubuit, cogita, quam in te inhumanitatem non ſit commiſſurus„. His cum barbara quadam ſimplicitate auditis ſermonibus, captus eſt continuo Primiſlaus, et generum velut hoſtem auerſatus, bellum ei inferentibus Romanis omni ſe affuturum auxilio, profeſſus eſt.

§. 91.

Eſt vero in Tauroſcythica regione ciuitas, nomine Kiouia h), quae omnes alias illic ſitas praecellens, metropolis eſt totius gentis. Epiſcopus Byzantio miſſus illi praefici ſolet, gaudetque caeteris omnibus, quae ad excellentiorem conferunt praerogatiuam. Huius itaque regionis princeps bellum et ipſe contra Stephanum ſuſcepturum ſe pollicitus pacta iureiurando firmauit.

§. 92.

SVB idem tempus VLADISLAVS etiam, vnus e principibus Tauroſcytharum i), cum liberis et vxore, et omnibus viribus vltro ad Romanos venit. Regio illi verſus Iſtrum conceſſa eſt, quam antea Baſilicae, Georgii filio, qui caeteros Tauroſcythicae phylarchos praecellebat, ad ſe tranſeunti dederat k). 60.

§. 93.

a. C. 1161.

[DVM imperator Zeugmen oppugnat,] Hungarus quidam ex illuſtrioribus, nomine baſakis, qui Romanorum partes amplexus erat, non 61.

h) Κιαμα. Du Cange in Nota ad h. l. „ Forte, inquit, Κιοβια aut Κιοβα, Kiowia, Ruſſiae olim metropolis, ad Boryſthenem, Κιοαβα dicta Conſtantino de adm. imp. cap. 9. [vid. ſupra §. 37. 41.] cuius amplitudo deſcribitur et praedicatur a Ditmaro lib. 7. extremo, Adamo Bremenſi cap. 66. Mathia Michouienſi lib. 2. c. 18. Alex. Gagnino et al. perperam Chios pro Chiof dici in vita S. Mariani Abbat. Ratiſpon. cap. 4. obſeruat Bolandus 9. Febr.„

60. CINNAMVS p. 137.

i) Βλαδισθλαβος, εις ων των εν Ταυροσκυθικη δυναςων.

k) ην (χωραν) δη και Βασιλικα προτερον τω Γεωργιε παιδι, ος και πρωτευων εν Ταυροσκυθικη Φυλαρχων ηρχε, προσελθοντι βασιλευς εδωκε.

61. Id. p. 140. cf. Vngrica §. 78.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1161.

non longe abeſſe Hungarorum regem affirmabat, et praeter infinitum bellatorum numerum, tum et Scytharum ſimul et Tauroſcytharum aciem, inſuper etiam Tzechorum principem cum vniuerſis viribus rurſum [l] cum ipſo venire.

62. [Bello feruente imperator] Leonem Batatzen — ex locis Ponto Euxino vicinis irruptionem in Hungariam facere iubet. — Sed alteram quoque illis inferre plagam volens, nouas in eos rurſus copias miſit: iuſſitque vt ſuperiora adirent loca, et Hungaros, qui Tauroſcythiam accolunt, aggrederentur.

§. 94.

63. HENRICVS [Auſtriae dux, qui Sardicam venerat, tum vt Fredericum Alemannorum regem imperatori reconciliaret, tum etiam vt belli inducias pro Hungaris expeteret] — domum rediens, cum in Hungariam perueniſſet, Stephano perſuaſit, vt remiſſa ac pulſa Tauroſcythica puella [m], filiam ſuam in matrimonium duceret. quod et factum eſt.

Sub Alexio II. Comneno nulla ſit Ruſſorum mentio.

Imp. ANDRONICO *Comn.*

§. 95.

Imp. ANDRONICO *Comneno.*

a. C. 1182.

[MAMALVM, vnum ex ſcribis Alexii Comneni, viuum flammis tradi iuſſit Andronicus]. 'Qui Tauroſcythae, quorum legibus mactantur hoſpites, quorumque moribus errabundus Andronicus infectus fuit, ita in captiuos ſaeuierunt [n]?

§. 96.

l) Vide ſupra §. 88.

62. Id. p. 152. cf. *Vngrica* §. 85.

63. Id. p. 153.

m) Iaroſlaui nimirum filia, vid. ſupra §. 90.

64. NICETAS CHONIATES p. 200.

n) Ἢ τινες Ταυροσκύθαι ξενοτονιαν [ξενοκτ.] νενομικοτες, ὧν τα ἤθη ὁ πολυπλανης οὗτος ἀνεμαξατο γερων, οὕτως ἐπεθεντο και διεχαρισαντο;

Imp. ANDRONICO *Comn.*

a. C. 1182.

§. 96.

[ANDRONICVS rerum potitus,] ad ea conuertit animum, quibus ante imperium fuerat occupatus. Ea erant aurigationes, venationes, — zumprorum confoſſio (eſt autem zumprus o) fera, quae apud Tauroſcythas potiſſimum naſcitur, et vrſo et leopardo maior.) 65.

§. 97.

a. C. 1183.

[ISAACIVS Angelus cum a populo imperator ſalutatus eſſet, Andronicus] acuto barbarico pileo capiti impoſito, triremem imperatoriam conſcendit — . haud ſegniter nauigat, ad Tauroſcythas profecturus, omnibus Romanis prouinciis aliarumque gentium ditionibus, vt parum fidis, deſpectis.] ſed exſulis habitu ad Tauroſcythas appellere feſtinans, Chelae comprehenditur. 66.

Sub
Iſaacio Angelo nulla fit Ruſſorum mentio.

§. 98.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

Imp. ALEXIO III. *Comneno.*

a. C. 1200.

BLACHI cum Comanis, impreſſione in Thraciam facta, et optimis quibusque prouinciae partibus vaſtatis, incolumes receſſerunt: ac forſitan ad terreſtrem imperatricis vrbis portam acceſſiſſent, niſi Roſſi, Chriſtianiſſima gens p), eorumque principes, partim ſua ſponte, partim pontificis q) precibus adducti, admirabili ſtudio pro Romanis oppugnaſſent, Chriſtiani populi miſerti, qui a barbaris male tracta- 67.

65. Id. p. 214.

o) ζεμπρος. — ζωον δε ὀντος το μεγεθος ὑπερ ἀρκτον μυθικην και παρδαλιν εικτην, κατα τας Ταυροσκυθας φυομενον μαλιστα και τρεφομενον.

66. Id. p. 222, 223.

67. Id. p. 337.

p) το χριστιανικωτατον, οἱ Ρως γενος.

q) τα ἀρχιποιμενος ἀυτων.

Imp. ALEXIO III. *Comn.*

a. C. 1200.

tractabatur: et indignati, eum ſaepius eodem anno abduci, et gentibus a Chriſtiana religione alienis venundari.

Vnde Calitzae princeps ROMANVS r), magno et forti exercitu ſubito coacto, in Comanorum agrum irrupit, et ſine vllo negotio diripuit et vaſtauit omnia: eoque ſaepius in gloriam et amplificationem inculpatae Chriſtianae fidei, cuius minima pars, et grano ſinapis par, montes transponit, et ſublimia transfert, benigne facto, Comanorum incurſiones repreſſit, et Romanis in excidii periculo conſtitutis, auxilium tulit inopinatum prorſus et improuiſum, diuinitus omnino procuratum per eiusdem religionis populum.

§. 99.

CAETERVM eo anno s) hi Tauroſcythae quoque ſeditione conflictati ſunt, et Romanus hic et Ciabae princeps RVRICAS t) caede popularium ſuorum enſes imbuerunt u). Sed Romanus, homo robuſtus et ſtrenuus, tum quoque multos Comanos cecidit, qui optima et fortiſſima phalange Ruricae opem tulerant.

Sub

Alexio Duca Murzuflo et Theodoro I. Laſcari nulla fit Ruſſorum mentio.

§. 100.

Imp. IOANNE *Duca.*

Imp. IOANNE *Duca.*

a. C. 1221. x).

68. BORILA — regie Bulgaris imperante, Aſani filius Ioannes fuga ſe:

r) ὁ τῆς Καλιτζῆς ἡγεμὼν Ρωμανος.

s) ὁ τοτε χρονος.

t) ὁ διεπων το Κιαβυ Ρυρικας.

u) Nicetas, p. 343. haec habet: *Cum fraternae caedis exemplum ex vrbe imperatrice promanaſſet, et extremos orbis terrarum fines peruagatum eſſet, non Perſae tantum, et Tauroſcythae — ſed et alii plures caeterarum gentium principes, enſibus in cognatos ſuos ſtrictis ſeditionum et caedium patrias ſuas compleuerunt.*

68. GEORGIVS ACROPOLITA p. 17. Id. p. 13. haec habet: Ioannes Aſan Bulg. rex *cum — Scythas ſibi deuinxiſſet, affinitate cum illis contracta — caedibus Romanorum admodum delectabatur. Hoc fatis functo, ſororis illius filius Phrorilas nomine, Scythide auia in matrimonium ducta; regnum Bulg. occupat. Filius vero Aſani Ioannes clam ereptus, ad Scythas aſportatur.*

x) Initium imperii Ioannis Ducae.

a. C. 1221. *Imp.* IOAN-NE *Duca.*

ſe abripiens, in Ruſos confugit y), ibique per tempus aliquod z) commoratus, et conuenarum Ruſorum nonnullis in vnum congeſtis, paternam hereditatem repoſcit, et in Boriſam arma ſuſcipit et vincit, dominusque fit non exiguae regionis a).

§. 101.

ALTER — Sitziſchanis filius, Telepugas, — per Maſſagetarum et Sauromatarum terram proficiſcitur: nec eas tantum, ſed omnes gentes, quae Maeotidem paludem et Tanaim accolunt, ſubigit. Deinde Tanais fontibus ſuperatis, impetu aduerſus Europaeas gentes deſcendit. — quae — Maeotidis confinia et Ponti oram accolebant, Ziechi et Abaſgi, Gotthi et Hamaxobii, Tauroſcythae et Boryſthenitae erant. 69.

§. 102.

[NOGAS, Tatarorum dux, gentibus Euxino borealibus ſubactis, proprium principatum conſtituit]. Proceſſu deinde temporis miſcentes ſe ipſis, qui mediterranea illic incolunt, Alani videlicet, Zicchi, Gotthi et Rhoſſi b), quique finitimas hiſce habitant terras diuerſorum generum populi, mores paulatim ipſorum didicerunt, et cum vitae vſu linguam etiam ac veſtitum eorum vſurpantes, in militiae quoque conſortium aſſumti, non ita multo poſt exercitus confecerunt innumerabiles, quarum conſcientia vſuque virium in potentiam immane quantum Tocharorum gens profecit. 70.

Sub Theodoro II. } Laſc.
Ioanne. }
Michaele Palaeologo nulla fit Ruſſorum mentio.

§. 103.

Imp. ANDRONICO *Seniore.* *Imp.* ANDRONICO *Sen.*

a. C. 1322 — 1324.

[TERTERES Bulgarorum rex, Philippopoli potitus, ſelectos ex 71.

y) περι τα των Ρωσων χωρα.

z) χρονον ἐφ' ἱκανον.

a) Cf. *Bulgarica* §. 277.

69. NICEPHORVS GREGORAS T. I. p. 20, 21. cf. *Tom. III. Tatarica* §. 6.

70. PACHYMERES T. I. p. 235, 236. cf. *Tatarica* §. 40.

b) Ρωσοι.

71. CANTACVZENVS T. I. p. 107. cf. *Bulgarica* §. 398.

Imp. AN-DRONICO *Sen.*

a. C 1322—1324.

Alanis et Myſis equites mille et duo peditum cetratorum millia praeſidii cauſa eo miſit.] Eorum [erant] duces Itiles et Temeres, ex Alanis oriundi, et Inas ex Hungaris, ſummus imperator *Ibanes* [ſeu Ioannes] Rhoſſus *o*), manu promtus et artis imperatoriae ſcientiſſimus. Hi poſt fata regis nihilo minus vrbem tuebantur.

72. [Non diu poſt Bulgarorum rex] Michael — Philippopolin praeſidium recens cum nouo duce transmittens, Ibanem, caeterosque duces ac milites ad praemia pro laboribus in obſidione toleratis et virtute oſtentata reuocabat. Dux noui praeſidii, iam vrbi vicinus, ad Ibanem ſuper aduentu ſuo mittit, et cur veniat, adiungit. Ibanes cum ducibus ſibi ſubſeruientibus, militibusque vniuerſis, venientibus obuiam foras prodit, et vna pernoctat, poſtridie vrbem illis traditurus. Sub eandem noctem etiam Bryennius [dux Romanus] Philippopolin veniens 'ab vrbanis in vrbem accipitur'. Ibanes diluculo vrbem captam cognoſcens, cum reliquis ſuis domum repedauit.

§. 104.

a. C. 1328.

73. [BELLO inter Andronicos feruente, cum iunior ad caſtellum Logos pergeret,] intellectum eſt, circiter tria millia Moeſorum imperatori auo Byzantium, ducente Ibane Ruſſo auxilio mitti. — Periculi itaque faciendi imperator iunior mittens ad Ibanem, Romanorum finibus vt excederet imperauit. — Ibanes iuramento ſcripto affirmare, neque dominum ſuum contra foedus egiſſe: neque ſe huc cum exercitu contra ipſum aduenifſe. [Cum vero Andronicus iunior ſuſpicaretur] Myſis ab rege mandatum, palatium, ſi queant, dolo occupent; atque idcirco ipſum [Michaelem] quoque cum toto exercitu et auxilio Scythico in confinibus ſedere, vt, ſi Ibani imperata bene procedant, paulo poſt cum ſubſidio ſuperueniat: [auo, vt ſibi ab illis caueret, ſignificauit. Legatos ſimul de hac re queſtum ad Michaë-

o) Ἰβάνης ὁ Ῥῶς.

72. Id. ibid. p. 110, 111. cf. *Bulgarica §. 402.*

73. Id. ibid. p. 181—184. Cf. *Bulgarica §. 418—423.*

a. C. 1328.

Imp. ANDRONICO *Sen.*

chaëlem mittente imperatore; Michael Ibanem cum copiis ſuis redire iuſſit.]

§. 105.

Impp. IOANNE *Cantacuzeno.*
IOANNE *Palaeologo.*

Impp. IOANNE *Cantacuzeno*, IOANNE *Palaeologo.*

a. C. 1347 — 1357.

[SVLTANVS Aegypti litteris ad Cantacuzenum datis, inter alia 74.
ſcribit] Producat Deus altiſſimus ſemper dies imperii — doctrinae Chriſti propugnatoris, gladii Macedonum, regis Graecorum, regis Bulgarorum, Aſaniorum, Blachorum, Rhoſſorum d) et Alanorum — domini Angeli Comneni Palaeologi Cantacuzeni.

CAPVT X.

Ruſſi Tataris tributarii; Ruſſiae et vicinarum regionum breuis deſcriptio.

a. C. 1400 — 1452.

§. 106.

Imp. EMANVELE *Palaeologo.*

Imp. EMANVELE *Pal.*

a. C. 14 o. 14cI. a)

TEMVR Chan ineunte vere ex Perſia verſus Tanaim mouet, col- 75.
lectoque Tauroſcytharum, Zycchorum et Abaſgorum ingenti nu-

74. CANTACVZENVS T. III. p. 756.

d) των Ρωσων.

75. DVCAS p. 33. cf. *Tatarica* §. 157. *in narrat. var.*

Imp. EMA-NVELE *Pal.*

a. C. 1400, 1401.

numero, euerſisque oppidis, quae Boſporo (Cimmerio) adiacent. in Armeniam dein et Cappadociam acceſſit.

§. 107.

a. C. 1369 — 1400.

76. [SCYTHAE Europaei ſeu Tatari] relicta Sarmatia, Tanaim verſus iter ingreſſi ſunt, et pleraque gentis huius pars in regione Iſtro adiacente manſit. — Qui ante Boſporum et Tauricam inſulam, quae dirimit Moeotim paludem et Euxinum pontum, accolunt, imperio Atziceriis reguntur. Subegerunt Gotthos et Ianuenſes vrbem Capham inhabitantes, vt cogerentur tributum pendere. Etiam Sarmatiae quaedam pars huic regi tributaria eſt. Sarmatae, qui incolunt regionem verſus Euxinum pontum et oceanum, magno Scytharum regi, qui in *Agora* regni ſedem habet b), tributum pendunt, iam inde ex illo tempore, quo in Sarmatiam populabundi curſitarent, partim hominum, partim aliarum rerum praedas egerunt: eamque diu obtinuere, impoſito tributo, quod ſingulis annis magno Scytharum regi tribuerent.

§. 108.

'Sarmatia a Scythis paſtoribus vsque ad *Dacos* et *Lituanos* ſe fundit. Sarmatae Illyriorum linguam in vſu habent plerumque c). 'Victu moribusque et Chriſtiana religione magis Graecos ſequuntur: nec perinde ipſis cum pontifice Romano conuenit d). Habent Graecum epiſcopum, cui in religionis ritibus auſcultant. Viuendi rationem

a) Sunt anni apud Ducam p. 33, 36. margini adſcripti.

76. CHALCOCONDYLAS p. 69. qui expeditionem a Temyre contra Tataros Europaeos, qui in ipſius prouincias irruperant, ſuſceptam narraturus, haec de Tataris, Ruſſis &c. praemittit. Cf. *Tatarica* §. 143.

b) τῳ μεγαλῳ Σκυθων βασιλει ὄντι ἐν τῃ Αγορᾳ. Quam alii *Hordam*, Graeci ἀγοραν vocant.

c) Σαρματια μεν ουν διηκει απο Σκυθων των Νομαδων, επι Δακας [*Valachos* puta] τε και Λιτουανας. γενος των Ιλλυριων φωνῃ τα πολλα διαχρωμενον.

d) και διαιτῃ τε και ἠθεσι, τοις τε νομοις, εοικοι επι τους Ελληνας μαλλον τετραμμενοι, ου κατα συμφεροντας τῳ Ρωμαιων αρχιερει.

Imp. EMANVEL *Pal.*

nem moresque Graecorum imitantur. Supellectilis apparatu repraeſentant Scythas.

§. 109.

'Sarmatae, qui loca verſus Euxinum pontum ab *Leucopolichna* vrbe tenent, plerumque non regibus, verum ducibus vtuntur. *Moſcouiorum*, *Kionenſium*, *Toſarienſium* et *Chorobiorum* vrbes a tyrannis reguntur e), tributumque ſoluere coguntur *Nigrae* 'ſic appellatae *Sarmatiae*. Ea autem Sarmatia, quae ſub Septemtrione colitur, *alba Sarmatia* appellatur f).

§. 110.

Verſus Oceanum vrbs eſt *Vcratis* g) nomine: hanc optimates adminiſtrant h), diuitiasque plurimas ſuppeditat. Opibus facile vincit omnes tum nigrae, tum albae Sarmatiae vrbes. Ea regio extenditur vsque ad Oceanum, 'Euphraſte ſiue *Inflaſte* nuncupata i). Huc appellunt a Dacia k) et Germania naues, merces Gallicas et Anglicas in eam regionem aduehentes.

§. 111.

Ab Tanai vsque ad Oceanum Britannicum l) fuerit iter, vbi longiſſimum, per eam regionem, quae habitatur, ſecundum longitudinem, dierum triginta quinque. latitudo ſupra Tanaim amplectitur regionem maximam, a Sarmatia vsque ad Aſſyrios, quam Scythae colunt. 77.

§. 112.

e) τα μεντοι προς Ευξεινον ποντον Σαρματων γενη, ἀπο Λευκοπολιχνης καλεμενης [in marg. *Leopoli* hodie *B'eloi Gorod* i. e. *vrbs alba*], ἡγεμονιαις τε διαλαγχανεσι τα πολλα, τοτε Μοσχοβιον τε, και Κιεβος, και το Φαρι και Χωροβιον, πολεις ὑπο θυραννης ἐυθυνομεναι.

f) ἐς την μελαιναν ὀυτω ὑπο σφων ἀυτων καλεμενην Σαρματιαν τελεσι τα δε [προς ὠκεανον, omiſit interpres] ὑπο την ἀρκτον ὀικημενα γενη, λευκην Σαρματιαν καλεσι.

g) Ὀυγκρατις, in margine adſcribitur: forte *Nouigradum* vel *Wigradium*.

h) πολις — ἐς ἀριςοκρατιαν τετραμμενη.

i) Ινφλαςη καλεμενη.

k) In marg. *Dania*.

77. Id. p. 70.

l) και ἐπι την Κελτον χωραν omiſit interpres.

§. 112.

Eſt quidem, vt mihi videtur, ea regio, quae vltra Tanaim habitatur *m*), longe lateque ampliſſima. *Permii* verſus Boream ſupra Sarmatas morantur. Sarmatis finitimi ſunt, eius linguae commercio vtentes *n*). ‘Permios ferunt gentem eſſe antiquiſſimam: venationibusque viuunt, et plurimam vitae partem in eo ſtudio conſumunt, et *o*) * * *

§. 113.

Sarmatia verſus Oceanum excurrens, ad regionem *Pruſſiam p*) dictam ſe extendit. Finitima eſt *Nazaraeis*, qui ibi ſunt candido amictu gaudentes, et eorum monaſterio, quod in ea regione ſitum eſt. Iſti homines Germani eſſe creduntur, quia eorum victum moresque necnon et linguam ſectantur. ‘Eſt his monaſterium, quemadmodum Iberis ſiue Hiſpanis et Rhodiis, quod Nazaraei inhabitant *q*). Nam tria iſta monaſteria Ieſu religionem amplecti inprimis per totum orbem, et contra barbaros ordinata eſſe, omnibus manifeſtum eſſe reor. Monaſterium namque, quod Iberia habet, arbitror Afris ea traiicientibus oppoſitum eſſe. Idem Pruthenum monaſterium opponitur *Samogetis r*), necnon Scythis paſtoribus, ‘qui et Tartari *s*), ibi in propinquo iam ab antiquo ſedes habentibus.—

§. 114.

Pruſſios attingunt *Samogetae*, gens robuſta, victus ratione et lingua nulli finitimarum ſimilis. Deos venerantur Apollinem et Dianam. Victus rationem ſequuntur, quam Graeci vetuſti tenuere: eosdem et moribus repraeſentant. Supellectilis apparatu imitantur Pruſſios.

§. 115.

m) χωρα μεγιστη δη των τῃ Ευρωπῃ καθ' ἀμφω omiſit interpres.

n) και φωνην την αὐτην ἰεντες οἱ Σαρμαται τοις Περμιοις.

o) λεγεται δε περι Περμιων ταδε, ὡς ἐστι γενος ἀπο ἀγρας το πλειον τε βιου σφισι ποιουμεναι. hic lacuna eſt in Gr.

p) Πρωσιαν.

q) ἐστι δε τουτοις ἱερον ἠδε, και ἐν Ιβηρια ἱερον νομιζεται, και ἐν τῃ Ροδῳ ἐνοικουν Ναζηραιων γενος.

r) Σαμωτας.

s) Addit haec interpres.

§. 115.

Iis confines ſunt *Boemi* t), ſequentes ſuperſtitionem Samogetarum, necnon Germanorum, qui ibi colunt. Supellectilis apparatu nihil differunt a Pannoniis. Metropolin ea gens habet opulentam et populoſam, quam *Pragam* v) appellant. Nec multum temporis intercesſit, ex quo ea vrbs ceſſauit colere ignem et ſolem. Sola haec gens eorum, quae intra extraque Europam ſunt, quos nouimus, adhaereſcit Ieſu, Moſis Mechmetisque religioni. Nam omnes has religiones quamuis nos in ignorantiae tenebris plerumque verſemur, gentem iſtam tenere compertum eſt x). Eſt quidem, quemadmodum audio, *vltra Caſpium mare et Maſſagetas gens quaedam Indica*, d dicta Apollinis cultui y). Colit et alios deos gens eadem, videlicet Iouem et Iunonem, vt infra ſuſius dicetur. Haec quidem hactenus. 78.

§. 116.

Poloni z) contermini ſunt Sarmatis, quorum et linguam in uſu habent. Victus ratione moribusque nihil diſcrepant ab Romanis.

§. 117.

Polonis annexi ſunt *Lituani* a), qui et ipſi vsque ad Euxinum pontum Sarmatiamque pertingunt. Et quidem *Pogdania* b) *nigra*, quae regni ſedem habet, *Leucopolichnam*, a Dacis Iſtrum incolentibus ad Lituanos et Sarmatas ſe proiicit. Gentem autem iſtam ſatis eſſe probatam

t) Βοεμοι.

v) Βραγα.

x) μονον δε ἐθνος τουτο των ἐν τῃ Ευρωπῃ ἐκτος γενομενον ταις ἐγνωσμεναις ἡμιν ἐν τῳ παροντι θρησκειαις της τε του Ιησου φημι &c. ταυτας γαρ τοι σχεδον τι ἰσμεν διακατεχον την του ἀγνωμοσυνην ὡς τα πολλα ἡμιν οἰχομενων. In margine adſcribitur: Ieſu religionem pro Pontificis ritibus ponit, Moſis vero, quod multi Iudaei apud eos habitant; quod autem haereſeos inſimulantur propter Huſſitas, Machumetis etiam religioni deditos inquit.

y) In marg. adſcribitur: Pilappiorum Liuonum ſuperſtitio.

78. Id. p. 71.

z) παλαιοι in marg. Πολανοι.

a) Λιτουανοι.

b) Πογδανια. in marg. *Podolia.*

Imp. EMANVELE *Pal.*

batam, vel hinc quis coniiciat, quod linguam ſuam retinuere. Iam olim ea gens in duas partes diuiſa, 'partim quidem a principibus, partim vero a ducibus regitur [bb]. Lituanis, quantum ad linguam attinet, nihil conuenit cum Sarmatis, cum Pannonis, cum Germanis, nec etiam cum Dacis. Nam quaſi peculiarem linguae vſum tenent. Vrbs, quam regni ſedem conſtituerunt, magna et opulenta populoſaque eſt. Apparet facile, iſtam gentem eſſe maximam omnium, quae in hac regione verſantur. Fortitudine nulli poſtponenda creditur, ſtrenue proelians aduerſus Pruſſios, Germanos et Polonos, gentes finitimas, vt ſuos tutetur fines [c]. Sequitur mores et victus rationem Romanorum: ſupellectilis ratione nihil a Sarmatis differunt. Quum autem fere vndique nigram Pogdaniam attingant, plerumque aduerſus eius regionis incolas pugnas ciere ſolent.

§. 118.

Sarmatarum lingua ſimilis eſt Illyriorum, Ionium ad Venetos vsque accolentium. Vtri autem horum vetuſtatis praerogatiua gaudeant, et vtri alterorum regionem teneant, 'an videlicet Illyrii in iſtam Europae partem recedentes, Poloniam et Sarmatiam incoluerint: aut an Sarmatae ad haec Iſtri loca adeuntes [d], Myſiam et Trybalorum Illyriorumque regionem, qua verſus Ionium patet vsque ad Venetos, inhabitarint, neque quemquam audiui veterum commemorantem, nec ipſe poſſum ea quam veriſſime explicare [e].

§. 119.

79. [SCYTHAE ſeu Tatari], qui regionem, quae ſe ad Boſporum pandit, tenent, finitimis *Tzarcaſis* [f] et *Migrelis* [g], Sarmatisque mul-

bb) ἐς τυραννίδας καὶ ἡγεμονίας δύο κατέστη.

c) διαπολεμεῖν — περί τε ὅρων τῶν ἐς τὴν χώραν.

d) ἢ Ἰλλυριοὶ, ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης διαβάντες, Πολωνίαν τε καὶ Σαρματίαν ᾤκησαν, ἢ Σαρμάται δὴ ἐπὶ τάδε τὰ Ἴστρα γενόμενοι —.

e) His ſimilia ſupra p. 17, 18. vbi in Seruiorum, et infra p. 283. vbi in Boſniorum originem inquirit, Chalcocondylas tradit. loca ipſa in *Seruicis* §. 266. et *Boſnicis* §. 10. adtuli.

79. CHALCOCONDYLAS p. 72. cf. *Tatarica* §. 146.

f) Τζαρκασῶν.

g) Μιγκρελίων.

multa negotia faceſſunt praedis agendis. Abducentes igitur inde mancipia plurima, pergunt ad Boſporum et ad vrbem Caream [b]. Poſtea agentes mancipia ad Maeotim paludem, ea paruo aere vendunt. Venetorum et Ianuenſium mercatoribus.

[Scythae] pileis — plerumque vtuntur, neque * * * qua attingunt Sarmatiam: neque veſtitus ipſis eſt ex filis contextus, verum ouium vellera induunt.

§. 120.

a. C. 1414. [i]

α) REBVS — Manuelis imperatoris [pace cum Muhammede Sultano facta] in tuto collocatis, nulliusque iniuriae obnoxiis, decreuit vxorem filio ſuo Ioanni dare; 'quare per legatos a Ruſſiae rege (Moſcouiae duce) filium eius, puellam adhuc, obtinuit [k]'. Contracto deinde matrimonio, *Annam* appellauit mutato proprio nomine. Neque tamen imperatoriam coronam ei imponere voluit, quod tunc vndecimum annum tantummodo ageret. At exactis tribus annis, morboque peſtilenti per Conſtantinopolin graſſante, ingenti plebis numero bubonibus exſtincto, obiit etiam imperatrix Anna, quam acerbo luctu proſecuti ſunt moeſti ciues. 80.

 §. 121.

α) CHALCOCONDYLAS: Monferrariae principis filia, vxor Ioannis *aduertens ſe marito eſſe inuiſam admodum nauem conſcendit, et ad genere propinquos ſe recepit. Ipſe interim matrimonio ſibi iunxit Sarmatiae (quae et Ruſſia* interpres addit) *principis filiam.* (*ἠγαγετο δε γυναικα, την ἀπο Σαρματιας, τε Σαρματων ἡγεμονος θυγατερα*).

h) In marg. *ἐπι καφαν*. interpres *Capham* reponit.

80. DVCAS p. 53, 54. Chalcocondylas p. 109.

i) Interpres Ducae in marg. adſcribit: „ Manuel Ioanni filio vxorem dat, ex Phranze a. 6922. Chriſti 1414. „.

k) *και ςειλας ἐις τον Ρηγα Ρωσιας ἠγαγετο νυμφην την θυγατερα ἀυτε.*

l) *ὀυκ ἐβεληθη ςεψαι τοτε ἐις βασιλεια* [in marg. leg. *βασιλιδα*], *ἠν γαρ ἡ κορη* &c.

Imp. IOANNE Eman. Pal.

§. 121.

Imp. IOANNE *Emanuele Palaeologo.*

a. C. 1435.

81. DRAGVLIVS Vlachiae Veiuoda fretum etiam transuectus Pruſſam ad Ameram Moratem acceſſit: veneratusque ſubditum ſe profeſſus eſt, fidemque dedit, ſe Morati, quandocumque in Hungariam mouere voluerit, tranſitum conceſſurum, et ad fines vsque Germaniae et Ruſſiae viam ei praeiturum.

§. 122.

a. C. 1439. m)

82. [CONCILIVM Ferrariae inchoatum cum Florentiam transferretur] aderant etiam Beſſarion Nicaeae, et '*Iſidorus* Ruſſiae, n) metropolitae. Hi inter caeteros archipraeſules doctiſſimi erant.

Imp. CONSTANTINO Pal.

§. 123.

Imp. CONSTANTINO *Palaeologo.*

a. C. 1452.

83. [MVHAMMEDE CP. oppugnante] imperator ſuppetias rogatum miſit: vt etiam concordia Florentiae reconciliata ſtabiliretur: — hortantibus etiam legatis, aliquos Papa mitteret, qui ſchiſmatis cauſa orta capitalia odia placarent. His Papa permotus, Poloniae Cardinalem Iſidorum, 'qui Ruſſiae archiepiſcopus fuerat o), miſit, virum equidem prudentem ac modeſtum, in orthodoxis dogmatibus eruditum, et

81. DVCAS. p. 114. cf. *Valachica* §. 25.

82. DVCAS p. 119.

m) Annus margini adſcriptus.

n) ὁ Ρωσιας [ἀρχιερευς] Ισιδωρος.

83. Id. p. 141, 142.

o) τον τοτε ἀρχιεπισκοπον Ρωσιας. Quae de Iſidoro Chalcocondylas habet, haec ſunt: p. 155. *In horum* [Cardinalium] *album retulit* [pontifex Romanus] *viros duos Graecorum, Beſſarionem Trapezuntium Nicaeae epiſcopum* [ἀρχιερεα] *et Iſidorum Sarmatiae* [quae et Ruſſia addit interpres] *epiſcopum* (ἀρχιερεα). *Nam horum opera plurimum adiu-*

Imp. CONSTANTINO Pal.

a. C. 1452.

et natione Romaeum: qui, vt iam diximus, pater eximius Florentino concilio interfuerat. [Ad portum CP. Nouembri menſe a. M. 6961. Chriſti 1452. cum appuliſſent] comiter ac honorifice, vtque decebat, Cardinalem imperator ſuſcepit. Habitisque de eccleſiarum concordia colloquiis, imperator et Graecae eccleſiae priuati homines ad eam ſtabiliendam ſe propenſos exhibuerunt. At ſacri ordinis maxima pars — hanc reconciliatam concordiam auerſati ſunt.

CAPVT XI.

Epiſcopatus Ruſſiae;

ab a. C. 886 — 1453.

§. 124.

Imp. LEONE *Sapiente.*

a. C. 886 — 911. a)

Imp. LEONE Sap.

[Ex ordine diſpoſito per imperatorem Leonem ſapientem, quem 84. locum et ſeriem habeant Throni Eccleſiarum Patriarchae CPolitano ſubiectarum, metropolis eſt] ſexageſima Roſia.

 §. 125.

tus eſt in concordia cum Graecis ineunda. p. 209. *Cardinalis Iſidorus Sarmatarum antiſtes* (Καρδινάλιος ὁ Ισιδωρος Σαρματιας], *cuius ante meminimus, Graecis penes quos ea tempeſtate* [cum Muhammedes CP. oppugnaret] *erat, auxilio fuit. Aderat enim vt ſynodum congregaret, et Rom. pontifici Graecos reconciliaret* — p. 211. CPli capta *captus eſt. Cardinalis Iſidorus Sarmatarum antiſtes* (Ισιδωρος Καρδ. Σαβοϊων, in marg. in vno cod. Σαβινων): *qui ductus in Galatium vrbem, venditus eſt, et conſcenſa naui profugit in Peloponneſum.* —

84. CODINVS Notit Graec. Epiſcopat. p 380. Id. in Explicat. Offic. Sanctae magnae Eccleſ. p. 218. quo poſteriori loco Ruſſia metropolis 61me fuiſſe dicitur.

a) Sunt anni imperii Leonis Sap.

§. 125.

Imp. ANDRONICO *Seniore.*

a. C. 1292.

85. RVSSIA thronus fuit ſexageſimus, et deducta eſt [ex decreto imperatoris Andronici Senioris] ad ſeptuageſimum primum b).

§. 126.

86. LITBON, quae dicitur Litbada, vicina magnae Ruſſiae facta eſt metropolis, tenuitque thronum LXXXII, ſub ſanctiſſimo patriarcha domino Ioanne Glyca et imperatore Andronico anno VIMDCCC.

§. 127.

87. *Kiouiae Ruſſiae* ſubſunt epiſcopatus iſti.	Τῳ Κυεβῳ της Ρωσιας ὑποκεινται ἐπισκοπαι ἀυται.
1. *Magna Nouigrodum.*	Το μεγαλον d) Νοβογορδων.
2. *Tzernicobe.*	Η Τζερνιχοβη.
3. *Suſdalis.*	Η Σȣσδαλι.
4. *Roſtobe.*	Η Ροςοβη.
5. *Magna Blandimoris.*	Μεγαλη Βλαντιμορις e).
6. *Preſlauia Ruſſica.*	Η Περιεσθλαβη Ρουσισκος f).
7. *Magnum Aſprocaſtrum* ad Kiouiam.	Το Ασπροκαςρον το μεγαλον g) πλησιον τȣ Κυεβȣ.

8. S.

85. Expoſitio Noua Andronici imp. [Bandurii imp. orient. T. I, p. 233] Codin. Notit. Graec. Epiſc. p. 402.

b) Codin. 72. in marg. 71.

86. Expoſitio Noua Andronici imp. [Bandur. Imp. Orient. T. I. p. 235]. Codin. Notit. Graec. Epiſc. p. 403.

c) ἡ [μητροπολις] Λιτβων. ἡτις λεγεται Λιτβαθα, ἐνορια της μεγαλης Ρωσιας &c. Codin. πα. ὁ Λιτβων. τȣ [το ἀυτο και] Λιτβαδα ἐνορια — Ρωσιας μητροπολεως γεγονασιν ἐπι της βασιλειας Κυρȣ Ανδρονικȣ, ἐπι τȣ πατριαρχȣ Ιωαννȣ Γλυκέως. in marg. eſt vt in Expoſitione Noua.

87. CODINVS Notit. Graec. Epiſc. p. 399. ad hunc locum in margine adſcribitur: „ His Regia in margine hucusque citata addunt „.

d) Alia Regg. το μεγα.

e) Βλανδιμοιρις.

f) Ρȣσισκο.

g) το μεγα.

8. *S. Georgius* ad Ruſſum fluuium.	Ο Αγιος Γεωργιος εἰς τον Ρωσου ποταμου.
9. *Poloſta.*	Πολοσκα [b].
10. *Rozana.*	Ροζανη [i].
11. *Typherne.*	Τυφερνη.
12. *Saragium.*	Το Σαραγιον.
In Ruſſia minore.	Και εἰς την μικραν Ρωσιαν.
1. *Galitza.*	Η Γαλιτζα.
2. *Blandimoere.*	Η Βλανδιμοιρη.
3. *Premiſla.*	Η Περεμισλη [k].
4. *Duciſca.*	Η Λουτζισκα. [l].
5. *Turube.*	Η Τουρουβη.
6. *Cholme.*	Η Χολμη.
7 *Moleſmum.*	Το Μολεσμον [m].

§. 128.

Factus eſt etiam noſtra aetate metropolitanus antiſtes *Galitzae*, 88.
quae erat pars minoris Ruſſiae [n].

§. 129.

SIGILLVM plumbeum habent illa diplomata, quae mittuntur [a 89.
patriarcha] ad imperatorem, et deſpotam, et imperatricem, Sebaſtocratores, Caeſares, qualescunque ſint: et ad reges omnes, et ad patriarchas et archiepiſcopos catholicos: ad caeteros vero cunctos metropolitas et proceres ponitur ſigillum cereum: ad ſolum vero metropolitam Ruſſiae plumbeum.

§. 130.

h) Πολοτζκα.
i) Ραζανη.
k) Παραμισλα.
l) Λετζεκα.
m) Σμολενσκαν.
88. Id. ibid. p. 409.

n) In marg. adſcribitur: „ Addunt Regg. ὁ δ. Ρωσιας μητροπολιτης γραφεται Κυεβου και Ρωσιας.

89. Id. in Salutatt. Epiſt. Pontific. p. 416.

§. 130.

[*Vaticinium de Conſtantinopoli nouiſſimis temporibus a Ruſſis vaſtanda.*]

90. I. [CONSTANTINOPOLI] in medio Fori [Tauri o)] atrio p) eſt ſtatua equeſtris, quam quidam Ieſu Naue q), alii Bellerophontis eſſe volunt. Allata vero fuit ex magna Antiochia. Caeterum *baſis lapidea quadrilatera equeſtris illius ſtatuae habet inſculptas* HISTORIAS RVSSORVM, QVI NOVISSIMIS DIEBVS VRBEM VASTATVRI SVNT r). *cuius rei impedimentum eſt perquam minimum illud ſignum. quod vinctum ac genuflexum illic poſitum viſitur* s). Praeterea quoque pes laeuus

90. ANONYMVS in Antiquitt. CPl. Bandurii imp. Orient. T. I. p. 17, 18. Codinus de Originibus CPl. p. 24. qui ſua ex Anonymo hauſiſſe videtur. meminit horum etiam Nicetas duobus locis, quae infra II. III. adfero. Dictus Anonymus librum ſuum inſcribit Πατρια της πολεως i. e. *antiquitates*, *origines* vel *hiſtoria vrbis* Conſtantinopolis vixit iam ſub Conſtantino Duca, vt ipſe innuit p. 23. vbi de Tzycaniſterio agens *Tzycaniſterium*, inquit, *condidit* Theodoſius Iunior, — *demum* NOSTRIS TEMPORIBVS *Conſtantinus Ducas prae aliis omnibus adauxit.* — Superſtes vero adhuc fuit temporibus Alexii I. Comn.; huic enim has ipſas Antiquitates iambis operi praefixis dedicat. Incidit itaque aetas Anonymi intra a. C. 1059. et 1118.

o) περι τε Ταυρε hoc caput inſcribitur. Fuit vero *Forum Tauri*, de quo hic ſermo eſt, in ſeptima vrbis regione, ſecundum auctorem veteris vrbis Deſcriptionis, ſitum, et a Theodoſio M. XV. imperii anno, teſte auctore Chronici Paſchalis p. 305. exſtructum: vnde et *Theodoſiacum* appellabatur.

p) μεσον της ἀυλης *in medio foro* vel *in media* fori *area*.

q) Ιησουν τον Ναυη *Ioſuam*.

r) το δε τετραπλευρον τε ἱππικε το [το omittit Codinus] λιθοξεστον ἐχει ἐγγεγραμμενας ἱστοριας των ἐσχατως μελλοντων Ρως [Ita ex Codice Colbertino reſtituit Bandurius, in Reg. 1. erat corrupte ὡς πορθαι.] πορθαι την αὐτην πολιν [Codin. των ἐσχατων τη πολει, των Ρωσων μελλοντων πορθειν κ. τ. λ.] Bandurius in Animaduerſſ. Imp. Orient. T. II. p. 506. „ Nimirum inſcriptio ac caetera ornamenta, quae baſi illius equeſtris ſtatuae inſculpta fuerant, intelligenda ſunt. At Graeculi pro more nugas venditant. Nam vbi in res obſcuras et ſibi ignotas incidunt, oracula et futurorum praeſagia eas eſſe comminiſcuntur „.

s) Sic quidem Graeca (και το ἐμποδιον, ὁπερ omittit Codin.) ἀνθρωποειδες χαλκουργημα βραχυ παντελως, και δεδεμενον γονυκλιτας ἐχει) vertit

tus magni equi t), quod in eo v) inſcriptum eſt x), praeſignificat. Similiter et magna columna concaua y), et Xerolophus z) vltimos vrbis caſus expugnationesque repraeſentant.

II. [LATINI Conſtantinopoli capta] conflatoribus tradiderunt — 121. et equitem illum in Tauro baſi ad menſae formam ſtructae impoſitum a), heroica forma, magnitudine ſtupenda, quem quidam Ieſum Naue filium eſſe dicebant, inde coniecturam facientes, quod vir ille, extenſa contra ſolem ad occaſum vergentem manu, praecipere videretur, vt ad Gabaon ſtaret: maxima vero pars putabant eſſe Bellerophon-

-Bandurius; Lambecius vero apud Codinum ita: *Item paruum illud ſignum aereum virile, quod ad pedes ante dictae equeſtris ſtatuae vinctum et genuflexum viſitur, eadem continet.* Hic poſterior, vt ex interpretatione apparet, v. ἱμποδιον proprie ſumſit pro eo *quod in pede* eſt. et ego quoque cum ipſo ſentirem, ſi propria haec vocis ſignificatio alia auctoritate niteretur. quod tamen temere affirmare non auſim. Caeterum Lambecii interpretationem reprehendit Bandurius in Animaduerſionibus ad Antiq. CPl. imp. Orient. T. II. p. 506. vbi interpretationem, quam in textu dederat, ſic emendat: *cui rei impedimento eſt perquam minimum illud ſign.* cet.

t) τȣ ἱππȣ τȣ μεγαλȣ. apud Codin. τȣ ἱππȣ non legitur, ſupplet vero interpres, et omittit μεγαλȣ.

v) ἐκεισε, *ibi*, in baſi quadrilatera, puto, de qua paullo ſuperius dixerat. vel forte *in pede*, quod in eo quoque aliquid inſcriptum erat.

x) ὁτι ἐκεισε ἐγγεγραμμενον ἐςι [vltimam vocem omittit Codinus].

y) ὁ κοιλος κιων ὁ μεγας. Codin. ὁ μεγας κιων ὁ κοιλος. Bandurius in Animaduerſſ. p. 506. 507. haec de columna Cochlide, quae a Theodoſio M. in memoriam victoriarum de Scythis et aliis barbaris reportatarum anno octauo imperii eius erecta, et ad ſummitatem vſque intus peruia et circum circa figuris ſculptis exornata erat intelligenda eſſe, arbitratur.

z) ὁ Ξηρολοφος. Xerolophus ſeptimus fuit (tot vero CPli numerantur) vrbis collis, a ſex reliquis, Petro Gyllio teſte, valle lata diuiſus, plurima aedificia cum publica tum priuata continebat. Ibi etiam columnam Cochlidem, illi, quae in foro Tauri erat, ſimilem fuiſſe, ab Arcadio nono imperii anno erectam, ſcriptores Byzantini memorant. Plura de ea vide apud Bandurium l. c.

121. NICETAS CHONIATES de Statuis CP. in Bandurii Imper. Orient. T. I. p. 108, 109.

a) τον ἐν τῳ ταυρῳ ἐπι τραπεζωδους βασεως ἐφιππον ἱσαμενον ἀνδρα. Nihil hic de inſcriptione in baſi poſita, cuius Anonymus meminit. Infra tamen, quaſi in tranſitu, haec refert Nicetas, *ea quae huic ſigno inſculpta portendebantur* cet.

phontem in Peloponneſo educatum et Pegaſo inſidentem. Nam equus ille quemadmodum et Pegaſus fuiſſe traditur, cum nullis coërcitus frenis per campos effuſe curreret, ſeſſorem, vtpote qui alis ferretur pariter et pedibus, aſpernabatur. *Immo etiam quaedam vetus fama ad nos vſque delata in omnium ore verſabatur, in equi vngula ſiniſtra pedum anteriorum viri figuram occultam haberi* b), *quam alii eſſe cuiusdam ex factione Veneta* c), *alii alicuius ex occidentalibus populis Romanorum non foederatis, aut ex Bulgaris eſſe dicebant.* Plerumque d) igitur vngula firmius defixa fuit, ne vnquam ea, quae intus occultari putabantur, ſubripi poſſent: equo autem et equite in minutas partes diſſectis, ac in ignem coniectis, repertum eſt ſignum aeneum in vngula equi ſepultum, indutum laena, qualis ex ouium vellere ſolet confici. Cum autem Latini parum curarent *ea, quae huic ſigno inſculpta portendebantur* e), ipſum etiam in ignem coniecerunt.

122. III. [LATINI capta Conſtantinopoli] cum aliis aeneis ſtatuis, quae baſibus emotae et in ignem coniectae ſunt, nec anteriorem ſiniſtram vngulam equi aenei, qui in albo quadrangulo marmore f) in Tauro ſtat, virum quendam heroico robore et ſpectabili vultu tergo vehens, nec ipſe admirationis expers, ob exquiſitum omnium membrorum artificium phaleris vndique tectus hinniens, auribus velut ad tubae clangorem arrectis, imperueſtigatam reliquerunt. Hunc alii Pegaſum eſſe dicunt, ſeſſorem Bellerophontem: alii Ieſum Nauis filium, equo (quisquis ille ſit) inſidentem: idque ex habitu ſtatuae conſtare, quod dextra ad currum ſolis et lunae extenta, curſum eorum ſiſtat, et globum aeneum laeuae manus vola teneat. Proinde malleis equi calce reuulſa, humanam ſubtus imaginem reperiunt, quae maiori ex parte Bulgarum aliquem repraeſentabat, clauo transfixam, et

b) Ex his lucem accipiunt, quae Anonymus verbis *pes laeuus magni equi* cet. non ſatis diſtincte expreſſerat.

c) ἐκ τȣ τῶν Βενετικῶν γένȣς τινός. Haec non tam de factione Veneta, quam de populo Venetico, Antico forte vel Slauico, intelligenda eſſe videntur. Alias enim ἐκ τȣ δήμȣ τῶν Βενετῶν Nicetam ſcripturum fuiſſe, credi poteſt. Accedit, quod in reliquis non de factionibus circenſibus, ſed de populis ſermo eſt.

d) πολλάκις *ſaepius.*

e) ὀλίγα δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ ἐσφραγισμένων οἱ Λατῖνοι φροντίσαντες.

122. NICETAS CHONIATES in Annalibus p. 413, 414. idem eſt, ex quo ſuperiora deſumta ſunt.

f) ἐπὶ λίθȣ λευκȣ τετραπλεύρȣ.

et plumbo vndique cinctam g): non autem Latinum referebat, quemadmodum iamdiu a multis ferebatur. Ea imago fabro argentario conflanda data eſt a Latinis, haud ſane prorſus ex timiditate, vt per eorum contemtum aliquis interpretari queat; ſed quia omnia tentabant, omnia moliebantur, ne vrbe, quam occuparant, exciderent, ne huiusmodi quidem rumores, qui non ſine cauſa ab omnibus celebrarentur, ſed veriſimilem coniecturam haberent, negligendos, putabant, nulla in re negligentes.

§. 131.

Deſcriptio tractus a Theſſalonica h) vſque ad flumen Danubium 123.
et vrbem Belegrada i), Turciaeque k) et Patzinaciae vſque ad Chazarorum vrbem Sarcel l) et Ruſſiam, et Necropyla, quae ſunt ad Pontum, prope Danaprin fluuium, Cherſonis item atque Boſpori, vbi Climatum ſeu Regionum vrbes ſunt m): deinde vſque ad paludem Maeotidem, quae ob magnitudinem mare appellatur: et ad vrbem Matarcha n) dictam. Praeterea etiam Zichiae, Papagiae, Cazachiae, Alaniae et Abaſgiae vſque ad Soteriopolin.

A Theſſalonica vſque ad Danubium flumen, in quo vrbs *Belegrada* p), octo dierum iter eſt, ſi quis non feſtinanter, ſed interquieſcens proficiſcatur. Et habitant quidem trans Danubium flumen *Turcae* in terra *Morauia*, atque etiam vlterius inter Danubium et Sabam q) fluuios.

g) *ινδαλμα — ἐς το διαμπερες ἐληλαμενον ἡλῳ. και μολυβδῳ παντη κατειλημμενον.*

123. CONSTANTINVS de Adm. Imp. c. XLII. p. 111 — 114.

h) Γεωγραφια ἀπο Θεσσαλονικης. „In MS, vt Bandurius in Animaduerſionibus ad h. l. adnotat, eadem manu ad marg. ſcribitur: *περιηγησις γεωγραφικη της Σκυθικης γης.* Et quidem recte, cum capite hoc regiones Scytharum deſcribat Porphyrogenitus, et ſingulis terminos aſſignet „.

i) *μεχρι — τȣ καςρȣ Βελεγραδας.*

k) *Vngriae*, quam *Turciam* Conſtantinus vocat.

l) *μεχρι τȣ* Χαζαρικȣ *καςρȣ Σαρκελ.*

m) *ἐν ὁις 7α καςρα των κλιματων ἐστιν.*

n) *μεχρι τȣ καςρȣ τȣ* Ματαρχα. infra *ταματαρχα* vocatur; a quo, ſcribae errore, facile *Ματαρχα* oriri potuit.

o) Καζαχιας, infra aliquoties *Κασαχια* vocatur.

p) *τα Βελεγραδα.*

q) *τȣ Σαβα.*

Ab inferioribus vero partibus Danubii ex oppoſito Diſtrae procurrit *Patzinacia* eaque extenditur ad *Sarcel* vſque, quod *Chazarorum* oppidum eſt r) — A Danubio autem flumine ad vrbem laudatam Sarcel vſque iter eſt dierum ſexaginta: interiacent vero complures fluuii, quorum maximi duo, nimirum *Danaſtris* et *Danapris*; reliqui ſunt *Syngul, Hybul, Almatae, Caphis, Bogu* s) aliique quamplurimi.

Et ſuperiores Danapreos fluminis partes *Ruſſi* accolunt, per quod nauigantes ad Romanos proficiſcuntur. Patzinacia autem Ruſſiam vniuerſam et Boſporum complectitur vſque Cherſonem, et vſque *Sarat, Burat* et *triginta partes* t).

Maritima vero ora a Danubio flumine ad Danaprin vſque continet milliaria centum viginti. Danaſtris a Danapri diſtat milliaria octoginta; illudque *aureum littus* appellatur.

Ab oſtio fluminis Danapreos *Adara* v) occurrunt, ibique magnus ſinus eſt, qui *Necropyla* nuncupatur: quem plane tranſire nemo poteſt. Et a Danapri Cherſonem vſque milliaria ſunt trecenta, et in medio paludes ac portus, in quibus ſalem Cherſonitae conficiunt.

A Cherſone ad Boſporum *climatum* vrbes x) ſunt, diſtantque milliaria trecenta: et a Boſporo paludis Maeotidis oſtium eſt, quae et mare ab omnibus propter magnitudinem appellatur, influuntque in illam fluuii multi magnique. Ad ſeptemtrionem habet Danaprin fluuium, ex quo Ruſſi proficiſcuntur in *nigram Bulgariam* y), *Chazariam* et Syriam. Atque ille ipſe Maeotidis ſinus pertingit e regione Necro-

r) Quae hic de vrbe Sarcel ſequuntur, vide *Tom. III.* in *Chazaricis* §. 14.

s) ὅ τε λεγόμενος Συγγουλ καὶ ὁ Ὕβουλ [ita e Cod. MſS. pro Συγγυλ καὶ ὁ Τψυλ, quod eſt in Editis, emendat Bandurius], ὁ Ἀλματαὶ, καὶ ὁ Κουφις, καὶ ὁ Βογου.

t) καὶ ἕως τοῦ Σαρατ, Βουρατ, καὶ τῶν λ΄. μερῶν· quae hic μέρη *partes*, alibi κλίματα *Regiones* appellantur.

v) τὰ Ἄδαρα.

x) τὰ κάστρα τῶν κλιμάτων.

y) πρὸς τὴν μαύρην Βουλγαρίαν.

Necropylorum vſque, quae a Danapri abſunt milliaria circiter quatuor, ibique miſcetur, vbi veteres mare traiiciebant ducta foſſa z) per mediam Cherſonem, Regiones a) et Boſpori terram, quae mille aut amplius milliaria occupabat: ſed temporum tractu ea obruta in ſiluam denſam conuerſa eſt, et duas tantum vias habet, per quas in Cherſonem, Boſporum et Regiones Patzinacitae proficiſcuntur.

Ad orientaliorem vero Maeotidis paludis partem fluuii quamplurimi eam ingrediuntur, vt *Tanais*, qui a Sarcel venit, et *Choracul* b), in quo oxiani piſcis c) captura eſt: itemque alii fluuii, nimirum *Bal*, *Burlic*, *Chader* d), atque alii complures. Sed eſt et Maeotidis paludis oſtium, quod *Burlic* cognominatur, et in Pontum defluit; vbi Boſporus eſt, cui appoſita vrbs *Tamatarcha* e) nuncupata; praedictum autem oſtium eſt traiectu octodecim milliarium, et in medio octodecim milliarium inſula magna et depreſſa eſt, quae *Atech* f) nuncupatur.

A Tamatarcha octodecim aut viginti milliaribus fluuius eſt *Vcruch* g) appellatus, qui *Zichiam* et *Tamatarcha* ſeparat. Ab Vcruch vſque *Nicopſin* flumen, in quo etiam vrbs eiusdem nominis habetur, Zichia eſt, ad ſpatium milliarium trecentorum. ſupra Zichiam *Papagia* regio iacet; ſupra Pagagiam *Caſachia* h); ſupra Caſachiam mons *Caucaſus*; ſupra montem Caucaſum *Alania* regio.

z) Σαδαν. Bandurius ad h. l., Σαδα, *Foſſa*, ſed proprie *foſſa ſudibus munita*, qua caſtra muniri ſolent. vid. Gloſſar. Graec. Ducangii.

a) την γην — των κλιματων.

b) το Χωρακαλ.

c) τον Βερζητικον. Bandurius ad h. l., Βερζητικον ſeu Βερζιτικον, *Oxiani piſces ſale conditi*, ſeu qui ex Oxo fluuio eruuntur, vt ait Ducangius in Gloſſ. Graec. Tzetzes Chil. 10. v. 93.

Ὀψωνα ἰχθυας μοι ταριχας ἀντι του, Οἱπερ βαρβαρως και κοινως Βερζιτικα καλουνται.

Et Prochoprodromus MS. contra Hegumenum:

Γλυκεις κιλας κἂν ἐκεσι ὀλιγα Βερζιτικα.

d) ὁ Βαλ, και ὁ Βουρλικ, ὁ Χαδηρ.

e) Ταματαρχα. ſic e Cod. MS. pro vulgato Ταματαρχα reſtituit Bandurius.

f) Ατεχ.

g) Οὐκρουχ.

h) Κασαχια, in titulo Καζαχια.

Zichiae autem ora maritima inſulas habet; vnam magnam et tres paruas; intra quas et aliae ſunt inſulae a Zichis cultae [i] habitataeque —. Quae vero mari adiacet regio a complemento Zichiae, ſiue Nicopſis fluuii, vſque ad vrbem Soteriopolin, *Abaſgia* aſt; ſuntque milliaria trecenta.

i.) Hic omiſſa vide *Tom. IV. in Zicchicis* ſ. 5.

POLONICA

POLONICA
LITHVANICA
PRVSSICA
SAMOTICA
PERMICA
BOEMICA

EX

SCRIPTORIBVS BYZANTINIS.

LECHICA SEV POLONICA

E

CINNAMO, DVCA ET CHALCOCONDYLA.

ab a. C. 1147—1452.

§. 1. Boëmi et Poloni expeditioni cruciatae interſunt.

§. 2. Trybali, Myſi, Illyrii, Poloni et Sarmatae ὁμογλωττοι.

§. 3. Pannones a Polonis et aliis gentibus finitimis reges ſuos petunt.

§. 4. Lingua Pannonum a lingua Polonorum diuerſa.

§. 5. Scythae [Tatari] *Caſimiro regi militant.*

§. 6. Poloni eadem lingua, qua Sarmatae, iisdem moribus, quibus Romani vtuntur

§. 7. Pannones a Polonis regem et auxilia contra Boëmos accipiunt.

§. 8. Iſidorus Poloniae Cardinalis.

§. I.

Imp. EMANVELE *Comneno.*

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1147. [a]

ALAMANNI — [tempore expeditionis cruciatae ſecundae] a Perſis 1.
ſaepius repulſi — , deſperato iam per Philomelium tranſitu, inde retroceſſere. Vt venerunt Nicaeam, Germanis progredientibus ibi ſeſe adiungunt, regibusque aliis, qui et ipſi non modicos ſecum ducebant exercitus. Horum alter Tzechorum genti imperitabat [b] —, alter

1. CINNAMVS p. 47.

a) Hoc anno Conradus III. Aug. et reliqui occidentis principes expeditionem alteram in Palaeſtinam ſuſceperunt.

b) Vide *Tzechica* ſ. *Boëmica §. 1.*

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1147.

'alter praeerat Lechis, Scythicae genti, quorum regio Hungaris occidentalibus contermina eſt c).

§. 2.

Imp. IOANNE *Palaeol. et* IOANNE *Cantacuz.*

a. C. 1350. d)

2. HAVD me fugit, Trybalos, Myſios, Illyrios, Polonos e) et Sarmatas eadem inter ſeſe lingua vti. Si igitur hinc coniecturam facere licet, exiſtimo, omnes iſtos vnum hominum eſſe genus nec diuerſum. Vt autem tandem in diuerſos abierint mores, et in alias conceſſerint regiones, a nullo accepi, vt certum quid de iis praeſenti hiſtoriae inſerere auſim f) —.

§. 3.

a. C. 1333 — 1370. g)

3. HVIC regioni [Daciae] adiacent quidam de Scythiarum h) genere non pauci, qui opibus plurimum poſſunt, 'ſubiecti Cazemiro, Polonorum regi i). Iſtum regem comitantur Scythiae Nomades quocunque bellum verterit. Virtus autem eius in omni bello praeclara habi-

c) ἕτερος δὲ ἦρχε τῶν Λεχων [κατηρχεν ἔθνας], οἱ Σκυθικον μεν ἐστι ἔθνος. Chalcocondylas Πολανας vocat. nullus ſcriptorum Byzantinorum, eos ad Slauicam ſtirpem referendos eſſe, diſerte dicit. Caeterum regem, cuius hic meminit Cinnamus, Boleſlaum IV. fuiſſe, Cangius ad h. l. adnotat.

2. CHALCOCONDYLAS p. 17. Cfr. *Seruica §. 266.*

d) Annus apud Chalcocondylam p. 16. margini adſcriptus.

e) Πολανιτας.

f) Eadem infra p. 71. ita: *An Illyrii in iſtam Europae partem recedentes, Poloniam* (Πολανιαν) *et Sarmatiam incoluerint: aut an Sarmatae — Myſiam et Trybalorum Illyricorumque regionem — inhabitarint, neque quemquam audiui veterum commemorantem, nec ipſe poſſum ea quam veriſſime explicare.*

3. Id. p. 40.

g) Sunt anni imperii Caſimeri III. M. Polonorum regis, quem noſter intelligere videtur.

h) *Tatarorum*, puta.

i) In Gr. tantum: ὑπο Καζημιρου τῳ βασιλει ταττομενον [γενος].

Impp. IOANNE *Pal.* et IOANNE *Cantac.*

a. C. 1333 — 1370.

habita eſt. Iis finitimi ſunt, qua ſe in ſeptemtrionem pandunt, Poloni k); qua vero reſpicit orientem Sarmatae.

Imp. EMANVELE II. *Pal.*

§. 4.

Imp. EMANVELE II. *Palaeologo.*

a. C. 1387.

[PANNONES] regem de ſuo corpore admodum raro conſtituunt; verum plerumque arceſſitur ex Boëmorum regia familia, aut petitur a Germanis, aut Polonis l), aut ab aliis gentibus finitimis. 4.

§. 5.

Lingua vtuntur [Pannones] quaſi peculiari, quae nihil commercii cum lingua Germanorum et Boëmorum Polanorumque habere deprehenditur. 5.

§. 6.

POLONI m) contermini ſunt Sarmatis, quorum et linguam in vſu habent. Victus ratione moribusque nihil diſcrepant a Romanis. Polonis annexi ſunt Lituani n) —. 6.

§. 7.

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

Imp. IOANNE *Eman. Pal.*

a. C. 1440.

PANNONES iſto bello [Boëmico] permoti accedunt Polonos: et inde adducentes regis patruelem, eum ſibi ducem crearunt o). 7.

cum

k) Πολακοι.

4. CHALCOCOND. p. 38. Cfr *Tom. III. Vngrica §. 116.*

5. Id. ibid.

l) Πολονιων. infra Πολακοι vocantur.

6. Id. p. 71.

m) παλακοι, in marg. Πολωνοι, vt et paulo inferius ſcribitur.

n) Cfr. *Lithuanica §. 3.*

7. CHALCOCOND. p. 137. Cfr *Tom. III. Vngrica §. 131.*

o) In marg. *Wladiſlaus ex Polonia ad regnum Vngariae arceſſitus.*

Imp. IOANNE *Eman.* *Pal.*

a. C. 1440.

Cum igitur Poloni ſocia Pannonibus iungerent arma; contigit, vt Pannones Germanos ac Boëmos grauiter affligerent. —

§. 8.

Imp. CONSTANTINO *Pal.*

Imp. CONSTANTINO *Palaeologo.*

a. C. 1452.

8. [QVO tempore Conſtantinopolis a Muhammede oppugnabatur, Conſtantinus imperator, auxilia rogatum legatos Romam miſit, ſimulque] aliquos papa mitteret, qui ſchiſmatis cauſa orta capitalia odia placarent. His Papa permotus Poloniae p) Cardinalem Iſidorum q), qui Ruſſiae archiepiſcopus fuerat, miſit. —

8. DVCAS p. 142.

p) Πολωνίας.

q) De quo vid. plura in *Ruſſicis* ſ. 123.

LITHVANICA

E

CHALCOCONDYLA ET CODINO.

§. 1. Tatari Caſimiro Lithuanorum regi militant.

§. 2. Sarmatia [Ruſſia] *Lithuaniae finitima.*

§. 3. Lithuani Polonia, Sarmatia, Ponto Euxino et nigra Pogdania cinguntur

§. 4. Lithuani peculiari quadam lingua vtuntur.

§. 5. Lithuani bello fortiſſimi.

§. 6. Moribus et victu Romanis, ſupellectili Sarmatica vtuntur.

§. 7. Cum Nigrae Pogdaniae incolis bellum gerunt.

§. 8. Metropolita Lithuanorum.

§. 1.

a. C. 1369 — 1400.

SCYTHARVM [Tatarorum] genera ſingula habitant ſeparata ab reliquis. Pars quaedam eius gentis relicta cis Iſtrum a), ſub Cazimiro, Lituanorum rege, degit b). Eandem regionem etiamnum tenent, ſtrenue operam nauantes ſuo regi in bellis, quae cum finitimis gerit. 1.

§. 2.

SARMATIA a Scythis paſtoribus vsque ad Dacos et Lituanos ſe 2.
fundit.

 §. 3.

1. CHALCONDYLAS p. 69. Cfr *Tom. III. Tatarica §. 143.*

a) *περαν τε Ιςρε trans Iſtrum.*

b) *το δε ὑπολαφθεν μερος αυτε κ.τ.λ.*

1. Καζιμηρῳ τῳ βασιλει των Λιτεανων την διαιταν ἐχεσι.

2. Id. ibid. Gfr *Tatarica §. 144.*

a. C. 1369 — 1400.

§. 3.

POLONIS annexi ſunt Lituani, qui et ipſi vsque ad Euxinum Pontum Sarmatiamque pertingunt. Et quidem Pogdania nigra c), quae regni ſedem habet Leucopolichnam d), a Dacis Iſtrum accolentibus ad Lituanos et Sarmatas ſe proiicit.

§. 4.

Gentem autem iſtam e) ſatis eſſe probatam, vel hinc quis conſiciat, quod linguam ſuam retinuere. Iam olim ea gens in duas partes diuiſa, partim quidem a principibus, partim vero a ducibus regitur.

Lituanis, quantum ad linguam attinet, nihil conuenit cum Sarmatis, cum Pannonibus, cum Germanis, nec etiam cum Dacis. Nam quaſi peculiarem linguae vſum habent. Vrbs, quam regni ſedem conſtituerunt, magna et opulenta populoſaque eſt.

§. 5.

Apparet facile, iſtam gentem eſſe maximam omnium, quae in hac regione verſantur. Fortitudine nulli poſtponenda creditur, ſtrenue proelians aduerſus Pruſſios, Germanos et Polonos, gentes finitimas, ut ſuos tutentur fines.

§. 6.

Sequitur mores et victus rationem Romanorum; ſupellectilis apparatu nihil a Sarmatis differunt.

§. 7.

Cum autem fere vndique Nigram Pogdaniam attingant, plerumque aduerſus eius regionis incolas pugnas ciere ſolent.

§. 8.

3. Id. p. 71. Cfr *Polonica* §. 6.

c) μελαινα Πογδανια, in marg. *Podolia*.

d) ἡ ἐν τῃ Λευκοπολιχνῃ [marg. *Leopolin*] καλουμενῃ τα βασιλεια ἐχουσα.

e) Lithuanos, an Nigrae Pogdaniae incolas, intelligi velit, non ſatis apparet.

a. C. 1369 — 1400.

§. 8.

ʻLITBADA, vicina magnae Ruſſiae, metropolitanum honorem 4. obtinuerunt imperatore Domino Andronico et Ioanne Glyca patriarcha *f*).

4. CODINVS Notit. Graec. Epiſcop. p. 403.

f) ό Λιτβων. τυ Λιτβαδα ἐνορια ὀντα της μεγαλης Ρωσιας, μητροπολις γεγονασιν ἐπι της βασιλειας Κυρυ Ανδρονικυ, ἐπι τυ πατριαρχυ Ιωαννυ Γλυκεως. Bandurii Imp. Orient. T. I. P. III. p. 234, 23. ΠΒ. ἡ Λιτβων, ἡτις λεγεται Λιτβαδα, ἐνορια της μεγαλης Ρωσιας, γεγ. μητροπ. και εἰς θρονον ἐτιμηθη π′β. ἐπι τυ ἁγιωτατυ πατριαρχυ Γλυκεως κυριυ Ιωαννυ, και ἀπο τυ βασιλεως [Ανδρονικυ] ἐν ἐτει ς′ω. lat. ita: *LXXXII. Litbon, quae dicitur Litbada, v. m. R. facta eſt metrop., tenuitque thronum LXXXII. ſub ſanctiſſimo patriarcha domino Ioanne Glyca et imperatore Andronico, anno VIMDCCC.*

PRVSSICA

PRVSSICA, SAMOTICA ET PERMICA

E

CHALCOCONDYLA.

§. 1. Pruſii ſeptemtrionale mare accolunt; an Tryballi inde venerint, incertum.

§. 2. Pruſia Sarmatiae finitima. Pruſicum monaſterium Samotis et Scythis paſtoribus oppoſitum.

§. 3. Samotae Pruſiis finitimi; eorum lingua, religio, viuendi ratio.

§. 4. Lithuani aduerſus Pruſios pugnant.

§. 5. Permii, Sarmatis finitimi; eorum lingua, viuendi ratio.

§. 1.

a. C. 1350. a)

1. APPVLERVNT in hanc regionem [Seruiam Trybali] ſiue diuiſi ab Illyriis, ſiue, vt quorumdam ſententia eſt, ab ea regione, quae vltra Iſtrum in extrema Europa eſt, 'et *Croacia Pruſiisque* b) ſeptemtrionale mare accolentibus, nec non a Sarmatia in regionem Ionio affuſam penetrarunt.

§. 2.

2. SARMATIA verſus oceanum excurrens, ad regionem Pruſſiam c) dictam ſe extendit. Finitima eſt Nazaraeis, qui ibi ſunt candido amictu

1. CHALCOCONDYLAS p. 17. Cfr *Seruica* §. 266.

a) Annus p. 16. margini adſcriptus.

b) ἀπο τε Κροατιας και Πρεσιων.

2. Id. p. 70.

c) Πρασιων.

ctu gaudentes, et eorum monaſterio, quod in ea regione ſitum eſt d) —.

Idem Pruthenum monaſterium opponitur Samogetis e), necnon Scythis paſtoribus, 'qui et Tartari f), ibi in propinquo iam ab antiquo ſedes habentibus. Rhodios conſtat ibi morari, vt reſiſtant Aegyptiis et Palaeſtinis propter Ieſu ſepulcrum: etiam, vt obſiſtant Aſiae barbaris, Rhodi aetatem agunt.

§. 3.

Pruſſios attingunt *Samogetae* g), gens robuſta, 'victus ratione et lingua nulli finitimarum ſimilis h). Deos venerantur Apollinem et Dianam. Victus rationem ſequuntur, quam Graeci vetuſti tenuère: eosdem et moribus repraeſentant. Supellectilis apparatu imitantur Pruſſios. Iis confines ſunt Boëmi, ſequentes ſuperſtitionem Samogetarum i). —

§. 4.

[LITVANORVM gens] fortitudine nulli poſtponenda creditur, 3.
ſtrenue proelians aduerſus Pruſſios, Germanos et Polonos —, vt ſuos tutetur fines.

§. 5.

PERMII k) verſus Boream ſupra Sarmatas morantur. Sarmatis 4.
finitimi ſunt, eius linguae commercio vtentes. Permios ferunt gentem eſſe antiquiſſimam: venationibusque viuunt, et plurimam vitae partem eo in ſtudio conſumunt, et * * *.

d) Reliqua vide in *Ruſſicis* §. 113.

e) προς τε τας Σαμωτας.

f) Addit haec interpres.

g) Σαμωται.

h) γενος — ὀυδενι τῶν περιοικων ὁμοδιαιτον, ὀυδε ὁμογλωσσον.

i) Reliqua vide in *Boëmicis* §. 11.

3. Id. p. 71.

4. Id. p. 70.

k) Περμιοι.

TZECHICA SEV BOEMICA
E
CINNAMO ET CHALCOCONDYLA.

ab a. C. 1147 — 1458.

§. 1. Tzechorum rex expeditioni cruciatae intereſt.
§. 2. Tzechi Geitzae Vngr. regi in Branitzoba oppugnanda operam nauant.
§. 3. Tzechorum rex Stephano Vngro contra Romanos militat.
§. 4. Imperator Emanuel Comn. Tzechorum regi ſuam per legatos exprobrat perfidiam, hic pacis ſtudium prae ſe fert.
§. 5. Pax imperatorem inter et Tzechorum regem conuenit.
§. 6. Tzechi Vngris contra Romanos adſunt ſocii.
§. 7. Praga Boëmorum vrbs.
§. 8. Pannonia Boëmiae verſus ſeptemtriones finitima.
§. 9. Pannones ſaepius a Boëmis reges accipiunt.
§. 10. Lingua Pannonica a Boëmica diuerſa.
§. 11. Boëmorum viuendi ratio, metropolis, religio.
§. 12. Pannones cum Boëmis bellum gerunt, eos ope Polonorum vincunt.
§. 13. Pannones cum Boëmis pacem faciunt.
§. 14. Io. Hunyades a Boëmis victus, eos vincit.
§. 15. Capiſtranus monachus Boëmos ad ſacra pontificia traducit, ad bellum contra Turcos ſollicitat.
§. 16. Ioannis Hunyadae filius Boëmiam ſubigit.

§. 1.
Imp. EMANVELE *Comneno.*
a. C. 1147. a)

Imp. EMANVELE *Comn.*

1. ALAMANNI — a Perſis ſaepius repulſi, — vt venerunt Nicaeam; Germanis progredientibus ibi ſeſe adiungunt, regibusque aliis, qui et ipſi non modicos ſecum ducebant exercitus. Horum alter Tzechorum

1. CINNAMVS p. 47.

a) Vide *Polonica* §. 1. not. a.

Imp. EMA-NVELE *Comn.*

a. C. 1147.

-chorum b) genti imperitabat, a Conrado [Auguſto] ad regiam euectus dignitatem, alter praeerat Lechis. —

§. 2.

a. C. 1156.

REX Hungariae [Geitza] — contracto ex Tzechis et Saxonibus 2.
et aliis gentibus compluribus exercitu, Branitzobam vrbem oppugnare contendit, pactis forte confidens, quae cum Andronico [Auguſti patruele] pepigerat.

§. 3.

a. C. 1164.

IMPERATOR [rex potius Vngrorum Stephanus c).] — auxiliares 3.
copias ex Alamannis et Taurum accolentibus Scythis conflatas adduxit: Tzechorum praeterea ſibi adiunxit nationem, quorum princeps ad eum venit cum vniuerſo exercitu. Erat autem is, qui Conrado Alamannorum regi pridem militauerat, cum in Aſiam — ille traiecit, eamque ob cauſam rex ab eo eſt renunciatus. Sed vterque viciſſim falſus eſt, et qui appellationem regiam recepit, et alter, qui munus impertiit. Iamdudum enim imperatorium nomen Romae exſtinctum erat, ex quo ab 'Auguſtulo ad Odoacrum et Theodericum deinceps Gothorum principem translatus eſt principatus'. d — Qui igitur fieri poteſt, vt qui imperatorii culminis non ſunt participes, tantas dignitates conferre poſſint, quae — ab imperatoria maieſtate, illius velut quadam particulae, profluxerunt e) —

Stephanus itaque, rebus omnibus apparatis, in Romanos profe- 4.
ctus eſt. —

b) Τζεχων, ita et alibi a Cinnamo, a Chalcocondyla Κεχιοι, Κιεχοι plerumque tamen Βοεμοι.

2. Id. p. 75. Locum integrum *Tom. III.* in *Vngricis* §. *56, 57.* adfero.

3. Id. p. 127. Cfr *Vngrica* §. *69.*

c) Non imperatorem, ſed Vngrorum regem Stephanum intelligendum eſſe, cum ex ſerie narrationis apparet, tum diſerte ait Cinnamus p. 129. vide infra §. 4.

Gr. ſic habent: βασιλευς [imperator Emanuel Comn.] μεν ταυτα εγραφεν, ὁ δε [rex Stephanus] αλλην cet.

d) Hic omiſſa vide *Tom. I.* in *Gothicis* §. *138. not. e.*

e) Plura in hanc ſententiam addit, quae apud ipſum legi poſſunt.

4. Id. p. 128. Cfr *Vngrica* §. *69.*

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1164.

§. 4.

5. Imperator itaque ſuperiori e parte Iſtrum traiiciens, ad ciuitatem nomine Pagatzi peruenit [f]. - Inde poſtquam accepit, Stephanum iam prope eſſe, ad bellum ſe confeſtim comparat.

Gnarum vero Tzechorum linguae Romanum quemdam ad ſe vocat, eique imperat, vt mutatis veſtibus ad caſtra hoſtium ſubiret, 'atque vbi ad regis Tzechorum veniſſet conſpectum [g], eum hiſce verbis alloqueretur. „ Quo tandem proficiſceris? quod iter cum tuis capeſſis copiis? an neſcis, te in magnum imperatorem manum inſentare velle? 'Cum quo vel iuſtis de cauſis bellum gerere periculoſum eſt, nedum contra Hungaros proeliante [h], qui eam, quam Belae in hereditatis partem conceſſerant, poſſeſſionem abſtulerunt, ſacramentis pro ludo iocoque habitis. Sed neque qui cum priuato homine paciſcitur, innocens ex lege iudicatur, ſi, cum in mentem venit, negligere pacta velit. An vero, qui tantum imperatorem violatis foederibus offenderunt, Hungari manebunt impuniti? Nequaquam: bellum igitur iuſtum gerit imperator; et ad iuſtitiam ſemper belli fortuna inclinat. Tu vero illud perpende: Seruus domino bellum illaturus venis: non tamen ſeruus, cui per vim impoſita eſt ſeruitus (nam etſi ratione aliqua fulciretur, ab illa tamen, qui eam ſuſcepere, naturaliter abhorrent), ſed 'ſeruus voluntarius, ſeu, vt vos dicitis, *Ligius* [i]: niſi tuam effugerint memoriam, quae quondam *Byzantii* pactus es, 'cum in Aſiam vna cum Conrado expeditionem ſuſcepiſti [k]. Huc vsque igitur ab optione tua pendet rei exitus, elige, quod et tibi et Tzechis omnibus expediat: quae enim non opportuna ſit poenitentia, eam facienti prodeſſe haud quaquam ſolet „. Ita quidem ille locutus eſt.

VLADI-

5. Id. p. 129, 130.

f) Cfr *Vngrica l. c.*

g) εἰς ὄψιν τε τῷ τῶν Τζέχων ἐλθόντα Ῥηγί.

h) ᾧ καὶ τὸ ὑπ' αἰτίαις λόγον ἐχούσαις διὰ μάχην ἰέναι σφαλερὸν, μή ὅτι γε πρὸς τῶν Οὔννων τούτων περιφρονηθῆναι κινδυνεύοντι.

i) δοῦλος ἐθελόδουλος. ἑρμηνεύει δὲ τοῦτο τὸ λίζιον.

k) ὁπηνίκα σὺν τῷ Κοῤῥάδῳ ἐπὶ Ἀσίαν ἔστελλε.

Imp. EMANVELE *Comn.*

a. C. 1164.

VLADISLAVS l) autem (ſic enim appellabatur) in hunc modum reſpondit: „ Non illaturi bellum magno imperatori huc venimus, o bone, neque enim eorum, quae cum illo pacti ſumus, memoria nos fugit, ſed Stephano, iniuſte a patruo impetito opem laturi. Illum quippe paterna primum terra et hereditate exuit: deinde lite rurſum intentata, bello laceſſit, et regnum, quod male imperando amiſit, per vim recuperare iterum contendit. Ea propter imperatorem ſupplicaturus venio, vt pupillum potius puerum protegat, ac tutetur. Si quid autem Stephanus hic iunior in tuam peccauit maieſtatem (audio enim, Belae terram nihil ad ſe pertinentem occupaſſe), continuo nobis arbitris reconciliatus, et regiones reſtituet, et omni modo delictum expiabit „. His dictis, hominem dimiſit.

§. 5.

Ille [legatus] vero in Romanorum caſtra reuerſus, imperatori, quae ab eo audiuerat, retulit: quae quidem [hic] accepit haud illubenter, etſi fidem iis omnino non praeſtaret. Neque enim haec a Vladiſlauo ex animi ſententia dicta eſſe opinabatur, verebaturque, ne quis ſubeſſet dolus. Quapropter quosdam ex ſuis ad illum denuo miſit, vt pacta iureiurando firmarent; quod ille continuo, nihil moratus, confecit. Neque ea ſolum, verum quae olim etiam, vt diximus, pepigerat, ſecundo iuramento ſanciuit.

Paulo poſt et Stephanus, miſſis ad imperatorem legatis, regionem reſtituit. m).—

Sssss 3 §. 6.

l) Βλαδιϑλαβος. Cangius in Notis ad locum Cinnami, §. 1. allatum, de Vladiſlauo: „ Vladiſlaus, Bohemiae rex, inter principes, qui ſacrae militiae nomen dederunt, refertur ab Othono Friſing. lib. I. de Geſt. Frid. cap. 40. qui *Labeſlai* nomen huic regi tribuit, vt et lib. 2. cap. 27. Radeuicus lib. 3. cap. 13. et Aeneas Siluius in Hiſt. Bohem. cap. 24. Sic etiam Guntherus lib 6. Ligur.

Hoc quoque conuentu procerum dux ille Bohemus,
Fama Labeſlaum quem nominat, ob ſua geſta
Fortiter et bello nuper ſpectata polono,
Ex duce rex fieri meruit, geſſitque potenti
Sceptra manu, cinxitque nouo diademate crines.

m) Reliqua vide in *Vngricis* §. 70. *ſeqq.*

Imp. EMANVELE *Comn.*

§. 6.

a. C. 1165.

6. [ROMANVS exercitus cum Zeugmen vrbem, quam Vngri tenebant, oppugnaret;] Romanorum ſpeculatores, magnum hoſtibus auxilio exercitum aduenire, nunciant: puluerem enim, ſe in aërem altius elatum aduertiſſe aiebant. Sed et Hungarus quidam ex illuſtrioribus, nomine Baſakis, qui Romanorum partes amplexus erat, non longe abeſſe Hungarorum regem affirmabat, et praeter infinitum bellatorum numerum — etiam Tzechorum principem cum vniuerſis viribus rurſum cum ipſo venire. —

Impp. IOANNE et EMANVELE *Pall.*

§. 7.

a. C 1388 — 1325. n)

7. DICITVR quoque Germania ea regio, quae ab Iſtro procurrit, procedens a Vienna vsque ad Tarteſum fluuium et ad Pragam Boëmorum o).

§. 8.

8. PANNONIA — verſus ſeptemtriones excurrit ad Boëmos, quos Cechios nuncupant p).

§. 9.

9. [PANNONES] regem de ſuo corpore admodum raro conſtituunt; verum plerumque arceſſitur ex Boëmorum regia familia q), aut petitur a Germanis —.

§. 10.

10. LINGVA [Pannonum] — nihil commercii cum lingua Germanorum et Boëmorum Polonorumque habere deprehenditur.

§. 11.

6. CINNAMVS p. 140. Cfr. *Vngrica* §. 77, 78.

7. CHALCOCONDYLAS p. 36.

n) Anni p. 33. et 39. margini adſcripti. caeterum Geographica et Hiſtorica Chalcocondylas miſcet, chronologiae ſecurus.

o) ἐς Ταρτησον προϊουσα χωραν, και ἐπι Βραγαν της πολεμιας [an των Βοεμων, και της Βοεμης?].

8. Id. p. 37. Cfr *Vngrica* §. 116.

p) ἐπι της Βοεμης της Κεχιας [in interpretatione Lat. erat *Cephios* in marg. *Tzechios*] καλεμενης.

9. Id. p. 38. Cfr *Vngrica* §. 116.

q) ἀπο Βοεμων τε βασιλεας ὀικας.

10. Id. l. c. Cfr. *Vngrica* l. c.

Impp. IOANNE et EMAN. Pall.

a. C. 1388—1395.

§. 11.

IIS [Samogetis] confines ſunt Boëmi, ſequentes ſuperſtitionem Samogetarum, necnon Germanorum, qui ibi celunt. Supellectilis apparatu nihil differunt a Pannonibus. 11.

Metropolin ea gens habet opulentam et populoſam, quam Pragam appellant. Nec multum temporis interceſſit, ex quo ea vrbs ceſſauit colere ignem et ſolem. ‘Sola haec gens earum, quae intra extràque Europam ſunt, quas nouimus s), adhaereſcit Ieſu, Moſis Mechmetisque religioni t). ‘Nam omnes has religiones, quamuis nos in ignorantiae tenebris plerumque verſemur, gentem iſtam tenere compertum eſt v). Eſt quidem, quemadmodum audio, vltra Caſpium mare et Maſſagetas gens quaedam Indica, dedita Apollinis cultui. Colit x) et alios deos gens eadem, videlicet Iouem et Iunonem.—

§. 12.

Imp. IOANNE Eman. Pal.

Imp. IOANNE Eman. Pal.

a. C. 1440.

PANNONES gerebant bellum cum Germanis —. Poſtea bellum indixere Tzechis y), qui Boëmi dicuntur. Id bellum diu durauit, plurimis vltro citroque cladibus illatis. Pannones iſto bello permoti accedunt Polonos: et inde adducentes regis patruelem, eum ſibi ducem 12.

11. Id. p. 70, 71.

r) *Samogetae* vel Σαμωται potius, vt in Gr. ſcribitur, procul dubio ſunt Samogitiae incolae, quo pacto vero eos Boëmis confines dicere Chalcocondylas potuerit, alii viderint.

s) μονον δε ἐθνος τουτο των ἐν τῃ Ευρωπῃ ἐκτος γενομενον ταις ἐγνωσμεναις ἡμιν ἐν τῳ παροντι θρησκειαις.

t) Interpres in margine. Ieſu religionem pro pontificis ritibus ponit; Moſis, quod multi Iudaei apud eos habitant. quod autem haereſeos inſimulantur propter Huſſitas, Mahumetis etiam religioni deditos inquit „.

v) ταυτας γαρ τοι σχεδον τι ἰσμεν διακατεχειν την τε ἀγνωμοσυνην ὡς τα πολλα ἡμιν οἰκουμενην.

x) In margine: „ Pilappiorum Lituonum ſuperſtitio „.

12. Id. p. 137. Cfr. *Vngrica* §. 131.

y) προς Τζεχας, in marg. *in vno* Κιεχας, *in al. vt in contextu.*

a. C. 1440.

cem crearunt. Cum igitur Poloni ſocia Pannonibus iungerent arma, contigit, vt Pannones Germanos et Boëmos grauiter affligerent; agros enim horum euaſtarunt, vrbesque non paucas incenderunt. —

§. 13.

a. C. 1444.

13. PANNONES [cum aduerſus Amuratem bellum pararent] etiam pacem fecere cum Boëmis, 'propter eam diſſenſionem, qua moti foedus cum Amurate inierant. Boëmi igitur et ipſi accingebantur ad praeſens bellum. Nam propterea pax conuenerat, quia pulchrum videbatur, vt in praeſentiarum diſcordias ponerent, et ſimul iunctis copiis bellum Europae inferrent [z]. —

§. 14.

a. C. 1451.

14. [NON multo poſt Varnenſe proelium Pannones Ioannem Hunyadem] ducem et rerum gubernatorem crearunt, cum bello peterentur a Germanis et Boëmis, eique res adminiſtrare pro ſuo arbitrio permiſere. Comparans igitur exercitum profectus eſt contra Boëmos, et longo tempore cum his bellum geſſit. Tandem collatis ſignis pugnans cum *Iſcra* [a], viro in re militari conſpicuo, victus eſt. Verum cum denuo cum iſto congrederetur, victoriam recepit.

§. 15.

a. C. 1456. [b]

15. CAPISTRANVS monachus — miſſus eſt auctoritate pontificis ad Boëmos, Pragam vrbem magnam inhabitantes, qui colebant Apollinem

13. CHALCOCOND. p. 171. Cfr *Vngrica* §. 145.

z) — κατα την διαφοραν, δι ἁ μοι δοκει, και τας Αμυρατεω σπονδας ποιησασθαι, πραγματα σφισι παρεχοντων, και ὡς παρεσομενου ἀυτοις ὑπο των Βοεμων χωρας πολεμου, ἐδεξαντο τε βασιλεως Αμυρατεω εἰρηνην, τοτε δε συνθεμενοι ἐκεινοις, ὡς παρεχειν ἀυτας ἐν καλῳ ἡσυχιαν ἀγειν, ὡρμηντο στρατευεσθαι ἐπι την Ευρωπην.

14. Id. p. 179. Cfr *Vngrica* §. 152.

a) προς Ισκραν. In marg. Giſcra Boëmus, qui alias Ioannes de Brandis, Bonfin. 3. dec lib. 5„. de hoc bello vid. P. Pray Annales Reg. Hung. P. III. p. 82.

15. Id. p. 222. Cfr *Vngrica* §. 170.

b) Annus p. 221. marg. adſcriptus.

a. C. 1456.

nem, vt eos abnegata iſta impietate in religionem Ieſu transferret. Hanc enim mira perſuaſione docere nouerat, vt qui eſſet dicendi peritiſſimus. Quapropter plurimos Boëmos docendo compulit Chriſti religionem aſſumere. Praeterea plurimos [Germanos c)], Pannones et Boëmos ad inferenda arma barbaris Chriſti hoſtibus permouit. —

§. 16.

a. C. 1458. d)

[IOANNIS Hunyadae filius e)] bellum gerebat cum Alberto f), 16. Romanorum imperatore, — Pragam et Boëmiam ſubegit, vt iam vtraque regna ei parerent.

c) Omiſit interpres.

16. Id. 227.

d) In marg. p. 226. „ Ladiſlaus Vngariae rex veneno ſublatus a. 1458. Pragae mortuus 10. Cal. Decemb. ſed hic filius poſtumus fuit Aberti, et tutor eius Fridericus imperator „.

e) *Mathias.*

f) In marg. „ al. Fridericus „.

FINIS PARTIS SECVNDAE
TOMI SECVNDI.

ADDENDA

AD

TOM. I.

Et quidem 1) *ad Gothicorum §. 172.*

Quae ibi de perfidia Siculorum nimis breuiter attigi, e cit. PROCOPII loco, de B. G. L. III. c. 16. p. 502. ſupplere iuuat. Totilas, cum Pelagio diacono, a Romanis ad ipſum miſſo, reſpondens, ne pro Siculis intercederet, dixiſſet: *Ac ne videantur*, inquit, *haec a nobis proferri temere, ſtatim ſubiiciendo cauſas, ſuſpicionem expurgabimus. Fuit inſula illa iam inde olim fortunatiſſima cum prouentu pecuniae, tum frugum, quas parit, copia: ita vt non ſuos modo incolas benigne alat; ſed vos etiam Romani annonam inde, quanta opus eſt, quotannis exportetis. Quamobrem Romani Theodericum ipſo initio rogarunt, inſulae frequens Gotthorum praeſidium imponere nollet, ne ipſorum libertati felicitatique officeret. Eo loci res erat, quando hoſtilis exercitus in Siciliam appulit* a)*, numero rebusque omnibus nobis impar. Siculi, conſpecta claſſe, non id Gotthis renuntiarunt, non ſe commiſerunt munitionibus, non hoſtem propellere decreuerunt; ſed promtiſſime patefactis vrbium portis, inimicas nobis copias porrectis manibus exceperunt; iamdiu, infideliſſimorum mancipiorum ritu, aucupati, vt opinor, occaſionem, euadendi fuga ex herili manu, et nouos ignotosque ſibi dominos nanciſcendi. Inde hoſtes, tanquam ex propugnaculo, erumpentes, vniuerſam labore nullo occuparunt Italiam, et hac potiti vrbe* b)*, tantum ex Sicilia aduexerunt frumenti numerum, vt Romanis omnibus anno integro, quo obſeſſi fuere, ſuffecerit. Hactenus de Siculis, quibus Gotthi nullo pacto veniam dabunt, ſcelerum grauitate omnem a ſontibus auertente miſericordiam.* —

ad

a) Vid. Gothica §. 161.

b) *Roma*, puta.

ad §. 274.

PROCOP. de B. G. L. IV. c. 12. p. 600. cum Beſſam a Iuſtiniano ad bellum Perſicum in Lazica adminiſtrandum miſſum, rem ibi ſtrenue geſſiſſe narraſſet, addit: *Sic Beſſas, re feliciter ac fortiter geſta, quem amiſerat ſplendorem nominis ubique recuperauit. Is certe, cum Romae praeſidio praefectus eſſet, Romanis priſtina fortitudine magnam de ſe ſpem concitauerat. Ibi vero male bello adminiſtrato, itaque, vt in ſuperioribus libris narraui, capta a Gotthis Roma, et extincta parte maxima ciuium; cum Byzantium rediiſſet, nihilominus Iuſtinianus Aug. ipſi in Perſas belli imperium eſſe iuſſit. Nemo fere erat, quin id culparet, rideretque imperatoris conſilium, quod Beſſae, a Gotthis foede victo ac ſeni capulari, iam ſub occaſum vitae, bellum Perſicum dediſſet.*

2) ad *Vandalicorum §.* 115.

PROCOP. de Aediff. L. I. c. 10. p. 24. Chalcen, ſeu veſtibulum regiae, quam non procul a foro Iuſtinianus totam fere de nouo exſtruxit, deſcribens, *Hinc et hinc*, inquit, *bella, pugnae, quamplurimae captae vrbes Italiae Africaeque* picturis repraeſentantur. *Vincit Iuſtinianus Auguſtus per legatum Beliſarium. Hic ad imperatorem redux cum exercitu integro, exuuias ipſi offert, reges ac regna, et quidquid inter homines excellit. In medio ſtant imperator ac Theodora Auguſta, ea vterque ſpecie, vt ſummam laetitiam prae ſe ferant, et feſto victoriam celebrent, captis ſuppliciterque accedentibus Vandalorum et Gotthorum regibus inſignem. Circumſtant Senatores, omnes feſtum agitantibus ſimiles.* —

PROCOP. de Aediff. L. VI. c. 4. p. 112., 113. vbi Leptin, Africae vrbem a Iuſtiniano inſtauratam memorans, *Iam quidem*, inquit, *imperium Iuſtinianus, ſed nondum bellum Vandalicum ſuſceperat; cum Mauri barbari, Leucathae dicti, pulſis Vandalis, tunc Africae dominis, Leptin magnam penitus deſolarunt* c). *Haud procul hinc, tumuloſo in loco, cum ducibus commerantes, mediam vrbem igni collucere vident. Mox rati ingreſſum hoſtem, curſu illuc contendunt: neminem nacti, rem deferunt ad diuinos. Hi caſu coniectura expenſo, Leptin magnam breui frequentatum iri praenuntiarunt. Nec multo*

Tttttt 2 *poſt*

c) Ad ea forte reſpiciunt, quae in *Vandalicis §. 54.* leguntur.

poſt eo portatus imperatoris exercitus, Tripolim d) *cum reliqua Africa recepit, Vandalis ac Mauris debellatis.*

Id. ibid. c. 5. p. 114. Carthaginem a Iuſtiniano reparatam eſſe narrare aggrediens, *Gizerico*, inquit, *et Vandalis Africa potitis* cogitatio exitiabilis ac barbaris conſentanea incidit. *Res enim ſuas melius proceſſuras rati, ſi moenibus ſpoliarentur munita loca, ne Romani, eorum quopiam recepto, negotium Vandalis faceſſerent; muros omnes confeſtim aequarunt ſolo* e). *Enimuero id plerisque barbaris commune eſt, ut conſilia Romanis pernicioſa promtiſſime ineant, et deliberata callidiſſime exſequantur. Carthaginis moenibus aliisque nonnullis cum peperciſſent, ea ipſa per incuriam aeuo corrumpi ſiuerant. At imperator Iuſtinianus, hortante nemine, immo omnibus incoeptum perhorreſcentibus, vnoque admodum auctore et adiutore Deo, miſſo in Africam cum copiis Beliſario, Gelimerem opesque Vandalicas fregit, ac multis caeſis caeteros captiuos habuit, prout in hiſtoria bellorum narraui: nec dirutas modo munitiones Africae refecit, ſed nouas etiam complures excitauit.*

Iis, quae §. 111. leguntur, e citato ibi Procopii loco, de B. V. L. II. c. 7. p. 252 addantur: — *Quantum eſt, quod quina aduenarum millia (tot enim equites, qui ſoli bellum geſſere cum Vandalis, ſecum aduexerat Beliſarius* f)*;) cum portum, in quem appellerent, non haberent, Gizerici abnepotem, eiusque regnum, diuitiis ac militibus pollens, euerterint tam breui tempore. Mirandum profecto, ſeu fortunae, ſeu virtutis opus.*

3) ad *Hunnicorum* §. 210.

PROCOPIVS de Aediff. L. II. c. 1. p. 29. Id. de B. P. L. I. c. 10. p. 29. *Poſtquam Medi, reſtituta Romanis Amida, ex eorum finibus exceſſere —; Anaſtaſius Aug. Daram, vicum ignobilem, ad limitem Perſicum moenibus cingere, atque vrbem facere ſategit. — At quoniam inſtrumento pacis, quam olim cum Perſis pepigerat imperator Theodoſius, ſancitum fuerat, vt neutra natio in ſuo ſolo prope alterius fines nouam vllam munitionem exſtrueret; pacis conuenta obiiciebant*

d) Cfr *Vandalica* §. 62.
e) Vide *Vandalica* §. 24.
f) Vide *Vandalica* §. 65.

ſunt Perſae, et omni ſtudio opus impediebant, quamuis ipſi bello eſſent Hunnico impediti. Romani vero, quo minus paratos videbant, hoc acrius vrgebant aedificationem, et maturabant prius abſoluere, quam hoſtes, compoſito bello Hunnico, adeſſent.

ante §. 257.

AGATHIAS p. 97. vbi, quae Romani ad Phaſidem, Lazicae vrbem ad fluuium cognominem ſitam, muniendam fecerint, referens g), haec habet: *Ne vero naues — in fluuio diſpoſitae facile a quoquam laedi poſſent, Dabragazanthes tribunus et Vnnus quidam, ordinum ductor, Elmingirus* h) *nomine, prout eis per praefectos mandatum erat, decem actuarias naues bipuppes e copiis, quibus praeerant, inſtruxerunt, quibus altius prouecti magna cum vigilantia fluuium tuebantur, tranſitusque omni ex parte circumſpectantes obſeruabant, modo medio fluminis alueo, modo huic, modo alteri ripae adnauigantes.*

poſt §. 258.

CHALCOCONDYLAS p. 248. *Vrbibus ſuperioris Iberiae conterminí ſunt Alani, Hunni et Embi* i).

AD TOM. II.

Bulgaric. §. 53. not. 46.

NICEPHORVS PATRIARCHA in Chronico Compend. (Syncell. p. 403). Imperator *Nicephorus annis octo, menſibus nouem cum* imperaſſet, *occiſus eſt in Bulgaria.*

g) Cfr *Tom. IV. Lazica §. 104.*

h) καὶ ὄντες [omiſit hanc vocem interpres] τις λοχαγος, Ἐλμιγγειρος ὀνομα. Idem forte, quem Agathias alio loco Ἐλμινζερ [vid. *Hunnica §. 257.*] vocat.

i) Cfr *Tom. IV. Iberica §. 85.*

ERRATA

Tom. I. Praefat. p. VI. lin. 17. pro *diſcripſi* leg. *deſcripſi.*
lin. 22. *ſint.* l. *ſunt.*

pag. XXI. l. 6. *Hiſtoriarum* l. *Hiſtoricorum.*
— XXXI. *Patriarchae* l. *Patriarcha.*
— XXXII. l. 12. *Fabroti. Prodiit* , l. *Fabroti, prodiit.*
— XXXIII. l. 22. *Nicephorae* l. *Nicephoro.* l. 23. *imbuendam* l. *imbuendum.*
— XXXIV. i. 10. *a. p.* l. *a p.*
— XXXV. l. 15. *verſam* l. *verſum.*
In *Memoriis* ipſis.
p. 99. not. *t)* lin. 2. δηλωμαι , l. δηλωμα.
— 177. §. 233. l. 4. *Burcentium* , l. *Burcentium r*).
— 197. ad cit. 202. add. *Procop. de B. G. L. IV. c. 12. p. 600.*
— 210. not. *e*) *ſ. 42.* l. *ſ. 34.*
— 211. not. *f. ſ. 45.* l. *ſ. 36.*
— 217. l. 8. *Regnaris*, l. *Ragnaris.*
— 222. l. 14. *Caſtras* l. *Capreas.*
— 243. l. 16. *peſidiae*, l. *perſidiae.*
— 248. cit. 290. *Theophan. p. 373.* l. *p. 323.*
— 398. not. q. *L.III.* l. *L. IV.*
— 529. not. *b.* l. 3. *facta*, l. *factam.*
— 756. §. 158. *a. C. 669.* l. *a. C. 668.*

Tom. II. p. 13. §. 88. l. 2. *Obſicii* , l. *Opſicii.*
p. 19. not. f. l. 6. poſt v. *Iſtria,* add. *Arſia.*
— 23. not. *s.* column. 2. l. 13. *Illyricae* l. *Illyrica.*
— 45. ad. §. 49. in ora adſcribe *28.* p. 46. l. 1. *tur.* l. *tus.*
—— in not. omiſſum citat. *29.* MENAND. p. *165.*
— 47. cit. 31. l. 4. leg. *Biclarienſis.*
— 61. not. *t.* l. 2. λογε, l. λοχε.
— 63. §. 73. l. 1. *Romanorum* , l. *Romanarum.*

p. 64. cit. 42. *Theophyl. L. VI.* l. *Theophyl. L. VII.*
— 69. lit. *n.* l. 3, 4. *deuenehendo* , l. *deuehendo.*
— 73. §. 85. l. 4. *effuſſi* , l. *effuſi.*
— 77. not. *t.* l. 3. *Combeſis in Notis poſt.* , l. *Goar in Notis.*
— 79. not. c. l. 12. *ſit* l. *ſit.*
— 103. §. 134. *Impp.* l. *Imp.*
— 125. l. 5. poſt *ingreſſus* add. *Muhammedes.*
— 133. §. 18. *viciniarum* , l. *vicinarum.*
— 157. not. *c.* add. *vid. ſupra ſ. 8.*
— 166. not. *e.* l. 1. *Du.* l. *Du.*
— 168. not. *i* l. 2. συνυξξοξως, l. συναβραξας.
— 169. §. 32. l. 5. *indignarum* l. *indigenarum.*
— 172. §. 35. l. 5. *coſulere* , l. *conſulere.*
— 189. not. *o.* col. 2. l. 7. *ad. ſ. 3.* l. *ad. ſ. 2.*
— 191. §. 64. l. vlt. *igne*, l. *ferro.*
— 194. §. 68. IOANNE III. l. IOANNE IV. lit. *c.* ad annum reiiciatur.
— 209. not. *q.* l. 5. ἑλκισμον l. ἑλκισμ.
— 210. l. 7. *atqua*, l. *atque.*
— 215. §. 93. l. 1. *Thaſſalonicam* , l. *Theſſalonicam.*
not. *c.* col. 2. l. 2. πρoτερον, l. προτερον.
— 220. *s. Crales*, l. *Chaliles* Turca.
— 246. in var. narrat. l. 6. poſt v. *tranſtulerat* add. *per totam commoratus eſt noctem.*
— 249. l. 16. *imperſſionem*, l. *impreſſionem.*
— 253. not. *s.* l. 1. *Boininus* , l. *Boiuinus.*
— 264. l. 8. *deſpoderet*, l. *deſponderet.*
p. 266.

p. 266. §. 164. l. 3. *intellexiſſet*, l. *intellexiſſent*.
— 272. l. 22. *copidis*, l. *copiis*.
— 275. §. 177. l. 14. poſt v. *ſeruirent* adſcr. *l*).
— 295. §. 208. l. 10. *alterum*, l. *alteram*.
— 320. l. penult. *diſcrimiue*, l. *diſcrimine*.
— 333 — 339. *a. C. 1389 — 1410*. l. *a. C. 1357 — 1359*.
— 351. l. 17. *fractu*, l. *fructu*.
— 371. not. *h.* add. *Cfr. et Chalcocondylas, p. 231. extr.*
— 380. cit. 281. add. *vid. et Chalcond.* p. 214.
— 399. cit. 8. extr. *Bulgarica*, l. *in Bulgaricis*. p. 402. l. 5. *faltum*, l. *ſaltum*.
— 415. l. 1. *erant*, l. *erat*.
— 442. l. 2. poſt v. *coeperunt* add. *prouincias*.
— 443. l. 1. *Cobrati*, l. *Crobati*.
— 445. l. 26. poſt v. *geſſit* add. *Quod filius* MICHAEL BORISES, *ſibi quaſi hereditate relictum, inſtaurauit*.
— 447. l. 3. *Solerum*, l. *Sclerum*, l. 17. *Dirrhachium*, l. *Dyrrachium*.
— 450. l. 2. *pacemocum*, l. *pacem cum*.
— 458. n. 22. extr. *Lariſſaeā*, l. *Lariſſaea*.
— 482. extr. *capta*, l. *captas*.
— 484. §. 333. *regio*, l. *regia*.
— 498. §. 463. *cognita*, l. *cognito*.
— 496. in var. narrat. *conſilio*, l. *concilio*.
— 503. not, g. l. 2. *Tanalus*, l. *Tanahis*.
— 507. l. 25. Αβυεας, l. Αβυρας.
— 511. cit. 16. l. 2. *Nicephons*, l. *Nicephorus*.
— 519. ζ. l. 2. NICEPORVS, l. NICEPHORVS.
— 523. β. l 7. ἑαυτον, l. ἑαυτων.

p. 524. §. 96. l. 5. *partinaciter*, l. *pertinaciter*.
— 525. l. 6. *Median*, l. *Mediam*.
— 532. §. 46. poſt v. *cuſtodibus*, add. *Bulgaris ex improuiſo ingruentibus*.
— 546. var. narrat. l. 17. *ſufficere*, l. *ſufficere*.
— 554. var. narrat. l. 15. *pomoeris*, l. *pomoeriis*.
v. l. 2. *lancae*, l. *lancea*.
— 565. var. narrat. l. 7. *coeſos*, l. *caeſos*.
— 569. l. 13. *pietetis*, l. *pietatis*.
— 572. var. narr. l. penult. *Zogaram*, l. *Zagoram*.
— 573. *Beſilius*, l. *Baſilius*.
— 577. varr. narr. l. 26. *Rdmanis*, l. *Romanis*.
— 581. ad §. 90. in ora add. *67*. locum, ad quem numerus reſpicit, vid. p. 582. not. *r.* add. *Cedren. T. II. p. 600*.
— 592. cit. 74. Incert. Contin. p. 449, 450. l. Inc. Cont. p. 249, 250.
— 612. not. *f.* ἰκα, l. ἰνα.
— 629. In capite *a. C. 995*, l. *a. C. 1001*.
— 637. var. narr. *Vladſthlaui*, l. *Vladiſthlaui*.
— 647. not. *5.* l. vlt. *iuugm*, l. *iugum*.
— 650. §. 177. l. 2. *Delanus*, l. *Deleanus*.
— 653. §. 181. l. 4. *iniuſtitae*, l. *iniuſtitiae*.
— 659. cit. 153. *d. 792*. l. p. 792.
— 662. not. *d.* ὁ, l. ὁι.
— 676. §. 214. l. 2. *tenuitate*, l. *tenacitate*.
— 691. var. narr. poſt v. πετρ· ἀναγαγων add. και ὁ τα Ασαν δε ὑιος Ιωαννης ἐτι ἀφηλιξ ὑπηρχεν. Ο῾υτος ὀυν Ιωαννης [*Petri frater.*] est.

cet. quae male diſtinguendo perperam interpretatus eſt Allatius.

p. 698. l. 28. *inſtrueabat*, l. *inſtruebat*.

— 730. l. 5. *magis*, l. *magnis*.

— 738. var. narr. l. 3. *appidula*, l. *oppidula*.

— 748. §. 311. l. 1. *exereitu* l. *exercitu*.

— 764. l. 10. *rarratio*, l. *narratio* cap. XXI. l. 5. *ab* del.

— 765. §. 332. l. 2. *coepto*, l. *coepto*.

— 774. l. 17. *babarus*, l. *barbarus*.

— 778. var. narr. l. 1. *ad* *ſ*. add. *338*.

— 795. not. *m*. l. 10. *denſior*, l. *denſiori*.

— 805. not. *f*. ὄργυνα, l. ὄργυια.

— 813. var. narr. l. 2. *fugere*, l. *fugeret*.

— 838. var. narr. l. 13. *finitiua*, l. *finitima*.

— 852. §. 445. ADRONICVS l. ANDRONICVS.

— 853. l. 9. *ididem*, *l. ibidem*.

— 868. §. 468. l. 4. *Chalcitica*, l. *Chalcidica*.

— 871. var. narr. l. 12. *longo*, l. *longe*.

— 885. §. 500. l. 2. *Hunuos*, l. *Hunnos*.

— 888. not. k. μετρεπολιν, l. μητροπολιν.

— 905. §. 7. l. 4. poſt v. *omnes* add. *eorum duces*.

p. 907. §. 11. l. 3. *quantuncunque*; l. *quantumcunque*.

— 909. §. 16. l. 4. *oleibus*, l. *oleribus*.

— 918. §. 35. l. 4. *Dacules*, l. *Dracules*.

— 926. l. 20. *egrediebatur*, l. *egrediebantur*.

— 936. not. *x*. Συβερινον, l. Σεβηρινον.

— 949. l. 2. *Poph*. l. *Porph*.

— 953. §. 98. *Comamanorum*, l. *Comanorum*.

— 958. not. *e*. l. 2. ἀφεξιν, l. ἀφεξιν.

— 961. l. 20. *eum*, l. *cum*.

— 964. l. 1. *887*. l. 886.

— 966. not. l. 22. *Theſſalonicae*, l. *Theſſalonicae*.
l. 23. *Gonſtantinus*, l. *Conſtantinus*.
col. 2. l. 34. *Annoymus*, l. *Anonymus*.

— 970. var. narr. l. 19. *petricium*, l. *patricium*.

— 971. marg. l. 1. CN—O, l. CONSTANTINO.

— 986. l. 16, 17. *Conſtanno*, l. *Conſtantino*.

— 988. l. 1. *949*, l. *967*.

— 990. var. narr. l. 7. poſt v. *pellectos* add. *partim cecidit*.

— 996. §. 55. l. 4, 5. *mitmit*, l. *mittit*.

— 1003. l. 12. *Sphendoſtblabum*, l. *Sphendoſthlabum*.

— 1021. not. *i*. ἐς, l. εἰς.

— 1032. §. 118. l. 7. *andiui*, l. *audiui*.

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

Form 410